גדי *ghedi*, hœdus, cur in ſigillis hoc nomen. 120
גרן *goren*, *area*, etiam ad fruges ſignificandas transferrur. 731. & 732

ה

היין *haijn*, vinum; numerus quem hoc nomen parturit, quòd monitũ parturiat. 751. & 756

ז

זכר *zachar*, maſculus, olim cur in ſigillis ſculperetur. 120
זכר *zocher*, de memoria, & odore. 1140

ח

חליל *chalil* quid, déque eius vſu. 154
חמד *chamad*, concupiſcere, & adamare; ad ſacrificia cur hoc verbum transferatur. 780

ט

טרף *thereph*, præda; ad cibum cur hoc nomen transferatur. 652

י

יללה *ielalah*, de mæſtitia, & lamentatione. 751

כ

כבוד *chabod*, gloria, honor. 778
כולא עורב *cole oreu*, prohibens coruum; quid olim eſſet. 928
כבן apud Hebræos quid. 39

ל

להם אבירים *lehem abirim*, panis fortium; cur ita dictus. 421

מ

מגדולים quínam dicerentur. 484
מזוזה *mezuzah*, quid apud Hebræos. 131
מרורים quid ſignificet. 256

נ

נא *na* quid ſignificet. 5. & 11
נזח *nazach*, de fortitudine, ac potentia. 423

ע

עגל *ngheghel*, vitulus; hoc nomen vbi ſculperetur apud Hebræos. 120
על *nghal*, ſuper, & iuxta. 466. 468. & 469
עשה *nghaſſah*, operari, & ſacrificare. 782

פ

פג *fag*, fræni, & cibi nexus. 1040

ר

רעה paſcere, ſociari, menſæ & amicitiæ nexus. 75

ש

שופרות quænam vaſa dicerentur. 968
שתא *texere*. 1064
שתה *ſatah*, conuiuij nexus, & veſtis. ibid.

ת

תודה *thodah*, confeſſio; de Euchariſtia aliquando dicitur. 781
תמימה *themimah* quid. 89
תמים de perfecto, & abſoluto. 90

INDEX·

Digitized by Google

INDEX

Quarundam Græcarum vocum, quarum vis, & proprietas in hoc AGNI EVCHARISTICI volumine aut tangitur, aut explicatur.

A

Ἅγιος quid, à terrenis mentem auocet, qui Deo conſecratus. 885
Ἄμωμον ſine vitio. 89
Ἄρνα quænam animalia dicerentur. 91

Δ

Δεῖπνον prandij nomen vnde ſumptum. 420

E

ἐπὶ particula *ſuper* ſignificat, & *iuxta*. 469

H

Ἡγέμων Dux, & rector conuiuij. 560
Ἡμερὶς cur vitis dicatur. 746

Θ

Θυσία αἰνέσεως hoſtia laudis, quænam eſſet. 995

K

Καθαρὰ quænam animalia vocarentur. 91

Λ

Λειτουργία ἀγγελικὴ cur Miſſa diceretur. 596

O

Οἰνόπτης Magiſtratus, quòd inſpiceret, quæ in conuiuiis fierent. 1054
Ὀφθαλμὸς Magiſtratus quidam dicebatur ab inſpiciendo. ibid.

Π

Παπυρόφαγοι cur dicti Ægyptij. 22
Προγεύεσθαι, prægustare. 492
Προγευστὴς quis diceretur. ibid.
Προσκολλητόομαι, agglutinor, ad Euchariſtiam huius verbi vis tranſlata. 1024

Σ

Σπέμφυλα quænam ſint. 23

Υ

Ὑπὲρ, quam vim habeat. 470

Ω

Ὠδὸς quid. 586

R.P. ALOY

R. P. ALOYSII NOVARINI VERONENSIS,

Clerici Regularis Theatini,

SACRORVM ELECTORVM *LIBER QVINTVS*, CVIVS TITVLVS, AGNVS EVCHARISTICVS.

Locus explicandus, & illuſtrandus.

EXODI XII.

DIXIT *Dominus ad Moyſen, & Aaron in Terra Ægypti: Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſraël, & dicite eis: Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum, qui iunctus eſt domui ſuæ, iuxta numerum animarum, quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus; iuxta quem ritum tolletis & hædum. Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius: immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam; & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus.* NON COMEDETIS EX EO CRVDVM QVID, NEC COCTVM AQVA, SED TANTVM ASSVM IGNI: *caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo vſque manè. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (id eſt, tranſitus Domini) Et tranſibo per Terram Ægypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in Terra Ægypti ab homine vſque ad pecus: & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus, in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero Terram Ægypti.*

PRÆFATIO.

Libri nomen, atque delineatio.

1. A VIRGINEA vmbrâ ad Euchariſticum ſolem noſtræ mentis oculus, noſter ſe calamus conuertit, à Virgine ad *Virginis myſterium* imus, hoc enim titulo auguſtiſſima Euchariſtia donata non ſemel eſt; opus operoſum aggredior, in quo ſublimitas ita cum ſuauitate certat, vt huic ferendæ impar ſit cuiuſlibet mentis ſinus, illi efferendæ cuiuſque vires inidoneæ: nimium leues Iudæi, quibus leuiſſimus viſus mannæ cibus; nos ab hac leuitate eò longiùs abſumus, quo propiùs ad Euchariſticas delitias accedimus, quarum manna figura fuit; grauis iſte cibus omni tractatori, nedum inerudito, & imperitiæ morbo laboranti; nos tamen grauitas iſta adeò non preſſit, vt à ſcriptione nec auocaret, nec deterreret, argumenti huius maieſtas nos ad ſe rapuit, nec quia pares illi eſſemus, ideo ad illam manum porreximus, ſed porreximus manum, vt minus impares, minus indigni redderemur, rati ſcriptionis noſtræ ratem felicem curſum habituram, ſi panem ſuum de longè portaret felicius, quàm illa, quæ apud Salomonem facta eſt velut nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.

De Euchariſtiæ ſacramento ago; diues argumentum, quod rerum arcanarum copiâ, cuiuſlibet calamum delaſſat, & ſuâ dignitate omne humanæ mentis acumen ſuperat, & excedit; nos Agnum pro duce ſequimur, eúmque paſchalem; & ea, quæ de Agno paſchali Moyſes ex Dei mente narrat, nos ita illuſtramus, & expendimus, vt omnia ferè ad Euchariſtiam, cuius ille figura fuit, traducamus, atque adeò vt nomen cum re cohæreret, libet hoc titulo eſt inſignitus, *Agnus Euchariſticus*; ita de Agno agimus, vt à paſchali ad Euchariſticum pergamus, ab Euchariſtico ad paſchalem.

Iîs præcipuè verbis, quæ de agno dicuntur, lucem ſuam immittimus, quæque obſcuriora viſa ſunt, & difficilioris explicatûs; inter quæ duriora, & magis cæca viſa ſunt pleriſque iſta, *Non comedetis ex eo crudum quid*; quæ idcirco ab hiſtorico ſenſu aliqui auocarunt, quod an fieri debeat, & poſſit, ſatis luculenter in voluminis limine explicamus.

2. Excuſſis hiſce verbis, ad alios Agni paſchalis ritus illuſtrandos tranſitum facimus, & pleraque, vt ſolemnis noſter mos eſt, ex prophana eruditione huc conuehimus, in ſacrarum litterarum obſequium, & ſeruitutem; nec religio nobis eſt, cùm res id aut exigit, aut fert externos Gentilium ritus Sacris inſerere, & multa gentilitatem ſuam ſapientia hîc in periti lectoris notitiam, & guſtum implantare, cuius erit aliquem pietatis ſuccum, ex omnibus quæ offeruntur elicere.

Quæ de Agno paſchali à Moyſe dicuntur, ſanctorum Patrum, & proborum Auctorum auxilio ad Euchariſticum flectimus, inque Euchariſticis delitiis noſtra mens, noſter calamus ſæpè, diúque moratur; eóque lectorem vocamus, quò vocamur.

Ab agno abeuntes de Euchariſtia vniuerſim agimus, de illius ſcilicet nominibus, dignitate, cultu, ſuauitate, reuerentia, iiſque ritibus, qui olim ſeruabantur cùm pararetur, cùm cuſtodiretur, cùm diſtribueretur, cùm exciperetur, cùm adoraretur; & verò ita vbique antiquos ritus interſerimus, vt vtilia monita paſſim exhibeamus, nouis motibus induendis, pietatíque fouendæ, quâ ferri vnumquemque par eſt in auguſtiſſimum hoc Sacramentum.

Res quoque, quæ Euchariſtiæ ſacramento materia ſunt, tractationi noſtræ materiam exhibuerunt, atque adeò de tritico agimus, vt ad Euchariſticas formas veniamus, de quibus aliqua à nobis obſeruantur, quæ nec ingrata lectori erunt, nec inutilia; vineæ, vinúmque ab hiſce paginis exulare non potuerunt; & quia tum illæ, tum iſtuc Euchariſtiæ famulantur, vtriſque noſter quoque calamus obſequium præbuit.

Poſt hæc ad ſacrificia ita pergimus, vt ad Euchariſticum eamus; hícque de Miſſa, miſſatico apparatu, veſtibus, vaſis, quæ in hoc ſacrificio adhibentur, pleraque exhibemus, ſacræque eruditionis ſupellectilem, quantum nobis licuit, augere ſtuduimus; de calicibus, de patenis ex antiquorum monumentis aliqua eruimus, digna quæ ad noſtrorum quoque notitiam peruenirent, licèt id ſtrictim, breuitérque agatur, ne præſtitutos limites excederemus.

3. A ſacrificiis ad Sacerdotes ipſorum ſacrificiorum miniſtros tranſitum facimus, déque Sacerdotum dignitate, notis, ac characteribus ea hiſce chartis implantamus, quæ vtiliter in ipſorum Sacerdotum, aliorúmque mentibus hinc ſine vllâ iacturâ euulſa, implantarentur.

Templa

Templa quoque & altaria nos ad ſe vocarunt, vt integrum nobis minimè fuerit, illa prætetire, prætetire iſta; ſacrificiorum, & Sacetdotum tractatio hoc non tulit; itaque ex Hebtæotum, Gentilium, & noſttotum promptuariis, aliqua de templis, & altaribus libauimus, quæ pio lectoti proficua ſint, & grata perito; redeo tandem ad Euchariſtiam, de qua quædam promiſcuè offero, vt in eius argumenri ſuauitatè definiam, librúmque obſignem, quo initium libto dedi, & pet quod in libro ipſo ferè ſemper excurti.

Denique ita præfixum Exodi locum ſua luce veſtiuimus, vt aliis quoque ſacratum litterarum locis lux à nobis paſſim immiſſa ſit; & prætcr Euchariſticas epulas, alias etiam exhibuimus, quæ comedentibus eſſent ſalutares, & pararent mentem Euchariſticis delitiis excipiendis; quæ fercula hoe erunt gratiora, quo Euchatiſticæ menſæ viciniora, quæ ſuauitatem affricare vel amatiſſimis ſolet.

Librum tibi meum, mi Lector, delineaui, mentem hîc meam vides, vides quò ſpectarim; tuum eſt quicquid hîc in rem tuam tepereris, altè menti inſcribere, auidéque illud hîc aut edere, aut bibete, quo nutriri innocentia poſſit, poſſit pietas; ſi quid durum, ſi quid crudum occurrat, quod ferre ingenij tui, vt ita loquar, ſtomachus non queat; charitatis igne, quæ peccata omnia concoquit, coquatut; crudum aliquid ab eo excidiſſe, qui de crudis carnibus agit, non eſt adeò mitum, vt dutum lectorem inuenire auctor debeat, aſperúmque.

Claudo illis Franconis Abbatis verbis, qui de Euchariſtico pane ſcripturus hæc habet: *Ad* PANEM VERVM, *qui de cælo deſcendit, tranſeamus, ipſum toto cordis affectu obſecrantes, vt* DE SE SCRIBENTI *inolita benignitate adeſſe dignetur, vt ipſo inſpirante ſe digna, & legentibus ſcribam proficua*; ieiuna ſcriptio, & exſucca erit, ſi ſcriptori manum is non porrigat, de quo ſcribitur. Immitte huic menti te ipſum, Amor, immitte aliquid amoris tui, puritatis tuæ, tuæ ſapientiæ, ſanctitatis tuæ, vt tam eximio atgumento aliqua ex patte reſpondeam, dum illud verſo; non ſit feliciot pagina, quæ tot delitias exhibet, quàm ſit auctoris mens, à quâ prodite illud velim, quod hîc implanto. Franc tom. 10. de gratia.

CAPVT PRIMVM.

Crudæ carnis eſus cur Iudæis inhibitus.

In crudæ carnis *inhibitione hiſtoricum ſenſum plerique reſpuerunt.*
Fluida, *&* tertam ſapiens *interpretatio in Dei verbis haud adhibenda.*
Crudæ carnis *eſus durus aliquibus.*
נא *quid ſit*; oleaſtri *reiecta verſio, reiectus explicatus.*
Crudæ carnis *comeſtio Hebræis inhibita.*
Hiſtoticus *in productis verbis* ſenſus *recipiendus.*
Ctudæ carnis *eſus etiam alibi prohibitus Hebrais.*
Ad idololatriæ deteſtationem *inhibita crudæ carnes.*
Iniuſta Abulenſis *cenſura in Lyranum.*
A Dominicâ cœnâ excludendum quicquid caro *ſapit.*
Crudum *de viuo.*
Sacerdotis puer crudas carnes *ab offerentibus auferebat, vt gulæ obſequeretur.*

4. *In cruda carnes inhibitione hiſtoricum ſenſum plerique reſpuerunt* S. Cyrill. Alex.

DVRA hæc erudæ carnis inhibitio pleriſque viſa, adeò vt hiſtoricum ſenſum in verbis, quæ præfiximus, defugerint, ad myſticum tanquam ad litteralem deflexerint; cut enim carnem erudam comedere Iudæis prohibeatur, cùm vſu res interdicta ſit, nec præcepto indigere videatur? Apertè in hanc ſententiam abit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 17. de ſanctis feſtiuitatibus, vt patet ex eius verbis, quæ ſubiicio: *Prohibet lex*, inquit, *ne crudum edant, aut elixum aquâ, quamuis, etiamſi id minimè dixiſſet lex, nemo ſit, opinor, qui cruda carne veſcatur. Ergo figuratè indicat Chriſti myſterium, neque reijciendum eſſe propter mendaciorum magnitudinem, neque aquâ diluendum, ac diſſoluendum, nam egregij Gentilium Poeta, atque ſcriptores, & quod ad ſermonis attinet vim, ſapientes, cùm Deorum ſuorum orgia, atque myſteria deſcribunt, impudentiſſimè mentiuntur, & quaſi crudas, & reſpuendas mentibus hominum fabulas, & multam aqua in ſe continentes apponunt.* Hucuſque Sanctus hic. Beda in cap. 12. Exod. *Non comedetis ex eo crudum quid, ab alijs ſic intelligitur, quod crudum edunt, qui Chriſtum tantùm intelligunt carnaliter.* B. Beda.

Per agni carnes doctrinam eius alij intelligunt, quæ nec cruda traiici in mentis ſtomachum debet, cùm adhibêda opportuna, & apta interpretatio ſit, nec aquâ coqui, interpretatione, ſcilicet, terram ſapiente, deorſúmque fluente. Ita S. Gandent. tract. 2. in Exodum, in hæc verba: *Has immaculati Agni carnes, id eſt, doctrina eius viſcera, neque* CRVDA SINE INTERPRETATIONE *ſumi oportet, neque cocta in aquâ, id eſt, eorum diſſertione diſſoluta, atque decocta, qui velut aqua deorſum fluunt, nihil ſupernum ſentientes, ſed aſſata, inquit, igni, id eſt, Spiritu diuino ſolidata, atque tecta; ignis enim ſurſum verſum tendit. Vnde dicebat Dominus Iudæis: Vos de inferioribus eſtis, ego de ſupernis ſum.* Myſticè hæ aliæque interpretationes à ſanctis Patribus excogitatæ minimè repudiandæ ſunt; hac tamen lege, ne hiſtoricus ſenſus ab hiſce verbis exulet, quem, vt deinceps videbimus, non ferunt tantùm producta verba, ſed requirunt. *Fluida, & terram ſapiẽs interpretatio in Dei verbis haud adhibenda.* S. Gaudent.

Cruda carnis eſus durus aliquibus. Gloſſ.

Durior & gloſſæ viſus ſenſus, qui crudarum carnium eſum nudè reſpicit, vt proinde hiſtorico explicatu reiecto ad myſticum declinarit, dum ait: *Ipſa verba hiſtoria* HISTORICVM SENSVM *excludunt; numquid in Ægypto conſueuerunt comedere agnum crudum, vt lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid?*

5\. *נא quid ſit; Oleaſtri coacta verſio, reiectus explicatus.*

Hieronymus Oleaſter, alioquin eruditiſſimus auctor, cùm crudam hanc carnem non poſſet ingenij ſui calore excoquere, notionem aliam Hebræo nomini ſubmiſit; in Hebræo eſt נא *na*, quæ vox *crudum* ſignificat, ac *ſemicrudum*, ipſe vertit, *fractum*, vel *diſſectum*; vel *quaſò*, *nunc*; hæc eius verba: *Dictio*, na, *ſignificat quaſo, aut, nunc; & nunquam in Scripturis inuenitur ſignificare crudum, niſi hic; ideo ſemper mihi ſuſpecta fuit hæc ſignificatio; & puto radicem eius nominis eſſe*, naut, *quod eſt frangere, vel diſſecare, vt ſit hic ſenſus: Non comedetis ex eo fractum, vel diſſectum; ita vt nolit in fruſta diuidi ad coquendum eum in aquâ, ſed integrum aſſari, & comedi: alioquin iam nouerant Iudæi non eſſe comedendam carnem crudam.* Sic ille; quem nollem tam facilè à Vulgari lectione abire. Aduerſantur Oleaſtro omnes ferè Interpretes reddentes ex Hebræo, *crudum*; & inter alios LXX. Certè in Dictionario Syro-Chaldaico hæc lego אנראני idem quod נא שצלי מערת *crudum quod parum aſſatum eſt.* R. Abraham in libro שלשי הגנורים cap. 65. ait נא dici de eâ carne, quæ igni admota eſt, & incipit aſſari, neque conueniens eſt ab homine comedi. idem ferè habet R. Moſes. Non erat igitur, cur Oleaſter à Vulgati lectione recederet, nouam de ſuo ſubiiciens, quæ neque firma, neque ad rem.

LXX. Dict. Syro-Chald. R. Abraham.

Cruda carnis comeſtio Hebræis inhibita.

Alij mitiùs Vulgati lectionem admittentes crudam carnem inhibitam cenſent, non quia crudæ carnis eſus eſſet in vſu, ſed vt rudibus Iudæis & tamquam pueris ſingula etiam vulgaria, & nulli ignorata exponeret, & paſſim obuia monitio præſcriberet. Huc plerique recentiores reſpiciunt; & vocari huc etiam poteſt Abulenſis, cuius hæc ſunt verba quæſt. 11. in cap. 12. Exodi. *Non comedetis de eo crudum quid: quia cibus* CRVDVS *indigeſtibilis eſt ab igneo calore ſtomachi, indiget enim maiore calore, ſcilicet calore puri elementi, ſcilicet ignis, & talis non eſt in ſtomacho, quia non conuenit noſtra complexioni, excederet enim valde harmoniam, qua requiritur in animali. Nec dicit hoc, quaſi ipſi Hebræi aliquid crudum de carnibus vorare vellent; ſed loquitur ex ſuperabundantiâ, volens omnia explicare, tum illa, de quibus poſſet eſſe error, quàm ea, de quibus non poſſet eſſe error.* Hucuſque Abulenſis, indicans nunquam in vſu fuiſſe crudas carnes comedere, & ab hoc omnes gentes abhorruiſſe; quod an verum ſit, ex his quæ deinceps dicemus, apparebit.

Abulenſ.

6\. *Hiſtoricus in productis verbis ſenſus recipiendus.*

Calamos contradictionis veneno illitos nullus armo, in nullius ſententiam, facilis arieto, præſertim cùm meliorum Auctorum calculo fulcitur; ſed veritatis amore hîc mihi licere id quod de horum verborum ſenſu, & explicatu ſentio, liberè, exertéque proferre. Ego litteræ hæreo, hiſtoricum ſenſum non ſolùm in his verbis agnoſco, ſed etim probo. Puto igitur crudæ carnis eſum Iudæis inhibitum, quia apud antiquos Gentiles inſolens non erat, vt crudas carnes comederent, præſertim in Deorum ſuorum feſtis, ac celebritatibus; nam, vt Gentilium ſuperſtitionem aboleret Deus, præcepit vt Iudæi in eſu agni à crudæ, aut ſemicrudæ carnis comeſtione abſtinerent, ne Gentilibus eſſent ſimiles, qui in orgiis ſuis carnibus crudis, ſeu ſemicrudis veſcebantur. Hic ſenſus tanquam facilis, litteræque cohærens videtur omnem difficultatis nebulam propulſare.

Cruda carnis eſus etiā aliàs prohibitus Hebræis. Gen. 9. 4.

Et in primis inſolens non eſt crudarum carnium eſum in ſacris litteris inhiberi; huc enim, ni fallor, reſpiciunt illa verba, quæ habentur cap. 9. Gen. v. 4. *excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis*, id eſt, carnes cruentas, & minimè coctas. accinit doctus interpres Yſtella, qui cùm aliorum ſenſum expoſuerit, addit ſuum: *Ego tamen*, inquit, *intelligo carnes* CRVENTAS, *& minimè coctas*; cùm igitur vniuersè crudarum carnium eſus Iudæis interdicatur, non eſt mirum, ſi hoc idem peculiariter fiat, cùm de agni comeſtione ſermo eſt, adeò vt à veritate abeant, qui hiſtoricum in citatis verbis ſenſum non agnoſcunt.

Yſtella.

Ad idololatria deteſtationem inhibita cruda carnes. Lyran.

Vix hæc chartis illeueram, cùm Lyrano idem quod nobis placuiſſe reperi; hic enim Auctor in idololatriæ deteſtationem Iudæis crudæ carnis eſum fuiſſe prohibitum cenſet. hæc eius verba in cap. 12. Exodi, *Non comedetis ex eo crudum quid. hoc ad deteſtationem idololatriæ præcipiebatur, aliqui enim idololatræ immolata idolis taliter cocta comedebant.* Verè, & ad hiſtoricum ſenſum maximè opportunè.

7\. *Iniuſta Abulenſis cenſura in Lyranum.*

Non immunis à cenſurâ Lyranus fuit: acriter in eum inuehitur Abulenſis, eiúſque ſententiam non tam expungit, quàm vt fabuloſam, & commentitiam, quæ Rabbinorum figmentis innitatur, irridet. Hæc contra eum inter alia habet quæſt. 12. in cap. 12. Exodi, recenſitâ priùs Lyrani expoſitione; *Ego autem cùm aliqualiter inueſtigauerim libros antiquorum, præcipuè de ritibus Gentilium, tale quid inueniſſe non recolo. Habuit hoc Nicolaus à quibuſdam Hebræis, harum rerum penitus inexpertis.* Hæc Abulenſis. Mitiùs in tantum Auctorem ageret, nec tam ſeuerè carperet, quod ille poſuit; non omnia videmus omnes, nec ipſe Abulenſis; quod enim ille non vidit, viderunt alij. Noſtrûm hîc eſt tum noſtrorum, tum externorum rudera verſare, vt firmemus crudæ carnis, aut ſemicrudæ eſum in vſu olim fuiſſe; ſic enim & ab omni cenſurâ Lyranum vindicabimus, & noſtram ſententiam firmè ſtabiliemus, & ita fiet, vt priſcorum rituum cognitione, qui in tenebris latebant, antiquæ eruditionis ſupellectilis augeatur; ſed hæc in ſequens caput commodiùs reiicientur. Interim diſcamus à Dominicâ cœnâ excludendum quicquid caro ſapit, quid humanus ſenſus adducit, nihil fluidum, nihil deorſum vergens admittatur, in cœleſtia rapiatur mens, in perennatura; verba ſunt ſancti Cypriani de cœna Domini: *Inter Dominicæ cœnæ conuiuas animalis homo non admittitur; quicquid caro, & ſanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur: nihil ſapit, nihil prodeſt, quicquid humani ſenſus molitur ſubtilitas.*

A Dominicâ cœnâ excludendum quicquid caro ſapit. S. Cyprian.

8\. *Crudum de viuo.* 1. Reg. 2. 15. Pſal. 123. 3.

Porrò antequam definiam, obſeruo *crudi* nomine, *viuum* aliquando ſignificari; hinc illud 1. Reg. 2. 15. *Non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam*; in fonte, *ſed viuam.* Non deſunt, qui Dauidem huc vocant, dum Pſal. 123. v. 3. ait, *Fortè viuos deglutiſſent nos*; vt per metaphoram ad carnes crudas, integráſque reſpiciat.

Sacerdotis puer crudas carnes ab offerentibus auferebat vt gulæ obſequeretur. 1. Reg. 2. 15.

Sacerdotis puer ab offerentibus carnes non quidem coctas, ſed crudas poſtulabat, ſic enim habes 1. Reg. 2. 15. *Antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam Sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.* quò iſta crudarum carnium poſtulatio ſpectabat? numquid vt à labore, & impenſis offerentes liberaret? minimè, aliò puer, aliò Sacerdos reſpiciebat; crudas carnes volebat, vt luxui liberiùs poſſet deſeruire, & variis

modis

modis carnes condire, & parare; quod fieri non tam facilè poterat, ſi coctæ carnes fuiſſent. Hoc vidit & Abulenſis hîc quæſt. 8. dum ait: CARNES CRVOAS *à puero poſtulatas; quia volebat illas multipliciter apparare*, vt multiplici carnium apparatu gulæ, palatóque tum ſuo, tum Sacerdotum obſequeretur; ſed iam ad illud probandum manum admoueamus, à cuius probatione ſensûs illius firmitas dependet, quem præmiſimus.

CAPVT II.

Crudas carnes comedere in idolorum cultu conſueuiſſe Gentiles probatur, & allatus ſenſus ſtabilitur; aliíque de crudorum ferculorum eſu ritus afferuntur.

Crudarum carnium *eſus pleriſque in vſu.*

Ægrotis cruda *apponuntur* edulia *apud Iapones.*

Germanorum erat crudis carnibus *veſci.*

Nomades, & Hunni ſemicrudas carnes *comedebant.*

In renum dolore crudi leporis *renes adhibiti.*

Aliqui temperantiæ affectu à coctis ferculis *perpetuò abſtinebant, crudis tantùm veſcebantur.*

Crudum polypum *vorauit Diogenes.*

Crudis leguminibus *victitabant aliqui.*

Crudæ carnis *eſus iure à Deo inhibitus.*

In idolorum celebritatibus crudarum carnium *eſus in vſu.*

Ex crudâ *agni* carne *comedere Hebræis inhibitum, licèt oliuæ magnitudinem non excederet.*

Ex agni carnibus nimis aſſatis, *& coctis comedere non probabant Iudæi.*

Carnẽ crudã *cur Flamini Diali olim nefas.*

Peccati occaſio *vitanda.*

Farinam, *&* frumentum *cur Iouis Sacerdoti tangere non liceret.*

Carnem incoctam *nominare, Flamini Diali vetitum.*

Carnes ad ſolem aſſabant.

Olla ſine igne *vi Solis feruens in Ægypto.*

Solis vi *piſces aſſati.*

9. IDcirco ab hiſtorico ſenſu in citatis Moſis verbis Interpretes diſceſſere, quia putarunt nunquam in vſu fuiſſe crudarum carnium eſum; & Abulenſis ſibi prorſus nouum eſſe fatetur. Gentiles Deorum ſuorum feſta crudarum carnium comeſtione celebraſſe, adeò vt tam acriter in Lytanum ſæuierit id affirmantẽ, vtrumque nobis ex antiquorum monumentis probandum eſt, vt ſenſus ille, quem ſuperiùs attulimus, firmiùs ſtabiliatur.

Crudarũ carnium eſus pleriſque in vſu.

Et vniuersè pleraſque gentes crudas, aut ſemicrudas carnes comedere ſolitas, non eſt quod vocetur in dubium, cùm id nobilium Auctorum aſſertio prorſus euincat. De Scritobinis hoc apertè

Paul. VValfr.

aſſerit Paulus VValfredus lib. 1. de geſtis Longobardorum cap. 5. in hæc verba: *Huic loco Scritobini, (ſic enim gens illa nominatur,) vicini ſunt, qui etiam æſtatis tempore niuibus non carent, nec aliis, vtpote feris ipſis ratione non diſparet, quàm* CRVOIS *agreſtium animantium* CARNIBVS *veſcuntur; de quorum etiam hirtis pellibus ſibi indumenta captant.* Sic ille; non ergo omnino inſolens crudæ carnis eſus; licet feritatem quandam præſeferat.

Crudis veſci carnibus aliorum quoque mos extitit, de Abaſſinis ita ſcribit Antonius, apud Nicol. God. lib. 1. c. 11. *Cùm ex carnibus quas Æthiopes iſti* CRVOAS EDERE *conſuerunt, vermes ipſis in aluo gignantur*; alij tamen putant pigmentario quodam puluere rubri coloris carnes adſperſas, vt crudæ appareant, licèt crudæ non ſint.

Nic. God.

Verè comedit Ægyptius ille, de quo ita ſcribit Suet. in Nerone, dum ait: *Creditur etiam Polyphago cuidam Ægyptij generis* CRVOAM CARNEM, *& quicquid daretur mandere aſſueto, concupiſſe viuos homines laniandos, abſumendóſque obiicere.*

Suet.

Famem homines huc adegiſſe, vt pecudum cadauera manducarent veluti crudas carnes, quin & gramina camporum, firmat Ioannes Gerbrandus, nobilis hiſtoricus, licèt ferè ignotus, ſic enim ille ſcribit lib. 27. Chron. Belg. c. 11. *Anno Domini* 316. *Cometes apparuit, mortifera peſtis inhorruit, & valida fames inualuit, vt plerique pauperes cadauera pecudum ſicuti* CARNES CRVDAS *comederent, & gramina pratorum, ſicuti boues incocta comederent.*

Ioan. Gerbr.

In Scotiæ deſcriptione hæc lego. *Carnem aquâ in omaſum, aut cæſi pecoris pelle infuſa coquunt; in venationibus interim ſanguine expreſſo* CRVDA *veſcuntur.* de 10.
potu additur, *Pro potu eſt ius carnium elixarum.*

Etiam illi crudis animalium carnibus veſcebantur; à pane, vinóque abſtinebant, quorum in ſuo Itinerario meminit Beniamin in hæc verba: *Fædera habent cum Copher alshorech, ventorum cultoribus populis, qui in ſolitudinibus vitam degunt. Hi neque panem edunt, neque vinum bibunt; ſed* CRVOIS *animalium tam immundorum, quàm mundorum carnibus veſcuntur, iiſdémque vel recentibus & adhuc ſanguine viuo palpitantibus, vel etiam aridioribus, veriùm incoctis, rapta etiam membra ex animantibus viuentibus deuorant.*

R. Beniamin.

Iapones ægrotis cruda apponunt, cùm nos contrà optimè cocta apponamus; rem his verbis refert Io. Pet. Maff. lib. 12. hiſt. Indiarum, poſt medium: *In curationibus, nos dulcia, & benè cocta, illi ſalſa, & acria, & cruda ægrotis apponunt*; addit, *Nos pullos, & altilia, illi piſces, atque conchylia.*

Ægrotis cruda apponũtur edulia apud Iapones.

Io. Pet. Maff.

Apud Tartaros frequens eſt, vt carne crudâ veſcantur, ſolent dum equitant carnem ſub ſella locare, quæ vbi incaluerit, edunt.

Germanos crudas carnes edere refert Cœlius Rhodiginus lib. 18. antiq. lect. cap. 20. *In tantâ, inquit, feritate, quod præcipuè mirum eſt, eſſe hoſpitibus benignos, nec non ſupplicibus paratos.* CARNIBVS *veſci ferè crudis. Deorum loco eos modò habuiſſe, quos cernerent à quibúſque beneficia ſentirent, ſolem, Vulcanum, lunam.* Hæc Cœlius.

Germanorum erat crudis carnibus veſci

Cœl Rhod.

Nomades, & Hunnos ſemicrudas carnes comedere ſolitos, idem Auctor affirmat lib. 28. cap. 2. *Nomades, ac inſolens Hunnorum feritas nec ſemicrudas aſpernata carnes eſt.* Huc ſpectat & illud ſancti Hieronymi lib. 2. aduersùs Iouinianum, cap. 6. *Nomades, & Trogditæ, & Scitæ, & Hunnorum noua feritas ſemicrudis veſcuntur carnibus.* Ammianus Marcellinus eiuſdem moris meminit, dum de nonnullis populis ait: *Vt* SEMICRVOA *cuiuſuis pecoris carne veſcantur.* Hector Boëtius in Scotia. *Carnium illic rarus vſus, niſi quas ex*

Nomades, & Hunni ſemicrudas carnes comedebant.

Cœlius.

S Hier.

Ammian.

Hect. Boet.

ex prædâ accepiſſent, eáſque ſemicrudas deſumebant, ſucci ita optimi plurimum ineſſe aſſerentes.

In renum dolore crudi leporis renes adhibiti. Plin.

Leporis renes crudos renum dolore laborantes nō ſine aliquâ ſuperſtitione olim antiquos comediſſe, conſtat ex Plinio lib. 28. cap. 13. vbi ait: *In renum dolore leporis* RENES CRVDOS *deuorari iubent, aut certè coctos, ita, ne dente contingantur.*

11\. *Aliqui temperantiæ affectu à coctis ferculis perpetuò abſtinebant, crudis tantùm veſcebantur.* Pallad.

Ex noſtris pleroſque ſcimus eò abſtinentiæ, ac temperantiæ affectu adductos, vt crudis tantùm veſcerentur; talis Theon Monachus, qui, vt teſtatur Marulus, ignîs operâ nunquam in cibis parandis vſus fuit. & Palladius de Ammonio ita ſeribit in hiſtoriâ Lauſiacâ cap. 12. *Eius menſa talis fuit, vt à iuuentute vſque ad mortem, quod* CRVDIS *ſcilicet veſceretur; nihil enim vnquam edebat, quod igni fuiſſet admotum, præter panem*; ſed hi, aliíque à carnibus, opinor, abſtinebant.

Crudum polypum vorauit Diogenes. Plutarch.

Crudum polypum comediſſe Diogenem, refert in hæc verba Plutarchus orat. priori de eſu carnium, in hæc verba. *Suſtinuit vorare Diogenes* CRVDVM *polypum, vt ad concoquendum ignis ſubſidium ſummoueret. Circumſiſtentibus Sacerdotibus, & magnâ coronâ populi cùm iniecíſſet capiti pallium, admouens ori carnem: Veſtrâ causâ, inquit, diſcrimini me obijcio, & periculo oppono.*

Crudis leguminibus victitabant aliqui. S.Gregor.

Crudis leguminibus qui victitarint multi fuere, inter alios ſanctus Gregorius Papa, in cuius actis hæc leguntur apud Surium 12. Martij, CRVDIS *leguminibus paſcebatur*; cùm, ſcilicet, cuiuſdā monaſterij penetralia, vt Deo vacaret, ſubiiſſet.

Crudæ carnis eſus iure à Deo inhibitus.

Ex his igitur, quæ ex variis Auctoribus recenſuimus, apparet, crudis ferculis veſci apud pleroſque fuiſſe in vſu, quæ apud nos cocta ſolent adhiberi, & ſignatè crudarum carnium eſum non adeò inſolentem fuiſſe, vt hiſtoricus in allatis Moſis verbis ſenſus repudiari penitus debeat; potuit igitur Deus crudæ carnis eſum Iudæis prohibere, ne illarum Gentium feritatem æmularentur, quibus id in vſu; adeò vt hiſtoricus verborum ſenſus recipi opportunè poſſit; quod etiam maximè verum eſt, ſi *crudum* pro *ſemicrudo* accipiamus; nam vox נא *na*, quæ in fonte habetur, etiam *ſemicrudum* ſignificat, vt notauit R.Dauid, aliíque Hebrææ linguæ periti, & ſemicrudis carnibus veſci pleriſque nationibus fuit familiare.

12\. Sed preſſiùs tractanda res eſt; in deteſtationem idololatriæ interdictum Iudæis crudæ carnis vſum, ſuperiùs diximus; hoc vt probemus, probandum priùs eſt apud Gentiles in vſu fuiſſe, vt in Deorum feſtis, orgiíſque crudis carnibus veſcerentur, hoc enim tanquam fabuloſum reiicit ſuperiùs citatus Abulenſis, & idcirco expungit etiam ſenſum, qui huic aſſertioni innititur tamquam baſi. Auctores in rei probationem dabo, quibus ſubſignaret Abulenſis ſi viueret, & calculum noſtræ ſententiæ lubens adiiceret.

In idolorum celebritatibus crudarum carnium eſus in vſu. Clem. Alex.

Gentiles in Sacris ſuis, ac idolorum celebritatibus carnes crudas ſolitos comedere, apertè teſtatur Clemens Alexandrinus, refertiſſimum omnis antiquitatis promptuarium, qui orat. adhort. ad Gentes, poſt initium, hæc habet: *Dionyſium Manolem orgijs Bacchi celebrant* CRVDARVM CARNIVM *eſu ſacram agentes inſaniam, & cæſarum carnium peragunt diuiſionem.* poterat rem proferre manifeſtiùs? Clementem Alexandrinum ſecutus

Euſ. Cæſar.

eſt Euſebius Cæſarienſis lib. 2. de præparat. cap. 5. *Quid dicam*, inquit, *de Dionyſio, quem Manolem Græcè, id eſt Latinè, totum furentem, appellant, cui Bacchæ orgia celebrant; &* CRVDAS CARNES *comedentes ſacro furore initiantur, Euam, Euam, conclamantes.* Huculque Euſebius. Cùm igitur conſtet apud antiquos in vſu fuiſſe crudis carnibus veſci in ſuorum Deorum feſtis, quid impedit, cur dicamus Deum in impij huius ritùs deteſtationem Hebræis iniunxiſſe, ne in agni eſu carnes crudas comederent? præſertim cùm ſciamus, pleraque Deum Iudæis præcepiſſe Gentilium ritibus contraria, vt eos prorſus aboleret? Mihi certe cohærens ille ſenſus videtur, qui hiſtoricus eſt, nec myſterium tantùm ſpectat; ſiue dicamus, ita Deum præcepiſſe in idololatriæ deteſtationem, ſiue vt illarum Gentium feritatem damnaret, quæ crudis, aut ſemicrudis carnibus veſcebantur, dummodo conſtet ad myſticum tantùm ſenſum hæc verba non eſſe flectenda, excluſo penitus hiſtorico, quod multorum cenſio fuit. Non debuit igitur Abulenſis Lyrani ſententiam tam facilè explodere, cùm conſtet non Iudæorum figmentis innixi, ſed bonorum Auctorum teſtimonio; præcipuè cùm ipſemet Abulenſis multis in locis obſeruet ad abolendos idololatrarum impuros, impióſque ritus, complura Hebræis præcepta exhibita à Deo fuiſſe.

13\. *Ex crudâ agni carne comedere Hebræis inhibitum, licèt oliuæ magnitudinem non excederet.* R.Abraham.

Et quidem Legiſlatorem in præfixis verbis verum carnium crudarum eſum verè vetauiſſe, euincit & illa eorundem Hebræorum lex, quâ qui ex agni crudâ carne non amplius, quàm oliuæ magnitudo eſt, comediſſet, verberari olim videbatur auctor libro שלטי הגבורים cap. 65. ita ſcribit: *Si quiſpiam ex agni crudâ carne, vel in aquâ coctâ comederet non amplius, quam oliua eſt, verberibus ſubiacet, & flagellatur*; conſtat igitur hiſtoricum ſenſum recipiendum, nec ad myſticum tantùm in his verbis confugiendum eſſe.

Ex agni carnibus nimis aſſatis, & coctis comedere non probabāt Iudæi. R.Abraham.

Iubetur agnus igni admoueri, atque aſſari; quid ſi nimis torreretur? poteſt ex eo comedi, & per talem eſum præceptum impleri, ſed hoc non probant Hebræi, iubéntque cauendum, ne agni carnes nimis exſiccentur; ſic refert idem R.Abraham in eodem libro שלטי הגבורים cap. 65. ferè in hunc ſenſum: *Si quis nimis aſſaret agnum, à verberibus liber eſt, & poteſt illius eſu ab obligatione liberari, ſed hoc fieri non decet.*

Carnem crudam cur Flamini Diali olim nefas. Plutarch.

De carnis crudæ eſu ea huc contexinus, quæ ſatis rei illuſtrandæ eſſent, ſenſuique firmando, quem produximus. Non erit alienum, ſi aliqua hîc de crudis carnibus vniuersè adiiciam. Apud Romanos Flamini Diali non ſolùm edere, ſed nec attingere carnem crudam licebat, fors vt abſtineret ab eſu qui abſtinebat à contactu. Plutarchus de hoc Sacerdote ita quærit lib. quæſt. centur. Roman. *Quare eſt huic Sacerdoti* CARNEM CRVDAM *attingere vetitum?* Duas inhibitionis attingit cauſas, dum ſubdit. *Vtrùm mos peruetuſtus à crudorum paſtu reuocat? An eâdem de causâ, quâ farinam auerſentur, etiam carnem; neque eſum eſt animal, neque factum iam pulmentum.* Quod non licebat comedere, nolebant nec attingi, vt tranſgreſſionis occaſio vitaretur.

Peccati occaſio vitanda. Geneſ. 3.

Fors iſtuc etiam nouit prima, ſed infelix mater Eua, quæ Dei præceptum repetens, quo eis inhibuerat ne de ligno vitæ ederent, ſic inquit, Gen. 3. *Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud.* hoc poſtremum explicitè Deus non dixerat, ſed ita Dei verba interpretata mulier eſt, ac ſi conſequens eſſet, vt de vitæ ligno comederent, ſi fructum attingerent, adeò vitanda lapsùs occaſio eſt.

14\. *Farinam, & frumentum cur Iouis Sacerdoti tangere non liceret.* Plutarch.

Quòd in poſterioribus verbis de farinâ ait Plutarchus, indicat Flamini Diali farinam attingere vetitum fuiſſe. quod explicatiùs affirmat hoc eodem libro, addens & cauſam in hæc verba. *Quare Sacerdoti Iouis, quem Flaminem Dialem nuncupant,*

farinam,

farinam, vel fermentum nefas fuit attingere? An alimentum eſt farina inchoatum & CRVDVM? *Neque enim quod fuit, manet triticum: neque quod debet peri, facta eſt panis.* Hæc Plutarchus. Nec tangere tantùm carnem crudam ei vetitum erat, ſed etiam nominare. Agellius lib. 10. cap. 15. de Flamine Diali loquens ait: *Capram, & carnem* INCOCTAM, *& ederam, & fabam neque tangere* [*Diali mos eſt, neque nominare.*

Carnem incoctam nominare Flamini Diali vetitū. A.Gell.

Aliqui aſſas carnes in Sacris adhibebant, ſed aſſas ad ſolem, non ad ignem; idem Plutarchus hoc indicat in quæſt. centu. Græc. in hæc verba: *Cur in Theſmophoriis Eretriæ mulieres non ad ignem, ſed ad* SOLEM CARNEM ASSENT. Aliquis diceret huc reſpexiſſe Legiſlatorem cùm dixit in citato Exodi loco, *aſſas igni,* quaſi diceret, *non ſole;* ſed de hoc nihil certi ſtatuere auſim, ſubſignarim libentiùs aliorum coniecturæ. Certè apud Ægyptios adeò feruebat ſol, vt ipſius calore ollæ ſine ignis adminiculo feruerent, & ebullirent, ſicque legumina & olera coquerentur; quod refert Seuerus Dial. 1. cap. 7. *Ibi,* inquit, *(ſcilicet in Ægypto) vidi ollam cum oleribus ſine igne feruere; tanta* VIS SOLIS *eſt, vt quibuſlibet* COQVIS *etiam ad gallorum pulmenta ſufficiat.* Sic ille.

Carnes ad ſolem aſſabant. Plutarch.

Olla ſine igne vi Solis feruens in Ægypto. Seuerus.

Solis vi piſces aſſari. S.Hieron.

Apud quoſdam, piſces Solis calore aſſabantur, quod refert S. Hieron. lib. 2. contra Iouinianum. *Ichthyophagi,* inquit, *gēs erat in littore maris rubri, ſupra petrā* SOLIS CALORE *feruentes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant;* à quo & nomen ſortiti ſunt.

CAPVT III.

Quædam de agni mactatione, paraturâ, eſúque.

Ab agni carnibus *aliqui abſtinebant.*
Ouium lacte *Ægyptij haud veſcebantur.*
Paſcha *pro paſchali victimâ.*
Paſchalis Agnus *in loco tantùm mactationis occidebatur.*
Poſt meridiem *Agnus paſchalis occidebatur.*
Quo modo, *&* ritu *agnus mactaretur.*
In agni mactatione Armenorum *ſuperſtitio.*
Pelui aureâ, argenteáque *pro mactantium qualitate agni ſanguis excipiebatur ex aliquorum mente.*
Quo ordine *aureis argenteiſque vaſis agni ſanguis exciperetur; & an diuitum, & pauperum ratio habita.*
Vaſa ſanguine excipiendo labris *carebant.*
Pellis *qui agno detraheretur.*
Circa agni *immolationem, eſúmque aliquorum ſuperſtitio.*
Agnus in crucis *formam aſſabatur.*
An ex agni neruis, *&* cartilaginibus *comedere liceret Hebræis.*
In agni immolatione quiſque Sacerdotis *officio fungebatur.*
Tempus *hoſtiæ cædendæ quódnam.*
Congregatio *quot hominū numero conſtaret.*
Qui congregantur non omnes debent eſſe infirmi, *nec omnes* ſenes, *debiléſque.*
Congregatio ex ſeruis, pueris, fœminiſque *componi non poterat.*
Ex agno *quiſque comedebat ſaltem eā magnitudine, quæ* oliuæ *grano reſponderet.*
Ex agno vſque ad ſatietatem *comedi probant Hebræi.*

DE agni eſu, quia hîc ſumus, & agni paraturâ, aliqua ſubiicienda ſunt, quæ & antiquam eruditionem ſapiant, & vtilium monitorum fabricæ ſuhſternantur. In primis obſeruarem ab agni carnibus aliquas Gentes abſtinuiſſe; indicat hoc diſertiſſimus Philo in legatione ad Caium, apud quem hæc leguntur: *Cur abſtinetis a porcinâ? cúmque reſpondiſſemus eſſe mores alibi alios, & aduerſariis itidem vt nobis interdictum vſum rerum quarundam; alius verò quidam ſubieciſſet: multos ne* AGNINA QVIDEM VESCI *vbique parabili; addens ille: Rectè, inquit, inſuauis eſt enim: his magis irridebamur ipſi anxii.* Sic ille. Iudæorum legati ſic reſpondentes de his, qui abſtinerent ab eſu agni, Ægyptios ſuggillarunt. Huc etiam ſpectat illud, quod cap. 46. Gen. ſcriptum legitur: *Deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium;* non comedebant Ægyptij ouium carnes, nec licebat oues in Ægypto immolare, quia ſcilicet hæc animalia tamquam ſacroſancta ab Ægyptiis haberentur. Thebanos agnis temperaſſe, nec apud eoſdem oues immolari ſolitas, tradit Herodotus in Euterpe. 15.

Ab agni carnibus aliqui abſtinebant.

Philo.

Gen. 46.

Herodot.

Addò Ægyptios non ſolùm ab ouium carnibus abſtinuiſſe, ſed etiam ab ouium lacte, quod indicat S. Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum, dum ait: *Coge Ægyptium, vt ouium lacte veſcatur;* ac ſi diceret, non poteris.

Ouium lacte Ægyptij haud veſcebantur. S.Hieron.

Hebræis alius omnino mos, alia mens. Lege in Paſchate ex agno edere iubebantur, vt ob id Paſcha de paſchali Agno eorum ritu dicatur. hinc illud illorum מצות עשה לשחוט הפסח *Præceptum affirmatiuum eſt mactare, & occidere paſcha;* ideſt, paſchalem victimam, decimo quarto die menſis Niſam.

Paſcha pro paſchali victimâ. Hebr.

De Agno paſchali cenſent Hebræi non licuiſſe eum occidere, & mactare, niſi בעזרה in loco mactationis כאשר הקדשים *ſicut alia ſancta carnificia,* ita enim loquitur R. Abraham cap. 65. de hac re agens; quod intelligitur de ritu, quem obſeruabant poſtquam Templum ædificatum fuerat. 16.

Paſchalis Agnus in loco tantùm mactationis occidebatur. R. Abraham.

Agnus paſchalis quartadecimâ die menſis Niſam mactatur, ſed non niſi poſt meridiem id fieri ab Hebræis ſolebat; ſi antè occideretur, ineptus erat; ſic idem R. Abraham in trophæo fortium cap. 65. dum ait: *Non occiditur Agnus paſchalis niſi poſt meridiem, quod ſi antè occidatur, ineptus ſacrificio eſt.*

Poſt meridiē Agnus paſchalis occidebatur. R. Abraham.

Agnus paſchalis hoc modo mactabatur, vt refert auctor libri שלטי הגבורים cap. 65. *Vnus Sacerdos mactabat, alius ſanguinem excipiebat, & ſocio polubrum offerebat, & ille alij, & ſic deinceps, vt multi in hoc præcepto operam ſuam locarent, vſquequo ſanguis perueniret ad Sacerdotem, qui altari proximus erat; qui ſanguinem totum verſabat in locum ad id deſtinatum, & recipiens polubrum plenum ſanguine, aliud exhibebat vacuum.*

Quo modo & ritu agnus mactaretur. Idem.

In agni mactatione, & ſacrificio magnâ ſuperſtitione Armenos laborare, teſtantur hæc verba, quæ libro de eorum erroribus affert ſanctus Nicen. AGNVM *magno Dominico ſacrificant, & limine inungunt, & eius oſſa comburentes, ſeruant cineres cum ſanguine in ſignum expiationis, & velum ante altare ſtatuunt, & tintinnabula ipſi & altari*

In agni mactatione Armenorum ſuperſtitio. S.Nicen.

Digitized by Google

appendunt, quin etiam pro mortuis ouium, & boum ſacrificia peragunt, nec defunctum aliter ſeruandum exiſtimant, niſi tertijs, & nonis, & quadrageſimis eius diebus eiuſmodi ſacrificia peracta fuerint. antequam autem huiuſmodi ſacrificia peragantur, ſal benedicentes, dant beſtijs in nutrimentum, & ſuper earum etiam capita dicunt quaſdam orationes, & eas mactant. redeo ad Hebræos.

17. Agnum circa domûs oſtium mactatum, eiúſque ſanguinem pelui aureâ, argenteave à diuitibus exceptum, aliqui putant apud Adrianum Hoſtadium in Eucharisticis, vbi ait; *Quidam ſpeculantur ita hiſtoriam contigiſſe.* AGNICVLVM *mactabant circa introitum, & oſtium domûs, & tunc excipiebant ſanguinem illius pelui, aut phialâ, & quidem* ARGENTEA, *vel* DEAVRATA, *qui diuites erant, alij alio quopiam vaſe.*

Pelui aureâ, argenteáque pro mactantium qualitate agni ſanguis excipiebatur ex aliquorũ mente. Adr. Hoſt.

Aurea, & argentea polubra excipiendo agni ſanguini etiam Hebræorum auctores teſtantur, ita tamen vt hoc pauperum, diuitúmque diſcrimen minimè hîc agnoſcant, cùm Sacerdotes vario ſitu, & ordine locati illum his vaſis pro omnibus exciperent; Auctor libri שלטי הגבורים cap. 65. cuius & ſuperiùs à nobis mentio facta, ita ſcribit: *Sacerdotes ſtabant per* LINEAS ORDINATI, *& in eorum manibus polubra argentea, & polubra aurea, & illi qui argentea habebant, vnam formabant lineam, illi qui aurea aliam, nec inter ſe miſcebantur ob maiorem pulchritudinem*; quæ ſi vera, non verum illud quod ſuprà retulimus, diuites aureis vaſis vſos, pauperes, humilioréſque argenteis, cùm hæc Sacerdotum, & templi vaſa fuerint, & promiſcuè diuitum, & pauperibus vſibus adhiberentur: niſi dicamus pro temporum, & locorum varietate alium atque alium in hac re morem fuiſſe ſeruatum.

Quo ordine aureis argenteiſque vaſis agni ſanguis exciperetur, & an diuitum, & pauperum ratio habita. R. Abraham.

Vaſa, quibus Agni paſchalis ſanguis excipiebatur, labiis, oriſque carere debebant, ne ſcilicet illis quidpiam ſanguinis adhæreret. ita refert idem Auctor שלטי הגבורים cap. 65. in hæc ferè verba, *Polubra oras, & labia non habebant, ne ſanguis ijs adhæreret, & congelaſceret.*

Vaſa ſanguino excipiendo labris carebant. Idem.

18. Poſtquam Agnus paſchalis mactatus à Sacerdote fuerat in domo mactationis, vnuſquiſque ei pellem detrahebat, in quem finem claui ferrei parati erant; & quia hi claui ob confluentem multitudinem non ſatis erant, aderant & baculi nitidi, quos ſuper humeros alterius ponebant, & illis appendebant agnos excoriandos, ſicque vnuſquiſque pellem ſuo detrahebat. ita refert Auctor ſuperiùs aduocatus, cap. 65.

Pellis qui agno detrahebatur.

Circa agni immolationem, aliqua olim ſuperſtitio etiam nonnullorum fidelium mentem inuaſerat, vt agni carnes ſub altari, vel iuxtà in Paſchâ ponerent, de ipsíſque in Paſchæ feſto ante omnes alios cibos comederent; meminit huius moris VValfridus Strabo de rebus Eccleſiaſticis, cap. 18. & penitus reiiciendum docet, & exſibilandum; *Quorundam*, inquit, *ſimplicium error de Iudaicarum ſuperſtitionum ſeminario natus, & ad noſtra vſque tempora, quædam vetuſtatis extendens veſtigia, iam ex magna parte ſapientum ſtudio compreſſus eſt. Et ſicubi adhuc pernicioſum huius peſtis germen reuireſcere fuerit comprobatum, mucrone ſpiritali radicitus eſt amputandum illum dico errorem, quo quidam* AGNI CARNES *in Paſcha iuxtà, vel ſub altari eos ponentes, benedictione propriâ conſecrabant, & in ipsâ Reſurrectionis die ante cæteras corporales cibos de ipſis carnibus percipiebant. cuius benedictionis ſeries adhuc à multis habetur. Quod quàm ſit ſuperuacuum, & à Sacramentis Chriſtianæ perfectionis abhorrens, facile percipit, qui veraciter intelligit, quòd Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & vult epulari non in fermento veteri, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.*

Circa agni immolationẽ, eſúmque aliquorum ſuperſtitio. VValf. Strab.

19. De agni paraturâ habeo aliquid, quod non adeò tritum, & obuium, quin poſſit docto lectori ſine faſtidio offerri. Obſeruo in crucis formam aſſari ſolitum agnum, adeò vt duo paxilli adhiberentur, vnus rectus ab imo vſque ad caput, alter tranſuerſus per occiput; haud dubiè vt Chriſtum crucifigendum ſignificaretur. Diſco id ex Beato Iuſtino Martyre, qui in eo ſermone, quem cum Triphone Iudæo habuit, hunc Exodi memorans locum, ita ſcribit: *Quòd Agnus paſchalis aſſari iubetur, crucifigendum Chriſtum ſignificabat; ſiquidem* AGNVS IN CRVCIS FORMAM *expanſus aſſabatur; alter enim rectus paxillus ab imo vſque ad caput traijciebatur; alter verò tranſuerſus per occiput, cui armi agni alligabantur.* Sic ille. Diſcere ab hoc ritu etiam debemus in Eucharistici agni eſu crucem oculis cordis ſpectandam eſſe, Chriſtique paſſionem animo voluendam; Abraham ita ad Angelos, quos recepit hoſpites, loquutus his verbis eſt: *Requieſcite ſub arbore, ponámque buccellam panis, & confortate cor veſtrum*, Gen. 18. verſ. 4. Id nobis dictum putemus, ſub arbore crucis requieſcamus, Euchariſtiæ panem comeſturi.

Agnus in crucis formã aſſabatur. S. Iuſtin.

Gen. 15. 4.

Præcipitur Iudæis de agni carnibus comedere, *edent*, inquit, *carnes nocte illâ*; quæri poteſt, an ex carnibus tantùm comederent, an etiam ex neruis, & cartilaginibus. Hebræorum aliqui putant, non licuiſſe eis comedere neruos, & cartilagines agni. Abulenſi hoc non placet; id enim Deus apertè vetuiſſet, ſicut & vetuit frangere oſſa agni; nomine igitur carnium intelligi poteſt omne id, quod in agno comedi poteſt; ſed de hoc alio, & ſuo loco vberiùs.

An ex agni neruis, & cartilaginibus comedere liceret Hebræis. Abul.

Quæ Iudæi ſeruare ſolerent in celebrando paſchali feſto poſterioribus temporibus, videamus. Philo in vitâ Moſis hæc habet: *Eius menſis die quartadecimâ celebratur migrationis publica feſtiuitas, quam Chaldaicè Paſcha nominant; quo tempore non, vt aliàs, plebeii homines victimas adducunt ad altare mactandas à Sacerdotibus, ſed iubente lege* TOTA GENS SACRIFICAT, *dum pro ſe quiſque mactat hoſtiam ſuis manibus, tunc vniuerſo populo celebrante lætas epulas, quiſque ſe gerit pro Sacerdote.* Sic ille; ex quibus habes, victimas ex more à plebeis hominibus adductas ad altare, vt à Sacerdotibus immolarentur; in Paſchæ autem celebritate vnumquemque Sacerdotis officio functum.

In agni immolatione quiſque Sacerdotis officio fungebatur. Philo.

20. Ab horâ nonâ vſque ad vndecimam hoſtiæ cædebantur, & per ſingulas hoſtias contubernia fiebant, quæ non pauciores homines, quàm decem continerent. Collegi hæc ex Ioſepho de bello Iudaico, lib. 7. cap. 12. vbi hæc habet in hanc rem: *Cùm dies feſtus adeſſet, qui Paſcha vocatur, quando à nonâ horâ quidem, vſque ad vndecimam hoſtias cædunt, per ſingulas hoſtias verò contubernia non pauciorum, quàm decem fiunt, ſolùm enim epulari non licet, multi etiam vicini conueniunt*; & vniuerſè apud Hebræos congregatio non minori numero conſtat.

Tempus hoſtiæ cædendæ quódnam. Ioſephus. *Congregatio quot hominũ numero conſtaret.*

Monent Hebræi, ne ij qui ad agni eſum admittuntur, infirmâ omnes valetudine ſint, non omnes ſenectute affecti, & qui in luctu debiles, quia ſic multum ex agni carnibus relinqueretur, recenſiti quippe parum comedere ſolent; ita refert ex Hebræis Auctor libri שלטי הגבורים cap. 65.

Qui congregantur omnes debent eſſe infirmi, nec omnes ſenes, debiléſque. R. Abraham.

Congre

Congregatio ex ſeruis, pueris, feminisque componi non poterat. Idem.

Congregatio eorum, qui ad agni eſum admittebantur, ex feminis, pueris, ſeruiſque componi non debebat, quia hi eâ prudentiâ, & grauitate non pollent, quæ in hac re neceſſaria eſt, neque eâ modeſtiâ, quæ adhibenda eſt; ita idem Auctor eodem capite, ait enim: *Non ſit congregatio* FOEMINARVM, PVERORVM, AT SERVORVM, *nec inter eos leuia, & ludicra committantur.*

Ex agno quiſque comedebat ſaltem eâ magnitudine, quæ oliuæ grano reſponderet. Idem.

De agni carnibus edere quiſque tenebatur ſaltem eâ magnitudine, quæ grano oliuæ reſponderet, ſicque tot homines ad agni eſum admittebantur, vt carnes ſaltem eâ magnitudine cuique diſtribui poſſent; ita refert idem Auctor eodem loco.

Ex agno vſque ad ſatietatem comedi probant Hebræi. Idem.

Probant Hebræi ex agni carnibus vſque ad ſatietatem comedi; ſic habet idem Auctor cap. 65. dum ait: *Præceptum optimum eſt edere ex agni paſchalis carnibus vſque* AD SATIETATEM. Hæc ferè ex Hebræorum promptuariis deſumpta ſunt, quorum vt aliqua populi huius ſuperſtitioſos mores redoleant, alia tamen vtilitatem aliquam poſſunt parturire, ſi ad verum agnum traducantur, quod paſſim à nobis deinceps fiet.

CAPVT IV.

Pleraque eſui communiter inepta comedi ab aliquibus ſolita.

Vermibus *aliqui veſcebantur.*
Oſſa *dactylorum in cibum adhibita.*
Liquefacta margaritæ *in cibum.*
Papyrum *olim comedebant.*
A papyri eſu Ægyptij παπυρόφαγοι *dicti.*
Tomentum *aliqui manducare coacti.*
Tritici paleæ *in cibum adhibita.*
Tribulus *in cibum excepti alibi ſolitus.*
Vuarum exuuia *cibum aliquando præbuiſſe.*
Locuſtis *olim aliqui veſcebantur.*
Locuſtarum *forma, & apparatus.*
Arborum radices *aliquorum cibus.*
Arborum cortices *mandunt, qui in ſuperficie litteræ ſiſtunt.*
Rodunt cortices, *qui ſæcularibus litteris addicti nimis ſunt.*
Veſtes ex corticibus.
Fagi *cortex in Sacris.*
In rerum cortice *veritatis indagatori minimè ſiſtendum.*
Amouendi à nuce *corticis ſimilitudine* labor *commendatur.*
Iactantiam *fugiendam corticis metaphorâ probatur.*
Detractis corticibus *arbuſta lambebant.*
Truncos *comedebant aliqui.*
Frondes, *arborúmque* cacumina *eſui accommodata.*
Arborum foliis *aliqui victitabant.*
Iuniperi radices *in cibum.*
Arborum radicibus *fami vt conſuleretur.*
Radicum *eſu paupertatis tolerantia ſuadetur.*
Iuniperi radix *auaritiam cur notet.*
Coria, *&* pelles *in cibum parata.*
Coria *à ſcutis detracta cibum præbuiſſe aliquando.*
Spectatorum riſui *excitando mandebant olim* coria.

21. CRVDARVM carnium vſos huc nos ducit, vt alia quoque ex antiquitatis promptuariis referamus ab aliquibus ad eſum adhibita, quæ paſſim & eſui communi, ac trito vſui inepta exiſtimantur.

Vermibus aliqui veſcebantur. S. Hieron.

Obſerno extitiſſe, qui iis vermibus veſcerentur, qui lignis innaſcuntur, & lignorum carie nutriuntur, ita teſtatur ſanctus Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum, cap. 6. in hæc verba: *In Ponto & Phrygiâ* VERMES ALBOS, *& obeſos, qui nigello capite ſunt, & naſcuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit, & quo modo apud nos attagen, & ficedula, mullus, & ſcarus in delicijs computantur, ita apud illos* ξυλοφάγον *comediſſe, luxuria eſt.*

Oſſa dactylorum in cibum adhibita. Acta.

Oſſa dactylorum madefacta in cibum fuiſſe aliquando adhibita, liquet ex eo, quòd Auctor vitæ ſancti Theodori Cœnobiarchæ de illo ſcripſit, *Alimentum,* inquit, *erat fructus palmæ, aut paucæ ſiliquæ, aut legumen aliquod aquâ madefactum, aut etiam quæ ex agreſtibus herbis erant eſculentæ; quid ſi horum quoque quæ dicta ſunt, erat penuria propter ſummam ſolitudinis inopiam,* OSSA DACTYLORVM *madefacta erant illi lautum, & ſplendidum nutrimentum propter neceſſitatem, & famis ſcitum ſolatium.*

Liquefacta margarita in cibum. Sueton.

Margaritas liquefactas aceto plerique ſorbuêre; ſorbuit Caligula, de quo ita Suetonius: *Commentus nouum balnearum vſum, portentiſſima genera ciborum, atque cœnarum, vt calidis, frigidiſque vnguentis lauaretur, pretioſiſſimas* MARGARITAS ACETO LIQVEFACTAS *ſorberet conuiuis ex auro panes, & obſonia apponeret, aut frugi hominem eſſe oportere dictitans, aut Cæſarem.*

Papyrū olim comedebant. Plinius. *A papyri eſu Ægyptij* παπυρόφαγοι *dicti.* Schol. Æſch. Vopiſc.

22. Apud antiquos etiam papyrum comedi ſolitum, qui veterum rudera verſauerit, non repugnabit. De papyro loquens Plinius ait: *Mandunt quoque* CRVDVM, *decoctúmque,* SVCCVM *tantùm eius deuorantes.* Hinc παπυρόφαγοι ab eſu papyri dicebantur Ægyptij, ita habet Scholiaſtes Æſchyli dum ait: *Papyro Ægyptij veſcuntur.*

Et aliqui illa verba interpretantur quæ habet Vopiſcus de Firmo: *Exercitum ſe alere poſſe* PAPYRO, *& glutino,* quod licèt de iſtarum rerum pretio acceperint plerique, alij tamen de ipſo papyro, glutinóque interpretantur.

Tomentū aliqui manducare coacti. Sueton.

Non defuêre, qui fame tentati, & tomentum manducare tentarint; hinc illud Suetonij in Tiberio: *Druſo adeò alimenta ſubducta, vt tomentum è culcitâ tentauerit mandere.*

Tritici palea in cibum adhibita. Alex Guagn.

Apud Liuones tritici paleis vulgus magnâ ex parte cum farinâ ſiliginis mixtis, vtitur; ita refert Alexander Guagninus in Liuoniæ deſcriptione.

Tribulus in cibum excipi alibi ſolitus. Plinius.

Tribulum in cibum alicubi exceptum, tradit Plinius lib. 21. cap. 16. *Tribulus non niſi in paluſtribus naſcitur: dira res alibi iuxta Nilum, & Strymonem amnes excipitur* IN CIBIS, *inclinatus in vadum: folio ad effigiem vlmi, pediculo longo.*

Vuarum exuuia cibū aliquando præbuiſſe. Suid. Athen. Oſe 3. 1.

23. Vuarum exuuia aliquibus cibum exhibuiſſe teſtatur Suidas verbo ϛέμφυλον, his verbis: EXVVIIS *vuæ, & olearum pro obſonio vtebantur.* Hinc & illud apud Athenæum lib. 9. *Conciſa minutim olera vulſilia, aut* VINACEA. *Schol.* ϛέμφυλα *vuarum prælo expreſſarum reliquias, ac retrimenta;* quibus illuſtrare ea verba poſſumus, quæ habet Oſeas 3. 1.

Ipſi

Ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum; ſic enim vulgatus Interpres vertit; quam verſionem repudiare alij non debebant, & illius loco aliam ſubſtituere, quod fecit Lyranus, Vatablus, Pagninus, & alij, qui cenſent ita hæc verba vertenda: *& diligunt œnophora*, ſiue *lagenas*; volunt eorum ebrietatem notari, ex qua libidines, cæteraque vitia naſcuntur; nos ſequimur Vulgati verſionem, quæ ſuſtineri optimè poteſt; per vinaciam autem Idola Propheta intelligit, quòd inania ſint, & inutilia; nihil boni ſucci exhibere ſuis cultoribus poſſint.

Lyran. Vatabl. Pagnin.

Locuſtis olim aliqui veſcebantur. Matth. 3.

Locuſtas in cibum paratas adeò inſolens, inoſitatúmque aliquibus eſt viſum, vt quod de Ioanne Baptiſtâ ſcribitur Matth. 3. illius eſcam locuſtas fuiſſe non de inſecti genere accipiant, ſed per locuſtas, herbas intelligant; quod tamen probari minimè debet, cùm locuſtæ apud Orientales viliſſimus quidem cibus extiterit, ſed extiterit tamen; quod probant hæc ſancti Hieronymi verba lib. 1. aduersùs Iouinianum: *Orientales, & Libyæ populos, quia per deſertum, & calidam Eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiantur*, LOCVSTIS VESCI MORIS EST, *hoc verum eſſe Ioannes quoque Baptiſta probat.* Addit, *Cum pelle Phrygem, & Ponticum vt locuſtam comedat, & nefas putabit*; quod ergo alibi eſu ineptum putatur, & à menſis reiicitur, recipitur alibi, in vſúque eius eſus eſt. Animalia autem locuſtas fuiſſe, quibus Ioannes veſcebatur, tradit & Rabanus Maurus lib. 1. in Matth. cap. 3. vbi explicat & huius inſecti magnitudinem, modúmque quo in cibum parabatur, quídque per mel ſilueſtre, cuius mentio apud eundem Euangeliſtam fit, intelligatur; hæc illius verba loco producto: *Nec ſilendum eſt, quòd in dictis Arculfi Galliarum Epiſcopi, qui de locis ſanctis plurima narrauit, reperimus minimum* GENVS LOCVSTARVM *fuiſſe in deſerto Iudææ, quo paſtus eſt Ioannes Baptiſta, & vſque hodie ibi apparere, quæ corpuſculis in modum digiti manus exilibus & breuibus in herbis facile capiuntur, coctaque in oleo pauperem præbent victum; ſimiliter narrat idem vir in eodem deſerto arbores eſſe habentes folia lata & rotunda lactei coloris, & melliti ſaporis, quæ naturâ fragilia manibus confricantur, & eduntur. & hoc eſſe quod mel ſylueſtre in Euangelio dicitur.* Etiam Galenus in Hippocratis aphoriſmos comment. 2. ἀκρίδας locuſtas inter cibos, quæ tardiſſimè alunt. Theophylactus in epiſt. refert eas inter ruſticorum lautitias. Falluntur igitur, qui ἀκρίδας apud Matthæum fuiſſe plantarum ἀκρέμονας, id eſt, ſummitates, aut herbas putant. Athenæus quoque lib. 1. de Apicio ait: LOCVSTIS VESCEBATVR *magno emptis.* Poſſem rei formandæ Auctores alios aduocare, ſed hi inſtituto noſtro ſatis erunt, vt omne dubitationis nubilum propulſetur; pergo ad alia: à locuſtis ad cortices eo.

S. Hieron.

Locuſtarum forma, & apparatus. Rabanus.

Galenus.

Theophyl.

Athen.

24\. *Arborum radices aliquorum cibus.* Iob 30. 4.

Apud Iob leguntur hæc verba cap. 30. 4. *Et manducabant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum*; à victu Gentium, Gentium mores coniice, ſenticoſos mores ſenticoſus, ſilueſtríſque cibus comitabatur; quod de corticum eſu habet Iob durius aliquibus viſum, quàm vt illud admiſerint, atque adeò varias nobis lectiones obtruſerunt, à Vulgati verſione diſſitas, & diſcrepantes, vt videre eſt apud Pagninum, Vatablum, & alios; at Vulgatos conſtanter legit *cortices*, & huius vnius auctoritas cæteris omnibus præponderat. Ab omni igitur notâ hæc lectio vindicanda, ab omnis dubitationis nubilo ſubducenda, vt mirer id non feciſſe accuratum Iobi interpretem, & tractatorem Pinedam, quæ de corticis eſu ſubdubitare videtur, dum ait: *In Hebræo propriè eſt, & virgulto, aut, & arbore, vel ſuper, aut iuxta arborem, id eſt, colligebant huiuſmodi herbas iuxta arbuſta; at interpres voluit etiam ſignificare aliud cibi genus barbarorum, & ſylueſtrium hominum, nempè cortices arborum, quamquam inter corticis vſus numquam cibatus meminit Plinius* lib. 16. c. 9. Hucuſque Pineda. Verùm nihil refert id Plinium non dixiſſe, non omnia ſciuit Plinius, nec omnia quod ſcire potuit, voluit monumentis conſignare. Vulgati lectio aliunde firmanda eſt. Arborum cortices lego; & corticibus aliquos ad eſum vſos, licèt à Plinio non habeamus, ab aliis probæ notæ Auctoribus habemus; Suidas verbo [illegible], ita ſcribit: ARBORVM CORTICES DETRACTAS COMEDERVNT. Egeſippus quoque de excidio Ieroſolymitano loquens lib. 5. c. 18. famis magnitudinem, qua Iudæi in magno illo Vrbis excidio affligebantur, deſcribens, ait eò aliquos deueniſſe, vt arborum cortices emungerent, ac ſucci ſi quid ineſſet, elicerent; hæc Egeſippi ſunt verba: *Plerique etiam beneficium putantes mori, egrediebantur vrbem, vt herbas vellerent, vel radices depaſcerentur, aut* CORTICES ARBORVM DETRAHERENT, *ſi quid in his viriditas ad cibi ſolamina ſubminiſtraret, quos inuenientes Romani necabant.* quæ verba quantam lucem Iobi verbis, quæ produximus, immittant, apertiſſimè apparet, vt videantur quæ de quibuſdam barbaris Iobi æuo viuentibus ſunt dicta, de Iudæis ipſis prædicta, & velut quadam figurâ ſignificata. Quid? quod de Indis loquens Cælius Rhodiginus, non minus eos incocta ferarum carne veſci refert, quàm eiuſdem arboris cortice, ſic enim ille ſcribit lib. 18. cap. 31. lect. antiq. ALIMENTA SVGGEREBAT ARBORIS CORTEX, *quæ illarum gentium vocabulo Tala nuncupatur: in cuius faſtigio prodeunt velut cucurbitulæ agreſtes, cuiuſmodi in palmis conuiſuntur, necnon ferarum incocta caro*; vt proinde Vulgati lectio optimè his, quæ attulimus, illuſtretur.

Pined.

Suid.

Egeſipp.

Cæl. Rhod.

Arborũ cortices mandunt, qui in ſuperficie litteræ ſiſtunt. Gloſſ.

Plerique ſunt, quod dolendum, qui extra famis neceſſitatem corticibus veſcuntur, hi ſcilicet, qui nudæ litteræ Hebræorum more hærent, ſoláque verborum ſuperficie in ſacrâ Scripturâ paſcuntur; benè ad producta Iobi verba Gloſſa: ARBORVM CORTICES *mandunt, qui in ſacris voluminibus ſolam litteræ ſuperficiem venerantur*; medullæ intus latentis dulcedine deſtituti.

Cortices mandunt, qui diuinarum Scripturarum ſuauitate contemptâ, ſecularium litterarum vilitati adhærent; ſanctus Paſchaſius Radbertus in prologo libri 5. in Matth. *Siliquas porcorum ſecularium litterarum adhuc pueri, vel* CORTICES RODVNT. Corticibus veſcuntur, qui ſanctorum Patrum ſapidiſſimis ferculis repudiatis, prophanæ externæ eruditioni, quæ corticem refert, lambunt, & premunt. Audiri hîc debet Petrus Abbas Cellenſis lib. 7. epiſt. 19. ait enim: *Curioſitas, an ſtudij aſſiduitas te vrgent, viliſſimi hominis herbas &* CORTICES INSIPIDOS MENDICARE, *cùm ſedeas ad menſas diuitis Auguſtini, benigni Gregorij, pecunioſi Hieronymi, glorioſi Ambroſij, Bedæ omnium monetarum nummuli, profundiſſimi tamquam Maris magni Hilarij, ſuauiſſimi eloquij Origenis, & aliorum innumerabilium, quorum nec micas ſub menſâ dignus ſum colligere?* 25.

Rodunt cortices, qui ſecularibus litteris addicti nimis ſunt. S. Paſchaſ.

Petr. Cellenſ.

Veſtes ex corticibus. Seneca.

Sed præter eſum, alium corticum vſum apud antiquos video, veſtes aliqui ex corticibus conficiebant, quibus induebantur. Seneca epiſt. 90. *Frigus intolerabile eſt corpori nudo; quid ergo? numquid non pelles ferarum, & aliorum animalium à frigore*

ſatis

ſatis abundéque defendere queunt? non CORTICIBVS ARBORVM *pleraque gentes tegunt corpora?* Clemens Alexandrinus Stromat. *Allobij neque vrbes habitant, nec domos habent, arborum autem* INDVVNTVR CORTICIBVS. Nicetas Choniat. lib. 1. in Andronico: ARBORVM CORTICIBVS PVDENDA VELABANT, *aut è viminibus contextis pileolis capita tegebant.* Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18. *Meſſagetæ ex arborum corticibus amictus intexebant.* Quid, quòd tunicas pelliceas, quibus primos parentes in mundi primordio veſtiuit Deus, affirmant aliqui ex arborum corticibus fuiſſe? ita aſſerit Theodoretus Heracleæ Epiſcopus, & Gennadius Conſtantinopolitanus; ſed hoc valdè durum eſt, & admodum alienum à pelliccarum tunicarum qualitate. Fagi corticem in Sacris adhibitum reperimus. Plinius lib. 16. cap. 9. *Nec non in quodam vſu Sacrorum fagi* CORTEX *eſt.* Funes ex nucis cortice confectas lego; hinc in Dictionario Syro-Chald. אפקי מנא *eſt funis, qui fit de* CORTICE *funis*; ſed quia hîc ſumus, aliquem vtilium monitorum ſuccum ab hiſce corticibus exprimamus.

Clem. Alex.
Nicet. Chon.
Alexand. ab Alex.
Theodoret.
Fagi cortex in Sacris.
Plin.

26. In totum veritate indaganda in extimo rerum cortice minimè ſiſtendum, internæ dulcedinis medulla quærenda eſt; præſertim in diuinorum decretorum ſecretis expendendis; ſcitè ſanctus Gregorius lib. 13. moral. cap. 10. vbi malos quoſdam, & temerarios diuinorum iudiciorum iudices ita premit: *Neſciunt occulta iudicia ſubtiliter quærere, atque id quod non intelligunt, humiliter perſcrutari, quia eos ſæpe à ſecretis inueſtigationibus iudiciorum Dei ipſa ſcientia ſua elatio deijcit, dum extollit; obſtaculum namque veritatis eſt tumor mentis, quia dum inflat, obnubilat. Qui etſi quando ſcientiam videntur adipiſci, quaſi de quodam rerum* CORTICE, *& non de ſecreta dulcedinis medullâ paſcuntur, micantibúſque ingenijs ſæpè exteriora tantummodo attingunt, ſed interni guſtum ſaporis ignorant, videlicet foris acuti, ſed intus cæci ſunt.*

In rerum cortice veritatis indagatori minimè ſiſtendum.
S. Gregor.

Amari corticis ſimilitudine, qui à nuce, & amygdalis amouetur, vt interioris fructûs ſuauitate paſcamur, dura & aſpera ferenda eſt, vt tandem ſapidiſſimos gloriæ fructus deguſtemus, docebat ſanctus Hieronymus lib. 1. in Hier. cap. 1. *Quomodo*, inquit, *nux, ſiue amygdalus amariſſimum habet* CORTICEM, *& teſtâ duriſſimâ cingitur, vt detractis auſterioribus, & duris, fructus dulciſſimus reperiatur: ſic omnis correptio, & labor continentiæ amara quidem videatur ad præſens, ſed fructus parit dulciſſimos.*

Amouendi à nuce corticis ſimilitudine labor commendatur.
S. Hieron.

27. Arbor ſiccatur, & perit, ſi cortice, quo illa cingitur, denudetur; docet hæc res iactantiam in bonis operibus fugiendam, nec oſtentanda, quæ agimus, ſed quantum nobis licet ab hominum oculis humilitatis tegmine ſubducenda; eleganter de hac re philoſophatur ſanctus Gregorius lib. 8. moral. cap. 30. ediſſerens illa Ioëlis verba cap. 1. *Decorticauit ficum meam, albi facti ſunt rami eius*; ait quippe, *Ficum Dei gens iſta decorticat, quia ſeductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad oſtentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit, eámque nudam expoliat, quia quouſque in bonis ſuis abſconditur, quaſi proprij tegminis cortice veſtitur; cùm verò mens hoc, quod egerit, videri ab alijs concupiſcit, quaſi expoliata ficus eum, qui ſe texerat,* CORTICEM AMISIT: *vbi aptè ſubditur, albi facti ſunt rami eius, quia oſtenſa humanis oculis eius opera candeſcunt, de ſaturitate nomen ſumitur, cùm recta actio diuulgatur; ſed quoniam ſubducto cortice rami fici huius areſcunt, ſolerter intuendum eſt, quia facta arrogantium humanis oculis oſtenſa, vnde placere appetunt, inde ſiccantur. Mens itaque, quæ per iactantiam proditur,* DECORTICATA *rectè ficus vocatur, quia & candida eſt per hoc quod cernitur, & ſiccari proxima per hoc quod tegmine corticis nudatur: intus ergo ſunt ſeruanda quæ agimus, ſi ab æterno arbitro vicem recipere noſtri operis expectamus; hinc eſt enim, quod per Euangelium Veritas dicit: Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Hucuſque ſanctus Gregorius; ſed nos ad eſum redeamus.

Iactantiam fugiendā corticis metaphorá probatur.
S. Gregor.
Ioel. 1.

28. Detractis corticibus aliquando ſuccum ab arboribus elicere fame laborantes conabantur; videtur huc ſpectare S. Ambroſius lib. 5. epiſt. 31. his verbis: *Propterea detractis, vt aiunt, arbuſta exuta* CORTICIBVS *ſucco miſerabili deficientium ora lambebant. Propterea chaoniam frugem glande mutantes rurſus in pecudum paſtus, & ad infelicis victus alimenta reuocati, concuſſa quercu famem in ſyluis miſeram ſolabantur.* Plinius truncos cibum aliquibus præbuiſſe aſſerit lib. 2. cap. 10. quin & lapides, ac terram: *Terram ediſſe ijs tabificum eſt, niſi ſæpiùs mandant; deuorant autem, & lapides truncos quidem gratiſſimo in cibatu habent.*

Detractis corticibus arbuſta lambebant.
S. Ambroſ.
Truncos comedebant aliqui.
Plin.

Frondes, arborúmque cacumina ad cibatum adhibita obſeruo melioribus ferculis deſtitutis. Seneca lib. 3. de ira, cap. 20. *Suſtinebant famem primò tenerrima* FRONDIVM, ET CACVMINA ARBORVM, *quicquid neceſſitas cibum fecerat*; & epiſt. 100. *Tunc te admirabor, ſi non contempſeris etiam ſordidum panem: ſi tibi perſuaſeris, herbas, vbi neceſſe eſt, non pecori tantùm, ſed homini naſci: ſi ſcieris cacumina arborum explementum eſſe ventris, in quem ſic pretioſa congerimus, tanquam recepta ſeruantem.*

Frōdes, arborúmque cacumina eſui accommodata.
Seneca.

Ex arborum foliis plerosque victitaſſe, ne fame perirent, teſtatur Petrus Bleſenſis epiſt. 69. *Petelini*, inquit, *à Pœnis obſeſſi parentes, & liberos ob inopiam eiecerunt, ipſi autem folijs arborum vitam trahentes obſidionem vndecim menſibus contempſerunt.* Cafres quoque ipſa arborum folia comedunt, vt refert Godignus in vita Gonzali Siluerij lib. 2. cap. 10. apud Athenæum lib. 4. LAVRI FOLIA *pro bellarijs apud veteres habita, ſic docet Callias, ſiue Diocles in Cyclopibus*; ſed à foliis, & cacuminibus ad arborum radicem calamum demitto.

Arborum folijs aliqui victitabant.
Pet. Bleſ.
Nic. God.
Athen.

29. Iobi locum quo ad corticum eſum hucuſque ſuâ luce donauimus; illuſtranda & illa verba, quæ ſtatim ſubdit, *& radix iuniperorum eſt cibus eorum*; huius quoque cibi inſolentia pleroſque torſit, vt mollire hanc lectionem tentauerint; Symmachus legit, *Radix frumentorum agreſtium*; ſanctus Auguſtinus, *radix herbarum.* Pineda poſt multa, quæ in horum verborum explicatum adduxerat, tandem hæc habet: *ergo vt ad radices iuniperorum redeamus, rectè hoc loco dictum eſt, iuniperorum, ſed quòd illius radices eſui aptæ aliquando fuerint, apud probatum aliquem auctorem non video. fortè in Arabia hunc vſum habuerunt. LXX. in communi acceperunt, Radices lignorum manducabant propter magnam famem.* Hæc ille. Sed cùm hîc neceſſitatem habeamus, non tam res expedenda ex ſolito more, quàm ex inſolitâ egeſtate, rerúmque penuriâ, & quidem eò fame aliquos adactos, vt arborum, herbarúmque radicibus veſci cogerentur, non eſt dubium. *Eo anno, quo hæc prodebamus*, inquit Sabellius lib. 10. cap. 7. *in nonnullis Flaminiæ regionis, Piceni agri locis, tanta rei frumentariæ caritas incidit, in magno Italiæ motu, vt agreſte & inops vulgus vltimum remedium inuenerit in* ARBORVM RADICIBVS, *& herbis areſactis, tuſiſque, & in panis ſpeciem ſubactis.* Nicetas Choniates lib. 5. in Emanuele Comneno:

Iuniperi radices in cibum.
Iob 30. 4.
Symmach.
S. Auguſt.
Pineda.
Arborum radicibus famí vt ſuſtolerētur.
Sabell.
Nicet. Chon.

Comneno: *Cùm exercitum in multis ærumnis, & periculis verſari videret, quippe fame vrgente, vt nonnulli cibis inuſitatis vterentur, omnes verò* RADICIBVS, *& palmarum comis elixis.* Seneca lib. 3. de Irâ cap. 20. *Poſtquam* RADICES *quoque, & herbæ defecerant, apparuitque inops etiam animalium ſolitudo, decimum quemque ſortiti.* Spartianus in Seuero: *Cœpit hyemali propè tempore (quod in illis regionibus meliùs per hyemem bella tractantur) quum* HERBARVM RADICIBVS *milites viuerent, atque inde morbos ægritudinéſque contraherent: quare cùm obſiſtentibus Parthis, fluente quoque per inſuetudinem cibi aluò militum, longiùs ire non poſſet, tamen perſtitit, & oppidum cepit, & Regem fugauit, ac plurimos interemit, & Parthicum nomen meruit.*

Seneca.

Spartianus.

Radicum eſu paupertatis tolerãtia ſuadetur.

Seneca.

Ad paupertatis tolerantiam hoc exemplo nos inhortatur Seneca epiſt. 7. *Perpeſſi ſunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt* HERBARVM RADICIBVS, *& dictu fœdam tulerunt famem. Hæc omnia paſſi ſunt pro regno (quo magis mireris) alieno; dubitabis aliquis ferre paupertatem vt animum furoribus liberet?* Per hæc igitur Iobi verbis lucem aliquam poſſumus immittere, & de verarum radicum vero eſu hunc locum accipere.

Iuniperi radix auaritiã cur notet.

Gloſſ.

Vtile eſt quod ex iuniperorum foliis, radicibúſque exſculpit Gloſſa, hæc Iobi verba explicans, & ad mores flectens, ait enim: *Iuniperi pro foliis quaſi ſpinas habent. Spina verò eſt omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quaſi pungendo lacerat mentem. Per* RADICEM ERGO IVNIPERI *auaritia deſignatur, quæ radix eſt omnium malorum, quaſi ſpinarum* ſubuenit Interlinearis: *Radix iuniperorum, quia auaritia latet in corde, ſed puniſiones peccatorum omnium potenter producit in opere.* Sed pergo, & alia affero, quæ alioquin eſu inepta, comedebantur tamen.

30. Coria cibum aliquando præbuiſſe obſeruatum nobis eſt. Interempto à Pœnis commeatu, quem Romani miſerant, ad tantam omnium rerum penuriam ventum eſt, vt lora & pelles ſcutis detractas aquâ emollitas mandere conati ſunt: nec muribus interim, aliiſque obſcœnis cibis abſtinuerint. Satis conſtat, CCC. argenteis murem vnum memorabili euentu væniiſſe numis, emptoréinque eâ alimoniâ ſeruatum, eo qui vendiderat extincto; quod refert Sabellicus lib. 3. Ennead. 51. Petrus quoque Bleſenſis epiſt. 69. *Ipſi autem* CORIIS MADEFACTIS, *& igne ſiccatis viſam trahentes.*

Coria, & pelles in cibum parata.

Sabel.

Petr. Bleſ.

Coria à ſcutis detracta cibũ præbuiſſe aliquando.

Ioſeph.

Coriis, pellibúſque ſcuta contecta indicant verba, quæ ex Sabellico recenſuimus; indicant & iſta, quæ habet Ioſephus de bello Iudaico lib. 7. cap. 7. vbi coria à ſcutis detracta cibum fame laborantibus neceſſitatem obtuliſſe refert in hæc verba: *Denique nec cingulis, nec calceamentis abſtinuere;* CORIAQVE SCVTIS DETRACTA MANDEBANT. *Quin etiam fœni veteris laceramenta victui habebantur: cuius nonnulli exiguum pondus quatuor Atticis venundabant.* Seneca. Coriis igne mollitis fami conſultum, tradit lib. 3. de irâ cap. 20 *Suſtinebant famem coria igne mollita, & quicquid neceſſitas cibum fecerat.*

Seneca.

Spectatorũ riſui excitando mandebant olim coria.

S. Chryſoſt.

Illi quoque, qui ſpectacula ſpectatorum riſui excitando exhibebant, inter alia calceorum mandebant coria. Sanctus Chryſoſtomus hom. 21. in epiſt. 1. ad Corinth. rem his verbis narrat, atque etiam damnat: *Alij* MANDENTES CORIA CALCEORVM *detritorum: alij autem acutos clauos in cauos traiicientes: alij autem in aquis gelu concretis nudo ventre immorantes: alij autem his acerbiora, & abſurdiora ſuſtinentes, vt vobis improbum exhibeant ſpectaculum. Tu autem cùm hæc fiunt ſtas ridens, & admirans, & aliorum malis traducens commune probrum, & dedecus naturæ.* Alia multa adduci huc poſſent, quæ eſui communiter inidonea, comedebantur, ſed adducto inſtituto noſtro ſatis erunt, erunt & docti lectoris guſtui; nos ad alia vocamur, ad alia pergimus.

CAPVT V.

De carne, carnis abſtinentiâ, eſúque.

Bouis *carnes cur cariùs venderentur.*

A carne *cur populus abſtinuerit Iuſtiniani æuo.*

Clerici olim à carnis eſu *nimis religiosè abſtinebant.*

Ouum *pro* carnibus *vitabant Ægyptij Sacerdotes.*

Carnem *elixam in vſu olim non fuiſſe aliquorum cenſio.*

Ventres *appellati, qui carnes comedebant.*

Plerique olim manè *tantùm* carnibus *veſcebantur.*

Ter *in hebdomadâ* carnes *manè comedebant.*

Monialibus *nonnullis ſemel tantùm in die carnes edere licebat, neque ex carne plura fercula alicui apponebantur.*

Sinæ *carnes* piſcibus *permiſcent.*

Carnes albas *in optimum putabant.*

Phariſæus ob ſtudia litterarum à carnibus *abſtinens*

Caro, *quæ in ſacrificijs offerebatur, à putore immunis.*

Ouum *in vaſe carni deputato haud coquunt Hebræi.*

Lac, *&* carnes *eodem tempore, eodem foro coquere nefas Hebræi putant.*

Superſtitioſa carnis *comeſtio apud Hebræos.*

Carnes *&* piſces *ſimul in menſâ ſtatuere eis non licet.*

Vaſa *carnibus coquendis diſtincta ab ijs, quibus lac immittitur, quì ab Hebræis diſtinguantur.*

Poſt diluuium *carnium eſum Deus homini conceſſit, vt ab idololatriâ eos auocaret.*

Verborum veritate *vt caro ſale, mens reſtringenda.*

Caro Chriſti *mundi decus, & ornatus, ſine illâ terra incompoſita.*

CRVDÆ, aut ſemicrudæ carnis eſus, de quo in ſuperioribus ſatis luculenter egimus, feret nos aliqua vniuersè de carne, carniſque aut comeſtione, aut abſtinentia in lectoris guſtum, & vtilitatem hîc implantare, quod hoc capite præſtabimus, & in primis de carnibus hoc obſeruatum lectori porrigo: carnes bouis, qui Herculi immolabatur, cariùs vendi ſolitas, idque ob religionem; indicat iſtuc Seruius in lib. 8. Æneidum, *De boue*, inquit, *immolato Herculi* CARNES CARIVS VENDEBANTVR *cauſa religionis, & inde alter redimebatur.* 31.

Bouis carnes cur cariùs venderentur.

Seru.

Olim

Digitized by Google

A carne cur populus abſtinuerit Iuſtiniani æuo.
Drac.

Olim Iuſtiniani æuo populus quarta Februarij à carnibus abſtinere cœpit. rem & cauſam habet Draconus in eius vitâ: *Anno*, inquit, *Imperij Iuſtiniani decimonono facta eſt inopia frumenti, vini, & olei, ac pluuia magna, & factus eſt terræmotus magnus Conſtantinopoli, & euerſio diei ſancti Paſchæ; & cœpit vulgus abſtinere* A CARNIBVS *menſe Februario die quarto.*

Clerici olim à carnis eſu nimis religioſè abſtinebât.
Conc. Aquiſ.

Plerique in Clericorum cenſu adſcripti carnium eſum olim diffugiebant, vt nec olera comederent, quæ cum carnibus cocta, quod, quia ſuperſtitionem quandam ſapiebant, coërcet Concilium Aquiſgranenſe cap. 63. idque ex antiquiore Concilio Ancyrano in hæc verba: *Hi, qui in clero ſunt Preſbyteri, & Diaconi, &* A CARNIBVS ABSTINENT, *placuit eas quidem contingere, & ita, ſi voluerint, continere. Quòd ſi in tantum eas abominantur, vt nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.*

Oua pro carnibus vitabant Ægyptij Sacerdotes.
S. Hier.

Pleroſque à lacte, & ouis tanquam à carnibus abſtinuiſſe obſeruatum nobis eſt. Certè Ægypti Sacerdotes horum vſum ſibi interdicebant, quod alterum carnes liquidas eſſe dicerent, alterum ſanguinem colore mutato; id quod ex Chæremone refert ſanctus Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum c. 9. in hæc verba: *Quid loquar de volatilibus, cùm ouum quoque pro carnibus vitauerint, & lac? quorum alterum carnes liquidas alterum ſanguinem eſſe dicebant colore mutato?* Sic ille, de illis loquens.

Carnem elixam in vſu olim nõ fuiſſe aliquorũ cenſe.
Seru.
Plato.
Athen.

Carnem elixam olim in vſu non fuiſſe tradit Seruius in lib. 1. Æneid. dum ait: *Heroicis temporibus carne non veſcebantur elixa*; ſed Plato lib. 3. de Republ. priùs notauerat his verbis: *Noſti Homerum in ipſo exercitu ad Heroum conuiuia non piſces adducere, quamuis eſſent Græci in ipſo maris Heleſponti littore, neque* ELIXAS CARNES, *ſed aſſas tantum exhibere, quæ quidem militibus paratu eſſent facillima.* Et Athen. lib. 1. Gymnoſoph. *In cœnam*, inquit, *aſſam tantùm carnem adhibebant, nam, vt inquit Antiphanes,*

Homerus immolans boues, nec inſcula
Parat, neque ELIXAT CARNES, *aut cerebrum,*
Sed inteſtina, ventréſque aſſat, adeò priſci moris tenax fuit. Hæc ille.

Eubul.

Eubulus Comicus apud eundem Athenæum paulo pòſt, ſic in eandem ſententiam loquitur.

——— *carnes* ASSABANT *illi tantummodo.*
Etenim nullum ELIXASSE *ex ipſis refert,*
Quin nec ſcortum in caſtris vllum fuit.

Sic ille de Homero.

32.
Ventres appellati, qui carnes comedebant.
Ælian.

In Rhodo inſulâ, vt inquit Ælianus lib. 1. de variâ hiſtoriâ, *Qui piſces edunt, ij quaſi ingenui, & liberales commendantur; quibus verò magis arridet* CARNIS ESVS, *agreſtes, & ventres appellarentur*; de carnis coquis ita idem Auctor ſcribit eodem lib. cap. 14. *Lacedæmone* COQVOS *eſſe non licebat alios, quam carnis dumtaxat.*

Plerique olim manè tantùm carnibus veſcebantur.
Cæl. Rhod.

Multorum olim fuit carnes ſemel tantùm in die comedere, idque manè; in cœnâ ab illis abſtinere. id quod ex Auicennâ his verbis notabat Cœlius Rhodiginus lib. 28. lect. antiq. cap. 2. *Scribit primò canonis Auicenna, ſolitos antiquorum non paucos manè tantùm* CARNIBVS *veſci, ac cœna modò panem adhibuiſſe. Tanquam illud Hieronymi comprobarent ferè: Comedant* CARNES, inquit, *quæ carni ſeruiunt quarum feruor deſpumas in coitum.*

Ter in hebdomadâ carnes manè comedebant.
Anonym.

Ter olim in hebdomadâ recentibus carnibus plebeij homines veſcebantur, vt in cœnam frigidas reſeruarent. Anonymus quidam Chronologus, & ineditus, de temporibus Federici ſecundi Imperatoris loquens, ita ſcribit: *Per huius Imperatoris tempora rudes erant in Italiâ ritus, & mores, aurum, & argentum rarum, vel nullum erat in verſibus. Parcus quoque erat victus, plebeij homines* TER IN SEPTIMANA CARNIBVS RECENTIBVS VESCEBANTVR, *tunc prandebant olera cocta cum carnibus: cœnam autem ducebant ipſis carnibus frigidis reſeruatis.*

Monialibus ſemel tantùm in die carnes edere licebat, neque ex carne plura fercula aliàs apponebãtur.
Petr. Abaël.

In carnis eſu hanc regulam traditam monialibus lego, vt non niſi ſemel in die carnes comederent, hac inſuper coërtione, vt eidem perſonæ ex carne plena fercula non pararentur; ſic enim ſcribit Petrus Abaëlardus epiſt. 8. *Ipſum* CARNIVM ESVM *ita temperari volumus, vt non amplius quam* SEMEL IN DIE SVMANT, *nec diuerſa inde fercula eidem perſonæ parentur; nec ſeorſum aliqua ſuperaddantur pulmenta, nec vllatenus ei veſci liceat pluſquam ter in hebdomadâ, prima videlicet feriâ, tertiâ, & quintâ feriâ, (quantæcunque etiam feſtiuitates intercurrant.) Quo namque ſolemnitas maior eſt, maioris abſtinentia deuotione eſt celebranda.*

33.
Sinæ carnes piſcibus permiſcent.
Nic. God.

Sinæ ita carnes apparant, vt ſine vllo diſcrimine piſcibus permiſceant. Nicolaus Trigautius de expedit. Chriſt. apud Sinas lib. 1. cap. 7. ita ſcribit: *Nec piſces, vt nos,* A CARNIBVS *ſeparant, ſed ſine diſcrimine permiſcent.*

Carnes albas in optimum putabant.
Aſtram.

De carnibus albis ait Aſtrampſychus. *Albas videre* CARNES, *valde commodum eſt.*

Phariſæus ob ſtudia litterarum à carnibus abſtinens.
R. Beniamin.

Phariſæi à carnis eſu perperuò abſtinebant, litterarum ſtudio addicti; de Aſſer ait Beniamin in ſuo itinerario; *Aſſer Phariſæus, qui ſeparatus ab oculis mundi noctu, diúque libris incumbit, ieiunans, &* CARNIVM *eſu perpetuò abſtinens.*

Caro quæ in ſacrificijs offerebatur à putore immunis.
Hebr.

Carnem, quæ offerebatur in ſacrificiis in Salomonis templo, à putore immunem fuiſſe referunt Hebræi; ſic in Pirke-Auoth cap. 5. Hebræi notant hiſce verbis: *Putorem nunquam emiſit* CARO *ſancta*, quæ ſcilicet in ſacrificiis offerebatur.

Ouum in vaſe carni deputato haud coquũt Hebræi.

Ouum in vaſe carni deputato haud coquunt Hebræi: oua comedentes ea priùs in patinam contuſa, vt effluant curant, vel vt ex vnâ teſtâ in alteram decidant; hoc pacto conſpecturi, ne aliqua ſanguinis gutta in eis fortaſſe hæreat. hac quoque de causâ oua elixa ſemper in acumine aperiunt, quòd in illo plerumque venula ſanguinem repræſentans inueniatur.

Lac, & carnes eodem tempore, eodẽ foco coquere nefas Hebræi putant.
Hebr.
Superſtitioſa carnis comeſtio apud Hebræos.

Lac, & carnem vno, eodémque tempore in vno foco ſibi è regione reſpondentes coquere nefas Hebræi dicunt; quin nec menſæ ſimul ea imponunt, ſed aliquo inter ea interiecto tempore; & pro carnibus mappam menſæ inſternunt ſingularem; pro caſeo, & lacte ſimiliter alteram ſeorſum. qui carnem edet, vel ius de carne ſumet, is per horam integram de caſeo, vel alio, quod de lacte paratum, edere licitè non poteſt; qui religioſiores ſunt, per horas ſex ab hiſce vetitis abſtinent; ſi quis poſt ſumptas carnes tamdiu expectare non poteſt, is dentes à carnibus accuratiſſimè purgat, os eluit, & fruſto panis ſicco guſtum carnis exſiccando auferre conatur.

34.
Carnes, & piſces ſimul in menſâ ſtatuere eis non licet.

Carnes, & piſces ſimul in menſâ ſtatuere eiſdem nefas eſt, nefas ſimul coquere, ſimul edere, ſcribúntque id facientes leproſos fieri; manus item, & ora abluunt inter eſum carnium, & piſcium; vel pomum aliquod, fruſtúmque panis comedunt antequã poſt carniũ eſum piſces attingant.

Vaſa carnibus coquendis deſtincta ab ijs, quibus lac immittitur, quã ab Hebræis diſtinguuntur.

Vaſa Hebræi pro lacte ſignis tribus inſigniunt, lignea tribus notent ſciſſuris, cauéntque ne vaſa inter ſe miſceantur, & ea quæ carnibus continendis deſtinata ſint, adhibeantur ad lacticinia, & è conuerſo, alioquin edere eis non liceret id, quod in eis coctum.

Poſt diluuiũ carnium eſũ Deus homini conceſſit, vt ab idololatriâ eos auocaret.
Theodoret.

Ante diluuium carnibus veſci homini non licebat; licuit poſt diluuium; quod inter alia factum, vt animalium eſu ab animalium adoratione, & cultu homo auerteretur; ne ſcilicet tamquam numina coleret, quorum carnem in ſtomachum traiiciebant; huc ſpectat Theodoretus quæſt. 5. in Geneſim: *Prauidens*, inquit, *Deus homines in extremam dementiam lapſos, hæc omnia animalia pro Dijs habituros, permiſit illorum* ESVM, *vt impietatem illam cohiberet. Summa enim eſt inſania adorare, quod comeditur.*

35. *Verborum veritate, vt caro ſale, mens reſtringenda.*
Syneſius.

Carnium ſimilitudine, quæ ſale condiuntur, animum verborum veritate cohiberi, ne nimia licentia in nocitura fluat, docet Syneſius in lib. de Regno, in hæc verba: *Carnes quidem acris, atque adſtrictior vis ſalis diffluere non patitur. Adoleſcentis verò Regis animus quocumque impetus feret præ poteſtatis licentiâ progreſſurus, verborum veritate cohibetur.* Definiam, & Chriſti carne caput iſtuc obſignabo.

Caro Chriſti mundi decus, & ornatus, ſine illâ terra incompoſita.
Gen. 1.
LXX.

Caro Chriſti mundi decus, & ornamentum eſt; incompta, & incompoſita terra audire meretur, Chriſti corpore vidua, licet alioquin perfecta ab omni parte ſit; in mundi primordia ait Moſes: *Terra autem erat inanis, & vacua*; ſeu, vt habent LXX. *inuiſibilis, & incompoſita.* cur ita? An quia nondum carne Chriſti diues erat, nondum eam ſuâ præſentiâ Chriſtus beauerat, & compſerat, nondum Gabriel aduenerat? Huc ſpectauit ſanctus Auguſtinus ſerm. 134. de tempore, dum ait:

S. Aug.

Terra inuiſibilis, & incompoſita, quia CARNEM HOMINIS ASSVMERE DISPONEBAT, *incompoſita dicebatur, compoſita nec dum erat, quia nec dum Gabrielis Archangeli annuntiatione compoſita, nec dum aſſumptione Domini, viſibilis facta*; animæ quoque noſtræ terra inuiſibilis, incompoſitáque eſſet, ſi euchariſticâ carne deſtitueretur; decorem & pulchritudinem acquirit hac carne ditata, atque nutrita. Sed ad agnum, à quo tantiſper diſceſſimus, redeamus.

CAPVT VI.

De agni aſſatione, & apparatu, ac pleraque alia de agnis, ouibúſque.

Solo fornacis igniti *calore agnum aſſare non licebat.*

Igne *grauidis vaſis agnum admouere, vt aſſeretur, non ſatis erat.*

Cuſpis ferrea, *æneáque adhibenda in agni aſſatione non erat.*

Cautio ne duo agni *ſimul aſſarentur, quin nec agnus cum hædo.*

Cuſpis lignea *qui agno aſſando aptaretur.*

Non ſolùm in aquâ *agnum coquere Hebræis non licebat, ſed nec in alijs* liquoribus.

Adſpergi vino, oleóque *poterat agnus, non aquâ.*

Cuſpis, *qua in agni aſſatione adhibebatur, ferè ex malo granato ſumi ſolebat.*

Agni concrematio ad mores *flectitur.*

Crudum cor *quódnam ſit, quódnam aquâ elixum.*

Crudas carnes *euchariſtici agni comedit, qui carnaliter hoc myſterium intelligit.*

Agnus *noſter in veru Crucis aſſatus.*

כבן *quid; Agni poſt natiuitatem cur* veſtiti.

In ouibus, & capris ij gratiores, *qui vnius coloris, minus cari, qui varij.*

De ouium ablutione *priſcus ritus.*

Ouis intonſa, *non occidebatur, nec antequam peperiſſet.*

Oues alicubi non tondebantur, *ſed vellebantur.*

Oues ſacrificiis *deſtinata.*

Duorum oues dentium *à Gentilibus in ſacrificium offerebantur.*

Agni tenelli eſus *Athenis cur interdictus.*

In oue omnia vtilia.

Ouibus fideles *comparati, quia nihil in illis ſuo compendio carere debet.*

Ouis Chriſtus, *quia nihil in illo, quod in noſtram vtilitatem non cedat.*

In ſpiritualium ouium curâ *tonſorem ſe minimè Præſul præbeat, ſed cuſtodem.*

Agni caro quando *edi non poterat.*

Oleo *agnus paſchalis à Sacerdotibus* vnctus.

Tiaræ *figura in agni capite.*

Semicrudas *agni carnes edens verberabatur, non qui crudas.*

ASSARI agnus iubebatur, ſic enim habet lex: *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed aſſum tantum igni*; de hac aſſatione præter ea, quæ alibi diximus, aliqua hic ſubiiciam ex Hebræorum monumentis prompta; ſimúlque alia de agni apparatu, eſúque præter ea, quæ ſuperiùs exhibuimus, exhibebimus. 36.

Solo fornacis igniti calore agnum aſſare non licebat.
Hebr.

Si quis agni carnes aſſaret adhibito tantùm calore, vt fit in furno, iuxta legis ritum comedi ex agno non poterat, cùm verè igne non ſit aſſatus, nec igni admotus; ſic Auctor. שלשי הגבורים cap. 65. הסיק את התנור וגרף את כל האש ותלהו בתנור וצלהו הרי זה אסור שאין זה צלי אש חתכו ותלהו על גבי גחלים הרי זה צלי אש. id eſt, *ſi fotum, clibanúmque calidum reddidiſſet, ignémque omnem amouiſſet, & appendiſſet in eo, agnúmque aſſaſſet, nefas eſt ex illo comedere, quia ſic non eſt igne aſſus. Quòd in fruſta ſecaſſet, & ſuper prunas poſuiſſet, tunc verè erat igne aſſus.*

Igne grauidis vaſis agnum admouere, vt aſſaretur, non ſatis erat.
Hebr.

Ita aſſandus erat agnus, vt non liceret eum igne grauidis vaſis admotus aſſare; ignis purus adhibendus erat; ſic refertur in שלשי הגבורים c. 65. poterat tamen aliquod ferreum, æreúmque inſtrumentum adhiberi, ſi foramina habuiſſet, per quæ ignis aſſare agni carnem poſſet, vt eſſet craticula; ſic enim habetur in citato loco: אין צולין את הפסח על גבי כלי אבן או כלי מתכות שנאמר צלי אש לא צלי דבר אחר. לפיכך אם היה כלי מנוקב כדי שחשלוט בו האור צולין עליו. hoc eſt, non aſſetur agnus paſchalis ſupra vaſa lapidea, aut ſupra vaſa metallica; quia lex ait, aſſum igne, non aſſum aliâ ratione. Attamen ſi vas foraminoſum eſſet, ita vt ignis per illa foramina tranſiret, & in agnum dominaretur, aſſari poteſt.

Cuſpis ferrea æneáque adhibenda in agni aſſatione non erat.
Hebr.

Agnus ita aſſandus apud Hebræos vt veru, ferrea, æneaque cuſpis non adhiberetur, ſed lignum tantùm; ſic refert Auctor quẽ ſuprà produximus, cap. 65. ואין צולין אותו בשפוד של מתכת שהרי השפוד בלו חם וצולה מקומו. hoc eſt; *Non poteſt agnus aſſari cuſpide ferreo, æneóque,*

quia

quia cuſpis accenditur, & igneſcit, & carnes vrit, & aſſat quas tangit; adeò vt totus agnus non eſſet igne aſſatus.

37. In agni aſſatione cauebant Iudæi ne duo ſimul aſſarentur, quin nec agnus cum hædo vitandæ confuſionis cauſa; ſic auctor iam aduocatus eodem libro cap. 65. אין צולין שני פסחים כאחד ·מפני ההערו כר אפ׳לו גדי. hoc eſt, *Non aſſentur duo agni ſimul, ne miſceantur, etiamſi vnus agnus eſſet, alter hædus.*

Cautio ne duo agni ſimul aſſarentur, quin ne agnus cum hædo.
Hebr.

Cuſpis lignea per os agni qui aſſari debebat tranſibat, & vſque ad poſteriores partes pertingebat, ſicque in fornacem ponebatur, interiora verò extra ipſum aſſabantur ſeparatim; auctor idem eodem libro cap. 65. rem his verbis refert. כיצד צולין אותו : תוחבו מתוך פיו עד בית נקובתו בשפוד של עץ ותולהו לתוך התנור והאש למטה ותולה כרעין ובני מעיו בתנור חוצה לו ולא יתנם בתוכו שזה כמין בשול הוא. hoc eſt: *Qui igitur, ille (ſcilicet agnus) aſſatur? Transfigatur per os vſque ad vltimas partes corporis cuſpide lignea, & ſuſpendit illum in fornacem, vt ignis ſubtus ſit, & eius genua, ac interiora appendit in fornace extra agnum, quia hoc modo non aſſarentur, ſed lixarentur.*

Cuſpis lignea qua agno aſſando aptaretur.
Hebr.

Non ſolùm in aquâ purâ coquere agnum non licebat Hebræis, ſed in aliis liquoribus: ſic refertur eodem cap. 65. addunt tamen illis adſpergi poſſe; quin oleo quoque, & vino, aliiſque ex fructibus liquoribus expreſſis; hoc quippe continent hæc verba in producto loco. צלהו ואחר כך בשלו או שבשלו ואחר כך צלהו או שעשהו צלי קדרה ואכלו חייב : אבל מותר לסוך אותו ביין ושמן ושאר משקים ומי פירות חוץ מן המים : ומותר לטבל הבשר אחר שנצלה במשקים ומי פירות quæ hunc ferè ſenſum reddunt; *Si agnum aſſaſſet, & poſtea elixaſſet, aut elixaſſet, & poſtea aſſaſſet, aut in vaſe tegame area aſſaſſet, & comediſſet, deliquit, & contra legem fecit; licet verò vngere illum, & vino, aut oleo adſpergere, aliiſque liquoribus, exceptâ aquâ. Fas quoque eſt carnem aſſam ſaporibus intingere.* Ex his porrò colligitur, in igne ita aſſandum agnum, vt non licuerit vaſe eum æreo, terreóque elixare; diſcimus præterea ita aquam ab agno eliminatam, vt nec illis fas fuerit, dum aſſaretur, aquâ adſpergere, ſicut aliis liquoribus licebat.

Non ſolùm in aqua agni coquere Hebræis non licebat, ſed nec in alijs liquoribus.
Hebr.
Adſpergi vino oleóque poterat agnus, non aquâ.

38. Ligneà cuſpide transfigebatur agnus, qui aſſari debebat, excludebatur ferrum, & æs; & verò maximè lignum illud probabatur, quod ex malo granato ſumptum erat, quia nempè alia ligna aliquem humorem emittunt, non ita verò iſtuc; ſicque aptius putabatur, quia longè ſic ab elixatione aberant; eodem libro hæc his verbis cautio recitatur, cap. 65. שפוד של עץ רמון היו בוררין לצלייתו כדי של יזוב ארת מימיו ויתבשלו. id eſt; *Cuſpidem ligneam ex malo punico eligebant, vt eum (agnum) aſſarent, ne ſuam humiditatem, ſicque quodammodo elixaretur.*

Cuſpis, qua in agni aſſatione adhibebatur, ferè ex malo granato ſumi ſolebat.
Hebr.

Hanc agni aſſationem expendit, & ad mores flectit Petrus Abbas Cellenſis lib. 5. epiſt. 11. in hæc verba: *Certè totâ nocte debet* CREMARI CARO AGNI, *quia toto mortalitatis tempore, accenſa caldaria conſcientiæ, facies Saluatoris deſideranda, & vndis deſideriorum fortiter bullientibus, ne in die Iudicij ſemicocta offeratur, percoquenda. Habete vaſcula munda: iuxtà namque & in oculis præterfluit aqua.*

Agni concrematio ad mores flectitur.
Pet. Cell.

Quod de agno dictum, *non comedetis ex eo crudum quid*, ad cor flectit Beatus Albertus Magnus tract. 2. de ſacram. Euchar. diſt. 2. cap. 4. ait enim, *Crudum cor eſt, quod nulla decoctione pietatis, & charitatis ab humore concupiſcentiæ eſt transmutatum*; ſicuti verò in aquâ coqui agnus non debeat, pari ratione nec cor mundanæ concupiſcentiæ aquâ noxio quodam feruore ebulliente. *Cor* ELIXVM *aqua eſt*, inquit idem Auctor eodem loco, *quod aqua feruens concupiſcentiæ mundanæ interius ab omni pietatis amore deſtituit.*

Crudum cor quodnam ſit, quódnã aquâ elixum.
B. Alb. Mag.

39. Crudas agni carnes comedit, qui euchariſtici Sacramenti myſterium carnaliter, vt Iudæorum quidam intellexere, intelligunt; ſcitè ſanctus Gaudentius tract. 2. in Exodum, *Quod*, inquit, *generaliter expoſuimus edenda de carne agni ſpecialiter in deguſtandis iiſdem myſterijs Dominicæ paſſionis, vt neque* CRVDAM CARNEM, *crudúmque ſanguinem, ſicut Iudæus eſſe putes, & reſpuas, dicens: Quomodo poteſt iſte dare carnem ſuam manducare?*

Crudas carnes euchariſtici Agni comedit, qui carnaliter hoc myſterium intelligit.
S. Gaudent.
Ioan. 6.

De agno aſſato aliter philoſophatur Arnoldus de 7. verbis Domini in Cruce, in hæc verba: *Aſſatus eſt Agnus noſter in veru crucis, ſubter incenſis tormentorum carbonibus, nihil crudum, ac carnale in eo iam ſapimus, nihil elixum, aut molle; ſed ita illa boni odoris aſſatio in patibuli flammâ indurnit, ita ſolidata eſt, vt nihil in eo vltrà ſuperſit vel paſſibile, vel mortale.* Sic ille; ſed quia hîc ſumus, aliqua vniuersè de agnis, ouibúſque implantemus, non prorſus indigna, quæ in docti lectoris notitiam veniant.

Agnus noſter in veru crucis aſſatus.
Arnold.

Agnos ſtatim poſt natiuitatem vſque ad octauam diem aliquo tegmine opertos plerumque cuſtodiebant Hebræi, ne lana inficeretur; certe apud Rabbinos reperio כבן operimentum huiuſmodi vocari; quod notauit etiam Pagninus, & ex Aruc, & R. Salomone idem quoque diſcitur, in Hebræorum monumentis hæc lego: *Die, quo naſcitur agnus, & à matre cum lambente mundatur, faciunt paſtores tegumentum, & operiunt eum vndique inuolucris, vt eius lana ſit mundior.* Vides ſtatim ab ortu opertos agnos fuiſſe, idque à paſtoribus.

כבן *quid; agni poſt natiuitatem ſue velliti.*
R. Salom.

In ouibus, capriſque ij ferè gratiores paſtoribus erant, qui vnius coloris erant; minùs chari, qui varij. Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 5. Glaphyrorum in Geneſim, iſtuc hiſce verbis ſignificauit. *Semper ferè in ouium, & caprarum gregibus, quæ* VNIVS COLORIS *ſunt, paſtoribus gratiora ſunt*; VARIA *autem, &* MACVLOSA *ſecundum locum obtinent, neque eodem cum aliis in pretio ſunt. Lana enim in iis non eſt vniformis, ſed variegata nonnihil, & diuerſus color, ac veluti confuſa. Accipit itaque Chriſtus a mundo non quæ omnino in eo ſunt pretioſa, & ab hominibus ſelecta, ſed potiùs inferiora, minoréque in pretio apud eos habentur.*

In ouibus, & capris ij gratiores, qui vnius coloris; minus chari, qui varij.
S. Cyr. Alex.

40. De ouium ablutione hæc ex Antiquis litteris conſignata repetio. Macrobius lib. 3. cap. 3. *Cauetur iure Pontificio, vt quoniam oues duabus ex cauſis lauari ſolent: aut vt curetur ſcabies, aut vt purgetur lana. feſtis diebus purgandæ lanæ gratiâ oues lanari non liceat: liceat autem, ſi curatione ſcabies abluenda ſit.* Colum. lib. 2. cap. 22. *Pontifices vetant lanarum causâ* LAVARI OVES, *niſi propter medicinam.* Virgilius quòd liceat feriis flumine abluere gregem, præcepit, & idcirco adiecit,

De ouium ablutione priſcus ritus.
Macrob.
Colum.

—— Fluuio merſare ſalubri.

Ouis olim intonſa, aut antequam peperiſſet haud occidebatur; ſic refert Athenæus lib. 9. *Lege priſcâ ſancitum fuiſſe in ſingulis* GREGIBVS, *vt proli conſuleretur. Androtion ait, ne ouis aut intonſa, aut priuſquam peperiſſet, occideretur.*

Ouis intonſa non occidebatur, nec antequam peperiſſet.
Athen.

Oues alicubi non tondebantur, ſed vellebantur; hinc illud Plinij lib. 7. hiſt. natur. cap. 48. *Oues non vbique tondentur; durat quibuſdam in locis tondendi mos.*

Oues alicubi non tondebantur, ſed vellebantur.
Plin.

Oues adeò ſacrificiis deſtinatæ, vt ab oblatione nomen ſint ſortitæ ex ſancti Iſidori mente, qui lib. 12. orig. cap. 1. ita ſcribit de oue: OVIS *molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione di-*

Oues ſacrificijs deſtinata.
S. Iſid. Hiſp.

ctum, eo quòd apud veteres in initio non tauri, ſed oues in ſacrificio mactarentur. Ex ÿs quaſdam bidentes vocant, eo quòd inter octo dentes duos altiores vocant: quas maxime Gentiles in ſacrificium offerebant.

Duorum oues dētiū à Gentilibus in ſacrificium offerebatur.

Agni tenelli eſus Athenis cur interdictus.

Sim. Seth.

Athenienſiū legiſlatores agni tenelli, & annicu- lo minoris eſum interdixerunt, nam quò tenerior, eo difficilior concoctu eſt; Simeoo Sethi, *Quantò iunior agnus fuerit, tantò difficiliùs eius caro concoquitur, & humidior eſt; quantò autem maior, tantò meliùs concoquitur, & minus eſt humida.*

In oue omnia vtilia.

Ouîs vtilitatem ſcitus quidam Poëta ita efferebat, & explicabat:

Seu caro, ſeu corium, fœtus, fimus, alea, chorda,
Lanave, lacve deeſt, omnia præſtat OVIS.

Nouerint ſe ouibus pariari fideles, vt nihil in illis ſit, quod vtile noo ſit.

41.

Ouibus fideles coparati, quia nihil in illis ſno compendio carere debet.

Sim. de Caſſ.

Hinc ouibus fideles comparantur, quia nihil in illis eſſe debet, quod compendio aliquo careat. Scitè Simeon de Caſſiâ lib. 11. cap. 44. in Euangel. OVIS TOTA IN VSV VTILIS EST, *vt ne quidquam in exterioribus aut interioribus ſit, quin poſſit ad bonum, & ad pulchrum, & aptum vſum auferri. Nec etiam ſtercus eius ab vtilitate, & vſu medicina vacat.*

Ouis Christus, quia nihil in illo, quod in noſtram vtilitatem non cedat.

Moërb.

Nihil in oue, nihil in agno eſt, quod vtile non ſit, & alicui vſui deſeruiens; vt iure agno Chriſtus ſit comparatus, quia totus ipſe, & quicquid in eo eſt, in noſtram vtilitatem cedit; benè Moërbecius tit. 9. §. 3. *Chriſtus dicitur* AGNVS, *quia quicquid in agno eſt, totum bonum eſt, & vſui humano commodum; ſic quicquid, ſiue quæcumque in Chriſto fuerant, totum in noſtrum bonum ceſſere.*

In ſpiritualiū ouium cura tonſorem ſe minimè Præſul præbeat, ſed cuſtodem.

Petr. Bleſ.

Oues ſpiritales cuſtodiendæ ſunt, non tonſio illarum tantùm ſpectanda; magnum imminet ei periculum, qui oues tondere quærit, nihil amplius curat. Abſalon dum oues tondet, fratrem interimit, 2. Reg. 13. verſ. 23. quod ad eos torquet Petrus Bleſenſis, qui in animarum curâ lucris inhiant temporalibus. hæc eius verba epiſt. 10. OVIS *tua eſt, & in periculum tuum ipſius cuſtodiam ſuſcepiſti. vide ne alios imiteris, qui lac, & lanam quærunt in ouibus, non ſalutem. Periculoſum eſt tibi, ſi in tonſoris officium conuertas miniſterium paſtorale. Tondet Abſalon oues ſuas, & fratrem ſuum interficit: ſic animam proximi ſui Prælatus mortificat, dum eo enormiter delinquente aut tacet, aut diſſimulat, aut conſentit, vt inde emolumentum temporale percipiat.* Verus paſtor non eſt, qui io ouibus nihil aliud ſpectare videtur, quàm lucra.

Agni caro quando edi non poterat.

R. Moſes.

Apud Hebræos ſi cum agni carnibus aliud carnis genus menſæ inferretur, alia caro edi non poterat, niſi ante mediam noctem, ob periculum ne agni caro ederetur; id habet R. Moſes Ægyptius tract. de agno paſchali, *perech.* 10.

Oleo agnus paſchalis à Sacerdotibus vnctus.

R. Moſes.

Hoc quoque ex Hebræorum monumentis obſeruatum nobis eſt, Sacerdotes agnum paſchalem ex oleo vngere conſueuiſſe, qood illis à populo offerebatur; moris huius meminit R. Moſes Ægyptius tract. de agno paſchali, *perech.* 8.

Tiara figura in agni capite.

Plut.

Agnum editum legimus, qui tiaræ figuram in capite præferebat. rem his verbis Plutarchus narrat in vita Alexandri. *Cùm ouis agnum ediſſet,* QVI FIGVRAM, ET COLOREM TIARÆ IN CAPITE PRÆFEREBAT, *auerſatus eſt portentum, atque expiatus per Babylonicos, quos de more trahebat ſecum ad talia.*

Qui ſemicrudas agni carnes edebat verberabatur, ſecus qui omnino crudas.

R. Moſes.

Circa agni eſum hoc quoque refert R. Moſes Ægyptius tract. de agno paſchali, eum qui agni carnes ſemicrudas comediſſet: trigintanouem ictibus verberatum, qoia nimirum legem, quæ id inhibebat, violauerat; nam vox נא hoc notabat; eum verò, qui crudam penitus carnem ediſſet, à verberatione eximebatur, licèt alioquin peccaret. Diu nos agnus detinuit, agnique aſſatio; ad eucharisticum Agnum cui hæc præſtruximus, accedendum nobis eſt, vt non notitiæ tantùm cibum præbeamus, ſed & pietati; calamum igitur ad ethologicos excurſus flecto, & caput obſigno.

EXCVRSVS I.

Euchariſticus Agnus amoris igne aſſatus nobis exhibetur.

Deus noſter non amorem tantùm habet, ſed amor *eſt.*

Agnus euchariſticus non igne aſſatus *tantùm, ſed* totus ignis.

Dei amor *in Euchariſtia ſacramento vt eluceat.*

Dei munificentia, & charitas *in Euchariſtia apparatu.*

Chriſti in nos amor, *ſanguinem ſuum dum nobis exhibet.*

Magni amoris *magnum pignus euchariſticus cibus.*

Chriſtus mundi cibus, *&* amictus.

Induimur *Chriſto, Chriſtum* edimus.

Veſtes ſuas *alteri exhibere amoris ſingularis indicium, Chriſti in nos amor hinc colligitur.*

Miſericordiæ viſcera *in euchariſticâ menſâ.*

In Euchariſtiâ faciem ſuam Chriſtus abſcondit in amoris *ſignum.*

In hoc Sacramento quò magis Chriſti præſentia contrahitur, eò magis eius charitatis *termini porriguntur.*

Quòd ſub euchariſtico Agno noſtro pectori Chriſtus inſeratur, quanti amoris *ſignum ſit.*

Inexplicabilis charitatis *fuit Sacramenti huius inſtitutio.*

Dei bonitas *præparans Euchariſtiam expenditur.*

Ob amorem, *quo in nos Deus ardet, noſtras delitias ſuas putat.*

Incendia *inter epulas effusâ ſubter menſam aquâ Gentiles abominabantur.*

Amoris *ignis in euchariſticâ menſâ.*

Veri amantis *totam amoris vim ſub vitæ finem oſtendere.*

Id vt Chriſtus *perfecerit omnium perfectiſſimè.*

Aliqui ſeruos ſuos comederunt, *Chriſtus ſe ſuis ſeruis* comedendum *exhibet.*

Prægustatos cibos amanti *offerre amoris ſignum eſt.*

Se totum amor in amoris *ſignum guſtandum ſuis porrigit.*

Chriſtus carnalium affectuum humores *igne ſuæ charitatis in nobis decoquit.*

Amoris diuini *igne aſſatus agnus à terrenis nos auocat, in cœleſtia fert.*

In terras Deus venit, vt amorem *noſtrum erigeret,& purgaret.*

Ex aureo poculo bibere amoris *ſignum.*

Peritricti, qui ex euchariſtico calice bibentes, in Chriſtum malis moribus *arietant.*

Amanti *hic cibus ſapit,vt plus manducet,qui plus amat.*

42. *Deus noſter non amorem tãtùm habet, ſed amor eſt.* S.Bern.

CRudum agnum paſchalem comedere nefas erat, igne parari debebat, igne aſſari; aſſatio iſta, iſte ignis inter alia hoc innuebat, quanto amore exæſtuaret Agnus ille, qui in euchariſtico conuiuio, cuius primum illud figura erat, nobis exhibetur. aſſatus igne noſter Agnus eſt, quia totus ignis, quia totus amor. *Amat Deus,* inquit ſanctus Bernardus opuſc.de charit. cap.7. *nec aliunde hoc habet, ipſe eſt vnde amat,& inde vehementiùs, quia* NON AMOREM TAM HABET, QVAM HOC IPSE EST; vt ab hac cauſa Chriſti corpus ignis dici poſſit, ignis Chriſti ſanguis in Euchariſtiæ ſacramento. Accinit ſanctus Ephræm, tantum in nos diuinæ munificentiæ beneficium, tamque miram Dei dignationem admirans, & expendens tom.3. ſerm.de non ſcrutanda naturâ Dei; *Abraham Patriarcha cœleſtibus Angelis terrenos cibos appoſuit, illique eos comederunt. Ingens ſanè miraculum eſt, cernere ſpiritus incorporeos in terra carnium cibos manducantes Sed hoc profectò omnem excedit admirationem, omnem mentem, omnémque ſermonem, quod nobis fecit vnigenitus filius Chriſtus Saluator noſter. Ignem quippe, & ſpiritum manducandum, atque bibendum præſtitit nobis carne veſtitus, corpus videlicet, ac ſanguinem*; parum erat aſſatum igne noſtrum Agnum eſſe, niſi eſſet & ignis.

Agnus euchariſticus nõ igne aſſatus tantùm, ſed totus ignis. S.Ephræm.

Dei amor in Euchariſtia ſacramẽto vt eluceat. Ioan.13.1. Gerardus Zutph.

Et verè quis dignè explicet charitatem, quia velut igne comburebatur Dei filius dum ſe ſuis in hac menſâ in cibum dedit. *Verè cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Iure inclamat Gerardus Zutphanienſis lib.de reformat.cap.17. *O inaudita largitas,* ô CHARITAS SVPEREXCELLENS. *qui ſe ipſum dedit quid poterat negare? quid potuit vltra facere? dedit regnum ſuum, dedit ſe ipſum.* Quis, inquam, diuinæ charitatis terminos porrexiſſet? Porrexit ille, qui amoris terminos nullos nouit; amoris magnitudo ex doni exhibitione pendatur; iure cuidam Euchariſtia amoris ſolium dicta.

43. *Dei munificẽtia,& charitas in Euchariſtia apparatu.* Matth.10.42.

Vt ſuorum charitatem, ac liberalitatem Chriſtus commendaret, etiam in frigidæ aquæ porrectione laudauit: *& quicunque potum dederit, vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli, non perdet mercedem ſuam*, Matth. 10. 42. Itáne calix aquæ frigidæ indigenti exhibitus tanti amoris indicium eſſe poteſt, cui cœleſte præmium promittatur? Ita eſt, & ita ille affirmat, qui daturus eſt mercedem; quàm magni ergo amoris ſignum erit non aquæ frigidæ calicem, ſed calicem exhibere? explicet qui poteſt: interim audiendus de hac collatione S Bernardus ſerm.9.in Pſalm. Qui habitat: *Non eſt hic calix aquæ frigidæ, ſed calix inebrians, quam præclarus,* à maximo amoris fonte hæc ſanguinis propinatio manat.

S.Bern.

Chriſti in nos amor ſanguinem ſuũ dum nobis exhibet. Ioan.11.

Fudit Chriſtus ad Lazari monumentum lachrymas, ait enim Ioannes cap.11. *& lacrymatus eſt Ieſus*; ex paucis lachrymis, amoris magni putam adſtantes collegerunt, inferunt quippe: *Ecce quomodo amabat eum*; quòd ſi ſemel lachrymas fudiſſe tanti amoris indicium fuit, quæ magnitudo eius in nos amoris deducenda eſt, dum non lacrymas effundit, ſed totum ſanguinem exhibet, totam carnem, corpus integrum? Veriùs quis inferat; Ecce quomodo amat nos Dei filius, qui tanta exhibet.

Magni amoris magnum ſignum euchariſticus cibus. 4 Reg.2.

Magnum amoris pignus fuit, & ſingularis amicitiæ teſtimonium, cùm Elias in cœlum aſcendens pallium ſuum Eliſæo reliquit, quod auro, gemmiſque præferebat; at maiorem nobis hæreditatem reliquit Chriſtus in cœlum ad Patris thronum aſcenſurus, dum non melotem nobis dimiſit, ac pallium, ſed ſanctiſſimum corpus ſuum, quod & in tegumentum eſſet, & in cibum. Siſtenda hic ſunt ſancti Ioannis Chryſoſtomi verba, qui hom. 2. ad populum Antiochenum ita nos Eliſæo præfert, & illius felicitati noſtram præponit. *Tanquam maximam hæreditatem Eliſæus melotem ſuſcepit: etenim verè magna fuit hæreditas omni auro precioſior. Nam quòd iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe vt ille; quid igitur ſi vobis demonſtrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes ſacris myſteriis imbuti recepimus? Elias nempe melotem diſcipulo reliquit, filius autem hominis aſcendens, ſuam nobis carnem dimiſit*; quæ ſcilicet & veſtis loco eſſet, & cibi, nec vnum dumtaxat hominem tegeret, ſed mundum vniuerſum, atque nutriret; vt iure Antipater Boſtrorum Epiſcopus dixerit orat. de Ioanne Baptiſta: *Benedictus fructus, qui fuit mundi cibus, & amictus*; amictus, quo noſtra nuditas operiretur, cibus, quo imbecillitas noſtra foueretur.

S.Chryſ.

Chriſtus mũdo cibus, & amictus.

Antip.

44. *Induimur Chriſt. Chriſtum edimus.* S.Bern.

E cœlo hæc veſtis deſcendit, & hic cibus: vtrumque nobis in euchariſtico conuiuio exhibuit Chriſtus; quod habet etiam ſanctus Bernardus apud Tilmannum in Allegoriis, dum ait: *Hoc eſt corpus meum: datum optimum, & donum perfectum, deſcendens a Patre luminum. Chriſtus datus eſt nobis ad induendum, ad edendum, & offerendum, ſicut indumentum, ſicut alimentum, ſicut pretium.* Olim ſuas alicui veſtes exhibere, amoris ſingularis ſignum habebatur, hinc 1.Reg.18.v.3. *Inierunt autem David & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quaſi animam ſuam, nam expoliauit ſe Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David*; in amoris conteſtationem. Maior erga nos Chriſti amor, ac maius amoris maioris indicium nobis non nudas exhibuit veſtes, ſed ſuum corpus, carnémque ſuam. Richardus a ſancto Laurentio lib. 2. de laudibus Virginis, referens illa verba Salomonis Prou. 31. 22. *Stragulatam veſtem fecit ſibi*, addit, *hæc auctoritas continetur ſub litterâ Mem, quæ interpretatur (viſcera,) quod per hoc maximè miſericordiæ viſcera nobis oſtendit*; ſed hoc congruentiùs aſſeretur de purpureâ dominici ſanguinis veſte, quam nobis in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus exhibet; hoc nobis ipſius agni eſus ſuadet; nam, vt multorum ſententia fert, etiam agni viſcera, & interanea comedebantur; vt viſcerum comeſtione colligeremus in euchariſtico Sacramento diuinæ miſericordiæ viſcera deliteſcere. Huc vocari poteſt, quod habet Petrus Abbas Cellenſis lib.de panibus, cap.2. *Hæc menſa plena viſceribus miſericordiæ*; hic quippe ſe totum Deus exhibet, qui miſericordiæ fons eſt.

Veſtes ſuas alteri exhibere amoris ſingularis indiciũ; Chriſti in nos amor hinc colligitur. 1.Reg 18.3.

Prou.31. Rich.

Miſericordiæ viſcera in euchariſticâ menſâ. Petr.Cell.

45. *In Euchariſtiâ faciem ſuam Chriſtus abſcondit in amoris ſignum.* Iob 13.24.

Cùm videret Iob Deum faciem ſuam abſcondere, coniiciebat ſe à Deo tanquam inimicum haberi; hinc illæ illius voces cap. 13. verſ. 14. *Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?* Secus hic omnino arguendum: abſcondit in hoc Sacramento faciem ſuam Chriſtus, vt amicum ſe præberet, nóſque velut amicos in amicitiæ ſignum ſuo ſanguine ſatiaret; hinc inuitatio illa in amoris Cantico, cap.5. 1. *Comedite amici, & bibite*; amicum ſe amicis prodit, dum faciem in hoc Sacramento Chriſtus occultat, amorem ſuum

Cant 5.1.

Iſa 6.

reregit, dum tegit ſacro velamine carnem; vnde & Iſaias refereos Dei faciem tectam, velatos pedes, ait id Seraphim miniſterio factum, cap. 6. cur alij Angeli id non præſtant, cur ex ſupremo ordine Seraphim velandæ faciei eliguntur? quia *Seraphim* amoris plenitudinem ſignificant, vbi autem Deus obuelari ſe, ac tegi ſinit, id aliunde eſſe non potuit, quàm ab immenſo, quo nos complectitur, amore.

In hoc Sacramento, quo magis Chriſti præſentia cõtrahitur, eo magis eius charitatis termini porriguntur. S. Bernard.

Porrò quò contractior ſub quauis particulâ, quin & ſub quouis fragmento Chriſti præſentia eſt, & latiùs in hoc Sacramento eius amor, eius bonitas patet. Sanctus Bernardus volens ex Incarnatione Dei in nos bonitatem colligere, ita loquitur ſerm. 1. de Epiph. *Quanto* MINOREM *ſe fecit in humanitate, tanto* MAIOREM *ſe exhibuit in bonitate*. Igitur ſi bonitatis, & amoris magnitudo ex humanitatis paruitate deſumenda eſt, cùm in hoc Euchariſtiæ ſacramento adeò ſe Chriſtus coërcuerit, vt ſub quouis hoſtiæ fragmento contineatur, quis non videat optimè ex hoc diuinæ in nos charitatis, ac amoris magnitudinem colligi? vt hîc quoque conſimili ratione arguere poſſimus, quanto minorem ſe fecit in hoc Sacramento, tanto maiorem ſe exhibuit in charitate, in bonitate.

Quòd ſibi euchariſtico Agno noſtro pectori Chriſtus inſeratur, quàm amoris ſignum ſit. Gen. 17. 5.

Cùm quondam vellet Deus oſtendere ſuam erga Abraham benignitatem, & amorem, in beneuolentiæ ſignum nomen eius maius reddidit; vt qui antè Abram dicebatur, poſtea vocaretur Abraham, ſic enim habes Gen. 17. 5. *Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham*; ſed quid magnum fuit litteram vnicam addere eius nomini? & præſertim h, nam ſola hæc adiecta eſt, vt patet & nomine Hebraico, quæ littera nec littera cenſetur, ſed aſpiratio, vt de nihilo, & inutili re, & homine dicatur; hæc tamen Abram accipit eximij muneris loco. cur ita? An quia munus quodlibet licèt exiguum magnifaciendum eſt, dummodo à Dei manibus excipiatur? nullum tam paruum beneficium eſt, quod cùm à munificâ Dei manu ſit, plurimi faciendum non ſit, nec h, ſpernenda eſt, ſi Deus offerat. Sed aliud quidpiam myſterium hîc latet, quod plures ex Rabbinis obſeruarunt, ſcilicet magnum fuiſſe hoc donum, cùm Deus litteram ה ſumpſerit ex ineffabili ſuo nomine יהוה *iehouah*, eo Abræ nomini inſeruerit; quod etiam alij notauerunt.

Hoc poſito, arguere ita poſſumus, ſi nudam ſolius nominis litteram nomini inſerere, tam ſingularîs amoris, ac beneuolentiæ indicium in Deo extitit, quàm maius erit, ſe ipſum hominum viſceribus inſerere, quod in Euchariſtiæ ſacramento fit.

46. *Inexplicabilis charitatis fuit Sacramenti huius inſtitutio.* Ioan. 2.

Inſtitutionem huius Sacramenti ſignificauit, vt ſanctis Patribus, & Interpretibus placuit, tranſmutatio illa aquæ in vinum, quæ ad nuptiale conuiuium Ioan. 2. facta eſt; ſed pendendus locus eſt, in quo iſtuc miraculum Ieſus fecit, fecit quippe in Cana Galilææ; nec nuda nomine myſteriis in nos amore zelotypia teneretur, & ob id euchariſticum conuiuium inſtituerit: hoc ad Incarnationem retulit Richardus à ſancto Laurentio lib. 1. cap. 5. dum ait: *Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat mater Ieſu ibi: Cana, zelotypia, Galilæa tranſmigratio, in Canâ ergo Galilææ, id eſt, in quaſi* IMMODERATA CHARITATE FECIT *naturam diuinam tranſmigrare ad humanam*; ſed nos ad charitatem illam referre poſſumus, quam in Euchariſtiæ inſtitutione, (huius enim figuram conuiuium illud exhibuit,) Deus oſtendit.

Rich. à S. Laur.

Dei bonitas præparãs Euchariſtiã expenditur. S. Chryſ.

Quid? bonitatis fuit Gehennam paraſſe, vt eam caueremus; ait quippe ſanctus Chryſoſtomus hom. 50. ad populum: *Itaque bonus eſt Dominus, ideo* GEHENNAM *præparauit*; quàm iuſtiùs bonus dicatur, quàm illuſtriùs amorem ſuum commendat, dum nobis paradiſum parauit, & interim paradiſi pignus, euchariſticum epulum.

Ob amorem quo in nos Deus ardet noſtras delicias ſuas putat. Prou. 8.

Ab ingenti, quo in nos amore Deus ardet, naſcitur vt delicias ſuas dicat eſſe cum filiis hominum, Prouerb. 8. hæc quippè illius verba; *Deliciæ meæ eſſe cum filiys hominum*. Delitiis Deus fruitur, quia ſuas delicias fruendas nobis exhibet, ob dilectionis affectum, quo deliciis ſuis nos Deus beat, beat ſe: noſtras nimirum delicias ſuas Deus putat, in nobis delicias habet, cùm nos in illo delicias habemus. Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtiâ: *Exhibuit ſe*, inquit, *vt tuæ ſit peregrinationis comes, ignorantiæ tuæ lux, infirmitatis tuæ remedium. Tecum habitet, de te lætetur, ſive tecum* DELICIIS *perfruatur; quemadmodum in ſapientiæ volumine teſtatur, dicens: & deliciæ meæ eſſe cum filiys hominum. Non quidem*, inquit, *vt ſuas à filiys hominum captet delicias, ſed vt cum filiys hominum communicet proprias. Nequaquam imprudenter arbitrandum eſt quòd Deus vllam ab Angelis, ſeu hominibus lætitiæ percipiat cauſam, quum eoſdem ſpiritualibus, & æternis faciat exuberare deliciys. Ipſe etenim ſibi ipſi gaudium eſt, beatitudo perennis, ſempiterna, eſſentialéſque deliciæ. Verùm ob præcipuum, quem ad homines gerit, dilectionis affectum, illis impertiendo proprias, eorum ſuas aſſeuerat eſſe delicias.* quod maximè verum in Euchariſtiæ ſacramento.

B. Laur. Iuſt.

Incẽdia inter epulas effuſa ſubter mẽſam aqua Gentiles abominabantur. Plin.

Olim hæc apud antiquos vigebat ſuperſtitio, vt inter epulas incendia adeò abominarentur, vt ſi vel nudè nominarentur, ſubter menſam aquas effunderent. Plinius huius ritûs mentionem facit, lib. 28. cap. 2. dum ait: *Incendia inter epulas nominata effuſis ſubter menſam aquis abominamur*; euchariſtica menſa adeò incendia nominari non prohibet, vt in eâ maximè diuini amoris ignis eluceat; *Amor ſiquidem ignis, & ideo amare, ardere eſt*; ait Caſſiodorus de amicitiâ; hic igitur ignis in hac menſâ flammas ſuas eiaculatur, vt iure Euangeliſta Ioannes cap. 13. hæc cœnæ præmiſerit; *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Morti proximus totam amoris ſui vim Chriſtus exercuit; nam hoc amantis eſt proprium; hinc Pſalm. 44. *In fimbriys aureis*; cur aureæ fimbriæ, non auratæ tantùm, præſertim cùm antea dixiſſet, *in veſtitu deaurato?* aurum amoris hieroglyphicum eſt, fimbria poſtrema veſtis pars poſtremam vitæ partem notat; aureæ ergo fimbriæ, *quia in fine vitæ tota amoris perfectio quæritur*, ait ſanctus Paſchaſius in hunc Pſalmum; hoc præſtitit omnium perfectiſſimè Chriſtus; tunc præcipuè amoris ſui flammas euomuit, cùm vicinus morti fuit, ſicut & moritura candela, & ideo dictum, *in finem ſuos dilexiſſe.*

Amoris ignis in euchariſtica menſa. Ioan. 13.

Veri amantis totam amoris vim ſub vitæ finem oſtendere. Pſalm. 44.

S. Paſch. *Id vt Chriſtus perfecerit omnium perfectiſſimè.*

47. *Aliqui ſeruos ſuos comederunt; Chriſtus ſe ſuis ſeruis comedendum exhibet.* Tertull.

Aliquos reperimus, qui ſeruos ſuos comedere ſtuduerunt. Tertulliani hæc ſunt verba, lib. de pallio, cap. 5. *Vedius Pollio ſeruos murænis inuadendos obiectabat, noua ſcilicet ſæuitiæ delectatio, terrenæ beſtiæ exedentulæ, & exungues, & excornes; de piſcibus placuit feras cogere, vtque ſtatim coquendis, vt in viſceribus earum aliquid de ſeruorum ſuorum corporibus & ipſe guſtaret*, nouum acerbitatis, & ſæuitiei genus: amoris ſummi, ſummæ charitatis fuit, quòd omnium Dominus ſe in ſeruorum viſcera conderet, à ſeruis manducatus; quod in euchariſticâ menſâ præſtat.

Inter

Prægustatos cibos amanti offerre amoris ſignū eſt.
Dauid.

Intet amantes amoris hoc indicium eſt, prægustatos cibos amico offerre. Dauid de Auguſtâ lib. de 7. proceſſibus religioſi, cap. 16. *Sextum amoris indicium munuſcula, & dulces litteræ amatoriæ: dictaminis, & morſelli ab ore dilecti rapti, & qualibet alia, quæ dilectus contrectauit, vel quibus vſus eſt, quæ quaſi pro reliquijs venerantur, & pro memoriali conſeruantur, & pro incentiuo continui amoris.* Exulare hoc volebat à puro amore ſanctus Hieronymus, cuius hæc ſunt verba: *Crebra munuſcula, & faſciolas, & zonas, & prægustatos cibos, & dulces, & ſuaues amoris litteras ſanctus amor non habet*; in euchariſticis epulis locum hæc verba non habent, ſeipſum à ſe ipſo prægustatum ſe nobis totum Chriſtus exhibet; ſummi, veriqne amoris hoc argumentum eſt, vt verus ille fuerit, qui dixit, *Amor amanti fit cibus, ſe comedit, ſe guſtat, & guſtandum ſe amanti, amataque anima offert in vehementiſſimi amoris non ſolum indicium, ſed exercitium.*

S.Hier.

48.
Chriſtus carnalium affectuū humores igne ſuæ charitatis in nobis decoquit.
Franco Abb.

Amoris igne ardebat Chriſtus, ſe nobis in cibum offerens, vt iure agnus, qui illius figura fuit, non niſi igne aſſatus edi poſſet. Iguem charitatis nobis quoque Cbriſtus admoueat, vt in nobis carnalium affectuum humorem decoquat, & exſiccet; quod fuit etiam Franconis Abbatis votum, tom. 4. de gratiâ Dei ita loquentis; *Nihil debet Chriſtiano corde præter Chriſtum dulceſcere, qui vt affectus animarum noſtrarum ſapore diuinæ ſuauitatis condiat, noxios carnalium affectuum humores* IONE CHARITATIS *ſuæ ipſe decoquat.*

Amoris diuini igne aſſatus agnus à terrenis nos auocat, in cœleſtia fert.
Anonym.

Curru igneo raptus in cœlum Elias fuit, à terrâ, à terrenis abiunctus: nos quoque euchariſtici Agni perceptio, ignitique amoris vis ita corripiat, vt io dilectum immigremos, mundo, rebúſque mundanis moriamur, non immoriamur. Libet hîc exclamare cum pio illo Auctore Anonymo, cuius inedita opera ad manus noſtras peruenêre; de præparat. Miſſ. Dominico die, ita amorem ſuum alloquitur: *Quomodo tu in curru igneo, Eliam ad meliorem vitam tranſtuliſti; ita huius Sacramenti perceptione abſorbeat me, quæſo,* IGNITA, *& melliſlua vis* AMORIS TVI, *qui mundo me totum faciat mori, à phantaſmatibus, & creaturarum imaginibus denudari, à priuato amore liberum fieri; & in te rapi, in te abſorberi, tecúmque vnum perpetuò fieri.*

In terras Deus venit vt amorē noſtrum erigeret, & purgaret.
S. Anſelm.

Sparſus in creaturas noſter amor erat, hærebat terræ, terreníſque, adeò vt putreſceret; quid fecit Deus? in terras venit, hominem induit, vt amorem noſtrum erigeret, & purgaret; id quod egregiè his verbis notabat ſanctus Anſelmus tract. de ſacramento Altaris, cap. 8. *Ideo*, inquit, *deſcenderat ad nos*, VT AMOREM *noſtrum in terrenis diſperſum, & putrefactum beneficia pietatis exhibendo, in ſe colligeret, & in nouitatem vitæ reformaret, & abſtractum, & emendatum à fæce earum rerum, quæ cum ipſo pariter amari non poſſunt, ſecum ſurſum leuaret*; quod præcipuè præſtitit ſuæ carnis io euchariſticâ menſâ exhibitione.

49.
Ex aureo poculo bibere amoris ſignū.
Luitp.

Poculo aureo Flambertum donauit Berengarius Rex, inque amoris ſignum obtulit, ei bibere quod contiuebat iuſſit, qui tamen beneficij oblitus moliri Regis mortem cœpit: rem his verbis narrat Luitprandus lib. 2. hiſtoriarum, cap. 19. *His expletis aureum non parui ponderis poculum Rex ei porrexit, atque ſubiunxit: Amoris ſalutiſque meæ causâ, quod continetur bibito: quod continet habeto. Verè autem, & abſque ambiguitate poſt potum introiuit in illum ſatanas. Beneficij quippe præſentis, & præteriti immemor, inſomnem illam in Regis necem populos inſtigando, pertulit noctem. Rex autem nocte illâ, quemadmodum & ſolitus erat, iuxta Eccleſiam non in domo, quæ defendi poteſt, ſed in tuguriolo quodam manebat amæniſſimo. Sed & cuſtodes nocte eadem non poſuerat, nihil ſuſpicans mali*; tandémque cædem, quam Flambertus in Regem meditatus fuerat, perfecit. quod narrat idem Auctor cap. 20. nollem huc aliquem à ſuâ impietate adigi, vt euchariſtici Agni ſanguine donatus, in tantum amatorem prauæ vitæ actibus ſæuiat, in eúmque arietet, qui tanti amoris tantum pignus exhibuit.

Perſtricti qui ex euchariſtico calice bibentes in Chriſtū malis moribus arietant.

Amanti hic cibus ſapit, vt plus manducet, qui plus amat.
S.Anſelm.

Amanti ſapit hic cibus, vt alteri non ſapiat; quin non videtur comedere, qui non amat, & plus amans plus comedat. Huc flexit ſanctus Anſelmus tract. de ſacramento Altaris: *Hunc cibum plus manducat, qui amplius* AMAT. addit; *& plus amando rurſus qui plus, & plus manducat, & plus, & plus amat.* Aſſum igne agnum non ritè comedit qui amoris igne non corripitur; ſed hoc ſequenti excurſu luculentiùs probandum eſt, vt amare Deum amet, qui hanc menſam amat, & amoris flammis vratur, qui amorem ſuum flammas euomentem, comedit.

EXCVRSVS II.

Amoris igne ardeat, qui aſſum igne agnum ad euchariſticam menſam comedit.

Deus homo factus eſt, vt ametur *ab homine.*

Statim, ac Deus hominem condidit, ad ſui amorem *illum prouocauit.*

Amore *corripi debet, euchariſtico pane recreatus.*

Tamquam oues igne charitatis *aſſata nos Deo offeramus.*

Aſſa igne agni carnes, nos amore *inflammatos eſſe debere clamant.*

Amorem *ſuum noſtro iungi Chriſtus cupit in Euchariſtiæ ſacramento.*

Amor *in gratiæ lege triumphat.*

Amoris pede *ad Agni euchariſtici menſam accedendum.*

Viſcera charitatis *huc afferenda.*

אכל *quid; Agnus comedendus, vt* ignis *ligna.*

Solâ Euchariſtiæ memoriâ *pia mens aduritur.*

Anima ad hunc ignem *inexplicabilibus delicijs fruitur.*

Cibos auro *conſpergere aliquorum mos.*

In euchariſticis epulis qui ſanctiùs *id fiat.*

Quæ nobis accidunt, charitatis calcaria ad amoris nos curſum *vrgent, ſed omnium maximè Euchariſtia.*

In Euchariſtiæ ſacramento Deus abſconditur, *vt* ardentiùs *quæratur.*

Quanto deſiderio *excipi Agnus euchariſticus debeat.*

Dilecti deſiderio languet *ſponſa, Dei paradiſus fit, cælum ſpiritale dum Chriſti corpus excipit.*

Diuini amoris *ignis in ſuperna nos eleuat.*

Purus ſit amor, *& ab omni affectu alienus.*

Quæ verè ſponſum amat, *ſolius amati deſiderio tenetur, omnia impedimenta ſuperat.*

Dei, & ſæculi amor *inter ſe minimè cohærent.*

Suaue amoris *iugum.*

Chriſtus amoris ſol, *amoris radios in ſuos ſpargit.*

Omnia dura ſuperat Dei amor.

Suaue, & ſalubre animæ vnguentum amor.

Veri amoris *character.*

Amoris *diuini ſuauitas, & dulcedo.*

Amor *virtutum ſal.*

Qui Deum amat, *nihil timet, vel inter feras ſecurus degit.*

Dura quæque & grauia amant *leuia ſiunt.*

Omnia facilia amori.

Grauia omnia amanti *leuia ſunt.*

Omnium creaturarum amor *Deo offeratur.*

50. *Deus homo factus eſt, vt ametur ab homine.* Idiota.

AMor amorem poſcit, & charitas charitatem; amat nos Deus, ſed & amari vult; hominem ille fecit, vt amaretur ab homine; quin & homo factus ipſe eſt, vt ad ſui amorem vehementiùs hominem vrgeret: lubet hîc exclamare cum Pio Idiota cap. 9. de diuino amore: *O miſericordiſſime Domine Ieſu Chriſte, cauſa diligendi te tu ipſe es; & te diligendi modus, eſt ſine modo, quia infinitè bonus ſis, & omnimodus noſter diligendi finitus diligendus eſt ſupra omnem modum, & ideo nihil te iuſtius, nihilque fructuoſius diligi poteſt: infinitùm namque Domine Ieſu Chriſte, verè amantium amor, meritus eſt de nobis, quia nobis immeritis temetipſum dediſti. Tu es cauſa efficiens, & finalis* AMORIS, *&* DILECTIONIS, *vt occaſionem habeas glorificandi nos, quia tu occaſionem das, tu affectionem creas, tu deſiderium conſumas. Tu enim feciſti hominem, imo factus es homo, vt te amemus*; hominem videtur exuiſſe, qui eum non amat, à quo factus eſt, & qui hominis causâ factus homo eſt.

Statim ac Deus hominem condidit, ad ſui amorë illum prouocauit. Gen. 2. 19.

Statim ac primum hominem Deus condidit, ad ſui amorem eum allicere, ac vrgere ſtuduit; huc enim ſpectauit, dum nomina cunctis animantibus imponi voluit ab Adamo Gen. 2. 19. *Formatis cunctis animantibus adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea*; non caſu hoc factum, ſed diuino conſilio, vt ſcilicet ex cunctorum animantium notitiâ, homo ſe ipſum, ſuámque perfectionem intelligeret, inque Conditoris ſui amorem hac cogitatione raperetur. Præclarè Beatus Alcuinus in Geneſim interrog. 55. *Cur voluit Deus, vt homo cunctis animantibus nomina imponeret? Reſpondeo, vt homo intelligeret ſe ipſum quantò melior eſſet cunctis animantibus, ex rationis diſcretione; & eò magis* CONDITOREM SVVM DILIGERET, *quò ſe meliorem alijs inuentibus intelligeret*; & non vehementiùs ſe ad amorem vrgeri homo ſinet, cùm ſui amoris causâ videat Deum hominem factum, videt Deum factum ſui cibum? iure, amore correptus, inclamabat pius ille Auctor, licèt Anonymus, & ineditus, medit. de præparat. Miſſæ, feria 2. *O admiranda Chriſti dignatio: mira mentis iubilatio. Deus meus, ſponſus meus,* AMOR MEVS *factus eſt cibus meus. Sanctorum præmium, gaudium Angelorum, Dei patris Verbum eſt nutrimentum meum, lux mundi, ſol cæli, ſapientia Dei eſt refectio animi mei: Proles virginea, redemptio humana, cælique gloria facta eſt cibatio mea. Quid vltrà affecto? quid vltrà me poteſt allicere? abſit à me Domine, vt ex quo cor meum habet tam nobile cibum, quod circa aliquid quod eſt in toto mundo afficiatur. Quomodo, obſecro, poſt tam nobiliſſimum cibum, ſufficientiſſimum, ſuauiſſimum, & dulciſſimum poteſt cor meum circa vana, turpia, & immunda delectari; etſi ſemper non poſſit ipſum ſacramentaliter ſumere. Saltem cor meum ipſum ſpiritualiter non deſinas ruminare; in veritate mirum, & pluſquam mirum videtur quomodo præ calore, &* NIMIO AMORIS FERVORE, *cor non deficit in hoc cibo.*

Amore corripi debet eucharistico pane recreatus. Anonym.

51. *Tãquam oues igne charitatis aſſati nos Deo offeramus.*

In euchariſtico Agno ſummam nobis oſtendit charitatem, amorem ſummum, hoc eſt, ſuum, & ſibi parem: à doni magnitudine metienda amoris magnitudo eſt, amorem oſtendit, ſed & ſuo veluti iure requirit; amat dum ſe nobis in cibum exhibet, ſed amari quærit dum excipitur; igne charitatis aſſatus Chriſtus eſt tanquam agnus; nos quoque tanquam oues hoc eodem amoris igne aſſari debemus, amoris victimæ futuri, quod vniuersè monuit ſanctus Auguſtinus ſerm. 150. de tempore, in hæc verba: *Primum quidem velut oues paſcuæ Domini in ara cordis igne charitatis aſſati, noſmetipſos offeramus hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem*; ita amori amore reſpondeamus, amoris igne cum agno combuſti, ac veluti cum aſſatis carnibus aſſati.

S. Auguſt.

Aſſo igne agni carnes nos amore inflammatos eſſe debere clamant. S. Cyr. Alex.

Et quidem aſſas igne agni carnes id tectè ſuadere non ambigo; quod viſum eſt etiam ſancto Cyrillo Alexandrino Glaphyrorum in Exodum lib. 2. *Porrò*, inquit, *iubet eos edere carnes agni aſſas, eo quòd oportet eos eſſe* INFLAMMATOS SPIRITV, *qui volunt ad communionem Chriſti accedere; ideo & Paulus iubet eos ſpiritu feruere*; vt alibi tepor aliquem corripiat ab hac menſâ, ab hiſce epulis exulare torpor omnis omnino debet, & tepor.

Amorẽ ſuum noſtro iungẽ Chriſtus cupit in Euchariſtia ſacramento. S. Aug.

Amorem ſuum hîc Deus prodit, ita tamen vt cupiat amorem noſtrum ſuo iungi, & ſuum noſtro copulari, vt caro Chriſti carni noſtræ miſcetur, ſic & amor amori. Huc voco ſancti Auguſtini verba, qui lib. de catechizandis rudibus, ita loquitur: AMA AMOREM ILLIVS, *qui amore tui deſcendit in ſubſtantiam panis, & ibi amorem ſuum amori tuo copulauit, humiliando ſe, ſublimando te, coniungendo lumen ſuæ æternitatis limo tuæ mortalitatis.*

52. *Amor in gratia lege triũphat.* B. Laur. Iuſt.

Et vbi exerat ſe amor, vbi vires ſuas iactet, ſi non exerat, ſi non iactet in hoc amoris myſterio, vbi dilectionis ſuæ delicias, diuitiáſque Deus oſtendit? Obſeruat Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtiâ, in lege veteri deſiderari, qui amore excelluerit: fide excelluit Abraham, Iſaac obedientiâ, patientiâ Iacob, Ioſeph caſtimoniâ; amore nullus, licèt omnes amarent; cur ita? an quia Legi gratiæ id ſeruabatur, quæ Euchariſtiæ ſacramento gaudet, quod in vmbra nuda habebat Synagoga? Amoris hoc tempus eſt, & omnium corda cœleſtibus ardêre flammis debeat, dum euchariſticis deliciis fruuntur.

Amoris pede ad Agni eucharisticã menſam accedendum. Vgo Car. *Viſcera charitatis huc afferenda.* S. Fulb.

Amoris pede ad conuiuium iſtuc accedendum, & amoris viſcera exerenda amoris cibum epulaturo, primum ab Vgonis Carenſis calamo eſt, qui in illud Prouerbiorum 9. *Venite, comedite panem meum*, ait; *Venite* PEDE AMORIS, *comedite dente fidei panem meum in ſacramento Altaris*; nulli pes ſuperbiæ veniat, veniat amoris, veniat humilitatis. Secundum à ſancti Fulberti calamo eſt, qui epiſt. 1. inquit, *Exere palatum fidei, dilata fauces ſpei,* VISCERA CHARITATIS *extende, & ſume panem vitæ interioris hominis alimentum, non arte piſtoriâ fermentatum, ſed incarnatæ Deitatis vitale pulmentum.* Non ſapit, nec nutrit corporeus cibus ſi calor viſcera deſtituat, ſtomachum deſerat; idem hic

fit

ſit in ſpiritali hoc eibo, niſi amoris calot adſit, ad vitam, ad vires excipi Chriſti ſanguis, ae eorpus non poteſt.

53. *אכל quid: Agnus comedendus vt ignis ligna.* Exodi 12.7.

Ardeat velut ignis, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur. Expendenda hoc loco eſt Hebraici verbi vis dum de eſu agni fit ſermo Exod.12.verſ.7. *Et edent carnes nocte illâ aſſas igni.* in fonte eſt pro *edent*, אכלו *achelu*, à verbo אכל quod præſefert ingentem ardorem, deſiderium, cupiditatem, ex quo fit, vt de ignis voracitate dicatur Iſa. 29.6. *flamma ignis deuorantis.* Hebr. אש אכלה *ignis comedentis.* Deut. 4. verſ. 24. *Deus noſter ignis conſumens eſt*, in fonte אכלה. Ezech. 28. verſ. 18. *ipſe ignis conſumpſit te*, Hebr. אכלתך. idem verbum habetur cùm de maonâ eſt ſermo Exod. 16. verſ. 35. *& filij Iſrael man comederunt*, Hebr. אכלו. Docemur itaque vt cum ardore accedamus ad ſacram hanc meoſam, igniti, & ſpiritalis deuotionis calore pleni, & quomodo ignis obiecta deuorat cum vehementi impetu, vique; ſic nos carnem hanc ſacram toto mentis affectu ingenti charitatis vapore comedamus. Accommodata ſunt ad hanc verbi vim ſancti Chryſoſtomi verba, hom. 83. in Matth. quæ huiuſmodi ſunt: *Accedat nemo cum nauſeâ, nemo reuolutus, omnes accenſi, omnes ferventes, & excitati.* Et ſicut agnum comedere igniti & feruentes debemus; ſic maiori etiam incendio ardere debemus, tali cibo refecti. Vide ſi non huc reſpiciat idem ſanctus Pater hom. 61. ad Populum, *Tanquam leones*, inquit, *ignem ſpirantes ab illa menſâ recedamus, facti Diabolo terribiles, & caput noſtrum mente reuoluentes, & charitatem, quam erga nos oſtendit*; hæc ſanctus hic. S.Chryſ.

Solâ Euchariſtia memoriâ pia mens adducitur. Acta.

Vere ſola Euchariſtiæ memoria beata Ida Lonamenſis amoris igne æſtuabat; videns quippe puellam, qoæ corporalia plicabat, quorum vſus in ſacris myſteriis neceſſarius, tanto calore corripiebatur, vt eius membra adurerentur, vt in eius vitâ legitur, cap.19.

54. *Anima ad hunc ignem inexplicabilibus delitijs fruitur.* Pſalm.22.5.

Vbi amore liqueſcat anima niſi ad hanc ſpiritalem menſam, in qua cœleſtis dulcedinis rore percipitur, & ſæpè etiam ſupra votum ſe ſentit ad ſuperiora rapi, vt hos cœleſtis dapis ſapores experiti potius poſſit, quàm explicare? Indiſcuſſum non prætereo ad hanc rem Dauidis locum Pſal. 22. verſ. 5. vbi ait: *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* id eſt, verbera, ac flagella conſolationi mihi fueroot, non dolori. ſtatim ſubdit: *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus omnes, qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt?* quæ verba ad Euchariſtiam ae calicem Dominici ſanguinis ferè referuotur. Hîc illud dignum quod quæratur, ſi de virgis, flagelliſque dixit ſibi grata, iucundaque fuiſſe, cur hoc, imò multo magis, noo dixit de menſâ; *paraſti in conſpectu meo menſam, quæ conſolata eſt me?* nempe vt cogitaremus, quas delitias & conſolationes ſenſerit ad menſam, qui ſenſit ad verbera; ſi grata flagella fueront, qoàm gratiores ſacræ iſtius menſæ epulæ. Dein, quia conſolationes, quas expetitur deuota mens in hoc ſpiritali conuiuio tales ſunt, vt explicari pro dignitate nequeant, ideo ſubticet de menſæ iucunditate, & potiùs admirans, ait; *& calix meus inebrians, quam præclarus eſt?* Exponi non poſſunt, vix cogitari ſpiritalium chariſmatum delitiæ, quibus impletur anima, quæ ardens Dominicæ meoſæ aſſidet. Expue quidquid tibi ex terrenis ſapit, & harum deliciarum dulcedinem pleniùs ſenties. Amore condiatur amoris epulum, & inexplicabilem iucunditatem menti afflabit.

Cibos auro conſpergere aliquorũ mos. Io.Pet. Maff.

Apud pleraſque gentes in vſu erat vt auro paratos cibos adſpergerent, vt pretioſiores eſſent. De Sinis populis loquens Ioann. Petrus Maffeus in ſuâ hiſtoria lib. 12. poſt medium ita ſcribit: *Cibi confecti, in pyramidem extruuntur, auro conſperſi cupreſſinis ramulis ad gratiam, prominentibus, nonnunquam etiam roſtro, pedibuſque nauratis aues integræ nobilibus patinis inferuntur.* quò abiit luxus? quò hominum vanitas proceſſit? ſed ſine luxûs notâ idem ſanctiùs præſtari in euchariſticâ menſâ poteſt, quod fiet, ſi charitatis, & amoris auro epulæ, quæ inferuntur, adſpergantur, ſi charitatis viſceribus excipiaotur. *In euchariſticis epulis quo ſanctius id fiat.*

55. *Quæ nobis accidunt charitatis calcaria ad amoris nos curſum vrgent, ſed omnium maximè Euchariſtia.* Rich. Vict.

Cuncta ſiue proſpera illa ſint, ſiue aduerſa, ad charitatem nos vrgent, ad amoris curſum nos excitant, vt charitatis calcaria eſſe videantur; feſtiuè, & verè Richardus Victorinus tract. de gradibus charitatis, cap.3. *Sed nunc, quæſo, mi Seuerine, reduc oculos ad hæc inferiora, & vide quæ videntes plerique non vident, & aduerte ſi non cuncta quæ vel nobis in proſperis ſeruiunt, vel contra nos ſæuiunt in aduerſis quædam non ſint* CHARITATIS CALCARIA *vrgentia quodammodo ad curſum amoris.* Cur non vehementiùs nos ad amorem vrgeat Amor ipſe, qui ſub euchariſtico tegmine latet? Verus ille: *Inter cætera Dei beneficia nullum eſt, quod adeò hominis mentem ad amorem prouocet, & vrgeat, quàm tanto* AMORE *exhibitus euchariſticus cibus, pane ſubcinericio apparato, Eliam Angelus ad eſum excitauit, deinde ad iter perficiendum inhortatus eſt; hîc melior panis apponitur, & perfectionis via, quin & amoris iucunda huius menſæ conuiuis eſt.* 3.Reg.19.6.

In Euchariſtia ſacramento Deus abſconditur, vt ardentiùs quæratur. Cant. 3. S.Greg.

Latet hîc amor, hîc abſconditur Deus, fors etiam ob hanc cauſam, vt quæratur ardentiùs. Sanctus Gregorius lib. 5. moral. cap.4. ad illud ſponſæ in amoris Cantico, cap.3. *Quæſiui illum, & non inueni*, hæc habet: *Abſcondit ſe ſponſus cùm quæritur, vt non inuentus ardentiùs quæratur, & differtur quærens ſponſa ne inueniat, vt tarditate ſuâ capacior reddita, multipliciùs quandoque inueniat, quod quærebat.* Rem flecto ad euchariſticas delitias, latet in illis Chriſtus, abſcondit ſe veluti quodam tegmine; vult nimirum ardentiùs quæri, dum abſconditur.

Quanto deſiderio excipi Agnus euchariſticus debeat. Euſ. lib. 3. cap.12.

Excipi ſingulari deſiderio Euchariſtiæ ſacramentum debet; Chriſti Incarnatio antequam eſſet, diu deſiderata eſt; *Venit quippe, deſideratus cunctis gentibus*; non ita Chriſtus io Euchariſtiâ, cùm hoc myſterium non ita innotuerit, vt nimirum deſideria in illod tempus reſeruarentur, cùm ſumendus à nobis in hoc Sacramento Chriſtus eſſet. Scitè ille: *Alia beneficia feciſti deſiderari, & præcipuè Incarnationem tuam; at inſtitutionem venerandi myſterij corporis, & ſanguinis tui omnino gratuitò voluiſti fieri, abſque ſumptu deſiderij cunctarum gentium. fuit iſtud Sacramentum inopinabilis liberalitas, & inſperata* CHARITAS, *vt omnia deberentur, & reſeruarentur deſideria erga perceptionem illius; & nihilominus non ardemus. Adeò tibi placet deſiderium huius myſterij, vt mirabiliter accurras, & acquieſcas animæ te capienti.* Deſiderio ſingulari ſumi Chriſtus debet, io ſingularis amoris ſignum, & teſtationem.

56. *Dilecti deſiderio languet ſponſa, Dei paradiſus fit, cœlum ſpiritale, dũ Chriſti corpus excipit.* Anonym.

Dilecti ſui amore, ae deſiderio corripiebatur ſponſa, cùm diceret, *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*, Cant. 2. 5. quæ verba ad animam flectit, quæ ſponſi aduentum ſub euchariſtico pane præſtolatur aduentum. Anooymus, & ineditus Auctor de præparat. Miſſ. fer. 3. ſimúlque explicat Dei paradiſum, ſpirituale cœlum animam fieri, dum Chriſti ſui corpus ſinu ſuo excipit; dabo hîc eius verba. *O quantus amor, quàm ignita deſideria, qualis loquutio, quàm pudicus amplexus exhibetur, cùm*

pyſſimus

pyſſimus Ieſus, atque dulciſſimus Mariæ filius in nos deſcendere dignatur. Tunc quippe templum Dei efficitur anima, ſapientiæ ſedes, prudentiæ habet oculum: arca fœderis, tabernaculum ſanctitatis, ſponſi thalamus: ſpirituale cœlum, benedictionis ager, myſteriorum domus: ſponſa chariſſima, amœnus hortus, nuptiarum locus, atque multarum virtutum conſitus paradiſus. In quo videlicet deſcendit Dominus Angelorum, & Rex gloriæ, non vt ambulet ad auram poſt meridiem, quæratque præuaricatores latitantes inter condenſa lignorum, nuditatem propriam erubeſcentes: ſed copulet ſibi chariſſimam ſponſam amore languentem, deſideriorum floribus fultam, atque malorum punicorum virtutibus ſtipatam: præſtolantem dilectum ſuum, atque elegantiſſimi ſponſi obſeruantem aduentum. Sed quia hîc ſumus, aliqua vniuersè de amore dicamus, vt ad Amoris ſui amorem lectorem poneremus, ferâtque ad charitatis & amoris menſam, charitatem, & amorem; qui vbique neceſſarius, quæ vbique requiritur.

Diuini amoris ignis in ſuperna nos eleuat. S.Aug.

Agnus aſſatus igne amoris incendium poſtulat, charitatis ignem requirit, quo ad ſuperna comedentis mens euehatur, nihil terrenum ſapiat: de amoris igne ita philoſophatur ſanctus Auguſtinus in Pſalm. . . 1. *Sicut amor immundus* INFLAMMAT *animam, & ad terrena concupiſcenda, & peritura ſectanda vocat, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: ſic amor ſanctus ad ſuperna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea, quæ non tranſeunt, neque moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cœlum.*

57. *Purus ſit amor, & ab omni affectu alienus.* S.Hier.

Purus amor ſit, & ab omni affectu immunis, ſpoliatus omni alio amore. *Felix illa conſcientia* (verba ſunt ſancti Hieronymi epiſt. 8. de virg. ſeruanda) *& beata virginitas, in cuius corde, præter amorem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, patientia, atque iuſtitia, cæteræque virtutes, nullus alius verſatur* AMOR, *nec ad recordationem hominis aliquando ſuſpirat, nec videre deſiderat, quem cùm viderit, nolit dimittere.*

Quæ verè ſponſum amat, ſolius amati deſiderio tenetur, omnia impedimenta ſuperat. Cant.3. S.Bern.

Qui verè Deum amat, Deum quærit, non ſe, & multo minus ſua. In exemplum iuit ſponſa, cùm diceret; *Tenui eum, nec dimittam*, Cant.3. ſponſum tenet, non quæ ſponſi, tenet, quem amabat; nam ſolius amati deſiderio tenebatur. Pulchrè eam loquentem adducit ſanctus Bernardus ſerm. 80. in Cant. *Quamuis defeſſa, quamuis læſa, quamuis percuſſa, quamuis pallio ſpoliata, quamuis omnia mala paſſa, tenui eum, & non dimittam, quia nihil meum quæro, ſed ſolum ſponſum teneo.* Verè ſponſum non tenet, qui periturarum rerum amore tenetur; facilè ſponſum dimittit, qui aliud à ſponſo quærit, aliud amat.

58. *Dei, & ſæculi amor inter ſe minimè cohærent.* S.Aug.

Dei amorem, ac ſæculi minimè inter ſe cohærere, eleganter manûs metaphorâ explicat ſanctus Auguſtinus ſerm. 15. & 40. nuper editis; hæc eius verba: *Non poteſt amare quod æternum eſt, niſi deſtiterit amare, quod temporale eſt. Intendite* AMOREM *hominis. Sic putate quaſi manum animæ, ſi aliquid tenet, tenere aliud non poteſt, vt autem poſſit tenere quod datur, dimittat quod tenet. Hoc dico, videte quia apertè dico. Qui amat ſæculum,* AMARE DEVM *non poteſt: occupatam habet manum. Dicit illi Deus, Tene quod do. non vult dimittere quod tenebat: non poteſt accipere quod offertur.*

Suaue amoris iugum. Trith.

De ſuaui amoris iugo ex Bernardi mente ita ſentit Trithemius lib. 1. epiſt. 75. *O iugum ſancti* AMORIS, *quàm dulciter capis, glorioſè laqueas, ſuauiter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis.*

Chriſtus amoris ſol, amoris radios in ſuos ſpargit. Idiota.

Amor Ieſus eſt, ab amore quærendus amor; ſol amoris eſt, qui in ſuos amoris ſui radios ſpargit. Scitè Idiota, de diuino amore, cap. 31. *O Domine Ieſu Chriſte, ſol vnde fluunt radij amoris, quantâ inſaniâ plenus eſt ille, qui ſolummodo ſe ipſum* AMAT! O nos huius Solis radij feriant, vt amori reſpondeamus amore: ferreus, & lapideus eſt, qui hiſce radiis non liqueſcit.

Omnia dura ſuperat Dei amor. S.Chryſ.

Omnia vincit impedimenta verus amor, vrgetur duris amans, cùm impeditur; Abraham ſenectute confectum, itineris incommoda ab itinere non auocant; viæ ſtatim ſe dedit, vrgebat eum amor; quod præclarè verſat ſanctus Chryſoſtomus hom. 31. in Geneſim, dum ait: *Vidiſti quomodo nec ætas ei fuit obſtaculo, neque aliud quidquam potuit eum detinere, vt domi reſidêret, ſed vicit omnia ipſius in* DEVM AMOR. *Anima enim vigilans, & ſobria cuncta diſſecat impedimenta, totaque fit eius, quod amat; & à nullo, quod in medio apparet difficile, remorari ſe patitur, ſed omnia præterit, nec ſubſiſtit priuſquam re deſideratâ potiatur.*

59. *Suaue, & ſalubre animæ vnguentum amor.* Trith. *Veri amoris character.* Henr.

Scite de amore Dei Trithemius epiſt. 75. lib. 1. *Vnguentum ſuaue, & optimum eſt* AMOR DEI, *quo animæ peſtes citò ſanantur omnes.* Henricus IV. Romanorum Imperator epiſt. ad ſanctum Othonem Bambergenſem Epiſcopum, perfectum amorem ita deſcribit: *Perfectus* AMOR *cùm vtique domeſticus cordis ſit, non ad oculum tantùm valet, non ad oculum ſpectat, non pendet ex tempore, per quem abſentes quantò longiùs ſeparantur, tantò arctiùs mutuâ pro ſe ſolicitudine conſtringuntur.*

Amoris diuini ſuauitas, & dulcedo. Idiota.

Idiota de amore diuino c. 4. amoris ſancti ſuauitatem, dulcedinem, vtilitatesmellifluis hiſce verbis explicabat. *Nihil, Domine Ieſu Chriſte, fons veri amoris, amore tuo ſuauius, nihil dulcius, nihil vtilius, nihilque iucundius: amor tuus Domine non moleſtat, ſed cum exultatione, & gaudio ſtringitur, & cum ſecuritate deſideratur. Vbi tuus amor eſt, Domine, labor non eſt, ſed ſapor; ſeipſo contentus eſt, confundit ordines, diſſimulat riſum, ignorat modum, totùmque quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, & quod conſilij iudiciive videtur, triumphat in ſe ipſo, & redigit in captiuitatem. Amor tuus, Domine, libertatem donat, timorem pellit, laborem non ſentit, meritum non reſpicit, præmium non requirit, feſſos alleuiat, debiles roborat, mæſtos lætificat, eſurientes reficit, & deficientes iucundos reddit.*

Amor virtutum ſal. S.Ephræm. 1.Cor.13.

Sanctus Ephræm Paræneſi de charitate, AMOR, inquit, *ſal omnium virtutum*; docens inſipidas eſſe cæteras virtutes, niſi amoris, & charitatis ſale condiantur; hinc illud Apoſtoli 1. Cor.13. *Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum; & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*; non ſapiunt hoc ſale deſtitutæ virtutes, quin & corrumpuntur: ſal amor eſt, quo carere eucharistica menſa non debet.

60. *Qui Deum amat, nihil timet, vel inter feras ſecurus degit.* S.Chryſ.

Qui Deum amat vel inter feras ſecurus deget, quin & lætus; quid lætitia Danielem perfundebat, inter leones veſcantem, niſi amor? Scite ſanctus Chryſoſtomus hom. 25. in Geneſim: *Ego autem ſupra omnia virtutem iuſti admiror, Dominique bonitatem & ineffabilem miſericordiam, quando conſidero, quomodo potuerit verſari in medio beſtiarum, leonum dico, & pardorum, & aliarum immitium ferarum.* Paucíſque interiectis à Daniele, ſic ſubdit: *Simili modo etiam egregius ille magnâ facilitate ferarum ferebat conuictum; & neque loci anguſtia, neque temporis productio, neque quod ſic incluſus erat, & aërem reſpirare non poſſet, moroſum, & difficilem reddebant, ſed ob fidem in Deum omnia ipſi facilia videbantur, & ſic verſabatur in graui illo carcere, ſicut nos in pratis, & Lucis: præceptum enim Domini difficilia facilia ſibi videri faciebat.*

Concludit

Concludit tandem : *Vidiſti quomodo* AMOR IN DEVM *grauitatem moleſtiarum imminuit , neque ſentiri ſinit cùm nos inuaſerit.*

Dura quæque , & grauia amanti leuia ſunt. Pſalm. 30.

Dura quæque & grauia leuia amori ſunt.amanti labor non eſt labor,amara quæque reddit amor dulcia,atque ſuauia ; voluit hoc Dauid cùm dixit; *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos*, Pſalm. 30. qui in loco ſpatioſo ? cùm ſcriptum ſit , anguſtam , & arctam eſſe viam , quæ ducit ad vitam , idque ex ipſius Veritatis mente ; ait quippe Chriſtus Matth. 7. 14. *Quam anguſta porta , & arcta via , quæ ducit ad vitam , & pauci ſunt ,qui inueniunt eam* ; videntur hæc inter ſe non cohærere ; ſed ſi laborantis amorem , aut amoris carentiam conſideremus,optimè hæc duo inter ſe aptabantur ; amanti anguſta via lata fit , non amanti lata anguſta fit: huc vocari poteſt quod habet ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 30. concione . *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.Certè anguſta via eſt* : LABORANTI ANGVSTA EST , AMANTI LATA EST ; *eadem quæ anguſta eſt, lata fit. In ſpatioſo, dicit, poſuiſti pedes meos, ne anguſtiati pedes mei irent in ſe , & incurrendo in ſe, deciperent me.*

(Matth. 7. 14. — S. Aug.)

61\. Omnia facilia amori ſunt, omnia leuia, omnia ſuauia ; id quod opportunè probat Idiota cap. 13. de diuino amore, in hæc verba : *Omnia grauia , & difficilia* VERVS AMOR *facit facilia, & quaſi nulla. Ideo SS. Martyres , omnia tormentorum genera tamquam dulcia non ſolum patienter , ſed etiam hilariter præ ardenti amore ſuſtinebant : labor namque non fatigat amorem , tormentum amorem non ſuperat, amor quiete fit inquietior. Quieſcit afflictio , quieſcit tentatio , ſed dilectio quieſcere neſcit ; requies enim eſt eius inquietudo. Qui huius amoris guſtu inebriatus fuerit , ad omne opus bonum hilareſcit, dolet & non ſentit, laborat & non laſſatur, deridetur, nec aduertit.* Trithemius ad hanc mentem hom. 23. AMOR DEI *dura leuigat, & aſpera, quoniam vbi Chriſtus in veritate diligitur , tribulationes, & qualibet aduerſa pro delitijs computantur* ; delitiatur amans dum pro amante durum aliquod patitur.

(*Omnia facilia amori.* Idiota. — Trith.)

Grauia omnia amanti leuia ſunt. Cant. 1. 12.

Amanti difficilia quæque facilia ſunt , & grauia quæque videntur leuia. Amabat ſponſa , quæ dicebat: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, Cant. 1. Faſciculus ſponſæ ſponſus erat , non faſcis , leve onus erat , iugúmque ſuaue , quia amore plena. Scitè ſanctus Bernardus ſerm. 43. in Cant. *Non faſcem* , inquit , *ſed faſciculum dilectum dicit , quod* LEVE PRÆ AMORE *ipſius ducat quidquid laboris imnmineat, & doloris. An non faſciculus, cuius iugum ſuaue eſt , & onus leue, non quia leue in ſe (nec enim leuis paſſionis aſperitas , mortis amaritudo ,) ſed leuis tamen amanti. Et ideo non ait tantum, faſciculus myrrhæ dilectus meus ; ſed, mihi, inquit , quæ diligo , faſciculus eſt. Vnde & dilectum nominat , monſtrans dilectionis vim omnium amaritudinum ſuperare moleſtiam , & quia fortis eſt vt mors dilectio.*

(S. Bern. — Cant. 8. 6.)

Omniũ creaturarũ amor Deo offeratur. S. Ful. lib. 4. cap. 5.

Finio hic, & creaturarum omnium amorem Amori ita offero,vt offerri quoque ab aliis velim: formulam illam vſurpo,quæ à pij Auctoris ſinu fluxit: *Accipe Domine pro parte mea* VILEM STIPEM AMORIS *in votis: amorem creaturarum omnium etiam poſſibilium collectum tibi offero : ego ipſe ſolus vniuerſarum amorem , quem cuncta per æternitatem habitura erant ; vellem habere , in ſingulis inſtantibus, & adhuc verecundari, & erubeſcere deberem. Parce, parce, humillimè precor, magne Domine ; ne iniuria vertas hæc mea puſilla vota , & deſideria ; ſed ea excuſet coram te infirmitas mea, & magnitudo tua. Accipe hoc deſiderium meum , quod dignè nequit dici amor te dignus , accipe & cruciatum meum , quo doleo, non omnia te amare : doleo tot animas ſponſas tuas per fidei arrhas, tot alia hominum corda idonea ad diligendum te ardentiſſimè , qui Reges mundi cœlóque ſublimiores poſſent eſſe, iacere in fimo ſuo, & perire in ſe diligendo ſe, & hæc caduca , & horribilia bona terræ , & non te , ô pulchritudo rerum , & amor vniuerſi.* Non aliter ſentiat qui Deum amat , non aliter loquatur, nec minus Amori offerat, qui tanto in nos amore arſit, ardet, ardebit æternum.

EXCVRSVS III.

Aſſæ agni carnes omnium voluptatum pituitas ſiccant.

Agni carnes igne aſſæ voluptatum pituitas *ſiccant.*

Bonorum operum aſſatio *carnalium ſenſuum cruditates excoquat.*

Nexus Euchariſtiæ, *&* paſſionis *à voluptatum* fæce *abiungendam conuiuantis mentem indicat.*

Perfecta inter Chriſtum, & animam vnio *in hoc Sacramento.*

Terrenis mortuus in Chriſtum immigrare *debet , qui Agni euchariſtici carnibus veſcitur.*

Totus ſpiritualis *huius menſæ conuiua.*

Terrena cœleſtibus *non præferat, qui euchariſticæ menſæ adſidet.*

Hac oblatione in cœlo conſcribimur , *in Chriſti viſceribus cenſemur.*

Beſtiales ſenſus *exuat huius menſæ conuiua.*

Terrenæ delitiæ *ad inſaniam amatores ſuos trahunt.*

Elixas agni carnes comedit , qui corporeis voluptatibus *capitur.*

Aſſæ agni carnes obſcœnas voluptates *repudiant.*

Quàm grauiter puniendi, *qui poſt euchariſticas delitias* terrenas *quærunt.*

Quàm ſeuerè puniendi, qui Hebræorum more Ægyptias delitias *quærit cœleſtibus neglectis.*

Repudiato corporeæ voluptatis poculo, *cœleſtes delitiæ deguſtandæ.*

Debitus cuique honor *tribuendus.*

A terrenis illecebris , *& delitijs ſobrius ſit qui Euchariſtiæ dulcedine frui debet.*

Cœleſte manna manducaturus à terrenis delitiis *abeat.*

Qui de ſacri calicis vino bibit , voluptatis acetum *repudiet.*

Terrenæ voluptates *igni æterni fomenta.*

Diuinis, & ſpiritualibus delitiis *deſtitutus ad carnales currit.*

NOn ab heſternâ Hippocratis ſcholâ hoc aphoriſma eſt : aſſandas igni agni carnes, 62.
vt in omnium voluptatum in nobis pituitas ſiccent : à Chriſti ſcholâ ſunt , ſanctorúmque Patrum,qui in illâ ſuperâ doctrinâ imbuti ſunt. Præclarè

(*Agni carnes igne aſſæ voluptatũ pituitas ſiccant.* S. Hier.)

Bonorum operum aſſatio carnaliũ ſenſuum cruditates excoquat.

S.Cypr.

elarè ſanctus Hieronymus in cap. 7. Iſaiæ: *Nos,* inquit, ELIXAS AGNI CARNES *non comedimus, verùm aſſas, vt quæ in nobis poſſint omnium voluptatum ſiccare pituitas.* Aſſationem iſtam non minus eleg[illegible] commend[illegible] etiam alius ſpiritualis medicus, is eſt ſanctus Cyprianus in Cœnâ Domini, dum ait: *Puras, ſincerâſque mentes ſanctum quærit conuiuium, in veru Crucis boni operis* ASSATIO *omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret, ſolidetque omnes mentis affectus.* Proba aſſatio iſta, & in agni eſum [illegible]ximè neceſſa[illegible]ia; hac aſſatione qui deſtituitur, aſſis agni carnibus veſci non meretur.

Nexus Euchariſtiæ & paſſionis à voluptatum fæce abiungi[illegible] conuiuantis mentem indicat.

S.Cypr.

Non credo, caſu accidiſſe, quòd euchariſtici Sacramenti inſtitutionem, in vitæ ſuæ finem Chriſtum reiecerit, & paſſioni ſuæ illam præmiſerit, quin & nexuerit, vt aliò nexus iſte ſpectauerit, vt alibi dico. hoc quoque clamat, euchariſticis epulis fruituro, repudiandas voluptates alias, cùm non ferat Chriſti paſſio huic menſæ adnexa, quempiam voluptatum blanditiis obrui, quin nec tangi, aut tanquam fæcibus inſici; nam, vt ait ſanctus Cyprianus de paſſione Chriſti, *Chriſti paſſiones, quæ vix ſceleratos animos à voluptatum fæce auellunt*; auellere eorum omnium mentes ab his fæcibus debent, qui Agni euchariſtici carnibus veſcuntur.

Perfecta inter Chriſtum, & animam vnio in hoc Sacramento.

A[illegible] horreat omnes delitias, voluptates omnes ſpernat, & oblatas reiiciat, qui aſſis agni carnibus veſcitur, vt totus fiat ſpiritualis, carnem amplius non ſapiat; quin nec carneus videatur. Non caret, opinor, myſterio, quòd in hoc Sacramento aqua vino admiſceatur; cur id fit? An vt indiſſolubilis inter nos, & Chriſtum ſignificetur vnio, adeò vt ita intime illi adhæreamus, vt nulla nos tribulatio, anguſtia nulla ab eo ſeparare queat, vt dicebat Apoſtolus. Scitè ſanctus Cæſarius Arelatenſis hom. 7. *Dum*, inquit, *in Sacramentis vino aqua miſcetur, Chriſto fidelis populus incorporatur, & iungitur, & quadam ei copulâ perfectè charitatis vnitur; vt poſſis dicere cum Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an perſecutio?* Separari aqua à vino vix poteſt, aut ne vix quidem, cui mixta eſt; nec nos vlla tribulatio, aut aduerſitas à Chriſto abiunget, cui arctè nos cœleſte conuiuium iungit, & vnit.

S.Cæſ.

Terrenis moribus in Chriſtũ immigrare debet, qui Agni euchariſtici carnibus veſcitur.

63. Sed illud hîc adiecerim, quòd aqua ita vino miſcetur, vt perfecto Sacramento ampliùs aqua non ſit; ſed in Chriſti corpus, ſanguinémque conuertitur; quæ res tacitè clamat, nos in hoc conuiuio ita Chriſto iungi, vt in illum penitus immigremus, nobis ampliùs non viuamus, viuamus Chriſto. Caro, & ſanguis Chriſti remanent, eſſe deſinit aqua, vt colligeremus hominem ita immigrare in Chriſtum, vt totus ſpiritualis fiat; animalis terrenúſque ampliùs non ſit. Hæc eadem fuit ſancti Paſchaſij mens, qui lib. de corpore, & ſanguine Chriſti, cap. 11. ita ſcribit: *Hac de causâ in hoc Sacramento forſitan aqua admittitur, vt tria hæc tribus iſtis ſacrentur myſticè rebus. Conſtat igitur, quia ciſi tria prius ponuntur, non niſi caro, & ſanguis poſtea rectè creditur; dans indicium quòd animalis homo totus debeat tranſire in ſpiritum, & ſpiritualis fieri*; aut vt terrenis voluptatibus ampliùs non inhiet, temporalia non quærat, cœleſtibus paſtus.

S.Paſchaſ.

Totus ſpiritualis huius menſæ conuiua.

Terrena cœleſtibus non præferat, qui euchariſticæ menſæ adſidet.

Olim iniuriam menſæ factam putabant, ſi ſiniſtrâ manu conuiua comederet; & ita comedere præſumentem corripiebant. quod opportunæ ad ſacram menſam transferri poteſt: ſiniſtra terrenas voluptates ſignificat, & bona temporalia, dextera æterna bona, & ſpiritualia, quæ tempori non ſubiacent; nemo ergo hanc Dei menſæ iniuriam inferat, ſi quod dextrum eſt, ſiniſtrum putemus; & ſiniſtris veluti dexteris quis abutatur. Feſtiuè hoc offert ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 136. vbi per dexteram intelligit vitam æternam, per ſiniſtram temporalem; ſic enim ait: *Dextera noſtra, eſt vita æterna, ſiniſtra noſtra eſt vita temporalis; quicquid facit, propter vitam æternam dextera operatur. ſi concupiſcitis vitam æternam, omnis iſta terrena felicitas ſiniſtra vobis ſit, illa ſit dextera. quam ſemper habebitis, & ſi habueritis ſiniſtram, nolite de ſiniſtro præſumere: nonne corripis eum, qui de ſiniſtrâ voluerit manducare? ſi menſa tua iniuriam putas fieri manducante conuiuâ de ſiniſtrâ, quomodo non ſit iniuria menſa Dei, ſi quod dextrum eſt ſiniſtrum feceris, & quod ſiniſtrum eſt dextrum feceris?* ſi te tena cœleſtibus antepoſueris, & peritura æternis. Proh hominum ſatuitatem, qui ima hæc, & parum duratura æternis non tantùm pariant, ſed etiam præferunt, & non ferendâ ſtupiditate, cœleſtia bona terrenis poſtponunt.

S.Aug.

Hac oblatione in cœlo cõſcribimur, in Chriſti viſceribus cenſemur.

64. Quæ nos dementia corripit, vt cùm in hac menſâ veras, ſpiritualéſque delitias, ac voluptates habeamus, quæramus falſas, quæ nudum voluptatum nomen habent, nihil præterea: Angelorum hæc menſa eſt, & Angelis pares conuiuas poſuit; & nos brutis ſimiles, corporis bona ſectabimur, corporis voluptates? Obſeruo, quòd hęc oblatio in ſacris liturgiis rationabilis vocatur, vt ſtatim beſtialem ſenſum, brutalémque exueremus. In Canone Miſſæ hæc habes: *Hanc oblationem benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem*; quæ omnia expendit ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 12. vbi hæc habet: *Rogamus hanc oblationem benedictam, per quam nos benedicamur; adſcriptam, per quam nos omnes in cœlo conſcribamur; ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur*; RATIONABILEM, PER QVAM A BESTIALI SENSV EXVAMVR, *acceptabilémque facere dignetur, quatenus & nos per hoc, quia in nobis diſplicuimus, acceptabiles cum eius vnico Filio ſimus.* Terrenæ voluptates adeò rationabiles non ſunt, vt contra rationem arietent, inſaniántque qui illis delinire ſe patiuntur: hinc illud ſancti Auguſtini in Pſalm. 39. *Quia cum eis non inſanimus, & amiſiſſe nos putant magnas, & varias voluptates, in quibus ipſi inſaniunt, nec vident, quia mendaces ſunt.*

S.Paſchaſ.

Beſtiales ſenſus exuat huius menſæ cõuiua.

Idem.

Terrena delitia ad inſaniam amatores ſuos trahunt.

S.Aug.

Elixas agni carnes comedit, qui corporeis voluptatibus capitur.

Veras voluptates qui amat, non veras repudiet, reiiciátque. Latent veræ in euchariſticâ menſâ. Falſæ igitur ab huius menſæ conuiuâ ablegentur; alioquin non aſſas, ſed elixas, contra legis præceptum, agni carnes comedemus; voluit iſtuc & Nicetas in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni, dum ait: *Ille ſacroſanctam eſcam elixam edit, qui voluptatibus ſeruit. nam quæ elixantur, varietatem, & condimenta deſiderant, mollémque vitam, ac luxu diffluentem indicant, atque alimentum diuturnum in ſtomachum moram trahent.* Pergit, & de aſſis carnibus ad hanc mentem philoſophatur: *At verò aſſam hanc accipit, qui animi alacritate, & probitate excellit, nec obſcœna voluptatis condimenta virtuti admiſcet. nam quod igne torretur, purè, ac frugaliter apparatur.*

Nicetas.

Aſſa agni carnes obſcœnas voluptates repudiant.

Nicet.

Quàm grauiter puniendi, qui poſt euchariſticas delitias terrenas quærunt.

65. Nemo adeò deſipiat, vt poſt euchariſticas delitias, terrenas quærat, inhiet perituris; mereatur veniam aliquam, qui ante Sacramenti huius ſuauitatem deguſtatam mundanarum voluptatum amore tenetur; non meretur, qui iam deguſtauit

in

in hac ſacrâ menſâ, quàm ſuauis, & dulcis Dominus ſit. Bis Hebræi carnes cupiere, ſemel cùm exierunt ex Ægypto, ſemel poſt acceptum manna; primâ vice licet contra Deum, & contra Moyſem murmurauerint, non eos tamen Deus puniuit, vt

S.Cyr.Alex.

notauit etiam ſanctus Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 34. ſed eis liberaliter dedit, quod poſtulabant; at verò poſtquam manna exhibuit, cùm illud nauſeantes, carnes poſtularent, dedit eis carnes, ſed, vt

Pſalm. 77. 30.

refert Propheta regius, *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos*, percuſſique ſunt plagâ magnâ nimis; magis hoc quippè Deo diſplicuit, eo quòd habebant, cuius dulcedine quotidie fruebantur, vt ait aduocatus S. Cyrillus; ad hunc modum, qui Euchariſtiæ dulcedinem non deguſtauerunt, non adeò delinquunt, mitiuſque punientur, cùm terrenas appetunt; qui verò non ſemel euchariſticæ menſæ delitias deguſtauerunt, & iterum carnis voluptatibus inhiant, hi vt grauiſſimè peccant, ſic grauiſſimas pœnas luent; nec merentur, vt illis ille igneſcat, qui ſe ipſum tanto amore exhibuit in eſcam, & in potum.

Quam ſeuerè puniendi, qui Hebræorũ more, Ægyptias delitias quærunt, cœleſtibus neglectis. Saluian.

Noxius Ægyptiarum delitiarum appetitus Hebræis fuit, & qui carnes in deſerto deſiderauit, partem ſuæ plebis amiſit; *& quidem*, ait Saluianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Interdictum necdum fuerat ne deſideraret. Quò facilius cunctus ſcilicet populus agnoſceret, quantum euitare deberet, quæ Deus ſcriptis cœleſtibus interdiceret, quando etiam illa eum, admiſſa, læderent, quæ necdum lege vetuiſſet*; quod maximè Chriſtianos tangit, quos purior vita decet, & à terrenis delitiis alienior; cœleſtem, quem deguſtemus, habemus. cibum, omni mannâ ſuauiorem ſapidioremque nemo adeò inſaniat, vt Hebræorum more diuino cibo neglecto, carnalibus, & perituris epulis inhiet.

66.

Repudiato corporeæ voluptatis poculo, cœleſtes delitiæ deguſtandæ. Ioan. 2. Sedulius.

Vbi terrenæ voluptatis pocula defecerint, tunc cœleſtia exhibebantur. In nuptiis Canæ Galilææ priùs paratum vinum abſumptum legimus, deinde ſuum Chriſtum præbuiſſe, Ioan. 2. *Terrenus*, inquit Sedulius lib. 3. cap. 1. Paſchalis operis, *abſceſſerat potus, ſcilicet, vt cœleſtis intraret*; tunc ritè menſæ euchariſticæ fidelis adſidet, cum repudium terrenis delitiis dederit.

Debitus cuique honor tribuendus.

Et verò Euchariſtiæ dulcedo guſtari non poteſt, niſi à corporeis delitiis abſtineamus; hinc non caſu factum, vt vinum quod ex diuinitatis ſuæ potentiâ Chriſtus expreſſerat, Architriclino

Ioan. 2.

guſtandum offerri voluerit, *Haurite nunc*, inquit, *& ferte Architriclino*, Ioann. 2. Cur Architriclino offertur vinum, cum diſcumbentibus, cùm diſcumbentium causâ hoc miraculum à Chriſto

B. Dion. Carthuſ.

præſtitum fuerit? non vna vnius rei ratio adduci poteſt. Beatus Dionyſius Carthuſianus hîc rem egregiè expendit, expeditque. *Architriclinus*, inquit, *nominatur principalis inter conuiuas, vel diſpenſator, & ordinator conuiuij, voluit Chriſtus, vt ei primò vinum illud præberetur guſtandum; primò, quia vnuſquiſque honorandus eſt ſecundùm exigentiam gradûs, & officij ſui: ſecundò, quia Architriclini iudicio magis credebatur ab omnibus; tertiò, quia fortaſſe Architriclinus propter curam ſuam in diſpoſitione conuiuij parum comedit, ac bibit*, SICQVE PROPTER SOBRIETATEM SVAM *aptior fuit alijs ad iudicandum de valore vini*; congruit cum hiſce poſtremis verbis

A terrenis illecebris, & delitijs ſobrius ſit qui Euchariſtiæ dulcedine frui debet. S.Chryſ.

id quod antea dixerat ſanctus Chryſoſtomus hom. 21. in Ioannem, vbi ait: *Non conuiuas de miraculo tuliſſe ſententiam, ſed Architriclinum, quia ſobrius nihil adhuc guſtauerat. Etenim nemo ignorat huiuſmodi in conuiuiis munera maximè* SOBRIIS, ET TEMPERANTIBVS DEMANDARI, *quorum ſolum officium eſt, vt debito ordine, & apparatu omnia diſpenſentur; idcirco ſobrium virum in miraculi teſtimonium adduxit: non enim dixit Chriſtus, vt recumbentibus miſcerent, ſed ferrent Architriclino.* Totum hoc trâsferre ad euchariſtici calicis guſtum poſſumus. nam huius myſterij miraculum illud figura extitit; ieiunus à terrenarum voluptatum ferculis, à corporearum delitiarum vino ſobrius eſſe debet, qui euchariſtici Sacramenti delitias, ſuauitatéſque plenè deguſtare vult, alioquin aliis voluptatibus madidus, nec ferre de hiſce ſpiritalibus iudicium poterit, nec illis frui.

67.

Cœleſte manna manducaturis, à terrenis delitijs abeat. Abul.

Hebræi quoque eo ſolo tempore manna comederunt, quo omnibus delitiis carentes in deſerto degebant; vbi in terram promiſſionis ingreſſi ſunt, manna ampliùs non cecidit, vt notabat Abulenſis *quæſt. 59. in cap.* 2. Ioſuë, quia ſcilicet aliis fructibus, & eſus in terrâ promiſſionis recreabantur, quibus in deſerto carebant, vt ab euchariſtico mannâ beandi, nutriendi diſcerent terrenis terrenarum voluptatum illecebris non capi.

Qui de ſacro calice vino bibit, voluptatis acetum repudiet. S.Cypr.

Igitur qui de hoc ſacro calice bibit, fellea peccatorum pocula reiiciat; carnaléſque voluptates vt acetum reſpuat, qui hoc vino ſitim ſuam explet, vt tamen ſitiat. Audiendus hîc ſanctus Cyprianus de Cœnâ Domini: *Qui de ſacro calice bibit, ampliùs ſitit, & ad Deum viuum erigens deſiderium, ita ſingulari fame vno illo appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium, ſit ei quaſi rancidum, radénſque palatum aucta mordacitatis acetum.*

Terrenæ voluptates ignis æterni fomenta. S.Baſil.

Non diu hîc durant voluptates terrenæ ac temporales, cataſtrophen ſuam etiam hîc habent, vt loquitur ſanctus Baſilius epiſt. 181. addit eſſe æterni ignis veluti fomenta: *Eſt qui, (vt ait) iſtius vitæ vanitatem deteſtatus, & cognito, quòd illius voluptates etiamnum hîc cataſtrophen ſuam habeant, fomenta quædam, & ſtrues æterno illi igni congerentes, quam celerrimè autem curſu prætereuntia, me acceſſit, cum propoſito deſerendi vitam hanc ærumnoſam, & multis ſuſpirijs refertiſſimam.*

Diuinis, & ſpiritalibus delitijs deſtitutus ad carnales currit. Vgo Car.

Superæ, diuinæque delitiæ, ac voluptates cui non ſapiunt, ſtatim ad terrenas euolat, & perituras; etiam Adamus vbi eiectus è paradiſo, vxori ſuæ adhæſit: hoc rectè quod innuimus innuens; ſic Vgo Carenſis in cap. 4. Geneſ. *In paradiſo continuerant; egreſſi ſtatim ad carnales delitias tranſierunt; deficiente enim ſpirituali ſolatio, curritur ad temporale, vnde* 1. *Reg.* 15. *dum diceret Samuel Sauli: Abiecit te Dominus; ſtatim Saul dixit: Honora me coram populo quaſi diceret, ex quo amiſi ſolatium Domini, curram ad ſolatium mundi.* Delitias, in Euchariſtiâ deliteſcentes, ſi amaremus, non facile ab illarum voluptatum illecebris deciperemur, quas mundus ſuis ſectatoribus offert.

1. Reg. 15.

EXCVRSVS IV.

In agni eſu Spiritûs ſancti ignis neceſſarius.

Agni carnes minimè aquâ coquendæ, Chriſtũ paſſum *cunctis videntibus ſignificabant.*

Aſſatio agni benè Chriſti paſſionem *reddere oſtendit*

Chriſti paſſio *non per ſapientiam mundi percipitur, ſed per Spiritum ſanctum.*

Agnum crudum Iudæus *comedit*, Gentiles *aquâ coctum*, Catholicus *aſſatum igne.*

Quod in Agni euchariſtici myſterio fit, totum tribuendum Spiritui ſancto.

Spiritûs ſancti *operatio in hoc Sacramento neceſſaria.*

Summa Spiritûs ſancti *ſapientia, & peritia in Euchariſtia ſacramento vt eluceat.*

Sine Spiritûs ſancti *gratiâ ad euchariſticam menſam nemo accedat.*

Igne ſancti Spiritûs *renouatus, euchariſticæ menſæ accedat.*

Plenus ſit Spiritûs ſancti, *qui ad euchariſticam menſam agnum adminiſtrat.*

In Sacerdotum manibus *vt in Virginis vtero Dei filius incarnatur.*

Virtus ſancti Spiritus *in euchariſtico Sacramento adeſt, obumbrans, vt in Incarnatione.*

Spiritûs ſancti *virtus, quæ in virgineo partu eluxit, elucet in euchariſtico myſterio.*

Quàm graue, in Agni euchariſtici eſu ſanctum Spiritum *contriſtare.*

68. *Agni carnes minimè aquâ coquenda, Chriſtũ paſſum cunctis videntibus ſignificabant.* Exod. 12. S. Eucher.

NOn in aquâ coqui, ſed igne aſſati agni carnes debebant: ſic enim lex iubet, *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed aſſum tantùm igni*, Exod. 12. cur non in aquâ? An quia non occulte, ſed palàm paſſus eſt Chriſtus? carnes quæ coquuntur in àquâ, in aquâ latent, quæ aſſantur, apparent; idem hîc factum. Patiens videri Chriſtus voluit, vt paſſionis eius memoria non facilè obliteraretur. Scite ſanctus Eucherius, nam illius ſunt ſermones, quæ ſub nomine Euſebij Emiſſeni circumferuntur, vt alij notauêre; hic igitur ſe m. in feriâ 2. poſt Paſcha, ita philoſophatur. *Non ſunt enim hæ carnes crudæ, quia paſſus eſt Chriſtus: neque in aquâ cocta, quia* NON OCCVLTE, SED PALAM, ET CVNCTIS VIDENTIBVS EST CRVCIFIXVS. *latent enim carnes, quæ in aquâ coquuntur, apparent autem quæ aſſantur. Talis igitur fuit paſſio Chriſti, quia cunctis videntibus eſt crucifixus.*

Non audiri tantùm voluit paſſionem ſuam, voluit videri, vt altius menti infigeretur; nam

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Aſſatio agni benè Chriſti paſſionem redolere oſtendit. S. Eucher.

Aſſatio efficit vt carnis odor latiùs porrigatur; debuit ergo & agnus aſſari, vt vel ita colligeremus quàm bene Chriſti redoleat paſſio. Ab eodem calamo huc idem eſt: *Redolet caro, cùm aſſatur; redolet & paſſio Chriſti*, odorémque ſuum per omnem mundi partem ſpargit. Chriſti bonus odor Paulus erat, cur non eſſet Chriſtus ipſe?

Chriſti paſſio non per ſapientiam mundi percipitur, ſed per Spiritum ſanctum. B. Beda.

Præterea aqua coquendis agni carnibus minimè adhibetur, ſed aſſandis ignis; vt tacitè moneremur, non per mundi ſapientiam, ſed per Spiritûs ſancti gratiam ad paſſionem Chriſti & intelligendam, & meditandam aditum patêre; quod opportunè notauit B. Beda in Exod. cap. 11. *Non coquuntur*, inquit, *agni carnes aquâ, ſed tantùm igni, quia non* PER SAPIENTIAM HVIVS MVNDI *intelligitur paſſio Chriſti, ſed per gratiam Spiritûs ſancti.*

69. *Agnum crudum Iudæus comedit, Gentiles aquâ coctum, catholicus aſſatum igne.*

Adeò inepta mundi ſapientia eſt, Chriſti paſſioni intelligendæ, vt ſtultum ducat Chriſtum paſſum eſſe, ſtultitiámque vocet, Chriſtum cruci affixum.

Sed quod de paſſione Chriſti diximus, hoc idem de ſacrâ Euchariſtiâ aſſerendum eſt; hîc quippè omnis humana ſapientia reiicienda eſt, & Spiritûs ſancti ignis adhibendus, qui, & vt agnum concoquit, ſic & manducantium corda calefaciat: Iudæus crudum comedit, Gentiles Philoſophi aquâ coctum, Catholicus igne aſſatum; *De carnibus namque agni*, ait Petrus Cellenſis lib. de panibus, cap. 13. *nec crudum quid, vt Iudæi, nec coctum aquâ, vt Philoſophi; ſed vt veri Catholici faciunt*, ASSVM TANTVM IGNI, *edere licitum eſt*; vt non carnaliter iudicetur, neque carni quis ſe hic credat, ſed Spiritui ſancto. Scitè Rupertus lib. 2. in Exodum, c. 10. *Coctum aquâ comedere eſt, quomodo ſit, velle carnaliter dijudicare. Sed comedetis, inquit, tantùm aſſum igni, id eſt, totum attribuetis operationi Spiritûs ſancti.* Sic ille. Petr. Cell.

Quod in agni euchariſtici myſterio fit totum tribuendum Spiritui ſancto. B. Rup.

Huius Spiritûs ignem in hoc myſterio neceſſarium innuit etiam Chriſtus; nam cùm Ioannis 6. de ſui corporis Sacramento ſermonem inſtituiſſet, dixiſsétque inter alia: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vitâ*; his auditis, *litigabant inter ſe Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* ſubiecit Chriſtus, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Tunc multi audientes ex diſcipulis, dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* adhuc terrenum ſapiebant diſcipuli; non igne aſſatum, ſed crudum accipiebant agnum; quid igitur Chriſtus? Ignem Spiritûs ſancti neceſſarium eſſe indicat, dum ſubdit: *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.* quorum verborum cum ſuperioribus nexum ad noſtram mentem expendit ſanctus Gaudentius tract. 2. in Exodum, inquiens; *Neque* CRVDAM CARNEM, CRVDVMQVE SANGVINEM, *ſicut Iudæus, eſſe putes, & reſpuas, dicens: Quomodo poteſt iſte dare carnem ſuam manducare? Neque in ollâ cordis carnei, humoribus per naturam ſemper obnoxij, ipſum decoquas Sacramentum, commune illud, ac terrenum eſſe exiſtimans; ſed vt per ignem diuini Spiritûs id effectum, quod annunciatum eſt, credas; quia quod accipis, corpus eſt illius panis cæleſtis, & ſanguis eſt illius ſacræ vitis. Nam cùm panem conſecratum, & vinum diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Credamus, quæſo, cui credidimus. Neſcit mendacium veritas. Ideò cùm de corpore ſuo manducando, & ſanguine ſuo bibendo turbis loqueretur ſtupentibus, ac muſſitantibus: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? vt abſtergeret per ignem cæleſtem eas cogitationes, quas vitandas eſſe prædixi, ſic adiecit: Spiritus eſt, qui viuificat, nam caro nihil prodeſt. Verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.*

Spiritûs ſancti operatio in hoc Sacramento neceſſaria. Ioan. 6.

S. Gaud.

Apparet in hoc myſterio Spiritûs ſancti peritia, qui tanta ſub tantillâ panis ſpecie diſponere nouit; multa opera fuêre, quæ ſuâ exiguitate nomen fecerunt ſuis artificibus, adeò vt latiùs auctor nomen ſuum porrexerit, quò operis ſui limites magis coërcuit; ſed nullus Spiritui ſancto in hac re par. Benè ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 13. *Videmus, quòd artifices quantò ſunt in arte ſculpendi peritiores, tantò ſculpunt imagines ſubtiliores; vnde ſi artificibus oſtenditur gemma, vel metalli materia valde parua, & rogetur in eâ imago fieri ſubtiliſſima, minus ſubtilis artifex reſpondebit, quòd eam facere non poſſit; quod maximè ſubtilis in arte facilè facit; ſic ad demonſtrandam ſapientiam Spiritûs ſancti, ſub minimâ ſpecie Sacramenti facile eſſe facit totum corpus Chriſti*; non poterat non ab hoc artifice tantum opus prodire. 70.

Summo Spiritûs ſancti ſapientia & peritia in Euchariſtiæ ſacramento ve eluceat. S. Thom.

Maximè ſalutaris euchariſticus Agnus ſit, ad vitam, ad ſalutem panis ſit; & calix non ſalutem hauriat, ſed iudicium ſibi ſumit, qui ſine Spiritûs ſancti gratiâ accedere audet. Expendenda hîc ſunt

Sine Spiritûs ſancti gratiâ ad euchariſticam menſam nemo accedat.

Iohel. 5.

ſunt Domini verba, quæ habet per Prophetam Iohelem cap. 2. *Ecce ego*, inquit, *mitto vobis frumentum, vinum, & oleum, replebimini in eo.* Dixiſſet *in eis*, vt verborum ſeries exigere videbatur, cur *in eo?* an quia de oleo tantùm hoc intelligi volebat? Sed aliquis reponat, etiam frumenti, & vini copiam, quibus repleri poterat, promittit; cur igitur his prætermiſſis de oleo tantùm mentionem facit? Oleum Spiritus ſancti gratiam ſignat, frumentum, & vinum ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum; vt igitur indicaret ſacram Euchariſtiam nihil nobis profuturam ſine Spiritûs ſancti oleo, quin obfuturam, in oleo tantùm dixit nos replendos eſſe. Acumen iſtuc eſt ſancti Paſchaſij, qui lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 21. hæc habet: *Caro, aut ſanguis* SINE OLEO SPIRITVS SANCTI NON PRODEST *nobis, imò magis officit, ideo quiſquis rectè vult communicare, ſic viuat neceſſe eſt, vt templum Spiritûs ſancti ſemper eſſe queat. Propterea & Iohel cum veniam pænitentibus promitteret, reſpondit, Dominus inquit, & dixit populo ſuo: Ecce ego mitto vobis frumentum, vinum, & oleum, replebimini in eo. In eo vtique replebimini, licèt tria promiſerit; quia caro, & ſanguis per eundem ſpiritum conſecratur; alioquin mihi nec caro eſt, nec ſanguis eſt, ſed iudicium, quod percipio, quia ſine donante ſpiritu, nullum malè præſumentibus donum ex Deo præſtatur.* Sic ille.

S. Paſch.

71. *Igne ſancti Spiritûs renouatus euchariſtica menſæ accedat.*

Nullus ſine iſto igne accedat; in extremis diebus ignis omnia comburet, & fiet nouus mundus omni vetuſtate deletâ, fiet quippe terra noua, & cœlum nouum poſt vniuerſalem illam vniuerſi deflagrationem. Etiam ad ſacram menſam accedentes Spiritûs ſancti igne ita exardeſcat, vt renouati prorſus videantur; hoc in poſterorum exemplum præſtiterunt Apoſtoli, qui tunc ſanguinem exorſi ſunt in Eccleſiâ conſecrare, cùm Spiritûs ſancti igne combuſti omnem vetuſtatem exuerunt, nouæ vitæ reſtituti. Aduocanda hîc ſunt ſancti Paſchaſij verba, qui lib. de corp. & ſanguine Domini, cap. 21. ita in rem noſtram ſcribit: EX QVO RENOVATI SVNT *ſancti Apoſtoli* PER ADVENTVM SANCTI SPIRITVS DE COELIS, EX EO SANE CREDIMVS HVNC CALICEM IN ECCLESIA CONSECRATVM; *quoniam ille Spiritus veritatis, in quo renouati ſunt ex vetuſtate, induxerat eos in omnem veritatem, & confirmauerat in plenitudinem doctrinæ. Profectò vbi iam ſicuti a Chriſto, ita ſanè ab eis deinceps in nouitate Spiritûs ſancti conſecratur.* Totus ergo hoc igne ardeat, qui ad hæc myſteria accedit, omnem vetuſtatem exuat; quod Apoſtoli exemplo docuerunt, dum priùs auſi non ſunt ſacra hæc myſteria peragere, niſi poſtquam Spiritûs ſancti igne combuſti, ita vetuſtatem exuerunt, vt nouæ vitæ genus inſtituerent.

S. Paſch.

72. *Plenus ſit Spiritu ſancto, qui in euchariſticam menſam agnum adminiſtrat.*

Act. 6. 3.

Electuri Apoſtoli viros, qui viduarum menſis miniſtrarent, ſtuduerunt vt viri eligerentur, in quibus ſpiritus eſſet, nam Act. 6. v. 3. ſcriptum eſt: *Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus*; ſic electus eſt Stephanus omnibus virtutibus, & Spiritûs ſancti donis exornatus. Pende hîc mihi, ſi tantus ornatus virtutum ad communes illas viduarum menſas requirebatur, quàm potiori iure ad euchariſticam menſam neceſſarius eſt? licèt & ſacræ etiam menſæ inſeruierint hi ſeptem Diaconi occaſione non ſacrâ electi.

In Sacerdotũ manibus vt in Virginis vtero Dei filius incarnatur.

Vt Dei Verbum in Virginis ventre humanæ carnis velamine tegeretur, aduenit Spiritûs ſancti virtus, quæ Virginem obumbrauit, Luc. 1. idem ferè accidit in euchariſticâ menſâ; nam in hoc quoque Sacerdotum manus virginis ventre patiantur, vt ait ſanctus Auguſtinus; ſic enim ille inclamat: *O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei filius velut in vtero Virginis* INCARNATVR; hic igitur Spiritus ſanctus obumbrans adeſt. Scitè ſanctus Petrus Damianus epiſt. 31. *Planè ſicus concipienti Deificæ Virgini non virile ſemen influxit, ſed* VIRTVS SANCTI SPIRITVS *obumbrauit, ita nunc in Altari poſitum Sacramentum* EADEM SANCTI SPIRITVS VIRTVS EST, *quæ viuificat; & neceſſe eſt, vt hoc pudica manus, & impolluta contingat.*

S. Aug.

Virtus ſancti Spiritûs in euchariſtico Sacramento adeſt, obumbrans, vt in Incarnatione.

S. Petr. Dam.

73. *Spiritûs ſancti virtus, quæ in virgineo partu eluxit, elucet in euchariſtico myſterio.*

Obumbrauit Spiritus Virginem, vt Deus in eâ homo fieret, obumbrat & manus Sacerdotis, vt panis in Chriſti corpus mutetur. Præclarè B. Alb. Mag. tract. de Miſsâ, cap. 5. *Spiritus ſanctus ſuperueniens, tam in vterum, in quo noſter panis a muliere ſapientia æterna perfectus eſt, quàm etiam in Sacramentum, in quo ſubſtantia panis in ipſo tranſubſtantiatur, virtute, & operatione ſuâ diuina perficit omnia.* Hoc idem habet his verbis ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 14. *Quomodo fiet hoc, ait Virgo, quoniam virum non cognoſco? Reſpondit: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; & tu quæris, quomodo panis fiat corpus Chriſti? & ego tibi,* SPIRITVS SANCTVS SVPERVENIET, *& ipſe faciet hæc, quæ ſuper naturam ſunt, & ſuper intelligentiam.* Si quis igitur quærat, quomodo iſtud fiat, vt panis in Chriſti corpus conuertatur? reſpondebitur illi: Spiritus ſanctus ſuperuenit, & virtus Altiſſimi obumbrat, vt de Sacramenti veritate non debeat ambigere, niſi qui Spiritûs ſancti virtutem diuinam, infinitámque eſſe impius negaret.

B. Alb. Mag.

S. Thomas.

Quàm graue ſit agni euchariſtici eſu ſanctum Spiritum contriſtare.

1 Cor. 8.

Rom. 14 21.

A ſpiritu igitur, qui amoris fons, amoris ſacramentum prodit; ſed væ illi, qui Agni euchariſtici eſu Spiritum ſanctum contriſtat, indignè ad illam menſam accedens. Pauli verba ſunt: *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo panem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem*, 1. Corinth. 8. 13. & ad Roman. 14. 21. *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur.* quàm ab hac mente abeunt, qui cùm ſint indigni, à menſâ euchariſticâ non abſtinent, Spiritúmque ſanctum indignâ ſumptione contriſtant. Rem ſic vrgebat ſanctus Baſilius lib. 1. de Baptiſmo in calce: *Si qui fratrem per cibum contriſtat, à charitate excidit, ſine qua magna quoque chariſmata, & iuſtificationes quoque operantia nihil proſunt. Quid de eo dicendum eſt, qui otioſè, & inutiliter edere audet corpus, & bibere ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hac ratione plus aliquando contriſtat, & infeſtat Spiritum ſanctum, dum ſine charitate veſcitur, quæ vrget, vt æſtimet ſe ſibi ipſi non viuere, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, Chriſti Ieſu Domino noſtro edere, ac bibere?* Ardeat igitur charitate, qui ad charitatis ſacramentum accedit; ſpiritu ferueat, qui cibo illo veſci debet, quem Spiritûs ſancti virtus fecit, ac parauit. Torpor à nobis exulet, exulet deſidia; ardentes, miniméque remiſſos hoc conuiuium quærit. O felix, qui ſpiritu plenus hiſce ferculis impletur.

S. Baſilius.

EXCVRSVS V.

In agni eſu nemo lupus euadat, non euadat leo; agnus ſit, aut agnus fiat.

Oues *ſimus, igne* charitatis *aſſati.*
Ouis *quiſque ſit in Altaris menſâ.*
Qui agnum edit, lupus *eſſe non debet.*
Iudæi tamquam lupi *agnos occidebant.*
Agnũ qui comedit, lupinâ *malignitate careat.*
Pacis myſterium Euchariſtia, inimicitias *non fert.*
רעה *quid*; cibi, *&* amicitiæ *nexus.*
Chariſtia, *conuiuium, quo* diſcordiæ *inter cognatos orta tollebantur.*
Res ad Euchariſtiam *transfertur.*
Nihil immite, *nihil* crudele *in euchariſticâ menſâ.*
Premuntur, qui alios mordentes *ad eucharicam menſam accedunt.*
Euchariſticum calicem ſiccans pacifica *emittat verba; mitis, & manſuetus ſit.*
Dentes ad mordendum *non acuat, qui Dominicâ cœnâ fruitur.*
Pacata mente, & irâ poſitâ *ad Altare accedendum.*
Mitis, *&* clemens *ſit euchariſticæ menſæ particeps.*
Chriſti ſanguis dum à nobis dignè bibitur, in nobis verba pacifica *clamat.*
In Chriſtianiſmo agnus *non debet diſcere mores* lupi, *ſed* lupus *mores* agni *imitari.*
Euchariſticis ferculis fruens, omnes diligat, *etiam illos qui Iudam referunt.*

74. *Oues ſimus, igne charitatis aſſati.* S.Auguſt.

AGnum qui comedit, agnus euadat, mitis fiat, non lupus, non crudelis, & immiſericors; ouis manſuetudinem præferat, qui agni carnibus veſcitur. A probo calamo hoc monitum eſt. Sanctus Auguſtinus ſerm. 150. de tempore, ea, quæ de agno parando dicuntur, ita ad homines flectit: *Primum quidem velut oues paſcua Domini in ara cordis igne charitatis aſſati noſmetipſos offeramus hoſtiam viuentem. ſanctam, Deo placentem; & azymis continentia mortificata iam habentes membra noſtra.* Indignus agni menſâ eſt, qui ouis, agnúſque non ſit. Etiam Dauid antequam diceret, *Paraſti in conſpectu meo menſam*, Pſalm. 22. *Altaris menſam* addit hîc Euthymius, præmiſerat, tamquam ouis eſſet; *Dominus regit me*, ſeu, vt ex Græco legit Euthymius, *paſcit me, & nihil mihi deerit. in loco paſcua ibi me collocauit.* paratur hæc menſa iis, qui agni manſuetodinem, ac mititatem referunt.

Ouis quiſque ſit in Altaris menſâ. Pſalm. 22.

Qui agnum edit, lupus eſſe non debet. S.Chryſ.

Dignus hac menſâ non eſt, qui agnum comedens, lupum, & leonem moribus refert; iuſtè inclamat ſanctus Chryſoſtomus hom. 60. ad populum: *Quænam igitur nobis erit excuſatio, cùm talibus paſti, talia peccemus; cùm* LVPI FIAMVS, AGNVM COMEDENTES, *cùm tamquam oues paſti, more leonum diripiamur.* Sic ille. quæ vtinam in noſtrum æuum torqueri non poſſent.

Iudæi tamquam lupi agnos occidebant. S.Zeno.

Agnos Iudæi occidebant, comedebant agnos, vt vel ſic proderetur lupos eos eſſe, eſſe rapaces; ſic eos vellicat ſanctus Zeno ſerm. 15. de Exodo: *Sanè hoc ſolum competenter gerunt innocentes, quòd* AGNOS *paſſim quaſi* LVPI *rapaces occidant.*

Agnum qui comedit, lupinâ malignitate careat. S.Chryſ.

Euchariſticum Agnum qui in viſcera traiicit, lupinam exuere feritatem debet, agni innocentia veſtiri; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 4. de Paſcha: AGNVM *comeſtuam* AGNI *innocentiam perferas, nec immaculata* OVIS *membra* LVPINA *malignitate transfundas in viſcera.*

Pacis myſterium Euchariſtia, inimicitias nõ fert. S.Chryſ.

Olim Euchariſtia intra columbam auream ſeruari ſolitam legimus, quod alibi adductis Auctorum teſtimoniis confirmabo. Præter alia, indicat hæc res, columbæ mititatem, ac manſuetudinem præ oculis habendam communicaturo, & omnem vltionis memoriam abolendam; nam pacis myſterium eſt, vt rectè ſcripſerit ſanctus Chryſoſtomus hom. 60. ad populum: *Hoc myſterium non à rapina tantùm, verùm & ab omni, vel* TENVI INIMICITIA *purum eſſe penitus iubet; eſt enim pacis myſterium.* Alioquin non columbam quis imitabitur, ſed coruum, accipitrémque.

75. רעה רעה *quid; cibi, & amicitiæ nexus.* Plut.

Et vt ab Hebraico fonte aliquid mutuemus; רעה & *paſcere* ſignificat, & etiam amicum ſe facere, & ſociari; quia menſa amicitiæ, & pacis origo, & cauſa eſt; à quo Græci non abeunt. nam teſtatur Plutarchus 4. ſympoſ. cap. 1. *Sympoſium oblectationem eſſe in vino, quæ deſinit in gratiam, amicitiámque.* hoc vt verum de communi menſa ſit, maximè verum eſt, de euchariſticâ, in qua qui paſcitur, cum Deo, cum hominibus amicitiam init; diſcordias hæc menſa tollit, tollit diſſidia. Cur Euchariſtia non præſtet, quod chariſtia apud Romanos, in qua querelæ omnes, ſi quæ ortæ inter cognatos, & affines, tollebantur; ita enim refert Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Conuiuium etiam ſolemne maiores inſtituerunt, idque* CHARISTIA *appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis, tolleretur.* Sic ille; quod de Chariſtiâ à Gentilibus dictum, & creditum, de Euchariſtiâ iuſtius, veriúſque dicendum, & credendum; vere hæc conferendis diſcordiis animíſque conciliandis nata, & inſtituta eſt.

Chariſtia, conuiuium, quo diſcordia inter cognatos orta tollebantur. Val. Max.

Res ad Euchariſtiam transfertur.

Nihil immite, nihil crudele in euchariſticâ mẽſâ. Pſalm 127.

Hinc intelligamus, quid ſibi velit Propheta Regius, cùm aſtantes huic menſæ, oleæ comparauit Pſalm. 127. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*; rectè tanquam nouellæ oliuarum; vt nihil hîc eſſet immite, nihil aſperum, nihil crudele; quod obſeruauit etiam ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum, dum ait: *ſicut nouellæ oliuarum, nihil* VETVS, IMMITE, *nihil crudele.* Abeant, qui in alios ſæuiunt, & linguam alieno ſanguine cruentant, omnes mordentes, atque laniantes; in quod vitium iure idem ſanctus Pater inuehitur ſerm. de ne ſcrutemur pauperes curioſè, ſic enim mordaces, & crudeles premit: *Tu verò nemine impellente fratrem & mordicus lanias, etſi nullis dentibus, dictis tamen* LANIATV *quouis, & morſu infeſtioribus deuoras Quo igitur pacto ſacram illam oblationem ſumpturus es, qui linguam humano ſanguine cruentaueris? quomodo & pacis oſculum deferes ore hoc tuo contentioſo, & hoſtili?* Sic ille; quæ à noſtris exularent, vt paria non committerent, imò & grauiora.

S.Chryſ.

Premuntur, qui alios mordentes ad euchariſticam menſam accedunt. S Chryſ.

76. *Euchariſticũ calicem ſiccans pacifica emittat verba; mitis, & manſuetus ſit.* Athen.

Zeno, vt refert Athenæus lib. 2. Gymnoſoph. In familiares durus, & iracundus multo vini hauſtu placidus, & lenis fiebat, & qui priùs leo, vino madidus agnus euadebat, interrogatus de cauſâ: *id accidere ſibi reſpondit, quod & lupinis priuſquam madefiant aquâ amariſſimis, poſteaquam macerati ſunt, & appetî, dulciſſimis, & mitiſſimis.* feſtiua, & appoſita reſponſio; idem ſeruent, qui non terrenum vinum

vinum ebibunt, ſed cœleſte, quod pacem atque concordiam nutrit, qui mititatem, ac manſuetudinem iis affricat, à quibus bibitum pacificum ſit, quicquid ab eorum ore exit. qui Dominicum corpus manducarunt, Dominicum calicem ſicarunt; tales erant ij, de quibus loquitur ſanctus Cyprianus de Cœna Domini: *Cùm ſaturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm ſancti odoris ſit, quicquid illa eructat plenitudo, verbum, mores compoſitos, affectus pudicos, ſenſus pacificos, illa interior ſinceritas vbique diffundit.* Vellem hæc eadem in omnibus videre, qui hanc menſam frequentant.

S.Cypr.

Cuidam filiulo ſeptennali cùm dentes excidiſſent, alij eorum loco nati ſunt, inter alios vnus molaris aureus in infimâ maxillâ eadem formâ qua alij; id contigiſſe anno 1593. Horætius diſputatione de hac re. In Daniele cap. 7. verſ. 7. dentes ferreos habebat beſtia illa, ab illo viſa. Ferreos habent, non aureos, qui verba effundunt ferrea, chalybeaque, qui maledictis omnes proſcindunt, nullis parcunt. Aurei ob charitatem habendi eſſent; caueat qui Chriſti corpus edit, ne dentes ad mordendum acuat; *Hæc*, inquit ſanctus Cyprianus de Cœnâ Domini, *quotiens agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincerâ panem ſanctum frangimus, & partimur.*

Dan. 7. v. 7. *Dentes ad mordendum nō acuat, qui Dominica cœna fruitur.*

S.Cypr.

Pacata mente, & irâ poſita accedendum ad Altare; ſcitè monebat, & colligebat ſanctus Bernardus de præcepto, & diſpenſat. in hæc verba: *Nunquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere ſacrificium, cum irâ, & diſceptatione contingere Sacramentum, in quo Deus indubitanter eſt, mundum reconcilians ſibi. Certè non recipitur munus quodcunque meum quod defero ad Altare, niſi antè placato fratre, quem me fortè læſiſſe meminero, quantò minus ſi me ipſum non pacauero priùs.*

Pacata mēte, & ira poſita ad Altare accedendum.
S.Bern.

77. Mitis ſit, & manſuetus ſacræ huius menſæ conuiua: iram deponat, concordiam amet; *Tales menſa*, inquit ſanctus Chryſoſtomus hom. 27. in epiſt. ad Cor. *fuiſti particeps, & cùm omnibus deberes eſſe mitior, & clementior, & par Angelis, fuiſti omnium crudeliſſimus. Guſtauiſti ſanguinem Dominicum, & ne ſic quidem fratrem agnoſcis*; quin verbis dilanias, canino feris dente, feris ferreo.

Mitis, & clemens ſit eucharistica mēſa particeps factus.
S.Chryſ.

Effuſus Abelis ſanguis vindictam clamauerat Gen. 4. 10. at Chriſti ſanguis pacem clamat, & verba pacifica etiam in corporibus noſtris. Pulchrè ſanctus Cyprianus Chriſti ſanguinem ſanguini Abelis præferens, ait: *Chriſti ſanguis de cruce clamans pacem loquitur, & reconciliationem; quin idem ſanguis, quoniam à nobis bibitur, ſi modò dignè bibitur, clamat in corporibus noſtris verba pacifica*; quibus diuinus Pater ad miſericordiam flectatur; verba pacifica etiam formare debet, quæ audiat, qui nos audit, vt nihil ferreum exeat, nihil crudele, ac ferinum; ſi immitia, & bellum quærentia verba à nobis effluant, prodimus hoc ſigno indignè nos ad euchariſticam menſam acceſſiſſe, nec ritè Agni ſanguine potatos.

Chriſti ſanguis dum à nobis dignè bibitur, in nobis verba pacifica clamat.
S.Cypr.

78. Chriſtiani hæc nota, hic character eſt, vt lupus agni mores diſcat, non agnus lupi. De Chriſti aduentu loquens Iſaias, hæc inter alia, futura prædicit, vt lupus cum agno habitaret; ſic enim ſcribit Propheta cap. 11. verſ. 6. *Habitabit lupus cum agno*; verborum ordinem pulchrè obſeruabat Oleaſter hic, dum ait: *Aduerte, quòd non dicitur, habitabit agnus cum lupo, ſed lupus cum agno, vt diſcas in Chriſtianiſmo agnum non debere mores lupi diſcere, ſed è conuerſo, vt tant inter Chriſtianos nulla ſit inimicitia, nulla diſcordia, ſed ſumma concordia, etiam inter eos, qui ſunt naturâ diſcordes.* ſit aliquis ſæuitiâ, & feritate lupus, agnus mititate fieri debet cum agno habitans, imò Agnum comedens.

In Chriſtianiſmo agnus non debet diſcere mores lupi, ſed lupus mores agni imitari.
Iſa. 11. 6.
Oleaſt.

Euchariſticis ferculis qui fruitur, amore omnes amplectatur; nullum odio proſequatur. Pſal. 80. 11. *Dilata*, inquit Deus, *os tuum, & implebo illud*, dilatatio iſta oris dilatandam charitatem indicat, cùm euchariſticum cibum ſumus manducaturi; ubi id voluit Chriſtus & Iudam adeſſe, cùm Sacramentum iſtuc inſtituit, Apoſtoliſque diſtribuit, vt hoc exemplo nos doceamur, & inimicos ipſos amandos eſſe, dum ad hanc menſam accedimus; pulchrè ille ad producta verba, *Dilata os tuum, & implebo illud; ampliatâ latitudine charitatis, vt non Apoſtolos tantùm vndecim, id eſt, amicos, ſed & Iudam capiat, id eſt, inimicos. Itaque cor noſtrum recordatione* QVARVMCVNQVE INIVRIARVM ANGVSTIARI MINIME DEBET, *ſed dilatatis charitatis brachys omnes ſunt amplectendi*; omnes diligendi ſunt, etiam illi, qui Iudam referunt; ſæuiant in nos homines, nos perſequantur, amore odio reſpondendum eſt, & mititate ſæuitiei; agnos referamus, comedentes Agnum, lupinámque feritatem exuamus Agni carnibus dum veſcimur.

Euchariſticis ferculis fruēs, omnes diligat, etiā illos, qui Iudam referunt.
Pſalm. 80. 11.
Andr. Marb.

EXCVRSVS VI.

Reuerentia erga Euchariſtiam commendatur.

Sine reuerentiâ *Agni carnes non ſunt ſumēda.*
Reuerentia *Seraphim erga ſacram menſam reuerentiam nobis ingerit.*
Brutales mores *referens, ad Euchariſtiam ne accedat.*
Manum *hic ſubtrahit Seraphim.*
Honorem Altari *exhibens Seraphim ad paria nos vocat.*
Sacra myſteria, quantâ reuerentiâ *venerāda.*
Quantâ puritate, *&* reuerentiâ *Chriſtus contrectandus.*
Perſtricti qui cum tumultu *ad euchariſticam menſam accedunt.*
Reuerentia *erga Chriſti corpus Virginis exemplo diſcimus.*
Illuſtre exemplum *reuerentiæ erga ſacram Euchariſtiam.*
Sacra menſa terga vertere aliquibus religio.
In Templi ſolum ſpuere *aliqui defugiebant.*
Adeuntes cœnaculum *calceos deponebant, nec in terram ſpuebant.*
Premuntur, qui riſu, *&* noxiis *ſermonibus ſe in templo inquinant.*
Chriſti frumentum omnia ſubiugat, & honorem *maximum Chriſto parit.*
Quo humilior *ſub euchariſtico velamine Chriſtus*, eò ſublimius *intus eſt, & plus à nobis debet honorari.*
Cautum ab Angelis *ne incauti paſtorum ſtabulum, in quo erat Chriſtus, adirent.*
Res ad Euchariſtiam *flectitur.*

CRudarum carnium inhibitio nos tectè ad reuerentiam vocat, auocat ab inconſiderato, & irreuerēti Agni eſu; huc aduocare poſſumus verba ſancti Gregorij, qui hom. 22. Euang. de agni paratura agens ita ſcribit: *Qui cruda agni carnes niſi* 79.

Sine reuerentia Agni carnes non ſunt ſumenda.
S Greg.

inconſideratam, ac ſine REVERENTIA *cogitationis relictam illius humanitatem ſignificant*; crudas agni carnes edit, qui quid accipiat, non cogitat, atque adeò ea reuerentiâ non accedit, qua par eſſet. Porrò quia magni hæc momenti res, vrgemus illam preſſiùs, vt ab irreuerenti euchariſtici manducatione omnes auertamus.

Reuerentia Seraphim erga ſacrã menſam reuerentiam nobis ingerit.
S.Chryſ.

Reuerentur hanc menſam Angeli, reuerentur Cherubim, ac Seraphim, & vilis homo non reueteatur, & temerè, & incogitanter accedet? Audiendus ſanctus Chryſoſtomus hom. de ſacrâ, & diuinâ menſâ: *O miraculum*, inquit, *menſa tam magnificè inſtructa, in qua Agnus Dei pro te mactatur, ad quam aſſiſtunt Cherubim, deſcendunt Seraphim, qui ſenis præditi alis* VVLTVM DEMITTVNT. Quin & Seraphim indignos ſe ſentiunt, qui ad euchariſticam hanc menſam accedant, & Chriſti corpus adminiſtrent, vt non ſine myſterio ſit quod apud Ezechielem cœleſtes ſpiritus viſi ſunt Domino miniſtrare, ſed ſine manibus; nam manus ſub alis habebant. *Et manus hominis*, inquit Propheta, *ſub pennis eorum*, cap. 1. Theod. *manus ſub alis erant abſconditæ*; ac ſi manum retraherent, ſe putantes indignos; quod expendit Petrus Abbas Cellenſis lib. de panibus, cap. 1. his verbis: *Procul abſiſtat creatura omnis ab hac adminiſtratione, quia beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur.* Alludit ad locum Exod. 19. vbi præcipitur, ne beſtia montem tangeret, in quo Moſes cum Deo loquebatur: & non beſtiam refert, & canem, qui impudenter accedit? vt dixerit ſanctus Athanaſius orat. in Paraſceuem, *Occiſa eſt beſtia propter te, & tu deſeris illam, ipſam immolatam aſpiciens; vt canes accedimus, tanta noſtra eſt impudentia.* Pergit Abbas Cellenſis, Seraphinorum reuerentiam explicans: *Manum ſubtrahat Seraphim, quia munus huiuſmodi manum aliam non admittit, quam ſolius dextera Dei, nempe Patris.* Quis hîc non horreat, & expaueſcat? quis ad ſacra myſteria impudens accedere audeat, omni timore viduus, omni reuerentiâ.

Brutales mores referẽs ad Euchariſtiã ne accedat.
Ezech. 1.

S.Athan.

Manum hic ſubtrahit Seraphim.
Petr.Cell.

80\. Reuerentiæ ſpiritum erga ſacrum Altare inhalare nobis poteſt id, quod Seraphim præſtitiſſe legimus apud Iſaiam cap. 6. cùm Prophetæ labia purgaturus, forcipe carbonem de Altari accepit, ac ſi tangere manu præ reuerentiâ non auderet; id quod expendebat Procopius in cap. 6. Iſaiæ, his verbis: *Propheta purgationi ſubſeruit vnus de Seraphim, qui carbone de Altari forcipe accepto*, HONOREM, QVEM ALTARI EXHIBET, APERTE SIGNIFICAT, *cùm manu tangere non audet.*

Honorẽ Altari exhibens Seraphim, ad paria nos vocat.
Iſa. 6.
Procop.

Ex Regis veneratione, & cultu colligit eleganter ſanctus Chryſoſtomus, quantâ reuerentiâ ſacra hæc myſteria venerari oporteat, ait que morem fuiſſe, vt conſpecto tantùm Regis ſolio, licèt adhuc Rex non aduenisset, aſſurgere adſtantes conſueuiſſe; ſic igitur illa monet hom. 36. in epiſt. 1. ad Cor. *Si quis ſolum viderit Regis ſolium, animo aſſurgit expectans Regis exitum. Et tu ergo etiam ante illud tempus ſtupendum venerare, & obſtupeſce, & aſſurge, antequam videas expanſas veſtes, ſtragulas, & tapetes, & procedentem chorum Angelorum in ipſum cœlum aſcende. At hæc ignorat, qui myſteriis non eſt initiatus.*

Sacra myſteria quantâ reuerẽtiâ veneranda.
S.Chryſ.

Proh quàm pura, quàm ſancta debet illa manus eſſe, quæ Chriſti carnem contrectatura eſt? Io. 20. ait Chriſtus Magdalenæ, *Noli me tangere.* Sed cur inhibuit? & non allicit Thomam vt tangat eius latus? *Mitte* inquit, *manum tuam in latus meum*, eodem capite. Vnde orta mulieris repulſa, diſcipuli inuitatio? An quia Magdalena nondum Spiritûs ſancti gratiâ viſibili miſſione ſanctificata erat, qua diſcipulus Thomas fuerat ſanctificatus? Hoc minimè aſſererem, niſi præiuiſſet ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioannem, cap. 58. in hæc verba: *Illi*, (ſcilicet Magdalenæ) NONDVM GRATIA SPIRITVS SANCTIFICATÆ TANGERE NON LICEBAT; *nam antequam Dominus in cœlum aſcendiſſet, deſcenſus Spiritus in omnes non fuit. Thomæ autem hoc licebat, quia vnà cum aliis Spiritum fuit conſecutus; ad vniuerſum namque diſcipulorum conſortium vox illa tranſiuit: Accipite Spiritum ſanctum* Hucuſque ſanctus Cyrillus, & putamus pœnas minimè luiturum, qui impurâ tangit manu Chriſti corpus, impuro excipit corde? Luet, luet, cùm qui Agnum mititate refert, leo ſæuitiâ fiet. Ioannes ille Præcurſor vel in matris vtero ſanctificatus, putabat ſe tamen indignum qui corrigiam calceamentorum Chriſti ſolueret, & nos ſine vllo timore, ac reuerentiâ ſacris myſteriis adſtamus, Chriſti corpus ſumimus?

Quantâ puritate & reuerẽtiâ Chriſtus contrectandus.
Io. 20. 17, 27.

S.Cyr. Alex.

81\. Obſeruo quòd ad ſepulchrum, vbi Chriſti corpus fuerat, Angeli aſtabant, qui à mulieribus viſi, *Ioan.* 20. cur ita factum? An vt hinc colligeremus, quòd poſtquam in cordis noſtri ſinum ſe Dominus recipit, tanquam Angelis pares, eum Angelis conſuetudinem habere debemus? An vt diſceremus quo honore, quâ reuerentiâ ad euchariſticam menſam accedendum nobis ſit? Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus hom. in Paraſceuem, eos reprehendens, qui irreuerenter ad hanc menſam accedunt, *An neſcitis*, inquit, *quomodo Angeli aſtiterint ſepulchro corporis experti, ſepulchro vacuo? attamen cùm ſemel totum corpus Domini recepiſſet, multum* HONORIS *etiam ipſi loco exhibeat Angeli: Nos non ad ſepulchrum manè, ſed ad ipſam menſam; in quâ Agnus poſitus eſt, adituri cum tumultu accedimus.* Quæ verba maximè noſtri æui fideles premunt, qui adeò irreuerenter ad ſacram hanc menſam ſe conferunt.

Perſtricti qui cum tumultu ad euchariſticam menſam accedunt.
Ioan. 20. 11.

S.Chryſoſt.

Beata Virgo Dei mater, cùm Filium peperiſſet in præſepio, eum in fœno iacentem adorauit, & ſuis manibus contrectare adeò timuit, vt & accedere vereretur; quin non extendit ipſa manus, vt ſuo exciperet ſinu, ſed Angeli id præſtiterunt; quod notabat Geometra in Catenâ Græcâ in Lucam, vt alibi obſeruabam; quanto iuſtiùs eâdem mente nobis eundem Dominum ſub euchariſticâ veſte latentem, accedendum eſſet.

Reuerentiam erga Chriſti corpus Virginis exemplo diſcimus.
Geomet.

Quanta eſſe debeat reuerentia in ſanctiſſimâ Euchariſtiâ tractandâ, quæ cautio dum tangitur, oſtendit exemplo ſuo Hermannus, in cuius laudem hæc ſcribit auctor apud Surium 7. Aprilis: *Ea* REVERENTIA, *quam ſummam adhibuit Sacramentis, in causâ fuit, vt omnia tractim perageret, Corpus Dominicum, perinde ac ſi pati adhuc poſſet, & eleuaret, & deponeret, & omnes corporis geſtus admodum reuerenter componeret. Vngues digitorum, quibus ſacra hoſtia contrectatur, & ſuperioris labij pilos ori proximos, forfice ſolebat præcidere, & ob Sacramenti reuerentiam conſeruare apud ſe, indignum cenſens illa pedibus conculcari, quæ ex frequenti Dominici corporis contactu nobilitata eſſent. Nec tamen hoc ſcribimus, vt trahi debeat in exemplum, quod totâ Eccleſiâ non obſeruatur, ſed vt beati viri erga Sacramenta eximiam reuerentiam declaremus.*

Illuſtre exemplum erga ſacram Euchariſtiam.
Sur.

82\. Sacræ menſæ veneratione, & reuerentiam erga illam exemplo inſigni commendauit mater Beati Gregorij Nazianzeni, cuius hic mos vt nunquam menſæ terga verteret; ſic ille ſcribit orat. de fun. frat. *Veneranda menſa nunquam terga vertis*; addit & abſtinuiſſe à ſputo dum in Templo eſſet, *Nec diuinum ſolum conſputando inquinauit.*

Sacra menſa terga vertere aliquibus religio.
S Greg Naz.
In Templi ſolum ſputo aliqui deſugiebant.

Sed & ab Chriſtianæ religionis hoſtibus hanc reuerentiam erga ſacram Euchariſtiam diſcere

Idem.

poſſumus,

Adeūtes cœnaculum calceos deponebant, nec in terram ſpuebant.
Olika.

poſſumus; Turcæ ſacrum Cœnaculum adeuntes calceos deponunt, nec in terram deſpuunt, quod facere & illi tenentur, qui eos comitantur; id olim factitatum apparet ex epiſt. 2. quam Olika Dux ſcripſit circa annum 1583. *In ingreſſu*, inquit, *ſtatim calceos abycere coacti ſumus, quà etiam caremonia Turca moſcheas ingredientes, vti conſueuerunt. Admoniti quoque fuimus, ne in terram deſpueremus; nam Turca locum hunc in maximâ habent veneratione, aſſerentes Chriſtum in hoc cœnaculo magnam quandam cum Apoſtolis caremoniam peregiſſe, qui poſtea ſingulari quodam miraculo linguas igneas ſuper capita accenſas portabant: credúntque ibidem ſanctum Spiritum in diſcipulos miſſum*, vt Actorum 2. O hæc illorum mētibus hærerent, qui in Dei Templis, in quibus ipſe Chriſtus ſub Euchariſtiæ ſacramento latet, adeò non calceos exuunt, vt riſu, verbis noxiis, effuſiore riſu, liberiore viſu animam ſuam conſpurcent, locum ſacrum timeant, nec tantùm in terram deſpuunt, ſed etiam ridicula verba euomunt, & ſæculum ſuum ſapientia, quibus illorum mens, ſæpè & audientium.

Premitur qui viſu, & noxys ſermonibus ſe in templo inquinant.

83\. Humiliter ob id Chriſtus adorādus, quòd ſe ſub panis ſpecie nobis exhibuit. Etiam Ioſephi fratres Ioſephum frumenti causâ adorauerunt; priùs quidem ob frumenti manipulum altiùs conſurgentem in fratrem inſaniunt, Gen. 31. deinde verò frumenti causâ fratrem adorant, & venerantur, Gen. 47. Idem & Chriſto accidit, qui ab vniuerſis ob frumentum adoratur. Accerſenda huc ſunt ſancti Auguſtini verba, qui lib. 12. cap. 28. contra Fauſtum, huc reſpiciens, ait: *Ipſe mihi* (Chriſtus,) *in Ioſeph innuitur, qui perſequentibus, & vendentibus fratribus in Ægypto poſt labores honoratur. Didicimus enim labores Chriſti in orbe gentium, quem ſignificabat Ægyptus, per varias paſſiones Martyrum; & nunc videmus* HONOREM CHRISTI *in eodem orbe terrarum, erogatione frumenti ſui ſibi omnia ſubiugantis.*

Chriſti frumentum omnia ſubiugat, & honorem maximum Chriſto parit.
S.Aug.

Humilitatem, & vilitatem extimè hoc Sacramentum præſefert, panîs, & vini velamine rectum; intus hoc ipſo ſublimis eſt, & maiori veneratione dignius. Accinit Auctor ille, aiens; *Proprium eſt fidei hoc Sacramentum magnificare quantum poteſt, quia magnitudinis eius non eſt finis, &* MAIVS EST OMNI REVERENTIA, *& laude; nam quanto exteriùs apparet vilius, tanto intus eſt ſublimius, & quò profundiùs pro nobis ſe Chriſtus voluit humiliare, eò ampliùs debet à nobis magnifieri; vt cum eius humilitate reuerentia noſtra certet.* Se in Euchariſtiâ maximè Chriſtus demiſit: hinc factum eſt vt maiori cultu, & reuerentiâ hîc à Chriſtianis colatur.

Quò humilior ſub euchariſtico velamine Chriſtus, eò ſublimius intus eſt, & plus à nobis debet honorari.
Lud.P. lib. 5. exh. 5. §. 1.

Cùm iacêret in ſtabulo Ieſus vix natus, adfuêre è cœlo Angeli ingenti luce perfuſi, qui paſtores ad præſepe pueri, qui in illo erat celebratione, direxerunt; cur iſtuc ab Angelis factum? ne paſtores parum reuerenter ad præſepe ſe conferrent, illud ingrederentur, vt pro more ſolebant. Huc flexit ſanctus Eucherius hom. de natiu. dum ait: *Ea cauſa eſſe videtur, vt priùs paſtoribus hac verba Angelus nuntiaret, ne quaſi* INCAVTI *ſtabulum intrarent, & in præſepe adire tentarent, & in quo puer poſitus erat.* Eadem & potior ratio in euchariſticâ menſâ currit; nemo incautus huc accedere debet, nemo reuerentiâ viduus, ac timore.

Cautum ab Angelis ne incauti paſtores ſtabulum, in quo erat Chriſtus, adirent.
S.Euch.
Res ad euchariſtiā flectitur.

EXCVRSVS VII.

Crudarum carnium eſus inhibitus, nos à brutorum moribus auocat, ad vitam rectæ rationi reſpondentem vocat.

Hiſtoricum ſenſum *in crudarum carnium inhibitione aliqui reſpuunt.*
Eſus carnium *crudarum Hebrais inhibitus, ne gentium ritus imitarentur.*
Semicrudæ *carnes in vſu.*
Cur à crudis carnibus *Hebrai auocati.*
Aluei cruditantes *qui.*
Crudum *euchariſticum Agnum comedit, qui ad eum minimè ſe diſponit.*
Quî domus paranda excipienda Euchariſtiæ.
A brutorum moribus *abſit, qui euchariſtica menſa particeps ſit.*
Brutales mores *non habet ſacra menſa conuiua.*
Qui beſtiam *vitâ refert, ab euchariſticâ menſa repellitur.*
A brutali appetitu *abeat, euchariſticam menſam qui frequentat.*
Beſtiales motus *hîc comprimi debent.*
Feris agnum *abycit qui ferinis moribus ad ſacram menſam accedit.*
Deicida eſt, qui indignè Euchariſtiam *accipit.*
Maximè eos poſſidet *ſatanas qui impuri puriſſima aſſident menſa.*
Iudæ par, *qui corpus Domini impurus accipit.*
Nequior *fit qui indignus Chriſti corpus deglutit.*
Minus quàm homo *fit, qui ab euchariſticis epulis ſe ſubducit.*

Hiſtoricum ſenſum pleróſque in illis verbis reſpuiſſe, quibus diuina lex præcipit non eſſe crudas agni carnes comedendas, ſuperiùs dixi, & adductis Auctorum verbis firmaui; hac mente, (quod mireris) fecit etiam ſanctus Gregorius hom. 22. in Euangelia; ſic enim ille ſcribit: *Subditur: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ. Ecce iam nos ipſa verba hiſtoria ab intellectu hiſtorico repellunt. Nunquid, fratres cariſſimi, Iſraeliticus ille populus in Ægypto conſtitutus comedere agnum crudum conſueuerat, vt ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid.* 84.

Hiſtoricum ſenſū in crudarū carniū inhibitione aliqui reſpuunt.
S.Greg.

E conuerſo Abulenſis, qui adeò in Lyranum ſæuierat, quòd ex Hebræorum mente putaret reſpici ad idololatrum morem, pálinodiam canens, Lyraníque cenſioni ſubſignans; ac ſi non recoleret, quæ contra illum dixerat priùs, hæc habet in c. 26. Matth. quæſt. 18. quærens cur agni carnes aſſarentur igne; *Secundò ne eſſet Iudæis occaſio imitandi varios ritus Gentilium, erant enim quidam Gentiles, qui in cultu Deorum ſuorum cibos aliquos crudos comedebant; & ab hoc valde ſolebat Deus auertere Iudaos ne conuerterentur ad Idola, Deut. 12.* Adeò procliue eſt quempiam in obſcuris rebus diiudicandis, vt idem ſibi ipſi contradicere non ſemel cogatur.

Eſus carniū crudarū Hebrais inhibitus ne gentiū ritus imitarentur.
Abul.

Semicrudæ carnes in vſu. S. Hier.

Semicrudas carnes in vſu aliquibus fuiſſe, præter ea, quæ ſuperiùs dedimus, probatur his ſancti Hieronymi verbis, qui in vita Malchi de Malcho loquens ait: *Cibus* SEMICRVDÆ CARNES, *& lac camelorum potui erat.*

Cur à crudis carnibus Hebræi arcerentur.

Hiſtoricum ſenſum illi quoque recipiunt, qui putant Hebræis inhibitum crudarum carnium eſum, aut ſemicrudarum, ne ſcilicet commendari ſibi feſtinationem audientes, quin ob imminens periculum neceſſariam eſſe putantes, non ſinerent probe carnes coqui, fugæque arripiendæ causâ carnes non aſſarent, ſed incoctas adhuc traiicerent; ita Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. *Non comedetis*, inquit, *ex eo crudum, ſcilicet ſemicoctum ex nimiâ feſtinatione*; placuit feſtinatio Deo, quam in eſu agni præcepit, ſed nimiam noluit, quâ, ſcilicet ea, quæ in agni apparatu neceſſaria erant, negligi opus erat. Guill.

85\.

Aluei cruditantes qui. Tertull.

Aluos humanâ carne refectos, vt hoc quoque lectori obiiciam, *cruditantes* appellauit Tertullianus in Apolog. cap. 9. *Ipſorum vrſorum aluei appetuntur* CRVDITANTES *adhuc de viſceribus humanis.* Sed ad agnum. Probaui hiſtoricum ſenſum, & mecum meus lector comprobauit illorum auctoritati innixus, quorum verba produxi; hiſtoricum ſenſum dedi, myſticum; moralem adeò non reiicio, vt amplectar, & illuſtrem.

Crudum eucharisticum Agnū comedit, qui ad eū minimè ſe diſponit. Abul.

Crudum eucharisticum Agnum in ventre traiicit, qui ſe minimè diſponit; Abulenſis in cap. 26. Matth. 9. 18. ita rem verſat. *Dicitur quòd non ſumatur agnus* CRVDVS; *crudum enim cibum manducat, qui nullam circa illum diſpoſitionem, aut præparationem præmittit.*

Quæ domus excipiēda eucharistia paranda. S. Berg.

Quæ paranda mentis domus, cùm Chriſti corpus excipiendum eſt, docuit Chriſtus, Beatam Virginē Mechtildem inſtituens: *Cum vis communicare, diligenter animæ tuæ domum perſpicias, ſi parietes eius aut laſi ſunt, aut infecti. In Orientali parte conſidera, quam ſtudioſa, vel quam negligens in omnibus, quæ ad Dominum pertinent, fueris; ſcilicet in laude Dei, & gratiarum actione, in oratione, in obſeruatione eius mandatorum. In parte Auſtrali perpende, quantum deuota fueris meæ Matri, & omnibus Sanctis, quantum profeceris eorum exemplis, & doctrinâ. In Occidentali parte intuere diligenter, quantum profeceris, ſiue defeceris in virtutibus; quam obediens, & humilis, quàm patiens ad iniurias, ſi regulam tuam, ſi ſtatuta tua bene tenueris, ſi vitia in te exterminaueris, & deuiceris. In parte Aquilonari attende quam fidelis toti fueris Eccleſiæ, qualiter erga proximum egeris, ſi ipſum intima charitate dilexeris, ſi omnia aduerſa eius tua feceris, ſi pro peccatoribus, & animabus fidelium, & omnibus indigentibus deuotè oraueris. Si quam maculam, aut læſionem in omnibus his inueneris, per humilem pœnitentiam, & ſatisfactionem ſtudeas reparare.*

A brutorum moribus abſit, qui eucharistica menſæ particeps ſit. Abul.

Inhibitas crudas carnes in eſu alij notant, vt à brutorum moribus in Dei obſequio abiremus, quorum eſt crudis carnibus veſci; nimium rationale obſequium eſſe par eſt eorum, qui ratione præditi ſunt. Adeſt ad hanc mentem firmandam Abulenſis, qui in cap. 26. Matthæi, quæſt. 18. ait: *Quia eſt quædam beſtialitas comedere carnes crudas; non eſt enim humanum. Deus autem vult opera noſtra eſſe rationabilia, & humana, & maximè in operibus, quæ circa eum gerimus. ad Rom. 12. cap. Rationabile ſit obſequium veſtrum; ideo non debebat comedi aliquid crudum.*

86\.

Brutales mores non habere ſacra menſa conuiua.

Beſtia, quæ montem tetigiſſet, in quo Moſi Deus loquebatur, lapidibus obrui iubetur, Deut. 19. Et non magis lapidibus impetendus, qui ad ſacram Eucharistiam ferinis accedit motibus, beſtiam potius præfert, quàm hominem. Grauiter rem vrget ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in epiſt. ad Epheſ. *Vſque adeo*, inquit, *cenſentur indigni montis illius aſcenſu, id eſt, ſacra communione, vt lapidibus obruantur.* Iſtuc idem indigitat Auctor & Anonymus, & ineditus de præp. Miſſ. fer. 3. vbi rem his verbis expendit: *Porro ſi a Domino imperatum eſt Moyſi, vt beſtia, quæ montem tangeret, obrueretur lapidibus; diuinum valebit euitare iudicium quicunque beſtialiter viuens, ad ſpiritalem Dei montem minimè formidabit accedere? Eſt planè Chriſtus mons excelſus, & verus coagulatus, & pinguis, in quo Deo optimè inhabitare complacuit, cui millies millium Angelorum* ASTARE, *& decies centena millia miniſtrare perhibetur. Eſt etiam Altare ſuper quod ſacroſanctum Chriſti corpus myſticè immolatur, mons ſpiritalis ſublimis, atque præcipuus, in quo Patriarchæ Abrahæ filium ſuum offerri iubetur.*

S. Chryſoſt. Qui beſtiam vitâ refert, ab eucharisticâ menſâ repellitur. Anonym.

Ad Euchariſtiæ porrò ſacramentum conficiendum ea aſſumuntur, quæ hominis propria ſunt, brutis minimè conueniunt, panis ſcilicet, & vinum, quæ rationali naturæ in cibum exhibentur, & in potum; vt hoc ipſo Euchariſtiæ conuiua moneatur, ab omni brutali appetitu alienum eſſe debere, qui ad haſce epulas ſe confert. Cabaſila in Liturg. cap. 3. numeratis diuerſarum carnium alimentis, ita concludit: *Nihil illorum eſt propriè nutrimentum humanum, commune eſt enim aliorum animalium, hæc quidem volucrum, & eorum, quæ herbas eſcuntur, illa verò ferarum, quæ carnem deuorant. Humanum enim illud dicimus, quod ad ſolum hominem pertinet; confectionis autem pane opus habere, vt comedatur, & vinum conficere, vt bibat, eſt* SOLIVS HOMINIS *proprium, & hæc quidem eſt forma donorum oblationis.*

A brutali appetitu abeat eucharisticam menſam qui frequentat. Cabaſila.

87\.

Beſtiales motus hic comprimi debent. Iſa. 9. S. Thom.

Comprimi beſtiales motus in euchariſticâ menſâ debent, vt ſpiritui caro ſeruiat, non in ſpiritum arietet. Sanctus Thomas opuſc. 58. cap. 6. ad hanc mentem flectit, quod ait Iſaias cap. 9. vitulum, vrſúmque ſimul cibum eſſe ſumpturos; *Vitulus, & vrſus paſcentur ſimul. Vitulus ſignificat corpus, quod in ſacrificio Deo mactandum; vrſus ſpiritum, qui ſicut vrſus beſtijs ſic terribilis eſſe debet* BESTIALIBVS MOTIBVS, *& moribus. Hic paſcentur ſimul, ſcilicet vero cibo, id eſt, carne Chriſti, vt proſit animæ, & corpori.*

Feris agnum obiicit qui ferinis moribus ad ſacram menſam accedit. S. Chryſ.

Feris agnum obiicit, qui euchariſticum epulum mente ſumit vitiorum immanitate referta; rem grauiter ſcito exemplo premebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in cap. 1. epiſt. ad Epheſios, dum ait: *Si quis pedes Regis canibus obijciat, & in compedes inijciat, an non erit obnoxius extremo ſupplicio? Tu totum corpus obijcis* FERIS IMMANIBVS, *& non horres?*

Deicida eſt, qui indignè Euchariſtiam accipit. Gloſſ.

Sæuiant in homines; indignus huius menſæ particeps in Deum ſæuit, vt *Deicida* appellari poſſit, 1. Cor. 11. *Reus erit corporis, & ſanguinis Domini*; gloſſa apud Ioan. Vitalem, *ac ſi* DEVM OCCIDERIT *punietur*; verè fera peſſima deuorat, non Iacobi filium Ioſeph, ſed Dei Patris filium.

Maximè eos poſſidet ſatanas, qui impuri puriſſimæ aſſident menſæ. Ioan 3.

Explicari vix poteſt, quàm grande piaculum ſit, purum Chriſti corpus impuræ conſcientiæ committere, & criminis reum ſanctitatis Auctorem deglutire; multa ſcelera Iudas commiſerat, vt ob illa illius cor iam diabolus ſubierit; & tamen tunc tantùm eius cor ſubiiſſe dicitur, cum buccellam ſumpſit. Ioan. 3. *Poſt buccellam introiuit in eum ſatanas*; ac ſi non priùs introiuiſſet, cùm vere per alia crimina, in quæ lapſus erat, ſatanæ ad Iudæ cor aditus patuerit; ſed tanti eſt impuris viſceribus Chriſti corpus committere, vt tanquam cæ-

teris

teris ſceleribus hoc grauius ſatanam aduocare ſolùm videatur, & ſatanæ mancipium euchariſtici corporis reum reddat. Pulchrè B.Dionyſius Carthuſianus ſerm. Quomodo ſacramentum Altaris ſit ſuſcipiendum; ait enim, de indignè accipientibus loquens: *Tales ſunt* SOCII IVDÆ *proditoris, de quo in Ioanne legitur: Poſt buccellam introiuit in eum ſatanas; nam & antè in eum intrauit, ſed quia corpus Chriſti indignè accepit, magis poſſedit eum Diabolus.*

B.Dionyſ.

88. Eos, qui Chriſti corpus indignè ſumunt, Iudæ pariat B.Abb.de Euch.diſt.3.tract.1.cap.6. *Sicut*, inquit, *Iudas tradidit eum membrũ Diaboli, ita iſte quantum in ipſo eſt*, TRADIDIT CORPVS DOMINICVM *in vas diaboli, quod eſt corpus ſuum.*

Iuda par qui corpus Domini impurus accipit.
B Abb.

Sceleratior euadit, qui indignè dignum Chriſti corpus contrectat, impurus accipit, & deglutit; hoc Iudæ exemplo ſic probat Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de corpore Chriſti: *Iudicium*, inquit, *ſibi, non Domino manducat iniquus, & malus, dum ex iniuriâ, ſeu mentis cæcitate à cæteris cibis non diſcernit corpus Chriſti; dum præſentem Domini maieſtatem in Sacramento hoc minimè veneratur; dum incredulus, & pollutus præſumit contingere ſancta, atque immaculata myſteria. Iudam imitatur huiuſmodi, qui percepta panis intincti buccellâ, ſceleratior factus, à conſpectu veri luminis ſe abſentando, fugit ad tenebras, quatenus conceptum perageret facinus. Hinc eſt, quòd ſumentes indignè, præ cæteris delicta grauiora committunt, & pertinaciores in malo, atque ad emendationem vitæ tardiores ſunt. Quónam modo in ſceleribus non excedunt alios, dum Regem gloriæ, atque vniuerſorum Conditorem contemnunt, & irreuerenter tractant? Nempè qui tales ſunt, ſi Sacramenta cœleſtia, Chriſti corpus verum, eiúſque ſanguinem eſſe non dubitant, quâ temeritate, quâve impudentiâ tremendam in ſe nequaquam verentur percipere maieſtatem? ſcelus hoc grande eſt, & nefas peſſimum.*

Nequior ſit, qui indignus Chriſti corpus deglutit.
B.Laur.Iuſt.

Adeò à brutalibus moribus abeſſe debet, qui euchariſticâ frequẽtat menſam, vt in Deum migrare debeat; nam euchariſticæ menſæ qui adſidet, Deus quodammodo fit; ſicut homo, aut etiam minus, quàm homo euadit, qui ab hiſce epulis ſe ſubduci ſe ſinit, & ſinit auocari; huc flecti poteſt illud quod habetur 1. Reg.2.17. *Quia retrahebant homines à ſacrificio Domini*, ſignatè *homines* dixit: nã vt diuinum quidpiam ſapit ad ſacrificia diuina duci, ſic homines ſunt, qui ab hominibus à ſacrificiis abducũtur. Opportunè rem verſat S.Greg.lib. 2.expoſit.in lib.Reg.c 2. *Et notandum*, inquit, *quia qui detrahuntur à ſacrificio*, HOMINES DICVNTVR; *quia nimirum, ſi in fidei noſtræ verâ confeſſione perſiſterent, hos diuinus ſermo* FILIORVM DEI *appellatione ſignaret*; ad Euchariſtiam rem flecto; ab Altari qui facilè auocatur, homo eſt, & hominibus quoque fit nequior, brutis fit par, cùm filius Dei, & Deus quodammodo fieri potuiſſet, Deo per hanc diuinam menſam hærens. Volue in pleroſque oculos, vix homines eos eſſe, ſi mores eorum ſpectas, deprehendas; quia nimirum facilè ſe ſinunt ab Altari auocari, aut impurè excipiunt, quod puritatis ipſius ſinu excipiendum eſſet.

Minus quàm homo ſit, qui ab euchariſticis epulis ſe ſubducit.
1.Reg.2.
S Greg.

CAPVT VII.

Agnus ſine maculâ quis dicatur.

Coloris *habita ratio in victima pilis.*
Vacca rufi *coloris mactanda.*
Maculis, & næuis *carere victimæ debebant.*
Macula *in agno ad vitium, defectúmque referenda potius, quàm ad colorem.*
תמים *quid.*
Maculæ *damnatæ, non quæ in vellere, ſed quæ in corpore agni.*
Cur maculoſas victimas *Deus ablegauerit à ſacrificiis.*
Etiam quæ falſis numinibus *ſacrificabantur, perfecta erant.*
Vlceroſa victima *maximè repudiata.*
Vituli ad aras hominum humeris *deferri non poterant.*
Indi victimas cur non iugulent.
Hoſtiarum vitia *aliqui conſiderabant.*
Se quiſque tanquam hoſtiam *diligenter inſpiciat.*
Mos hoſtiarum *inſpiciendarum eos arguit, qui non rectas de Deo opiniones animo circumferunt.*
Sacerdotes ſine maculis *erant.*
Sacerdos integer *corpore eſſe debebat. Romanorum mos.*
Sacerdotum mens vitiis *minimè ſcateat.*
Corpus *Deo* mactandum *à vitiorum maculis purum.*
Mundâ mente *Chriſtus excipiendus.*
Mundi *ſint, qui portant Chriſtum.*

PASCHALIS agnus ſine maculâ eſſe debebat; ſic enim loquitur apud Moſem Deus, *erit agnus abſque maculâ*, Exod.12.verſ.5. Nollem hic aliquos maculam ad colorem referre; ſcio in victimis coloris habitam quandoque rationem. Plutarchus de Iride, ait, Ægyptios bouem rufum ſacrare ſolitos, adeò vt ſi vel vnum nigrum pilum habuiſſet, vel album, eo litare nefas putabant, tanquam hoſtia minimè Diis grata eſſet futura. Aliquibus, quæ aurem nigram habebat, apta victima non habebatur, nec lecta, vt innuit Seruius, dum ait: *Ne habeant caudam aculeatam, ne linguam fiſſam, ne aurem nigram, hæc lecta hoſtia.* 89.

Coloris habita ratio in victima pilis.
Plut.

Hebræi quoque vaccam rufam, quæ mactari Deo debuerat, ita perfectè rufam eſſe ex lege cenſent, vt nullus alterius coloris pilus in eâ appareret; ſic exponunt illud Num.19. verſ. 2. *Adducant ad ſe vaccam rufam ætatis integræ*, in Hebræo eſt vox תמימה *themimah*, id eſt, *perfecta, integra*, Chaldæus *integram* tantùm habet, LXX. *ἄμωμον ſine vitio*; Vulgatus addidit voculam illam *ætatis*, vt exponeret ad quod integritas, & perfectio eſſet referenda; qui ſenſus omnium optimus, & tutiſſimus eſt; Hebræi tamen integre rufam intelligunt, vt nullus in ea pilus alterius coloris appareret. hunc ſenſum non reiicit Oleaſter, licèt alius, qui ætatem reſpicit, ſit cohærentior. *Dicitur*, inquit, *in textu quòd ſit integra, intellige quantum ad ætatem, aut, vt Hebræi dicunt, integrè, & perfectè rufam, in qua nullus ſit pilus cuiuſcunque alterius coloris.*

Vacca rufi coloris mactanda.
Num. 19 2.
Hebr.
Chald.
LXX.
Oleaſt.

Et verò in victimis cautum eſſe, ne non ſolùm mutilæ, ſed etiam vt næuis maculiſque carerent: indicat etiam Philo lib.de victimis, additque ab extremis pedibus exorſos inſpicere victimæ cor- 90.

Maculis, & næuis carere victima debebant.
Philo.

pus,

pus, idque factum non victimarum cauſâ, ſed offerentium, vt à perfectione, & integritate victimarum diſcerent omni vitio carere, omni culpâ; ſed præſtat ipſum audire. *Requiruntur*, inquit, *integra hæc omnia, illæſaque partibus omnibus, & maculis etiam, næuiſque carentia, tantâ enim cautelâ vtuntur in hoc negotio, & qui offerunt victimas, & ipſi ſacrifici, vt probatiſſimi Sacerdotum, peritiſſimique ab extremis pedibus exorti per totum corpus inquirant, quæ ſunt conſpicua, ne ventre, feminibuſque celetur vel minima labicula. Adhibetur autem hæc cura non propter victimas, ſed vt ſine omni culpâ ſint, qui eas mactandas offerunt.* Hucuſque Philo. Putauit tamen, cùm agnum ſine maculâ futurum eſſe præcipitur, vitij potius, quàm coloris rationem habitam, vt integer, ac perfectus eſſet, non mutilus, non vitiatus; & in primis hoc voluerunt LXX. qui tranſtulerunt, *Pecus perfectum, maſculum erit vobis*; ſanctus Auguſtinus, qui *agnus perfectus*, habet, nec Hebræa vox תמים, quæ hic habetur, aliò vocari poteſt; ſignificat enim *integrum, perfectum, abſolutum*, cui nihil deſit; hinc illud Num. 6. verſ. 14. *agnum anniculum immaculatum*, cùm in fonte ſit תמים, vertit Marinus, *agnus integer*, vt non ad colorem reſpiciatur, ſed ad corporis vitia.

Macula in agno ad vitiũ, defectũmque referenda potius quã ad colorem.

תמים *quid.*

Calculum ſuum adiicit Abulenſis, qui in c. 26. Matth. quæſt. 16. agens de agni maculis, quæ abeſſe ab agno debebant, ita ſcribit: *Vocantur maculæ, non quidem in vellere, ſed in corpore; nam etiamſi haberet vellus varium, & maculoſum, non eſſet ineptum ad ſacrificium.* Pergit, & explicat quænam fuerint iſtæ maculæ, quibus agnus, & vniuerſè animal ineptum reddebatur ad ſacrificium. *Sed quæ ſunt iſtæ maculæ? dicendum quòd ſunt deformitates poſitæ Leuit. 22, cap. 5. Homo ſponte offerens, aut vota ſoluens, tam de bobus, quàm de ouibus immaculatum offeret, vt ſit acceptabile: omnis macula non erit in eo; ſi cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, vel impetiginem, non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex eis ſuper Altare Domini. Etiam animalia caſtrata, vel habentia læſionem aliquam in teſticulis erant maculata, eod. cap. 5. Omne animal, quod vel contritis, vel tonſis, ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terrâ veſtra hoc omnino non facietis. etiam amputatio cuiuſque membri erat macula, dato quòd animal poſſet viuere. Sed membra minimè neceſſaria, ſunt cauda, & extremitates aurium. & ſi iſta amputarentur, reddebant animal immaculatum reſpectu cuiuſcunque ſacrificij neceſſarij, ſed poterat offerri ſpontaneè. eod. cap 5. Bouem, & ouem aure, aut caudâ amputatis voluntariè offerri poteſt: votum autem ſolui non poteſt, & quia agnus de neceſſitate immolabatur, non poterat immolari ſi haberet aurem, vel caudam amputatam. Si autem animal eſſet morbidum, aut languens, etiamſi nullam prædictarum macularum haberet, dicebatur immaculatum, & offerri, vel immolari poterat. Cauſa autem huius rei erat quantum ad Iudæos, quia agnus Paſchalis erat ſacrificium. Num. 19 cap 5. Si quis autem mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecerit phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium non obtulit Domino tempore ſuo. Sic etiam vocatur victima, & hoſtia Exod. 23. & 24. cap. & tamen in ſacrificijs ſeruabatur, quod non offerretur animal maculatum; ergo neque agnus Paſchalis poterat eſſe maculatus.*

Macula damnata non quæ in vellere, ſed quæ in corpore agni.
Abul.

Quid? quòd hunc locum Exodi, quem excutimus, ad hanc mentem vertit Oleaſter ex Hebræo; *Pecus perfectum erit*; addit deinde ad explicatum, *id eſt, cui nihil deſit ad integritatem; neque prohibebantur à ſacrificijs maculoſi velleris; ſed debebat eſſe integer, id eſt, cui nullum membrum deeſſet, ac diminutum, vel ſuperabundans eſſet; neque debebat eſſe debile, aut infirmum, denique cui nihil deeſſet de his, quæ pertinebant ad eius integritatem.* Sic ille. Vbi vides maculam non ad colorem eſſe referendam, ſed ad integritatem perfectionémque, vt ſine maculâ is dicatur, qui ſine aliquo vitio, ſiue aliquâ mutilatione erat; ſic accipiendus eſt etiam ille locus Num. 19. verſ. 1. *Præcipe filijs Iſraël, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in quâ nulla ſit macula*, id eſt, (interprete Lyrano,) *defectus membrorum, quia talia defectuoſa non erat immolatitia.* Oleaſter idem notauit, *Per ſine maculâ*, inquit, *intelligendum puto, vt in eâ nullus ſit defectus cuiuſcunque rei, videlicet membrorum, aut ſanitatis.*

Oleaſt.

Num. 19.

Lyran.

Oleaſt.

91.

Cur verò animalia maculata ab ſuis ſacrificiis Deus ablegauerit, has reddit rationes Abulenſis eodem loco. *Cauſa autem quare Deus volebat immaculata eſſe omnia animalia, quæ offerebantur ei, erat honor ſuus, quia ſacrificia, quæ Deo offerebantur, non erat ad ſupplendam aliquam indigentiam Dei, quia Deus carnibus non veſcitur, & ſi veſceretur, non peteret ſacrificia, quia ipſe habet carnes plurimas, Pſalm. 49 Non in ſacrificijs tuis arguam te, ſcilicet etiamſi illa non offeras: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiam de domo tuâ vitulos, neque de gregibus tuis hircos; quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum, iumenta in montibus & boues cognoui. omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? non ergo vult iſta Deus, aliquam propter neceſſitatem, ſed propter honorem, ſicut dicitur ibi: Immola Deo ſacrificium laudis; & poſtea dicit: Sacrificium laudis honorificabit me; ſed Deus indicat ſe contemni, ſi offerantur ei animalia maculata; ergo non ſunt offerenda quia non honoratur ſic; ita patet Malach. 1. cap. 5. Ad vos, ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, In quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper Altare meum panem pollutum, & dicitis, In quo polluimus te? in eo, quòd dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt, ſi offeratis cæcum ad immolandum, non ne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, non ne malum eſt? Offer illud duci tuo, & ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit, faciem tuam. Quaſi dicat etiam Duces, qui homines ſunt, non ſuſcipiant talia, neque ego ſuſcipiam. Secundò conuenit hoc ex parte Chriſti, qui eſt Agnus iſte, vt dictum eſt, quia ipſe fuit immaculatus, non enim debuit habere aliquam maculam, cùm maculas noſtras abſtergere venerit. 1. Petr. 2. qui peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in lingua eius.*

Cur maculoſas victimas Deus ablegauerit à ſacrificijs.
Abul.

Etiam apud Gentiles hic mos ſeruabatur, vt animalia eligerent, quæ falſis numinibus immolarent. Hinc Pollux lib. 1. cap. 1. ait, deligi oportere victimas ſanas, & rectis membris. Suidas, *Omnino*, inquit, *niſi perfectum eſſet, & ſanum, Dijs non ſacrificabatur.* Cœlius Rhodiginus huius ritûs meminit lib. 12. cap. 1. dum ait: *Animalia ſacris non incongrua vocant Græci ἄρτια, & ἄτομα, id eſt, integra, inſectaque. item ὁλόκληρα, id eſt, non decurtata, immutilata.*

Etiam, quæ falſis numinibus ſacrificabantur perfecta erant.
Pollux
Cœl. Rhod.

Addit vlceroſam victimam maximè repudiatam, ſicut & vlceroſi augures reiecti: *Vlceroſas victimas Sacris non adhibebant; nam nec de cœlo ſeruabant vlceroſi augures, quod ſit vlcus diminutio corporis quæpiam, atque pollutio.*

Vlceroſa victima maximè repudiata.
Cœlius.

Vituli, qui ad aras humeris hominum deferrentur, inepti ſacrificio cenſebantur, ſicut nec claudicante hoſtiâ litabatur, quod refert Plinius lib. 8. cap. 45. Veram ſe veri numinis victimam probauit & idoneam ſenex ille, qui vehi, aut deferri ad martyrium noluit, ire voluit.

Vituli ad aras hominum humeris deferri non poterant.
Plin.

Apud

Indi victimas cur non iugulent. Strabo.

Apud Indos in vſu eſt, ne iugulent victimas, ſed præcluſo ſpiritu necent, ne quid mancum, ſed integrum offeratur Deo, quod tradit Strabo.

92. *Hoſtiarũ vitia aliqui cõſiderabant.* Clem. Alex.

Porrò aliqui decernebantur, qui hoc inſpiciendarum hoſtiarum munus obirent, id quod tangit Clemens Alexandrinus 4. Stromatum: *Erant*, inquit, *in ſacrificiorum oblationibus penes legem, qui hoſtiarum vitia conſiderabant.*

Se quiſque tanquam hoſtiam diligenter inſpiciat. S. Cyr. Alex.

Hoc munus inſpiciendi, in ſe quilibet vtiliter exercere poteſt; vt ſe ipſum tanquam hoſtiam Deo offerens, diligenter videat num aliquo notatus vitio ſit, num in Dei præceptis claudicet; à probo calamo hoc monitum eſt; hoc opinor, ſibi voluit, & ad inſpiciendi ritum ſpectauit ſanctus Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Malachiæ, dum ait: *Quòd ſi quis ſemetipſum Deo hoſtiam ſacrauerit, beati Pauli memineris hunc in modum ſcribentis: Exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum: inquirat diligenter in res ſuas, & velut ſedulus vitiorum animæ ſuæ inſpector fiat: videat ne fortè cæcus ſit, perfectæ veritatis lumen in præcordijs non habens: ne pede claudicet ad omne bonum rectà ingredi haud poſſit.*

Mos hoſtiarũ inſpiciẽdarum eos arguit, qui non rectas de Deo opiniones animo circũferunt. Philo.

Ex more victimarum inſpiciendarum, ne aliquo vitio laborarent, premit eos Philo, qui ab opinionibus de Deo maculoſis mentem non eximebant, hæc eius verba, lib. de Agricultura; *Abſurdum eſt de Sacerdotibus quidem ſollicitum eſſe, vt integra ſint corpore, itémque de victimis, vt nulla prorſus, ne minima quidem contacta ſint labeculâ, adhibitis etiam ad hanc curam aruſpicibus, ſicut à quibuſdam appellantur, vt ſine vitio noxâque ad aram admoueantur immolandæ pecudes: opiniones autem de Deo confuſas eſſe in ſingulorum animis, nec vlla rationis diſcerni regula.* Sic ille.

93. *Sacerdotes ſine maculis erant.* Egeſip.

Vides ex his verbis maximè cautum eſſe, ne Sacerdotes mutili eſſent, aut aliquo vitio notati, quod ex Egeſippo obſeruat etiam Cœlius lib. 12. cap. 2. in hæc verba: *Dignum ſcitu, quod adnotatum Egeſippo eſt, Iudæorum excidij primo Antigonum facto in Hyrcanum impetu, aures illi mordicus præſecuiſſe, ne quando commutatis rebus, reditus ad ſacram pateret perfunctionem; ſummum quippe Sacerdotem haud eſſe parte vllâ diminutum, conuenit, nec omnino per legem licet, vt mutilato corpore, ſummo quiſpiam admoueatur ſacerdotio.* Sic ille; de hac re fuſiùs agam cùm de Sacerdotibus ſermo incidet.

Sacerdos integer corpore eſſe debebat. Romanorum mos. Cœlius.

Sed & Romanis in vſu idem ex Seneca his verbis refert eodem loco: *Id ipſum & veteribus cautum, monet declamationum quarto Seneca, vbi de Metello inquit, Sacerdos integer ſit. Metellus Pontifex quam arderet Veſtæ Templum, dum rapit Palladium, oculos perdidit, ſacerdotium illi negatur. Et mox contra Metellum Sacerdos non integri corporis, quaſi mali hominis res vocanda eſt. Hoc in victimis notatur, quanto magis in Sacerdotibus?* Hactenus Cœlius.

Sacerdotum mẽs vitijs minimè ſcateat. Plut.

Ex eo, quòd Sacerdotes vlcere correpti auſpiciis operam dare prohibebantur, rectè eos moneri Plutarchus ait, ne aliquo vitio, aut crimine laborarent, qui operam rebus diuinis dant; ſic ille ſcribit in quæſt. centur. Roman. *Cur interdictum fuit Sacerdotibus, qui vlcere laborabãt, auſpicio operam dare. Vtrùm hac quoque nota eſt, non debere pungi, neque proprium vlcus, vel vitiũ habere in animo illos, qui rebus diuinis vacant: verùm expertes eſſe ægritudinis, ſanos, non interpellatos.* Malè officio ſuo reſpondet Sacerdos, qui virtutum exemplar aliis futurus, vitiis madet, & aliorum medicus conſtitutus ſcatet vbique vlceribus, quòd ſi Gentiles in Sacerdotibus, qui falſis operabantur numinibus, tantam perfectionem, & ſanctitatem requirebant, quantâ pollere ſanitate par eſt veri numinis veros Sacerdotes?

Quæris victimam, quam Deo mactes? tecum habes corpus tuum, tantùm vitiorum maculis careat. Præclarè de hac re diſſerit ſanctus Chryſol. ſerm. 108. cuius verba nefas duxi hîc ſupprimere, & ſunt iſta: *Offer corpus tuum, & non ſolum macta, ſed etiam ſeca per omnia virtutum membra. Quia toties tibi vitiorum artes moriuntur, quoties à te Deo viſcera fuerint immolata virtutum. Offer fidem, vt perfidia ſit punita: immola ieiunium, vt voracitas ceſſet: ſacrifica caſtitatem, vt moriatur libido: impone pietatem, vt deponatur impietas: inuita miſericordiam, vt auaritia deleatur, & vt conſumatur ſtultitia, ſemper ſanctitatem conuenit immolare: ſic fiet corpus tuum tua hoſtia, ſi nullo peccati iaculo fuerit ſauciata. Viuit corpus tuum, homo, viuit quoties à te Deo virtutum vita vitiorum mortibus immolatur.* Proba hæc victima, & ea, quæ animalibus brutis fiebat, Deo gratior. 94.

Corpus Deo mactandum à vitiorum maculis purum. S. Pet. Chryſol.

Munda mẽte Chriſtus excipiendus. S. Anaſt. Syn.

Mundus ſit, qui ad munditiæ Auctorem accedit; rem ſcitâ comparatione vrget ſanctus Anaſtaſius Synaita orat. de ſacrâ Synaxi, dum ait: *Dic age ſi cœnum manibus geſtares, auderes ne veſtes regias attingere? quid dico neque tuas veſtes tangere inquinatis manibus. Cur igitur eum, quem vilibus veſtimentis habes, honorem non itidem impendis Deo?*

Mundi ſunt, qui portant Chriſtum. Petr. Bleſ.

Munditiem afferendam, maculas à ſacra menſa ablegandas colligebat Bleſenſis ex illis verbis euangelici Prophetæ cap. 52. *Mundamini qui fertis vaſa Domini*; ſic enim ille ſcribit epiſt. 123. *Verbum Propheta eſt: Mundamini, qui fertis vaſa Domini, quanto mundiores eſſe oportet, qui in manibus, & in corpore portant Chriſtum?* Abeſſe ab euchariſticâ menſâ ille debet; à cuius mente maculæ non abſunt, non abſunt ſordes.

CAPVT VIII.

Agni ætas, & ſexus.

Agnus annum *excedere non debebat.*
Agni ætas *myſterio non carebat.*
Chriſti pietas *agni ætate ſignificata.*
Statim poſt natiuitatem *in Ægyptum ſe contulit Chriſtus Crucis, & agni immolati myſterio illò vocatus.*
Euchariſtia vmbra, *&* figura *Chriſtum in Ægyptum inuitauit.*
Quanto amore *in Euchariſtiâ Chriſtus feratur.*
Etiam hædus *anni vnius eſſe debebat.*
Agni, agníque lactentis pelles *extendere.*
In eſu carnis habita in edentibus ratio ætatis.
In virtutibus *adoleſcat Euchariſtia dulcedine fruens.*
Agnus cur maſculus *eſſet.*
Agnus de iuſto.
Cur agnus *Chriſti figura.*
Agnus *Chriſtum repræſentabat.*
Chriſtus cur exprimeretur agno.
Chriſti manſuetudo *ſub agni figurâ.*
Agnus immortalitatis veſte *nos donandos tacitè clamat.*

Non

95. *Agnus annũ excedere non debebat.*

NON promiſcuè agnus quilibet immolari poterat; non defectûs tantùm ratio habebatur, habebatur & ętatis, vt ſcilicet annum nõ excederet; hac enim de cauſâ *anniculus* dicitur Exod. 12. non quòd annum integrum haberet, ſed quòd anni limites non tranſiret. notauit hoc Lyranus hic hiſce verbis; *Anniculus, id eſt, infra annum primum; ab octauâ enim die natiuitatis, & non ante, vſque ad completionem anni, & non poſt, poterat immolari.* Luculentiùs hoc explicat Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 15. in hæc verba: *Secunda cæremonia erat, quod eſſet anniculus, & vocatur anniculus ab anno, non quòd annum haberet, ſed quòd annum non excederet; nam animal, quod infra annum eſt, anniculum vocamus; ſupra annum autem non erat offerendus, vel immolandus agnus iſte: nam tunc non vocaretur anniculus, neque etiam agnus, ſed aries; & tamen non erat neceſſe, quòd eſſet tantæ aut tantæ ætatis citra annum, quia in animalibus erat iſta lex quantum ad ſacrificia, quòd ante octo dies non immolaretur animal, poſt octo autem dies poſſet quandocumque immolari, & etiam in octauo, ſed non ante illum. Leuit. 22. cap. 5. bos, ouis, & capra cùm genita fuerit, ſeptem diebus erat ſub vbere matris ſuæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. & ita erat de agno paſchali, quia non requiritur, quòd haberet annum completum, qui tunc non vocaretur agnus, ſed citra annum, & tunc cuiuſcunque ætatis eſſet, non differebat.*

Lyran.

Abul.

Agni ætas myſterio non carebat.
Abul.

Hoc verò agni tempus myſterio non caruiſſe certum eſt; plures huius ritûs rationes affert idem Abulenſis eodem loco; *Cauſa*, inquit, *huius cæremoniæ erat. Primò ex parte populi, cui mandabatur ipſa paruitas animalis: nam Deus volebat quòd eſſet animal paruum: & tamen ſi animal eſſet magnum, raræ domus ſufficerent ad illud comedendum. ideo magnum non debuit eſſe animal. Si autem eſſet aries integer, eſſet magnum animal, ideo fuit conueniens, quòd eſſet agnus anniculus, id eſt, circa annum, vt paruus eſſet, & eadem ratione debebat eſſe hædus anniculus, quia ſi excederet annum, eſſet magnum animal, & ob hoc (vt dictum eſt præced. quæſt.) non offerebatur bos, vt eſſet phaſe, quia animal magnum erat, & nulla domus ſufficeret regulariter ad illum comedendum. Secundò, quia Deus nolebat grauare populum ſumptibus, quia iſta cæremonia imponebatur omnibus de populo; & ſi eſſet aries integer ætate, vt triennis, vel quadriennis, maiorum ſumptuum eſſet. cùm verò agnus anniculus erat paruarum expenſarum, ideo eſſe debebat agnus anniculus, vel hædus anniculus. Tertiò quia videbatur, quòd non comminueretur os aliquod huius animalis, Exod. 12. & in paruo animali, etiamſi oſſa non confringantur, nihil de cibo videtur eſſe quibuſdam perdita, ſi oſſa non comminuantur. Quartò, quia animalia placebant Deo nouella in ſacrificijs, iuxta illud Pſalm. 68. & placebit Deo ſuper vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas; ideo & in immolatione phaſe animal nouellum placebat, & ita erat anniculum.*

96. *Chriſti pietas agni ætate ſignificata.*
Lyran.

Tenera agni ætas pietatis in Chriſto teneritudinem ſignificabat, ſic enim habet Lyranus in cap. 12. Exod. *Anniculus, id eſt, vnius anni; & ſic patet, quod erat adhuc tenellus, & per hoc ſignificatur in Chriſto pietatis teneritudo.*

Statim poſt natiuitatem in Ægyptum ſe confert Chriſtus Crucis, & agni immolati myſterio ille vocatus.
S. Leo.

Reſpondere figuræ voluit Chriſtus, dum adhuc infans deferri in Ægyptum voluit; vt ibi tener eſſet, vbi mortis, crucis, & Sacramenti euchariſtici myſterium in agno præfiguratum fuerat; in Ægyptum vix natus ſe confert, inquit ſanctus Leo ſerm. 4. in Epiph. *Ne ſine illa regione portaretur ſingulis hoſtia Sacramentum, in qua primum occiſione agni ſalutiferi crucis ſignum, & paſcha Domini fuerit præformatum.* Non ſuſtinuit tardiùs illò ire, perrexit ſtatim, agni immolati memoriâ inuitatus.

Euchariſtiæ vmbra & figura Chriſtum in Ægyptum inuitauit.
Quãto amore in Euchariſtiam Chriſtus feratur.

Amauit Ægyptum Dominus, & ſtatim ad eam perrexit; ſolâ quadam Euchariſtiæ vmbrâ, & figurâ inuitatus. Præclarè pius ille Auctor; *Neſcio quo amore tenetur Deus Ægyptiorum, quia apud illos in agno occiſo, tanquam in typo vidit Chriſtum in Euchariſtiâ, cuius myſterij, & Sacramenti Deus intimo amore tenetur; ergo quamuis Ægyptiorum regio multis ſceleribus ſcateat, & idolorum cultui ſit dedita, nihilominus eius amore Deus flagrat, quia in illâ ſui corporis, ſanguiniſque Sacramenta primùm vidit tanquam in figurâ? quanto ergo amore proſequetur eos, apud quos non tantùm typum, & figuram, ſed etiam viderit Sacramenta.*

97. *Etiam hædus anni vnius eſſe debebat.*
Abul.

Ætas tenera, quæ in agno requirebatur, & in hædo; id quod notabat etiam Abulenſis loco producto. *Sic de hædo intelligendum eſt, cùm accipiebatur hædus loco agni, quod deberet eſſe anniculus, & patet, quia dicitur Exodi 12. cap. Iuxta quem ritum tolletis & hædum, id eſt, eundem ritum ſeruabitis in agno, & hædo. Sed ritus agni erat, quòd eſſet anniculus. ergo & hædus eſſet anniculus?*

Hædi, agnique lactantis pelles exponere alicubi licebat.
Stat.

Apud nonnullos, vt hoc quoque hîc inſeram, animalium pelles in viis publicis extendere non licet, niſi eſſent hædi, agniue lactantis. Statuta Martinenghi lib. 3. cap. 3. ita loquuntur: *Statuerunt quòd in aliquâ parte nec ſuper aliqua via communis prædicti burgi non poſſit extendi, nec poni aliqua pellis niſi hædi, vel agni lactantis, ſub pœnâ ſol. duorum imperial. pro quolibet, & qualibet vice.*

98. *In eſu carnis habita in edentibus ratio ætatis.*
Plut.

Apud aliquos ex antiquis in eſu carnis ætatis habita ratio non animalium, ſed comedentium, vt maiores natu carnes non peterent, iure vterentur, quas iunioribus permittebant. Plutarchus in Lycurgo ita ſcriptum reliquit: *Inter pulmenta prima laus erat iuri nigro; quare carnes non petebant maiores natu, quas iunioribus permittebant: ipſi Decuriati iure veſcebantur. Fama eſt quendam Regem Ponti huius iuris gratiâ coquum Laconicum comparaſſe, mox guſtu offenſo ſubieciſſe coquum. Hoc ius parandum rex eſt ijs, qui in Eurota lauerunt.*

In virtutibus adoleſcat Euchariſtiæ dulcedine fruens.

Cant. 1.

S. Ambroſ.

Secus res ſe habet in euchariſtici Agni eſu; iuniores prouectioriſque ætatis omnes petere eas debet, quin plures annos numerantes ſæpiùs ad hanc menſam debent accedere; qui morti viciniores, ad vitæ Auctorem frequentiùs pergant; quòd ſi ſenectus inepta huic menſæ, inepta illa, quæ morum, non quæ ætatis, vitiorum ſenectus deponẽda eſt; vix dixerat in amoris Cantico ſponſa, *Meliora ſunt vbera tua vino*, Cant. 1. ad lacteam Euchariſtiæ dulcedinem, vt plerique voluerunt, reſpiciens, cùm ſtatim addit: *Adoleſcentulæ dilexerunt te*, eæ ſcilicet animæ, quæ ſpiritu renouatæ ſenectam vitiorum depoſuerunt; ſanctus Ambroſius lib. 1. de Sacramentis cap. 2. *Quæ ſunt*, inquit, *iſtæ adoleſcentulæ, niſi animæ ſingulorum, quæ depoſuerunt iſtius corporis, atque adeò veteris hominis, vitiorũmque, ſenectutem*, RENOVATÆ *per Spiritum ſanctum?* in virtutibus adoleſcere debet, qui euchariſticas delitias deguſtare meretur. Ab ætate ad ſexum agni tranſeamus.

99. *Agnus cur maſculus eſſet.*
Lyran.

Maſculus ex legis præſcripto agnus erat immolandus; apertè hoc diuina Scriptura teſtatur, Exod. 12. quia nimirum hic ſexus perfectior erat; & tacitè hoc ritu monebantur Hebræi, & nos cum illis, vt quæ perfectiora, Deo litemus. Lyranus huc flectebat hîc: *Maſculus, quia fœmella immolari non poterat in hoc ſacrificio, ſed requirebatur ad hoc ſexus maſculinus, qui eſt perfectus, quia ea quæ ſunt perfecta, Deo debent immolari, à quo emanat omnis humana perfectio,*

perfectio, tamen in aliquibus hoſtijs pacificis, & pro peccato benè immolabantur fœmellæ. Huc flecti etiam
Orig. poteſt, quod habet Origenes hom.1. in Leuit. de vitulo maſculo: *Maſculinum*, inquit, *ſit munus tuum, fœminam neſciat, concupiſcentiam reſpuat, fragilitatem refugiat, nihil diſſolutum requirat, aut molle.* Præterea agno illo Chriſtus ſignificabatur, vt ait ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 42. *Nihil omnino muliebre, nihil molle, atque effœminatum.*

Agnus de iuſto. Isa.5.v.17. Agnus de iuſto dicitur; hinc illud Iſaiæ 5. v.17. *& paſcentur agni iuxta ordinem ſuum*, Chaldæus vertit, *& paſcentur iuſti ſicut dictum eſt de eis*; cui ergo agni nomen magis cohæret, quàm Chriſto, qui iuſtitiæ omnis auctor eſt?

100. *Cur agnus Chriſti figura.* Abul. Certè inter alias cauſas, quòd agnus potiùs immolari iuſſus eſt ab Hebræis egreſſuris ab Ægypto, hæc fuit præcipua, vt Chriſtus ſignaretur; quod obſeruabat etiam Abulenſis in cap. 16. Matth. qoæſt.14. vbi de hac re diſſerens, ait: *Cauſa huius ceremoniæ, quòd eſſet agnus, erat duplex. Prima ex parte temporis illius, ſcilicet quia Deus voluit, quòd Iſraelitæ immolarent aliquod animal, cuius ſanguine rubricarent poſtes, ac ſuperliminaria portarum; & carnes eius prodeſſent ad eſum, & tamē non fuit ad hoc cōueniēt aliquod animal, ſicut agnus, ideo dictum eſt de agno.*

Agnus Chriſtum repræſentabat. Idem. Addit ſtatim de Chriſti figurâ, *Secundò, & præcipuè propter rerum futurarum ſignificationem. nam, vt dicitur ad Hebr.10.cap. Vmbram futurarum rerum lex habet; & 1.Corinth.10.cap. dicitur, hæc omnia in figurâ contingebant illis, & extendebatur iſta ſignificatio ad Chriſtum, quem Deus, per iſtas ceremonias voluit deſignari, vt colligitur Ioan.19. vbi allegauit id, quod dicitur Exod.12. 5. Os non comminuetis ex eo; & dicitur de agno paſchali, ad probandum quòd cùm Chriſtus occiſus eſt, non habuerunt aliqua oſſa eius confringi, id eſt, non crura, ſicut fracta ſunt crura latronum; & tamen non valeret probatio Ioan. niſi in ſenſu litterali iſta dicerentur de Chriſto, id eſt, quòd Deus dicens iſta, intenderet etiam illud per hanc litteram deſignare. Ideo ſignificauit ea, quæ ad Chriſtum pertinent, de ſignificato principali, & tunc dictum eſt, quòd eſſet agnus, quia hoc magis Chriſto competit qui eſt agnus, id eſt, innocens: nam aries, & taurus ad aliam ſignificationem pertinent, & ob hoc tota Scriptura ſecuta eſt iſtum modum exponendi, quia ſicut hîc iſtud animal pertinebat ad phaſe Hebræorum, ita Chriſtus fuit phaſe noſtrum. 1. Corinth.5. cap. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur in azymis ſinceritatis, & veritatis; id eſt, apud Iudæos agnus immolatus erat phaſe, vel Paſcha: apud nos autem Paſcha nō eſt agnus aliquis materialis, ſed Chriſtus, qui eſt agnus, & ita etiam vocauit illum Io. Bapt. Ioan.1. cap. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Chriſtus cur exprimeretur agno. Idem. Pergit, & adhuc rem explicatiùs explanans, ait congruum maximè fuiſſe Chriſtum agno illo ſignificari, agnum dici: *Conuenit autem magis vocari Chriſtum agnum, quàm arietem, vel taurum in præſenti, propter duo, & hoc quantum ad actum redemptionis. Primò, quia oportebat, quòd Chriſtus, qui nos a peccatis noſtris redimeret, eſſet omnino impollutus, & incontaminatus, & tamen ad ſignandum iſtam contaminationem, & innocentiam magis conuenit agnus, quàm aliquid aliud. Et ideo Ioannes cùm de redemptione locutus eſt, eam vocauit agnum, dicens: Ecce agnus Dei. Secundò propter manſuetudinem, quia in paſſione fuit manſuetus, nulli reſiſtens, ſed omnia ſuſtinens. 1. Petr 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius, qui cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur. Ideo agnus vocari debuit ex modo paſſionis. Sic enim notauit Iſaias 53.cap. ſcilicet, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. propter igitur iſtam taciturnitatem, quæ agno in paſſionibus competit, Chriſtus vocatus eſt agnus. nam ſic ſæpè de eo prænuntiatum fuerat, quod taceret cùm iniuriam pateretur, ſic dixit Matth. ſupra 12.cap. allegans dictum Iſaiæ, ſcilicet, Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene placuit mihi, non contendet, non clamabit, neque audietur vox eius in plateis.*

Sub agno immolari in figurâ Chriſtus voluit, vt & ab hoc capite eius manſuetudinem colligeremus, ita Guillelm. Pep. in cap.12. Exod. *Res immolanda eſt agnus, in quo notatur Chriſti* MANSVETVDO. *Chriſti manſuetudo ſub agni figurâ.* Pepin.

Nos cùm agnum audimus, immortalitatis, & incorruptionis veſte per eius eſum donandos eſſe ſciamus. S. Gregorij Nazianzeni hæc ſunt verba orat.2. in Paſch. *Quocirca* AGNVS *quidem accipitur propter innocentiam veteriſque nuditatis indumentum: talis eſt enim victima pro nobis cæſa. quæ incorruptionis indumentum, vt re vera eſt, appellatur*; ergo vt incorruptionis, immortalitatiſque veſte induamur, ad euchariſticam menſam Agni veri carnibus fruituri puri, innocentéſque accedamus. *Agnus immortalitatis veſte nos donandos tacitè clamat.* S.Greg. Naz.

CAPVT IX.

Cur decimâ menſis die parari agnus deberet, quartadecimâ immolandus.

Cur decima die *agnus parari iubeatur.*
Ægypty agni balatu *torquebantur.*
Hic ritus in agni apparatu *an ſequuturis annis ſeruaretur.*
In diebus lunæ *ratio habita.*
Terrenorum defectus *in Euchariſtia.*
Conuiuium in nouilunio *parari à diuitibus ſolitum.*
Luna *vt in ſanguinem verſa Iudæis ſit.*

PER aliquot dies antequam agnos immolaretur, parandus erat, deni- 101.
que ſeruandos, decimâ die ſeligendus erat, quarta decimâ verò mactandus; ſic enim habes Exod. 12. *Decimâ die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum.* & paulo pòſt: *Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis.* Porrò cur comparandus antea eſſet, ac parandus, quàm offerretur, vocari in dubium ab auctoribus ſolet; duplicem huius rei cauſam affert Lyran. hiſce verbis: *Vna eſt, quia filij Iſrael erant occupati in præparando ſe ad receſſum de Ægypto cum omnibus, quæ habebant, in quâ præparatione requirebatur magna ſollicitudo, & diſtinctio; ideo ne ex hoc darent obliuioni accipere agnum, vel hædum in die immolationis, præceptum fuit tunc quòd acciperent per quattuor dies antè.* Facilè erat à populo illo circa res, opéſque ſuas aſportandas occupato, negligi agni apparatū; addit aliam cauſam: *Secunda erat, vt in illis quattuor diebus viderent per experiētiam, ſi in illo agno, vel hædo accepto eſſet aliqua macula, id eſt, defectus. propter quod non deberet immolari, & ſic de alio prouiderent.* Eódem ferè ſpectabat & Oleaſter hîc, vbi ait: *Voluit Dominus eos de victima ante feſtum diem prouidere ſibi ne in die feſto cauſarentur, ſe non potuiſſe inuenire, & vt exploraretur an in eo eſſet aliqua macula*; non aliter Guillelm. Pep. in c.12. Exod. clauſ.1. dub.9. *Quare*, inquit, *præcipiebatur filijs Iſrael, vt decimâ die mēſis tollerent agnū, aut hædū intra domus ſuas, & ibi ſtaret vſque ad diem quartā decimam? Quid enim opus erat, vt tā citò ibi recluderetur, & ibi habitaret ſpatio quattuor dierum?*

Cur decimâ die agnus parari iubeatur. Exod.12. Lyran.

Oleaſt.

Guill.Pep.

dicendum quòd hoc fiebat propter duo. Primò quidem quod filij Iſrael erant occupati in præparando ſe ad receſſum de Ægypto cum omnibus, quæ habebant, in qua præparatione requirebatur magna ſollicitudo, & diſtractio: & ideo ne ex hoc darent obliuioni accipere agnum, vel hædum in die immolationis, præceptum fuit illis, quòd ipſum acciperent per quattuor dies priùs. Secundò hoc fiebat, vt illis quattuor diebus viderent per experientiam ſi in agno, vel hædo accepto eſſet aliqua macula, vel defectus, propter quem non deberet immolari. Quòd ſi ſic, tunc de alia prouiderent ſibi.

102. *Ægyptij agni balatu torquebantur.* Idem.

Quòd ante quattuor dies parari agnus deberet, etiam Ægyptiorum causâ factum ex aliquorum mente eſt, vt ſcilicet eo tempore agni balatum audientes, torquerentur: huius ſententiæ eſt idem Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. clauſ. 1. dub. 4. *Fortè ex hac causâ ipſe Dominus præcepit Iudæis vt decimâ die lunæ offerrent ad domus ſuas agnum, quem oblaturi erant Domino decimâ quartâ die: vt ſic durantibus illis quattuor diebus intermedijs interim Ægyptij audirent eum balantem. & per conſequens magis, ac magis torquerentur in cordibus ſuis, videntes Hebræos tenere huiuſmodi agnum, quaſi incarceratum ad occidendum in proximo, quem ipſi pro Deo colebant.*

Prætetea tot diebus antè parandus agnus erat, ne quis immemor eſſet, aut imparatus; vtque agnus domi incluſus ſuo balatu ad profectionem excitaret, promptioréſque eos redderet. Pulchrè Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 3. expendens hæc verba, *Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius; Vt quid*, inquit, *tam diu antè tolletis tanto tempore ſeruaturi? videlicet vt dum ille præſtò eſt, cauſa quoque eius corda veſtra ſollicitet, ne ſitis immemores, vel imparati, quia transeundum eſt, dum ille tot antè diebus de profectione paranda vos admonet. Quoties enim ille balatum emittit, toties quaſi tubæ ſonitus exituras caſtrorum acies excitet.* Excitet memoriam futuri conuiuij, vt quiſque ad Agni eſum paratus ſit.

103. *Hic ritus in agni apparatu an ſequuturis annis ſeruaretur.* Abul.

De agni apparatu quæſtio eſſe poteſt, an annis ſequuturis decimâ die menſis domi agnum habere quiſque teneretur decima quarta menſis die immolandum; nam ſacra Scriptura indefinitè loquitur, nec conſtat an extra Ægyptum hic idem ritus agni parandi ſeruatus fuerit ab Iſraëlitis: cenſeo extra Ægyptum id minimè fuiſſe neceſſarium, nam exituri, ne diſceſsûs cura, & ſolicitudo eos ab agni apparatu auocaret, præcipienda matura agni præparatio erat; tunc enim facilè inuadere eos huius rei obliuio poterat, quod non erat neceſſe alio tempore, cùm ab ſolicitudine futuri eſſent immunes; ſubſignat Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 11. in hæc verba: *Quia nunquam fecerant Iſraelitæ hanc cæremoniam, & poterat eſſe quòd aliqui præ ſolicitudine receſsûs, de quo erat eis prænuntiatum, non recordarentur facere cæremoniam agni tempore debito, iuſſit Deus, quòd ex die decimâ menſis teneret quilibet agnum in domo ſuâ, Exod. 12. cap. ſcilicet decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per domos, & familias ſuas. & ſequitur: & ſeruabitis eum vſque ad decimam quartam diem menſis huius, immolabitiſque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperum. & ita factum eſt illâ vice. Et ſicut tunc factum eſt, ita in poſterum voluit Deus obſeruari, ſcilicet, quòd die decimâ quartâ mẽſis, ſicut primâ vice factum fuerat, quia tunc fieri debuit ſic, ne Iudæi præ ſolicitudine turbati non facerent in tempore debito; poſtea verò non erat eadem cauſa: ideo ſatis erat, quòd adducerent agnum quandocumque vellent: dum tamen die decimo quarto immolaretur; ſic dicitur Leuitici 23. cap. Hæ ſunt feriæ Domini, quas obſeruare debetis temporibus ſuis, menſe primo, decima quartâ die menſis ad veſperum phaſes Domini eſt.* Idem ſentiebat & Guillelmus Pepinus clauſul. 1. in cap. 12. Exod. dub. 9. dum ait: *Talis præparatio per quatuor dies non obligabat in futurum, nec fuit ſeruata in annis ſequentibus, vt dicunt Hebræi, quia cauſa ceſſauerunt, & ſignanter illa quæ tangit ſollicitudinem populi per exitum de terrâ Ægypti. De aliâ autem, quæ tangit reuiſitationem beſtiæ immolandæ, dicendum quòd talis reuiſitatio poteſt in modiciſſimo tempore fieri.* Pep.

Hanc agni parandi celeritatem non fuiſſe neceſſariam, cùm populus ab Ægypto abiiſſet, Hebræi quoque cenſent, quia nimirum & exitûs ſollicitudo aderat, & macularum cognoſcendarum imperitiâ non adeò laborabant, vt in primâ illa vice; ſuccinit Lyranus in cap. 12. Exod. *Dicunt Hebræi, quòd talis præacceptio per quatuor dies non obligabat in futurum, nec fuit obſeruata in annis ſequentibus, quia cauſa ceſſauerant, vt patet de ſollicitudine exitûs: ſimiliter etiam de cognitione maculæ, quia per aſſuefactionem iugis ſacrificij, quo quotidie immolabatur vnus agnus ſine maculâ manè, & alius veſpere ſtatim, de facili poterant cognoſcere ſi in animali accepto eſſet macula, vel impedimentum prædictæ immolationis.* idem aſſerunt recentiores quoque Iudæi, quos de hac re conſului. Lyran.

104. *In diebus lunæ ratio habita.* Exod. 12. Gloſſ. *Terrenorum defectus in Euchariſtia cogitandus.*

In diebus autem menſis computandis lunæ rationem habebant Iudæi. Gloſſa interlinearis ad illud Exod. 12. *Vſque ad quartam decimam diem menſis*, ait: *Quartam decimam lunam, quia Iudæi ſecundùm curſum lunæ computant dies, & menſes*; nimirum cùm hæc luna plena ita eſſet, vt inciperet minui, tunc agnus comedebatur, quâ re rectè monemur, in euchariſticâ menſâ ad rerum temporalium defectum flectendam mentem, adeò vt nihil eorum, quæ tempore deficiunt, diligamus, cùm toti ferri in illius amorem debeamus, quem ſub Euchariſtiæ velamine ſumimus.

Conuiuili in nouilunio parari à diuitibus ſolitum.

Aliter apud prophanos fiebat olim; cœnam quippe diuites in nouilunio veſpere in triuiis ponere conſuerant, ac ſacrificium offerebant Hecatæ; aduenientes autem pauperes comedebant, & Hecatem comediſſe dictitabant. Meminit huius moris Scholiaſtes Ariſtophanis in Pluto his verbis: *In* NOVILVNIO *diuites cœnam veſpere velut ſacrificium Hecatæ offerentes in triuijs ponebant. Pauperes autem veniebant, & comedebant, dicebántque ipſam Hecatem comediſſe.* Schol. Ariſt.

Idem aliter: *Mos erat, vt diuites Hecatæ panes, & alia apponerent; pauperes verò ea caperent. nam ex Sacris mendici viuunt.*

105. *Luna vt in ſanguinem verſa Iudæis ſit.*

In agni immolatione lunæ rationem habebant Hebræi, ſed iam ſol conuerſus eſt in tenebras, & luna in ſanguinem, cæci quippe facti Iudæi ſunt, facti ſunt homicidæ, quin & Deicidæ, eo tempore quo ſolebant agnum offerre, auferre Chriſtum cogitauère. Iudæis aptat B. Rupertus illud Ioelis: *Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem*, cap. 2. verſ. 31. ſic enim ille rem verſat lib. 4. de operibus Spirit. ſanct. cap. 8. *Quid ſignificabat obtenebrati Solis prodigium, niſi illam, quæ tunc facta eſt, & ex tunc permanet cæcitatem Iudæorum? Nam quia ſolem iuſtitiæ ſibimet extinguebant, rectè in obtenebratione Solis huius prodigium ſuæ cæcitatis aſpiciebant. Porrò Lunæ globus in illâ obtenebratione, quomodocunque ſe habuerit, Luna illis in ſanguinem verſa eſt. Faciebant enim Paſcha ſecundùm lunæ curſum decimo quarto die ad veſperum, quando luna pleniſſima eſt; comedebant agnum ſecundùm legis mandatum. Idcirco per Lunam rectè intelligimus Paſcha Iudæorum. Conſtat autem, quia quando Paſcha illud celebrabant, quâ veſperâ ſuum agnum comederant, eâdem Dominum noſtrum verum Dei Agnum comprehenderunt,* B. Rupert. Ioel. 2. 31.

&

Digitized by Google

& totâ nocte deriſum, manè tradiderunt Pilato, multum inſiſtentes vt ſuſpenderetur in ligno; Crucifige, crucifige, clamantes, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Igitur quia ſuum Paſcha, ſuum plenilunium, ſanguine Chriſti infelices homicidæ cruentauerunt, rectè dicamus, quia Luna eorum in ſanguinem verſa eſt. Ex tunc enim Paſcha illorum, ſabbata, & neomenias eorum, & omnes feſtiuitates illorum, odiuit anima Dei, dicens: Manus enim veſtra plena ſanguine ſunt. Nemo Iudæis ſit par, mundas manus habeat, non malis operibus cruentatas.

EXCVRSVS VIII.

Quod de præmaturâ agni præparatione dicitur, ad ſacræ Euchariſtiæ cultum flectitur.

Sine maculâ *ſint qui Deo litant.*
Præcordia *potius ſacrificantium, quàm hoſtiarum ſpectanda.*
Probare ſe *debet, ſe diſcutere, qui ad Euchariſtiam accedit.*
Homo *quid ſignificet.*
Præparatio *ad ſacram Synaxim exigui temporis ſpatio non claudenda.*
Per totam vitam *domus Chriſto paranda.*
Decimâ die *tollendus agnus, rectè legis obſeruantiam commendabat.*
Mannæ, *&* legis *nexus.*
Quinque ſenſuũ *cuſtodia ante Euchariſtiã.*
Senſuum curioſitas *in euchariſtica menſa conuiuis damnanda.*
Vitia *quinque ſenſuum crucifigenda.*
Senſuum *cuſtodia ad cordis munditiam neceſſaria.*
Euchariſtiæ dulcedine fruiturus, hortus concluſus *ſit externorum ſenſuum cuſtodiâ.*
Virgo ſenſuum feneſtris *rationem adhibeat, tanquam cuſtodem.*
Senſus noſtros *vt fortiores reddiderit ſummus opifex.*
Quinque Chriſti plagæ *quinque* ſenſuum *medicina.*

106. VT agnus immolandus Chriſtum ſub Euchariſtiâ latentem ſignificat, ſic & ea, quæ de die dicuntur, quo agnus comparandus erat, déque eo, quo immolandus, ad Euchariſtiæ cultum, & dignum apparatum reſpicit, vt non ſit alienum, nec extortum, ſi ea, quæ ſuperiori capite diximus, ad mores, qui ad ſacram communionem afferendi ſunt, flectamus.

Sine maculâ ſint, qui Deo litant.

Et in primis, quòd adeò præmaturè agnus parandus erat, vt diligenter conſpiceret num aliqua in eo macula reſideret, tacitè inclamat, quid præſtandum illis ſit, qui euchariſticæ menſæ aſſident; per plures dies antequam ad menſam illam accedamus, diſcutere nos, & noſtra debemus, ne maculis infecti, reddamur tanto munere indigni; in victimis non erat ſiſtendum, cùm victimarum maculæ erant inſpiciendæ, à victimis ad victimas offerentium eundum erat. Scitè Philo lib. de victimarum generibus: *Adhibetur hæc cura non propter victimas, ſed vt ſine omni culpâ ſint, qui eas mactandas offerunt, ſubmonentur enim his ſymbolis, vt quoties accedunt*

Philo.

ad Altaria, vel nuncupaturi vota, vel reddituri, NVLLVM VITIVM, NVLLVMQVE MORBVM AFFERANT *in animâ, ſed conentur omninò nitidam, & immaculatam, & in conſpectu Dei producere, ne viſam auerſetur.* Ex noſtris Tertullianus hanc rem vrget, acriter eos pungit, qui victimas explorabant, ſui curâ neglectâ. In Apologet. cap. 30. ita loquitur: *Miror, cùm hoſtiæ probantur penes vos à vitioſiſſimis Sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quam ipſorum ſacrificantium examinantur?* Magis Deo diſplicent vitiorum maculæ in offerentibus, quam corporis defectus in victimis; cùm ergo audimus domi per plures dies ſeruãdum agnum, vt maculas diligenter, commodéque inſpicerent, moneri nos putemus ante ſacrã Synaxim maximo ſtudio mentis noſtræ maculas & excutiẽdas, & auferendas, vt puro agno purâ mente hæreamus; hinc illud Apoſtoli 1. Cor. 11. 28. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*; ſignatè ait, *probet*, id eſt, diligenti examine conſcientiam ſuam quiſque perſcrutetur, acutè perſpiciat, num maculatam circumferat mentem, vt eas eluat, & mundus ad munditiei Auctorem pergat.

Præcordia potius ſacrificantium, quàm hoſtiarum ſpectanda. Tertull.
Probare ſe debet, ſe diſcutere, qui ad Euchariſtiam accedit.
1. Cor. 11.

Pendo obiter voculam illam *homo*, quæ hìc idem ſignificat, ac *quilibet, vnuſquiſque*, quæ notio in ſacris litteris inſolens minimè eſt. Gen. 11. 3. *Dixitque alter ad proximum ſuum*; Pagninus, *& dixerunt ſinguli ad proximum ſuum*; Chald. *Et dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum*; LXX. *Et dixit homo proximo ſuo*; id eſt, vnuſquiſque. Quùm igitur Paulus ſæpè LXX. phraſim ſequatur, idem præſtitit in producto loco; vnde & ſanctus Chryſoſtomus Pauli locum afferens, hom. 28. in epiſt. 1. ad Cor. ita extulit: *Propterea dicit, probet autem ſe ipſum vnuſquiſque*; vt *homo*, & *vnuſquiſque*, hìc in idem recidant. redeo ad mentis præparationem.

Homo quid ſignificet.
Gen. 11. 3. Pagn. Chald. LXX.

Ex temporis diuturnitate, quo fabricata à Noë fuit arca, colligit Thomas à Kempis lib. 4. de imit. Chriſti, cap. 1. quàm ſit difficile animam præparare, vt ritè Deum tuum ſuſcipiat in Euchariſtiæ ſacramento; hæc eius verba: *Ecce Noe vir iuſtus in arcæ fabricâ centum annos laborauit, vt cum paucis ſaluaretur; & ego quomodo me potero vnâ horâ præparare, vt mundi Fabricatorem cum reuerentiâ ſumam?* Rectè proinde ſentiebat ſanctus Philippus Nerius non ritè ad euchariſticum ſacrificium præparare ſe Sacerdotem, qui per horæ dimidium tantùm huic præparationi vacat, cùm integrum vitæ totius ſpatium in hac re ſit inſumendum, vt vita ipſa aſſidua quædam præparatio ſit. 107.

Præparatio ad ſacram Synaxim exigui temporis ſpatio non claudenda. Thom. à Kempis.

Non illâ tantùm die, quâ Chriſtus ſumitur, paranda pectoris habitatio Chriſto eſt, ſed per plures dies: quin per totum vitæ curſum, adeò vt vita ipſa perpetuus ſit apparatus; cùm mentis domo excipiendus Chriſtus ſit, non ſatis eſt hanc domum vno die, vel per vnius horæ dimidium, quod ferè fit, adornare; componenda per omnes dies, per omnes vitæ actus eſt; quæ cautio à Beati Chryſoſtomi calamo eſt, qui hom. de militiâ Chriſtianâ, ita ſcribit: *Quis audet in ſordidâ, & incultâ domo regium aduentum ſuſcipere? Nec ſanè ſub vnâ die domus adornetur Chriſto, ſed per totam vitæ noſtræ ætatem æterno Principi in reſerandâ humani pectoris aulâ componatur.* Quòd ſi vnius diei ſpatio mentis domum adornare nemo poteſt, minus poterit horæ dimidio.

Per totam vitam domus Chriſto paranda.
S. Chryſ.

Sed alia quoque myſteria, alia monita rectè claudit præmaturus iſte agni apparatus. 108.

Decimâ die menſis tollendus agnus erat per domos, & familias; ſic enim ſe lex habet Exod. 12. 3. *Decimâ die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domus ſuas*; non caret hic

Decimâ die tollendus agnus, rectè legis obſeruantiam commendabat.

dietum numetus myſterio ; rectè, vt alij etiam notanère, innuebant, poſt decem præceprorum, & diuinæ legis obſeruationem ad euchariſtici agni carnes deguſtandas eundum eſſe. Scitè Ioannes Rusbrochius de tabernaculo fœderis, cap. 121. *Luna decem habeat dies oportet antequam agnum hunc noſtrus in ædibus habeamus. Porrò cùm decem* SERVAMVS PRÆCEPTA DEI, *agnum intra ædes noſtras habemus*. etiam Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exodi huc ſpectabat dub. 2. moral. *Notandum,* inquit, *quòd decem dies deſignant obſeruantiam* DECEM PRÆCEPTORVM DECALOGI. Manna quoque in arcâ erat cum tabulis legis, vt à nexu diſceremus non abiungendam ab euchariſticâ ſumptione diuinæ legis obſeruantiam.

Ioan. Rusbr. — *Pepin.* — *Manna & legis nexus.*

Quinque ſenſuum cuſtodia ante Euchariſtiam. — S. Greg. Naz.

Senſuum cuſtodiam ex agni apparatu colligere etiam poſſumus, ſicur & agnus antequam ederetur, quinque diebus aſſeruabarur, decimâ die computatâ. Pulchrè ſanctus Gregorius Nazianzen, orat. 42. vbi de agno loquens, ait: *Aſſeruatur porrò in quintum diem, fortaſſe quia victima mea id habet vt* SENSVS EXPVRGET, *à quibus peccatum oritur, & circa quos bellum committitur, vtpotè peccati aculeum admittentes.*

109. *Senſuum curioſitas in euchariſtica menſa conuiuis damnanda.* — Luc. 14. — S. Auguſt.

Illi maximè ſe à menſâ euchariſticâ ſubducunt, qui ſenſuum curioſitate capiuntur; hinc inter inuitatos ad cœnam magnam, Luc. 14. fuit qui ſe excuſauit: *Iuga boum emi quinque, eo probare illa;* non dixit *paſcere*, ſed *probare*, vt curioſitas porius notetur, quàm volupras in quinque ſenſibus. Sanctus Thomas in catenâ ita loquitur: *Auguſtinus de verbis Domini: Vt noueritis autem* QVINQVE SENSVVM *non* DELECTATIONEM, *quæ mulcet, & ingerit voluptatem, ſed* CVRIOSITATEM *quandam notatam fuiſſe, non ait: quinque iuga boum emi, eo paſcere illa, ſed eo probare illa.* Improbandus hîc iuga boum probandi.

Vitia quinque ſenſuum crucifigenda. — Guarricus.

Vniuersè quinque ſenſuum cuſtodiam, & murtificationem ita colligebat Guarricus Abbas ſerm. 2. in Dom. Palmarum: *Hîc recordari potes, quia Moyſes ad placandum iram Domini crucifixit Principes Iſraelitarum: Ioſue autem, qui & Ieſus, quinque Reges Amorrhæorum. Si enim iram Domini quam meruimus, placare volumus, neceſſe eſt vt per continentiam nos cruciemus. Ieſus autem noſter, qui nos in terram promiſſionis introducturus eſt, vitia quinque ſenſuum in nobis crucifiget, imò & extinguet, ſi tamen ſicut eſt iuſſum, pendeamus in patibulis vſque ad veſperum.*

110. *Senſuum cuſtodia ad cordis munditiã neceſſaria.* — S. Greg. — *Euchariſtiæ dulcedine fruiturus, hortus concluſus ſit externorũ ſenſuum cuſtodiâ.* — Cant. 4.

Puro corde ad ſacram Euchariſtiam accedendum eſt; ſenſus ergo ſolicitè cuſtodiendi, quia & hac cuſtodia cordis munditia ſuo modo dependet; hinc ſanctus Gregorius lib. 21. moral. cap. 2. *Nobis ad cuſtodiendam cordis munditiam exteriorum quoque ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt;* hinc in amoris Cantico vix dictum ſponſæ fuerat, *mel, & lac ſub lingua tua,* cap. 4. verſ. 11. quæ verba ad melleas, lacteáſque Euchariſtiæ delitias nonnulli ex noſtris flectunt, cùm ſtatim additur, *Hortus concluſus, fons ſignatus;* quæ ad ſenſuum cuſtodiam vocari etiam poſſunt, nimiámque effuſionem, quæ per ſenſuum curioſitarem fit, & quidem præcipuè Virgini cautio iſta neceſſaria eſt, quæ rationem ſenſuum feneſtris debet admouere, ne per oſtia non cuſtodita in animam vitia irrumpant. id quod monebat etiam ſanctus Baſilius lib. de verâ virginitate, poſt initium. *Quocirca*, inquit, *ſancta Virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admouere rationem, eorúmque ad exteriora progreſſum nequaquam eis tranſitu libero paſſim permiſſo moderatum, & quietum efficere omni ſtudio curabit: ne ſcilicet ſi ad quæ velint, effundantur, ſupernatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua vitia pertrahant.*

Virgo ſenſuũ feneſtris rationem adhibeat, tanquam cuſtodem. — S. Baſil.

111. *Senſus noſtros vt fortiores redderit illinus opoſor.* — Gen. 2.

Senſus externos cuſtodiendos docuit in hominis plaſmatione Deus, cùm ſcilicet, in faciem eius ſpirauit ſpiraculum vitæ, Gen. 2. v. 7. Præſtat hîc Beati Ambroſij verba ſiſtere, qui lib. 6. epiſt. 42. rem ita verſat: *Hinc intelligo quâ cauſâ Dominus Deus inſufflauit in faciem hominis. Ibi enim ſenſus omnis, ibi ſedes, atque illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt ſenſus noſtros aduerſus delectationem fortiores faceret.*

Quinque Chriſti plagæ quinque ſenſuũ medicina. — S. Pet. Dam.

Denique quinque plagæ, quæ in corpore Chriſti factæ fuère, & ſeruari etiam poſt reſurrectionem voluit, ad quinque ſenſuum cuſtodiam nos alliciunt, dicens has quinque plagas illis plagis mederi, quæ quinque ſenſuum curioſitate in mente fiunt. Religio eſſet hîc deſiderari ſancti Petri Damiani verba opuſc. 50. cap. 2. *Foramina petræ* VVLNERA *ſunt Redemptoris, quæ profectò non caſu* QVINQVE *ſunt, lanceæ ſcilicet, & clauorum, ſed quia nos fueramus* QVINQVE SENSVVM VVLNERIBVS *ſauciati, per has quinque plagas ſaluti ſumus perpetuæ reſtituti;* nimirum præſens in Chriſti vulneribus vulnerum habemus remedium, quæ tunc maximè mente ſpectanda, cùm corpus eius in euchariſticâ menſâ nobis ſumendum eſt.

CAPVT X.

De hædo, qui agni defectu immolabatur.

Agnus, *vel* hædus *immolabatur, non vterque ſimul.*
Hædus *qui Chriſti figura fuerit.*
Chriſtus & pro *iuſtis, & pro peccatoribus occiſus.*
Agnus *eſt Chriſtus leuia peccata auferens,* hædus *dum grauiora.*
Peccatores hædis *comparati, quia ambulant vias difficiles.*
Hædi *figuram prætulit Chriſtus, vt hædos in agnos conuerteret.*
Agnus *iuſtis eſt Chriſtus, peccatoribus hædus.*
Pœnitentibus *hædus occiditur.*
Hædi, qui pœnitentiam *ineunt.*
Pœnitentiæ *opera cum euchariſticâ menſâ.*
Vetus homo *in hac menſâ per pænitentiam iugulandus.*
Malitiam *ſecum nemo ferat ad Eccleſiam, ad euchariſticas epulas pergens.*
Lactucæ *amaræ in agni eſu ad pænitentiam nos inhortantur.*
Euchariſtiæ, *&* pœnitentiæ *nexus.*
Hædũ offert, qui offert ſe ipsũ per pœnitẽtiam.
Ad pœnitentiam *vt nos euchariſtica menſa prouocet.*
Mundo corde *excipiendus eſt Chriſtus.*
Confeſſio *Euchariſtiæ præmittatur.*
Publicè pœnitentes *ab Euchariſtiâ per præconem abire iuſſi.*
Ritus, qui in agno *etiam in* hædo *ſeruabãtur.*
Pauperes *in hædo faciebant, quæ diuites in agno.*

Perfectio

Perfectioribus maximè euchariſtica menſa parata.
Quâ lege hædos *tenere apud aliquos liceret.*
Lex de non occidendis *hædis.*
Apud Hebræos in quibaſdam ſigillis hædi *nomen ſculpi ſolitum.*

113. *Agnus, vel hædus immolabatur, non vterque ſimul.*

NON agnus tantùm, ſed & hædus immolabatur, non vterque, vt aliqui putauerunt, ſed iſte illius aut defectu, aut loco, aut certè vt pauperibus conſuleretur, nullúſque ab immolatione, paupertatis prætextu auocaretur. Huc ſpectabat Abulenſis in c. 26. Matth. 9. 14. vbi quærens an agnus tantùm, vel agnus ſimul cum hædo immolaretur, ait: *Dicendum quòd ſolus agnus immolabatur per ſingulas domos, hædus verò non immolabatur à ſingulis de populo, neque à totâ multitudine, neque ab aliquo: ſed dicitur de hædo, in defectum ſcilicet, ſi qui eſſent, qui non poſſent habere agnos, haberent hædos, & hoc propter duo. Primò, quia cùm quilibet de populo habere vellet agnum ad immolandum, fortè non occurreret, eſſe tot agnos, vt quilibet vnum agnum haberet, id eſt, qualibet domus, & ideo in defectum concedebatur quòd conſummaretur hædus. Secundò, quia fortè eſſet maioris pretij ibi agnus, quàm hædus, & pauperibus eſſet facilius habere hædum, quam agnum. Sic autem Deus circa alia multa prouidebat in ſacrificijs, ſcilicet quando offerens non poterat vnam rem offerre, quia offerret aliam, vt Leuit. 12. cap. dicitur de muliere, quæ purgatur poſt partum, quòd offerret agnum anniculum, & pullum columbæ, ſiue turturem. & ſequitur, quòd ſi non inuenerit manus eius, neque potuerit offerre, ſumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & ita loco agni offerebatur vnus pullus columbæ à non potentibus aliud inuenire, vel pauperibus. Sic in præſenti fieret de hædo ſi non inueniretur agnus, & ideo cùm ſuccederet hædus loco agni, deberent fieri in eo omnes ceremoniæ tam immolationis, quàm rubricationis cum ſanguine, quàm manducationis. & hoc eſt quod dicitur, iuxta quem ritum, tolletis & hædum; id eſt, ſi non inueneritis agnum, accipietis hædum, & facietis iuxta eum totum ritum, id eſt, ceremoniam, quam circa agnum facere debetis.*

Abul.

Theodor. Aut agnum ſolum, aut ſolum hædum immolatum fuiſſe, notauit etiam Theodoretus quæſt. 24. in Exod. *Mandat illis*, inquit, *vt accipiant, non tantùm ex ouibus agnos anniculos, ſed etiam ex capris hædos, non vt ſimul vtrumque immolent, ſed vt is, qui ouem habet, agnum immolet, qui verò caret oue, ſacrificet hædum.*

Hædus qui Chriſti figura fuerit.

Sed quærat aliquis, cùm agnus Chriſti figura fuerit, quî ſignificare Chriſtum hædus potuit, qui peccatorem ſignat? An quia & Chriſtus ex peccatoribus naſci voluit, boniſque agnus eſt, & malis hædus, & hos quoque ſuos per gratiam ſuam facit; hoc tetigit ſanctus Paſchaſius in lib. 1. Matth. in hæc verba: *Vnde & agnus, qui præceptus eſt in Paſchâ immolari, ſecundùm quandam interpretationem, ex ouibus, & ex capris, tanquam ex iuſtis, & peccatoribus, ad ſe præfigurandum iuſſus eſt aſſumi. Scilicet vt parentes bonos ac malos propter conuenientiam humanitatis non ſperneret, verùm etiam vt iuſtis agnus, peccatoribus hædus fieret. Quatenus in ſuo corpore vtroſque vt vnum fierent, per gratiam ſuam conſociauit.* Nullum Chriſtus reiicit, neminem excludit, qui pro omnibus venit, omnes in ſe transferre cupit, omnes ſaluare.

S.Paſch.

114. *Chriſtus & pro iuſtis, & pro peccatoribus occiſus.*

Agnus iuſtis eſt Chriſtus, hædus peccatoribus; quia igitur & pro iuſtis, & pro peccatoribus eſt paſſus, iure & agno ſignificatur, & hædo. Huc ſpectabat Theodoretus quæſt. 24. in Exod. in hæc verba: *Cæterùm in eo beneuolentia diuina prædicatur, quòd non tantùm ex ouibus, ſed etiam ex hædis ſumere iubet. Nam non tantum pro iuſtis, ſed etiam pro peccatoribus Chriſtus Dominus pertulit paſſionem. Et ita nos intelligere debere, ipſe docuit, dum aſſimilauit congregationem Sanctorum agnis, peccatorum autem cœtum hædis. Hædum enim lex iuſſit offerre pro peccato.* Theod.

Agnus vt Chriſtus leuia peccata auferens, hædus dum grauiora.

Agnus eſt Chriſtus leuia peccata dum expiat, hædus dum grauiora. Sanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 22. rem ita verſat: *Rurſus hædus fit pœnitenti pro myſterio, vt maledicta facinorum & peccata expiet, fiunt & agnus leniora quæque.* Igitur non à grauioribus tantum criminibus ſit immunis qui ſacræ menſæ particeps fit, ſed & quantum fieri poteſt, ab exilioribus, ſic ab omni parte puræ puritatis Auctorem recipiamus. Idē S.Paſch.

Peccatores hædis comparati, quia ambulant vias difficiles.

Porrò non ab re hædis comparantur peccatores, & inter alias rationes adeſt iſta, quia nimirum tanquam hædi per aſpera incedunt, per dura, & præcipitia ſe exponunt. Scitè Origenes: *Hædi dicuntur omnes mali, quia aſpera, & dura ſaxa malè aſcendunt, & per præcipitia eorum incedunt*; hoc ipſi de ſe fatentur Sap. 5. verſ. 7. *Laſſati ſumus in viâ iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Sed rurſus ad Chriſtum. Orig. Sap. 5. 7.

115. *Hædi figuram prætulit Chriſtus, vt hædos in agnos conuerteret.*

Hædus verè non fuit Chriſtus, ſed hædi figuram prætulit cùm peccata noſtra ipſe portauit, ſicque verè hædi in veros agnos verterentur; idem ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 22. ita ſcribit: *Non mirum ſi in hoc myſterio Chriſtus pro peccatoribus quaſi hædus accipitur, non quia hædus iure credatur, ſed quia pro nobis figuram carnis peccati aſſumpſit, & de peccato damnauit in carne peccatum, vt qui erant hædi iuſtè à ſiniſtris locandi, ſint oues in dextris clementer reſtituti.* Tantum huic agno debent, qui hædus dici voluit, vt hædi eſſe deſinerent, qui ſuis ſceleribus puniendi erant, hædique ab hac causâ audiebant. Pergit. *Poſt lauacrum idem agnus eſt iuſtis, & peccatoribus hædus, quatenus per hoc & ipſi iuſti conſtituantur, & nemo à carne Chriſti, & ſanguine extraneus deputetur, niſi qui ſe ipſum culpis exigentibus abſciderit.* S.Paſchaſ.

Agnus iuſtis eſt Chriſtus, peccatoribus hædus. Idem.

Nemo excluditur ab hac menſâ, ſi innocens aliquis, & baptiſmalem adhuc innocentiam habet, quam nullius lethalis peccati maculâ amiſit, is ad ſacram menſam agnum comedit, dum agnum innocentiâ refert; qui verò peccata commiſit, quæ pœnitentiâ, lachrymíſque deleuit, hædum is comedit, & hædum refert, qui in ſacrificiis pro pœnitentibus immolabatur. Hoc eleganter offert idem ſanctus Pater ſuperiùs aduocatus, qui ſancti Hieronymi calculo ſuum ſenſum ſumit. ſic ille ſcribit loco citato: *Si fortè quis* AGNVM NON POTVERIT PRO PAVPERTATE *vitæ aſſequi, id eſt, vitam immaculatam offerre, ſaltem hædum habeat, qui ſemper in ſacrificijs pro pœnitentibus mactatur, de quo diuinæ legis interpres Beatus Hieronymus ait: Quòd Chriſtus in domo Eccleſiæ dupliciter immolatur, ſi iuſti ſumus, inquit, de agni carnibus veſcimur, ſi peccatores & pœnitentiam agimus, nobis hædus occiditur*, ſic fiet vt qui tanquam hædi à ſiniſtris ſtatui deberemus, oues effecti, & agni erimus locandi in dextris, cœleſtiſque gloriæ coronâ donandi, cuius & arrha euchariſtica menſa eſt.

Pœnitentibus hædus occiditur. S.Hier.

116. *Hædi, qui pœnitentiam ineunt.*

Agni perfectiores ſunt hædis, qui pœnitentiâ maculas ſuas delent. Theodoretus quæſt. 24. in Exod. *Et ex his*, inquit, *qui diuinorum myſteriorum* Theod.

ſunt participes, nonnulli cum agno commune quippiam habent, qui videlicet perfectam virtutem obtinent: alij verò, qui per pœnitentiam peccatorum maculas delent, magis accedunt ad hædum. Sic & Saluator noſter non frumentaceis tantum panibus, ſed & hordeaceis pauit eos, qui conuenerant.

Pœnitentia opera cum eucharistica menſa. Deut. 32.

Etiam Moſes hircum cum tritico iunxit, c. 32. Deuteron. *Et hircos,* inquit, *cum medullâ tritici.* Quis hircorum nexus, & tritici? ac tectè ſignificabatur, eucharistici panis dulcedine fruiturum debere priùs hircum, ſi peccauerit, pœnitentiam referre, qui prò peccatoribus immolabatur. Huc hæc verba flexit B. Rabanus in allegoriis, dum ait: *Per hircum opera pœnitentiæ: vt in Cantico Deuteronomy: & hircos cum medullâ tritici, id eſt, opera faciet pœnitentia, quando percipit corpus Chriſti.*

Vetus homo in hac menſâ per pœnitentiam iugulãdus. Prou 23. Vgo Car.

Huc ſpectauit & Salomon, dum c. 23. Prouerb. monet: *Cùm ſederis ad menſam potentis, ſtatue cultum in gutture tuo*; tanquam ſe hircum putaret pro peccato iugulandum. Vgo Carenſis hæc verba de Euchariſtia expoens, ait: *Statue culterum pœnitudinis, quo iuguletur vetus homo, in gutture tuo, confitendo peccata.* Felix hæc iugulatio, & vitæ veræ mater talis mors.

Malitiam ſecum nemo ferat ad Eccleſiam ad euchariſticas epulas pergẽs. S. Epiph.

Serpentis exemplo hoc idem probat ſanctus Epiphanius in hæc verba: *Quando ſerpens è latibulo procedit ad aquam vt bibat, non ſecum affert venenum, ſed in latibulo relinquit, & ſic progreſſus potum aquarum ſumit; ſic nos cùm ad Eccleſiam ad preces, & ad myſteria,* (id eſt, ad ſacram Euchariſtiam) *venerimus, malitiam nobiſcum non feramus.* Euomenda priùs eſt per pœnitentiam, vt ſimus prudentes ſicut ſerpentes.

117. *Lactuca amara in agni eſu ad pœnitentiã nos hortantur.* B. Rup.

Lactucæ amaræ, quæ in agni eſu adhibebantur, hanc quoque pœnitentiam ſuadebant, id quod tetigit B. Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 11. *Carnes,* inquit, *agni cum lactucis agreſtibus comedimus, cùm noſmetipſos pro peccatis noſtris affligimus quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat a mentis ſtomacho perverſa humorem vitæ;* vitaléſque epulas ad vitam, ad ſalutem deguſtemus. Redeo ad hædum.

Euchariſtia, & pœnitentia nexus. S. Thom.

Cohæret ieiunium cum euchariſticis delitiis, cohæret pœnitentia; hinc tota Quadrageſima Paſchæ præmittitur, in ſignum quòd ſacræ communioni, quæ paſchali tempore fit, præmittenda abſtinentia, & pœnitentia eſt; huc ſpectabat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 16. in hæc verba: *Statuti ſunt ante Paſcha quadraginta dies pœnitentiæ, vt his peractis in ieiunys, & orationibus, & continentia, & bonis operibus, tunc poſſint communicare pœnitentes cum alys bonis Chriſtianis.*

Hædũ offert, qui offert ſe ipſum per pœnitentiam. Guil Pepin.

Hædum offert, qui poſt peccatum ſe Deo per pœnitentiam mactat. hinc Guillelmus Pepinus: *Offerat hædum Domino, id eſt, ſe ipſum per pœnitentiam,* quo maculas omnes abſtergat, eluátque, putúſque ab omni parte ſit.

Ad pœnitentiam vt nos euchariſtica menſa prouocet. S. Chryſ.

Nullus adeò durus, quem non euchariſtica menſa flectat, & ad pœnitentiam vocet. Poteſt, potuit vulgaris menſæ conſpectus, ad quam vir ſanctitatis opiniune clarus adſederit, & non poterit illa, ſub qua Chriſtus deliteſcit? Sanctus Chryſoſtomus ſerm. de eleemoſynâ, & hoſpitalitate, ita ſcribit: *Solent, & menſa, in qua vir ſanctus aliquis cibum ſumpſerit, & ſella, cui inſederit, & quo decubuerit lectulus, vel eo decedente faciles eos ad pœnitentiam reddere, qui domi ſanctum aliquem virum exceperint.* & non fortiùs idem efficiet euchariſtica menſa, in qua ille latet, qui omnis ſanctitatis auctor eſt.

118. *Mundo corde excipiẽdus eſt Chriſtus.*

Mundo corde excipiendus eſt Chriſtus, aut certè per pœnitentiam expiato, quod Ioſephi exemplo, qui mortuum Chriſti corpus nouo ſepulchro condidit, iueditus, anonymuſque quidam auctor in hunc modum explicabat, de præparat. ad Miſſ. Dom. die: *Leuitis dicitur: Mundamini, qui fertis vaſa Domini. Sacerdotibus autem noſtris dicendum eſt, Mundamini, qui eſtis vaſa Domini; glorificate Deum in cordibus veſtris, in vobis ſepelietur corpus glorioſum & glorificatum, quod olim ſepultum eſt exanime defunctum. Certè ſanctus Ioſeph noluit illud ſepelire niſi in ſepulchro nouo, & inuoluit in ſindone munda. Væ tibi ſi non poſueris illud in ſepulchro nouo, vel ſaltem innouato, id eſt, corpore penitus mundo, vel a peccatis per pœnitentiam, & ſatisfactionem mundato; væ tibi ſi non inuolueris illud in ſindone mundâ, id eſt, conſcientiâ purâ.* Anonym.

Confeſſio Euchariſtiæ præmittatur.

Præmittatur peccatorum confeſſio, & ex imo corde emiſſa pœnitentia, vt purus ille panis manducetur, qui pure comedentes beat. Recolat euchariſtici cibi conuiua in Bethlehem Iudæ natum Chriſtum; apud Matthæum hæc habentur cap. 2. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda, ex te enim exiet Dux.* Nomina grauida myſteriis ſunt; Bethlehem *domum panis* ſignificare, quìs neſciat? & Iuda *confeſſionem*? rectè haſce notiones, & euchariſtici panis eſum comitari confeſſionem, ac pœnitentiam debere à nexu diſces; qui hædus eſt pœnitentiam priùs ineat, vt euchariſticum Agnum comedat. Inſerenda hic verba ſancti Bernardi, qui ſerm. 1. in vigil. natiuit. Dum. ait: *Solicitus eſto, quomodo Bethlehem Iudæ inueniaris, etiam non in te Dominus ſuſcipi dedignetur; Bethlehem quippe domum panis, Iuda ſonat confeſſionem. Tu ergo ſi quantâ potes deuotione ſuſcipias panem illum, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, Dominicum videlicet corpus Ieſu, & veterem veram corporis tui noua illa reſurrectionis caro reficiat, & ſuſtineat. Bethlehem factus es dignus planè ſuſceptione Dominica ſi tamen confeſſio non defuerit.* Bethlehem eris, quin & ipsâ felicior, non ex te prodibit tantùm Dux tuus, ſed in te domicilium figet, & ſuâ præſentiâ beabit, ac omnibus cumulabit bonis. S Bern.

Publicè pœnitentes ab Euchariſtiâ per præconem abire iuſſi.

Pœnitentiam commendaui in eo, qui ad euchariſticam menſam acceſſurus eſt; vt ſcilicet puritatem eam ſecum deferat, quam vera inuehit pœnitentia, & ex hædo fiat agnus manducaturus; notauerim tamen priſco æuo à communione excluſos, qui in pœnitentiâ erant. quod de publicâ intelligo; id quod præconem inhibebantur. Sanctus Chryſoſtomus hom. 3. in epiſt. ad Epheſ. rem his verbis, morémque indicabat: *Audis præconem ſtantem, & dicentem: Quicumque eſtis in pœnitentiâ, abite* Sed rurſus ad hædum. S Chryſ.

119. *Ritus qui in agno, etiam in hædo ſeruabantur.* Abul.

In dubium vocare aliquis poſſet, num idem ritus ſeruãdus eſſet in hædi immolatione, ac in agni? Communior ſententia eſt, quæ affirmat; & firmant illa verba, *iuxta quem ritum tolletis & hædum,* quæ hac expoſitione donat Abulenſis hic: *Non eſt ſenſus, quòd ſumpto agno debeat ſumi hædus, & ſeruari, ſed quòd ſi fortè non habeatur agnus aliquo caſu, vel quia forte carior eſt, aſſumatur loco eius vnus hædus, & in iſto obſeruabitur idem mos, qui in agno obſeruatur.*

Pauperes in hædo faciebant, quæ diuites in agno. Pepin.

Pauperes eo ritu hædum immolaſſe, quo diuites agnum, ſcribit Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. clauſulâ 1. dub. 7. *Pauperes poterant facere de* HÆDO *quæcumque poterant diuites de agno, iuxta legis præceptum.*

Sed rurſus reponat hîc aliquis, cur explicitè ſeruandi mores in hædi immolatione non ponuntur, ſicut poſiti ſunt cùm de agno ſermo habetur? Solui facilè hic nodus poteſt; id nimirum factum, ne omnia ſine aliquâ neceſſitate repeterentur,

Perfectioribus maximè eucharistica mēſa parata. Exod. 12.

reotur, cùm id apertè iotelligeretis ex illis verbis, *iuxta quem ritum tolletis & hædum*; quòd ſi ad myſtetium reſpiciamus, de agni apparatu omnia explicitè narrat diuina Scriptura, quæ circa agnum ab ımmolaturis etant præſtanda in hædo. verborum compendio vtitur; vt tacitè innuetet perfectioribus potius hanc menſam paratam, quam lapſis, quorum figura hædus etat. Huc ſpectabat ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 22. in hæc verba: *Aliud profectò eſt, quod perfectioribus mandauit, aliud verò quod lapſis, & torpentibus ad indulgentiam prouidit. Idcirco de ſolo agno quid agendum ſit apertè inſtituit, de* HÆOO VERO QVASI NOLENS EOICERE *preſſius reticuit; quoniam aliud eſt, quòd ipſe vbique vult perfectius, aliud autem, interdum, quod indulget.* Felix ille, qui agnum refert, agnum manducaturus, purus omnioo ab omni graui culpâ, ſed & leues, perfectiorum hominum more deuitans.

S. Paſchaſ.

120. *Quâ lege hædos tenere apud aliquos liceret.* Statut. Fer.

Sed quia hîc ſumus, nonnulla alia de hædis afferamus. Apud nonnullos hæc lex vigebat, vt nulli hædos tenere licetet, niſi hædis infetiores dentes aut exſcinderentur, aut abſecarentut. In ſtatutis Ferrariæ lib. 4. c. 65. iſta ſctibūtur; ipſa dabo verba. *Nulli liceat tenere* CAPRAS, *nec* HÆOOS *in aliquâ villarum diſtrictus Ferrariæ, quæ non habeant dentes inferiores extirpatos, vel ſecatos: quæ villa non habeat ſyluam, vel nemus commune dicta villa, aut proxime, aut proprium tonentis. Pœna contrafacientibus imminente ſolidorum viginti Marchi, & amiſſionis caprarum, & hædorum; & tenetur quilibet Cauarzellanus villæ denuntiare ad officium damnorum datorum quoſlibet capras tenentes, quæ non habeant dentes, vt ſupra, extirpatos, vel ſecatos, ſub pœnâ librarum duarum Marchi, de ſuo perſoluendâ pro qualibet vice.*

Lex de nō occidēdis hædis. Stat. Felt.

De hædis non occidendis niſi in laniatio, exſtat hæc lex in ciuitate Feltriæ; ſic enim habent illius ſtatuta lib. 1. rubr. 89. *Statuimus, quòd becchary non occidant capretos alibi quam in beccharia in banno viginti ſolidis pro quolibet capreto & miles Poteſtatis bis in die vadat ad macellum ad videndum ſi* CORIA *ſunt ſuper beſtys mortuis, & ſi carnes ſunt conciatæ, & alia;* hæc ſtatuti verba, quæ ea barbarie dedi, qua abſita ſuot, vt ipſiſſima datem.

Apud Hebræos in quibuſdam ſigillis hædi nomen ſculpi ſolitū. Hebr.

In quibuſdam ſigillis apud Hebræos ſculptum etat עגל *gneghel, vitulus:* in aliis זכר *Zachar, maſculus*; in aliis גדי *ghedi, hædus*; in aliis חוטא *Chotheh, peccator.* hæc portò offerentibus iuxta exigentiam, & quantitatem ptetij, quod exhibebant, exhibebantur; vt ſcirer ille quid pto quocunque munus eſſer offetendū; tes diſertè narratur in שלחי הגנורים lib. 1. cap. 25. vt nefas duxerim verba Hebraica, licèt pluſcula, hîc deſiderari; ſunt igitur iſta,

הלשכה השלישית היא מורחית צפונית ששם
נגוז בני חשמונאי את אבני המזבח ששקצום
מלכי יון והא היתה לשכת התותמות כרהגן
כתמיד כי מי שלוקח סלת למנחה ויין לנסכים
הית הולך אצל יוחנן בן פנחס ונותן לו מעות
כפי הנסכים שהוא צריך והוא היה נותן לו
חותם ומוליך החותם אצל אחית שהית ממונה
על הנסכים ומקבלם ממנו וכתוב על החותמות
עגל . זכר . גדי . חוטא . ולבן שאי היו חמשה
היינו חוטא עשיר וחוטא דל ואם על החותם
היה כתוב עגל בידוע שנתן מעות לנסכי פו:
והן שלש עשרוני סלת בלול בחצי ההין שמן
ויין לנסך חצי ההין ; ואם על החותם כתוב זכר
בידוע שנתן מעות לנסכי איל שתרגום איל הוא
דכרא ונסכיו הם שתי עשרונים סלת בלול בשמן
שלישית ההין ויין לנסך שלישית ההין ואם על
החותם כתוב גדי בידוע שנתן מעו לנסכי כבש
בן שנה והם עשרון סלת בלול ברביעית ההין
שמן ויין לנסך רביעית ההין ; ואם עליו היה
כתוב חוטא בידוע שנתן מעות לנסכי מצורע
עשיר שהיה מביא שלש בהמות והיה צריך
לעשרה לוגין שמן תשעה לוגין לשלשה כבשים
תנוך ובהנות וקרי ליה חוטא משום דאמרינן
בערכין על ששה דברים נגעים באים:

CAPVT XI.

Immolationis tempus, tempus esûs expenditur.

Hædus, & agnus ad veſperam *immolabantur.*
Ante Solis occaſum *immolari agnus debebat.*
Tempùs *immolationis quid nos dooeat.*
Sub veſperam *immolatus agnus, Chriſtum notabat. ſub veſperam Iudæis tradendum.*
In bonis operibus perſeuerantiæ *commendatio.*
In nocte *agnus edebatur, non antè.*
Tempus *esûs noſtras ab inuicem conſcientias nos non videre ſignificat.*
Tunc frequentiùs *ad euchariſticam menſam accedendum, cùm mors ad nos accedit.*
Vltra mediam noctem *agnus comedi non poterat.*
Tempus *esûs nos ad vigilantiam vocat.*
Chriſtum manducantes illuminamur.
Superâ luce *perfunditur euchariſtica menſa conuiua.*
Sol *Euchariſtia eſt, in quem temerè oculos figentes obcæcantur.*
Fons luminis *euchariſticus ſanguis.*
Euchariſticus ſol *hominum corda tanquam quædam heliotrepia trahit.*
Euchariſtiæ ſacramentum inter alia ſicut ſol *in medio planetarum.*
Euchariſtia in lucem *proiecta diuinitus ſplendet.*
Magno lumine *cuiuſdam anima ſplendere viſa, quòd Altari magno affectu deſeruiret.*

ETIAM temporis ratio habebatur in agni immolatione; ſic enim habetur Exod. 12. 6. *Immolabit eum multitudo filiorum Iſrael ad veſperam*; quod de hædo intelligitur, & de agno; ſic enim exponit hæc verba Abulenſis hîc: *Non refertur hoc ad hædum, ſed refertur ad quemlibet eorum,* SIVE HÆOVS ESSET, *ſiue* AGNVS; immolandus itaque erat ad veſperam, eâ ſcilicet diei parte, qua ſol ad occaſum vergit, quæ incipit poſt metidiem; ſic Abulenſis: *Immediatè poſt meridiem incipit veſpera, & tunc poſt meridiem diei quartæ decimæ vſque ad occaſum Solis poſſunt immolari iſtum agnum, & aſſare*; quod firmat ex vſu Iudæorum; *& ſic conſueuerunt facere nunc Iudæi, quia licèt agnum non immolent, tamen tenentes obſeruationem azymorum, quæ pertinebat ad idem tempus, incipiebant immediatè poſt meridiem quartæ decimæ diei expellere de domibus ſuis omnem panem fermentatum, & incipere veſci azymis.* Addit (nonnullis 121.

Hædus, & agnus ad veſperam immolabantur. Exod. 12. 6.

Abul.

Ante Solis occaſum immolari agnus debebat. Idem.

interiectis.) *Ideo non poterant Hebræi immolare, aut parare hædum illum poſt Solis occaſum, poterant tamen illum comedere poſt* SOLIS OCCASVM; *debebat autem immolatio fieri paulo ante occaſum Solis, non tamen poſt occaſum.*

Tēpus immolationis quid nos doceat.

Nec immolationis tempus vacuum myſterio fuit, ad veſperam agnus immolari iubebatur; ſic enim habes Exod. 12. verſ. 6. *Immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam*; cuius legis triplicem cauſam affert Guillelmus Pepinus hîc dub. 8. dum ait: *Cur præcepit Dominus filijs Iſrael, vt immolarent agnum paſchalem ad* VESPERAM *potius, quam ad* ALIAM HORAM? *dicendum, quòd propter tria. Primò quidem propter figuram veri Agni Ieſu Chriſti, qui ad veſperam, id eſt, in vltima ætate mundi immolatus eſt in Cruce pro nobis.* Preſſiùs Theodoretus ad Chriſti traditionem rem flectit; ſic enim ille ſcribit quæſt. 24. in Exod. *Denuntiat, vt ſacrificent decimâ quartâ ſub veſperam; ſub hanc enim* VESPERAM *Chriſtus Dominus traditus eſt Iudæis.* Tanti fuit à Iudâ Chriſtum Iudæis tradi, vt iſtuc immolationi agni reſpondeat, ac ſi immolatus eſſet, dum traditus tam impiis carnificibus eſt. Pergit Guillelmus: *Secundò verò, ad denotandum, quòd non ſatis eſt ſe immolare Domino per bona opera in manè iuuentutis, ſecundùm illud Threnorum 3. Bonum erit viro cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcentiâ ſuâ; verùm etiam requiritur* IMMOLATIO VESPERTINA, *per perſeuerentiam in bono incepto vſque in finem. Tertiò hoc iuſſit Dominus, vt tali tempore veſpertino redeuntes Ægypty de operibus ſuis, viderent agnum immolatum, quem ipſi colebant; & hoc maximè ſecundùm eos, qui dicunt, quòd immolabatur in limine domorum.* Sed ab immolationis tempore ad tempus esûs tranſeamus.

Guil. Pep.

Sub veſperam immolatus agnus, Chriſtum notabat ſub veſperam Iudæis tradendum.

Theod.

In bonis operibus perſeuerantia commendatio.

Guil. Pep.

122. Nocte agnus comedebatur, non antè; ſic enim lex habet Exod. 12. 8. *Edent carnes nocte illâ, aſſas igni*; vbi Abulenſis: *Licèt immolatio fieri debebat* ANTE SOLIS OCCASVM, *& apparatio agni, tamen eſus eius fiebat* DE NOCTE, *ſaltem in principio noctis.*

In nocte agnus edebatur, non antè.

Abul.

Vltra mediā noctem agnus comedi non poterat.

Licèt ex legis præſcripto agnus tota nocte edi poſſet, Iudæi tamen hunc terminum coërcuerunt, ne ſe præcepti violandi periculo exponerent, atque adeò Hebræorum traditione agni carnibus non veſcebantur niſi ad mediam noctem, nec extra eius tempus porrigere licebat alicui, ita docet R. Iacob; & ante illum R. Moſes Ægyptius tract. quem ille de agno paſchali compoſuit, perech. 8.

R. Moſes.

Tempus esûs noctem ab inuicem conſcientias nos non videre ſignificat.

Ab aliis res aliò flectitur; cenſet ſanctus Gregorius noctis tempus ſignificare conſcientiæ ſecreta à notitiâ noſtrâ ſubduci, ab alteróque ignorari, quod in alterius conſcientiâ latet. hæc eius verba hom. 22. in Euang. rem eò flectit, vt ſignificetur nobis ad inuicem conſcientias noſtras ignotas eſſe. hæc illius verba: *De quo agno ſubditur: & edent carnes nocte illâ aſſas igni.* IN NOCTE QVIPPE AGNVM COMEDIMVS, *quia in Sacramento modo Dominicum corpus accipimus, quando adhuc ad inuicem noſtras conſcientias non videmus*; atque adeò temerè aliena debemus diſcutere, nec facilè quid in alienæ conſcientiæ ſinu lateat diiudicare.

S. Greg.

Tunc frequentiùs ad eucharisticam menſam accedendum, cùm mors ad nos accedit.

Noctis tempus, quo agnus comedebatur, indicabat, tunc præcipuè crebriúſque ad euchariſticam menſam accedendum, cùm mortis nox appropinquat; huc flectebat hæc verba Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. *Edent carnes* NOCTE ILLA, *aſſas igni. Notandum, quòd per hoc inſtruimur qualiter debeamus accedere ad ſacramentum Altaris, & ipſum ſuſcipere, ſignanter cùm appropinquat in nobis nox mortis*; ab hac mente abeunt, qui ætate iam cadente, inque vitæ exitu Auctorem adire contemnunt. Igitur tunc præcipuè frequentiúſque ad euchariſticam menſam accedendum eſt, cum ad nos mors accedit.

Guil. Pep.

123. Præterea esûs tempus rectè vigilantiam commendat, neque enim alto ſomno corripi poterant qui nocte agni carnibus veſcebantur; quòd nocte occiſi Ægyptiorum primogeniti ſint, ita expendit Beatus Rupertus lib. 2. comment. in Gen. cap. 17. *Poterat* MEDIA DIE, *cunctis vigilantibus, nihilominus fieri cædes primogenitorum: cur ergo potiùs* MEDIA NOCTE *dormientes placuit interfici? videlicet, vt hiſtoricum etiam exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, ſcientes, quia quiſquis exemplo Ægyptiorum theſaurizabit ſibi iram Dei, nihilominus exemplo eorum improuiſam accipies vindictam: ſic enim & vniuerſale iudicium, duris corde, atque impœnitentibus, ex improuiſo ſuperueniet, tamquam laqueus, & quaſi fur. Quocirca Dominus aduentum ſuum, quo perdendi ſunt impij, media nocte comparauit. Media*, inquit, *nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.* Rem flectere ad agnum poſſumus, & ad euchariſtici epuli delitias.

Tempus esûs nos ad vigilantiam vocat.

B. Rup.

Et verò licèt nocte agnus comederetur, nihil tamen hoc luci præiudicat, qua Euchariſtia, cuius ille agnus erat figura, fidelium mentes perfundit; comede, vt luce perfundaris; ab Euchariſtiâ lux eſt, exulant tenebræ, vbi Angelicus panis editur. Præclarè ex ſancti Auguſtini mente Beatus Algerus lib. 1. de Sacramento; *Acceſſerunt Iudæi, vt Chriſtum crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus eius, ac ſanguinem accipiamus; illi de crucifixo* TENEBRATI *ſunt; nos manducando crucifixum, & bibendo*, ILLVMINABIMVR.

Chriſtū manducantes illuminantur.

S. Aug.

124. Colloquio Domini cornuta Moſis facies reddita eſt, tantâque vndique luce adſperſa, vt illam inuelatam, & detectam intueri filij Iſraël non auderent; nos non cum Moſe verbo, ſed ſe ipſo Deus in euchariſticâ menſâ paſcit, cur non vndique ſuperâ luce perfundimur, mutamur in ſolem? Deberemus. B. Ida Louanienſis communicatura radios ex oculis emittebat, vt habet auctor illius vitæ cap. 53. ſplendidiores radij ex eius mente prodeunt, qui dignè Chriſti corpus actu ſumit, ſole ipſo clarius.

Superâ luce perfunditur euchariſticâ menſa communa.

Solem hoſtia refert, ſol eſt hoc Sacramentorum; in quem qui figere oculos præſumunt, obcæcantur. Monuit iſtuc ſanctus Cyprianus de Cœnâ Domini, hiſce verbis: *Veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cùm in ſole vellet figere oculos,* VIM LVMINIS *non ferens, cæcata eſt, non illuminata humana præſumptio, & aſpectui eius lippitudo inhæſit; vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu.*

Sol Euchariſtia eſt, in quem temerè oculos figentes obcæcantur.

S. Cypr.

Fons luminis ſit ſol, vt etiam Chriſti ſanguis, Chriſti caro; ſancti Chryſoſtomi hæc ſunt verba hom. 61. ad populum Antiochenum. *Hic eſt fons veritatis* RADIOS *effundens, fons luminis*; quibus cultorum mens perfunditur, & multo magis bibentium.

Fons luminis euchariſticus ſanguis.

S. Chryſ.

125. Sol eſt euchariſticus iſte cibus; vt non mirum ſi panis quoque Solis circulum formâ referat, nos hunc ſolem ad inſtar Heliotropij ſequi debemus; ſcite ille, EVCHARISTIA EST DIVINVS SOL, *per hunc mundum curſum peragens, & quamuis ſit in nubilo, trahit ad ſe homines, vt tanquam ſpiritualia quædam Heliotropia poſt illum ferantur, & vbicunque eſt oculos in illum conuertant.* O multa haberemus Heliotropia, quæ Solis huius curſum cordis flexu ſequerentur! ô multos videremus, qui

Euchariſticus ſol nominum corda tanquam quædam heliotropia trahit.

Lud. P. Exhort. 3. lib. 3. § 4.

aliò

aliò non reſpicerent, quàm quò vocat illos euchariſticus ſol.

Euchariſtia ſacramentum inter alia ſicut ſol in medio planetarum.
Ioan. Vit.

Adeò præſtat cæteris Euchariſtiæ ſacramentum, vt inter illa ſit, veluti cor inter cætera membra, & veluti ſol inter planetas; ſcitè Ioannes Vitalis in ſuo ſpeculo morali, verbo Euchariſtia: *Eſt*, inquit, *inter Sacramenta ſicut cor in medio animalium*, SICVT SOL IN MEDIO PLANETARVM.

Euchariſtia in lutū proiecta diuinitas ſplēdet.
Sophron.

Ab Euchariſtiâ lucem prodire, qua comedentium mens perfundatur, etiam illud probat, quòd viſa eſt radios emittere in lutum proiecta. Doctiſſimus Baronius tom. 6. ex Sophronio de Seuerino hæc habet; *Cùm autem quadam die veniſſem domum, non inueni vxorem meam; audiui autem, quòd abiſſet ad vicinam mulierem, vt illi communicaret, erat autem illa Catholica religionis, & fidei, cucurrique protinus volens prohibere; profectus autem domum inueni illam iam communicaſſe, quare indignatione concitatus, apprehendi guttur eius, fecique illam euomere ſacram communionem, ſumptámque deinde particulam ſanctam huc, illúcque iactabam, donec in lutum ceciderit, mox autem* VIDI CORVSCATIONEM IN EODEM LOCO *ſanctam aſſumpſiſſe communionem*. Quo viſo miraculo reſipuit, & meliorem mentem induit.

Magno lumine cuiuſdam anima ſplendere viſa, quod Altari magno adfectu deſeruiret.

Quàm eximio verò lumine animas perfundat Euchariſtia dignè ſumpta, dignè explicare nullus poteſt; ſancta Mecthildis Virgo vidit cuiuſdam animam maximâ claritate, eo quòd ſpeciali adfectu Altari adſtaret, & Sacerdotibus Euchariſtiam tractantibus humiliter deſeruiret.

CAPVT XII.

Cur agni ſanguine poſtes domûs eſſent adſpergendi.

Domûs poſtes, *in quibus non homines, ſed fœnum, aut alia, agni ſanguine non adſpergebantur.*

Qui ad vicini domum esûs causâ ſe contulerant, ab Angelo cur non percuſſi, *cùm earum domus ſanguine haud eſſent adſperſa.*

In poſtium *capitibus ſanguis poſitus.*

An poſtes *prius, quàm ſuperliminare, ſanguine adſpergerentur.*

Hac primâ tantùm vice poſtes *adſperſi ſanguine.*

Hâc ſanguinis adſperſione *domus Hebræorum ab Ægyptiorum domibus diſtinguebantur.*

Diuina prouidentia *in hac ſanguinis adſperſione.*

Iram, *&* concupiſcentiam *hac ritûs ratione comprimendas docet.*

Chriſti corpus *& mente excipiendum, & corpore.*

Redemptoris paſſio *& ore prædicanda, & ad imitationem cogitanda.*

Ore corporis, & cordis Chriſti ſanguis *hauriendus.*

Prima vitiorum *appetiones tollenda.*

Sanguinis Chriſti intuitu mens ſuperbiam *caueat.*

Apud Romanos poſtes *hoſtium ſpoliis ornati.*

Poſtes *deaurati.*

Quadam verba *ianuæ poſtibus inſerunt Hebræi.*

מזוזה *quid.*

Formula *in hac re vſurpari ſolita.*

Locum, in quo mezuzah oſculantur *Hebræi.*

Pleræque ianuæ *ſine mezuzah.*

ADSPERSI illius domûs poſtes agni ſanguine videbantur, in quibus comedendus erat agnus; ſic enim Deus loquitur Exod. 12. *Sument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum*; poſtrema verba indicant eorum domorum poſtes minimè agni ſanguine adſperſas, quas homines non inhabitabant; quod notabat etiam Lyranus hîc: *In domibus, in quibus non habitabant homines ſicut eſt grangia, vbi reponitur & fœnum, & ſimilia, & ſtabulum, vbi habitabant animalia, non erat ſanguis ponendus.* nimirum non erant bruta parianda; homini, non erant pariandæ cæteræ res, vt conſeruationis cauſa poſtes adſpergerentur. 126.

Domûs poſtes in quibus non homines, ſed fœnum, aut alia, agni ſanguine non adſpergebantur.
Exod. 12.
Lyran.

Qui ad vicini domum esûs cauſa ſe contulerant, ab Angelo cur non percuſſi, cùm earum domus ſanguine haud eſſent adſperſa.

Quæri hîc ſtatim poteſt, an cùm alicuius domus habitatores ad vicinum ſe conferrent esûs cauſa, poſtes illarum domorum, quæ habitatoribus vacuæ remanebant, agni ſanguine adſpergerentur; ſacri textus verba videntur nodum ſoluere dum in domorum poſtibus ſanguinem poni ſignificant, in quibus agnus comedebatur; illæ igitur, in quibus non comedebatur, ſanguine agni haud muniebantur; quòd ſi reponas, ergo habitatores domum illa nocte redeuntes ab Angelo percutiebantur, dici poteſt; eos non rediiſſe, ne percuterentur, ſed apud eos quemlibet manſiſſe, in cuius domo agni carnes comederet; huius ſententiæ fuit etiam Abulenſis in cap. 12. Exod. q. 10. dum ait. *In domo, in qua immolabantur, in eadem comedebatur, ex hoc patet, quia multa domus erant Hebræorum, in quibus non ponebatur ſanguis; quia dictum fuit, quòd ſi aliqua domus paucas perſonas haberet, quæ non ſufficerent ad eſum agni, quòd iungerentur de duabus domibus, & comedebant in vna domo, & ibidem immolabant; & cùm dicatur quòd in domibus, in quibus comedebatur, deberet ſanguis aſpergi, videtur, quòd erant multa domus, in quibus non poneretur ſanguis ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperluminari. Sed dices, quomodo ergo manebant illa domus, quia Angelus percutiens, qui tranſiturus erat, percutiebat in omnibus domibus niſi in illis, in quibus videbat ſanguinem ſuper poſtes, & in ſuperluminaria: ergo in illis domibus percuteret; ſed falſum eſt, quia nullus de Hebræis mortuus fuit in hac plaga, ſecundùm quòd in cæteris nulla detrimenta, aut offenſionem paſſi ſunt. Reſpondetur, quòd illi, qui erant ex aliqua domo parua, in qua non comedebatur agnus; nec ponebatur ſanguis illa nocte ſuper poſtes, non reuertebantur illa nocte ad dormiendum in domum ſuam, ſed dormiebant in illa domo, in qua comederant: illa autem ſanguine lita erat, ideo non timebant Angelum percuſſorem.*

Abul.

In poſtium capitibus ſanguis poſitus.

Dubium quoque eſt, quo in loco poſtes adſpergerentur ſanguine; aliqui ſecundùm ſuam longitudinem fuiſſe ſanguine perfuſas; alii in ſummitate tantùm, ſic ſentit Abulenſis hîc, dum ait: *Cùm ſanguis poneretur in capitibus poſtium, quæ tangunt ſuperliminare, & in ipſo ſuperliminari erat tota pars ſuperior oſtiorum domorum rubricata ſanguine.* 127.

An poſtes prius, quàm ſuperliminare ſanguine adſpergerentur.

Quæri etiam poteſt, an prius poſtes adſperſi ſanguine fuerint, quàm adſpergeretur ſuperliminare;

Hebr. nare; an è conuerſo? Hebræi reſpondent, certum in hac re ordinem minime ſeruatum, & variari pro libito, abſque vllo legis præiudicio potuiſſe, nihil referre an prius poſtes adſpergerentur ſanguine, quàm ſuperliminare, vel ſuperliminare prius, quam poſtes.

Hac prima tantùm vice poſtes adſperſi ſanguine.

Quærat hìc aliquis, an prima hac vice tantùm aſperſi ſanguine domorum poſtes fuerint, an id etiam extra Ægyptum ſeruatum ab Hebræis fuerit? communior ſenſio eſt prima tantùm vice id factum, quod ex ſacræ Scripturæ verbis ita colligit Abulenſis in cap. 16. Matth. quæſt. 17. *Conſiderandum*, inquit, *quòd iſta cæremonia non fuit obſeruata niſi ſemel in prima vice in Ægypto, poſtea verò cùm Iudæi obſeruabant cæremonias phaſe in terra ſua, non ſeruabatur hoc, ideo non tingebantur poſtes domorum, & ſuperliminaria. Et patet primò, quia iſta rubricatio fuit, vt Angelus percutiens tranſiens per Ægyptum, & videns ſanguinem, non læderet in domibus illis, & tamen poſtea nunquam tranſiturus erat Angelus percutiens per domos Hebræorum; ergo non erat opus poni ſanguinem. Secundò, quia ponebatur ſanguis ad diſtinguendam domos, quia mixtæ erant domus Iſraelitarum & Ægyptiorum; ſed quando poſtea ſeruabant phaſe in terra ſua, erant domus ſuæ ſolæ, non permixtæ domibus Ægyptiorum, neque aliquorum Gentilium. Ideo non erat conueniens poni ſanguinem. Tertiò, quia non poterat, nam ſanguis ponebatur in portis illarum domorum, in quibus comedebatur agnus, Exod. 12. cap. & tamen in Terra Canaam non comedebant phaſe Iſraelitæ in domibus ſuis, neque vrbibus, ſed in ſola ciuitate, quam elegerat Dominus, & in qua erat ſanctuarium. Deut. 16. cap. 5. non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium tuarum, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius, ibi immolabis phaſe veſperi. Ergo non poterant portæ rubricari. Quartò, quia ſanguis agni fundi iuſſus eſt in limine, & de illo aſpergi poſtes domus, Exod. 12. cap. Immolate phaſe, faſciculumque hyſopi tingite in ſanguine, qui eſt in limine, & de illo aſpergite ſuperliminare, & tamen non fundebatur ſanguis agni ſuper limina portarum, quia hoc erat immolari in oſtio cuiuſlibet domus, nunc verò omnes agni immolabãtur in Sanctuario, quia erant ſacrificium quoddam, Num. 9. cap. ergo non rubricabantur portæ aliqua, ſed ſolùm in prima vice hoc factum eſt, ex cauſa ſuprà poſita.* Idem habet idem auctor in cap. 12. Exod. *Sciendum autem, quòd iſta cæremonia de tingendis poſtibus ſanguine, & ſuperliminari non fuit data tanquam conſeruanda in omnes generationes, ſed ſolùm fuit data pro tunc. Et hoc patet infra Num. 9. cap. quia cùm ibi iterum de immolatione, & modo edendi agnum paſchalem tractauiſſet, nihil dixit de litura ſanguinis, ſed ſolùm de alijs cæremonijs edendi. Item patet hoc clariùs, quia iſta tinctura ſanguinis in vtroque poſte, & ſuperliminari fiebat ad hoc, quòd Angelus percutiens Ægyptios, videns ſanguinem tranſiret illas domos non percutiens, ſed in futuris generationibus non manebat iſta cauſa, ſcilicet de Angelo percutienti; ergo nec manere debebat hæc cæremonia.*

Abul. *Idem.*

128. Adſpergebantur poſtes, vt Hebræorum domus à domibus Ægyptiorum diſtinguerentur, illiſque parceret percutiens Angelus iſtis non parciturus; Lyranus hic ita rem explicat: *Ponent de ſanguine ſuper vtrumque poſtem, per hoc enim diſtinguebantur domus Hebræorum à domibus Ægyptiorum, quia ſicuti erant diſtincti interiùs per fidem veram ab Ægyptijs, ita volebat Dominus, quòd aſperſio ſanguinis eſſet quaſi ſignum diſtinguens exteriùs, & proteſtatio fidei interioris.*

Hac ſanguinis adſperſione domus Hebræorum ab Ægyptiorum domibus diſtinguebãtur. *Lyran.*

In ſanguinis huius adſperſione, & diuina prouidentia, qua ſuos tuetur, conſideranda eſt; Theodoretus quæſt. 24. in Exod. ita loquitur: *Iuſſerat accepto hyſſopi faſciculo ſanguine mactata ouis tincto poſtes, & limen vngere: vt qui inſtabat ad perdenda primogenita Ægyptiorum, aſpecto ſanguine præteriret domos Hebræorum. Non quòd incorporea natura huiuſmodi ſignis egeret, ſed quia conueniebat, vt per ſymbolum intelligerent illi prouidentiam diuinam: & nos, cùm agnum immaculatum ſacrificamus, cognoſceremus antè deſcriptum fuiſſe typum.*

Diuina prouidentia in hac ſanguinis adſperſione. *Theod.*

Poſtes agni ſanguine vngendas ad iram, & concupiſcentiam transfert ſanctus Gregorius Nyſſenus, per ſuperliminare verò rationem intelligit, quæ illas continere debet; adnumerabo hic eius verba lib. de vita Moſis. tem in hunc modum explicat. *Cautio autem, & cuſtodia tuta eſt, vt agni ſanguine ſuperliminare ſimul, & poſtes perungamus: ita per ænigmata nos ea lex inſtruit. ſeculi quoque doctrinâ philoſophatur; nam animam irrationale, concupiſcibile, ac iraſcibile Philoſophi partiuntur: quorum duo poſtrema iraſcibile dico, & concupiſcibile ſubeſſe aiunt, ac vtrumque rationale ſuſtinere; rationale vero vtriſque inniſum, vtraque continere, & ab vtriſque ſuſtineri, vt ad fortiter quidem agendum per iram excitetur, & roboretur, ad boni autem fruitionem concupiſcentia efferatur. Quòſque igitur anima hoc ordine ſe ipſam tueatur, rectis cogitationibus, quaſi quibuſdam clauis hunc iſtorum trium ordinem conſeruans, alterum ab altero quo ad virtutes cælorum coadiuuatur. ratio enim iraſcendi, & cupiendi vim ad bonum dirigit, & ab illis, vt diximus, corroboratur. Si verò is ordo conuerſus fuerit, & quod ſupra eſſe debet, ſubyciatur, & cupiendi, & iraſcendi vis rationem de loco ſuo deiectam conculcet, tunc percuſſor ingreditur, tunc nulla ſanguinis vis ipſi reſiſtit: nihil enim fides in Chriſtum iis prodeſt, qui peruerſione huius ordinis corrumpuntur.*

Iram, & concupiſcentiam hic ritus ratione comprimendas docet. *S. Greg Nyſſ.*

Quòd agni ſanguis in vtroque poſte poſitus eſt, 129.
tectè ſcilicet, Chriſti corpus & mente, & corpore ſumendum, qui venit vt corpus, animámque ſaluaret; huc nos vocat B. Algerus lib. 1. de Sacramento, ſub finem, dum ait; *Sciendum autem, non tantùm ſpiritualiter, ſed & corporaliter ſumendum eſſe corpus Domini, quia & agni ſanguis, qui à vaſtante Angelo protexit, in vtroque poſte repertus eſt; vt verum Agnum non minus ore corporis, quàm ore cordis ſumi debere ſignificaret; quia vtrumque corpus ſcilicet, & animam, venit redimere, vtrique ſe voluit in Sacramento communicare: vt dum anima excederet, quod corpus guſtauerit, vtrique vna ſpes ſalutis æqualiter in Chriſto proueniret.*

Chriſti corpus & mente excipiendum, & corpore. *B. Algerus.*

In vtroque poſte agnus ponitur, nam Redemptoris paſſio non ore tantùm ſumitur, ſed & ad imitationem ſeriò cogitatur; huc nos vocat ſanctus Gregorius hom. 22. in Euangelia, dum ait: *Quid namque ſit ſanguis agni, non iam audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper vtrumque poſtem ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando Sacramentum paſſionis illius, cùm ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ſic Redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius nec dum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit.* Alioquin, vt idem Auctor ibidem habet: *Quid prodeſt corpus, & ſanguinem illius ore percipere, & ei peruerſis moribus contraire?* Beatus Rupertus lib. 2. comment. in Exod. cap. 9. non aliò ſpectauit, dum inſit: *Quidnam ſit ſanguis agni, non iam audio, ſed bibendo didicimus. Qui ſanguis ſupra*
vtrumque poſtem ponitur, quando non ſolùm ore corporis, 130.
ſed etiam ore cordis hauritur.

Redemptoris paſſio & ore prædicãda, & admiratione cogitanda. *S. Greg.*

Ore corporis, & cordis Chriſti ſanguis hauriendus. *B. Rupert.*

Primum vitiorum aditum reiiciendum per verum Agnum, docebat ritus ille, quo agni ſanguine domus

Primæ vitiorum appetitiones tollẽdæ.

domûs poſtes liniebantur; Exod. 12. quod in hunc modum vrget ſanctus Gregorius Nyſſenus lib. de vita Moſis: *Primogenitorum*, inquit, *nece, & poſtium per ſanguinem cuſtodia diſcimus, & illic primas vitiorum appetitiones tollendas, & hinc primum vitiorum aduerſum nos aditum per verum Agnum repellendum eſſe intelligimus: non enim ingreſſum percuſſorem eycere, ſed ne omnine ſubingrediatur cauere lex iubet.*

S. Greg. Nyſſ.

Sanguinis Chriſti intuitu mens ſuperbiam caueat.
S. Laur. Iuſt.

Quî poſtæ ſuperliminare vtiliter tingatur ſanguine, ſcitè explicat ſanctus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de fide, rem flectens ad fidem in hunc modum: *Fides eſt etiam poſta ſignata, ſuperliminare cuius dicitur tinctum eſſe ſanguine Chriſti, vt intuitu ſanguinis eius mens ſuperbiam caueat;* ſed quia hîc ſumus, alia de poſtibus ſubiiciamus, & gentibus obſeruata, & Hebræis.

Apud Romanos poſtes hoſtium ſpolÿs ornati.
Liu.
Cic.
Polyb.

Romani ſolebant ſuos poſtes ornare hoſtium ſpoliis. Liuius lib. 38. *Et catera ſpolia eius vobis ante currum laturus, & fixurus in poſtibus ſuis.* Cicero in Anton. *An tu illa in veſtibulo roſtra, & hoſtium ſpolia cùm aſpexiſti, domum tuam intrare te putas?* Polybius, *In adibus conſpectiſſimâ earum parte, ponunt ſpolia, indicia, & teſtimonia ſua virtutis;* nobile noſtræ virtutis teſtimonium in ſanguine ſitum eſt, qui mentis poſtibus hæret.

131. *Poſtes deaurati.*
S. Hier.

Poſtes quandoque olim deaurati cernebantur. Sanctus Hieronymus in epiſt. ad Marcellam: *Inter linguas rodentium miniſtrorum poſtes ingredimur deauratos.*

Quadã verba ianua poſtibus inſerunt Hebrai.

Ianuæ poſtibus inſerunt Hebræi quædam verba ex ſacris litteris ſumpta, & pergamenæ chartæ religioſiſſimè inſcripta; de qua re fusè ſcribitur in שלחן ערוך tract. de מזוזה ſic enim eam appellant.

מזוזה quid.
Formula in hac re vſurpari ſolita.

Dum mezuzah poſti imponunt, hac vtuntur formulâ Hebræi, quæ in סדר תפלות habetur; quæ ex Hebraico fonte in Latinum conuerſa ita ſonant; *Benedictus eſto tu Domine Deus noſter, Rex mundi, qui ſanctificauit nos in praceptis ſuis, & pracepis nobis vt mezuzah firmaremus.*

Locũ in quo mezuzah oſculantur Hebrai.
R. Leo.

Loco vbi מזוזה ſita eſt, frequenter Iudæi manus admouent exeuntes, egredientéſque, quin & aliquando illum oſculantur, vt vſus confirmat, & tradit R. Leo.

Pleraque ianua ſine mezuzah.

Pleræque ianuæ ſunt, quibus non licet mezuzah includere, inter alias eæ, quæ ad balneum ducant, aliaque loco impura; ſic in שלחן ערוך tract. de hac re.

EXCVRSVS IX.

Agni paſſionem cogitet, qui agni carnibus veſcitur.

In corde, *&* ore *Chriſti paſſio ſit.*
Verba *Chriſti paſſionem redoleant.*
Chriſti amor *erga nos vt collectus.*
Chriſti ſanguis *vt* tuba *vocem ſuam exaltat.*
Conuiuium inſpectionis *ſacra Euchariſtia.*
In hoc conuiuio inſpicienda, *qua paſſus eſt Chriſtus.*
In hoc conuiuio ſingulorum actus *Deus inſpicit.*
Inſpectionis dies, *dies iudicÿ.*
Agni carnes igne aſſata ad paſſionem *nos vocant.*
Aqua, & vini miſtio in calice vt ad Chriſti crucem *mentem noſtram flectat.*
Chriſtus ipſe agnum paſchalem intuens ſuam paſſionem *intuebatur.*
In euchariſticâ menſâ Chriſti vulnera *lambenda.*
Tempus, quo inſtitutum Euchariſtia ſacramentum ad paſſionis meditationem *nos vrget.*
Agreſtes lactuca paſſionis amaritudinem *repraſentant.*
Panis, *&* vini *ſpecies* paſſionem *Chriſti vt repraſentent.*
Panis fractio paſſionem *ſignat.*
Sacra communioni Dominica paſſionis *meditatio pramittenda.*
Menſa iucunda Chriſti paſſio.
Quî in euchariſticâ menſa Chriſti paſſio *cogitanda.*
Chriſti paſſioni *vt ſponſa hærere debemus.*
Regiam mentem induit, qui Chriſti paſſionem *cogitat.*
Piè, non curioſè Chriſti paſſio *ſpectanda.*
Paſſionis *beneficium noſtra memoria harere debet.*
Poſt cibum mortis Chriſti *memoria.*
Quàm vtilis meditatio Dominicæ paſſionis.

AGni ritus, quos expendimus, & illuſtramus, huc nos vocant, vt veri Agni paſſionem voluamus mente, ſeriò cogitemus; domûs poſtes agni ſanguine linimos, ſi Chriſti paſſio inſcribatur memoriæ, corde, oréque habeatur. Breuiter, ſed tamen plenè rem habet S. Gaudentius tract. 6. ad Neophytos. *Habeat*, inquit, *imò habeamus in vtriſque poſtibus, ſcilicet & in corde, & in ore ſalutarem* DOMINI PASSIONEM. Sanctus quoque Auguſtinus, ſiue alius ſub eius nomine, lib. 21. quæſtionum, quæſt. 2. *Oblitis ſanguine liminibus, vt figura Dominica paſſionis fronte ſignetur.* 132.

In corde. & ore Chriſti paſſio ſit.
S. Gaudent.

Poſtes agni ſanguine adſpergebantur; vt hinc colligeremus verba ex ore promenda, quæ Chriſti paſſionem redolerent, oréque affirmaremus, quod corde credimus; ſcitè Abulenſis in cap. 16. Matth. quæſt. 17. *Cauſa pracipua, cur poſtes agni ſanguine rubricarentur, erat ex parte Chriſti, quia ſignabatur, quòd per ſanguinem Chriſti, qui erat Agnus immaculatus, liberaremur à morte, & à Diabolo, qui erat verè Angelus exterminator, nam per ſanguinem ſuum acquiſiuit nos, Act. 20. 28. & ob hoc ponebatur ſanguis in poſtibus, & ſuperliminaribus porta, per quam eſt introitus in domum, vt ſignificaretur os noſtrum per quod eſſet exitus Verbi; nam per confeſſionem paſſionis Chriſti ſaluamur, quia ſicut fides de ſanguine Chriſti eſt neceſſaria, ita & confeſſio ad Rom. 10. cap. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.*

Verba Chriſti paſſionem redoleant.
Abul.

Olim amatores amicarum fores ſpargebant mero, vt innuit Plautus in Curcul. ſcen. 1. verſ. 89. Prodit veriùs, pleniúſque amorem ſuum erga nos Deus, dum animarum, quas amat, fores, oſtiorúmque poſtes Agni ſanguine illinit, & paſſionis ſuæ, effuſique pro nobis ſanguinis memoriæ offert, mentes abſtergit.

Chriſti amor erga nos vt collectus.

Flagellatur Chriſtus, effundit ab omni corporis parte ſanguinis fontes. audis quàm fortiter ad amorem prouocet, quàm altè ad ſanctitatem hic ſanguis inclamet? Validior omni voce eſt, omni tubâ, ſi audias. Diuini verbi præconem inhortatur Deus, dicens apud Iſaiam, cap. 58. verſ. 1. *Quaſi* 133.

Chriſti ſanguis vt tuba vocem ſuam exaltat.

tuba

tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum; hoc Prædicatoris eſt munus; quid? iſtuc idem Chriſti effuſus ſanguis præſtat; *Chriſti ſanguis*, inquit ſanctus Bernardus epiſt. 7. QVASI TVBA *exaltat vocem ſuam, & ſi vocem eius tu non audis, audit eum, de cuius latere manauit; quomodo namque proprium non audit, qui Abel ſanguinem audiebat?* Sanguinis tubam, ſanguinis vocem audi, quæ ad bellum vrget, ab otio auocat, ab vmbrâ reuocat.

S.Bern.

Conuiuiū inſpectionis ſacra Euchariſtia.

Amori amor reſpondeat, nemo patiatur obliuione ſepelire, quæ paſſus pro nobis eſt Dei Filius, túncque maximè paſſio Chriſti cogitanda, cùm Chriſtum ſub Euchariſtiæ velamine latentem ſumimus. Obſeruo ſacram Euchariſtiam, *Inſpectionis conuiuium*, olim dictam, hoc eam nomine donat ſanctus Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. cap. 8. *Audite conuiuium inſpectionis, quod nutrit, & deificat*; cur *inſpectionis*? An quia mentis oculis in eo inſpici debet, & cogitari, quanta pro nobis paſſus Dei filius? Ita cenſuit etiam doctiſſimus Turrianus, dum ait: *Conuiuium dicitur in quo myſtica menſa apponitur; Inſpectionis verò conuiuium vocauit, quòd in hoc conuiuio myſticâ ea inſpiciamus contemplatione mentis, ad quorum memoriam fit, ſicut dixit Dominus: hoc facite in meam commemorationem.* Illis inſpectionis conuiuium haud eſt, qui in illo non inſpiciunt, quid pro omnibus paſſus ſit Dei filius ſui ſanguinis fuſu, ſuæ vitæ. Poteſt etiam *Inſpectionis* dici, quia diligentiſſimè hîc inſpicere quiſque debet ſuos mores num vel minutiſſimas defectuum paleas habeat, quæ auferendæ; *Inſpectionis* dicitur, quia vt vbique noſtra videt Deus, hîc tamen acutiſſimè inſpicit, qualis quiſque ad hanc menſam accedat. Hinc Rex ille in Euangelio, qui in filij ſui nuptiis conuiuium parauerat, & conuiuas inuitauerat & bonos, & malos, cùm accuberent intrauit vt ſingulos inſpiceret. *Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes*, Matth. 22. cur intrat vt videat, qui vbique eſt, & omnia videt? An quia vbi de cœleſti conuiuio agitur; tunc ita diligenter ſingulorum conſcientias explorat, & inſpicit, vt *inſpectionis* dies ſit, & *inſpectionis* ſit illud conuiuium? Siſtenda hîc ſancti Paſchaſij verba lib. 10. in Matthæum, vbi explicans hæc verba, ait: *Mira, & ineffabilis ratio, vt dicatur intrare Regem, qui vbique eſt, & nuſquam, nec vnquam abeſt, nec eſt vbi non ſit, qui omnia complet, ſed eius intrare eſt mentes ſingulorum diſcutere, ac reſpicere, ad quas nemo alter poteſt intrare, vel reſpicere; vnde cùm* OIES INSPECTIONIS, *ſeu iudicij aduenerit, tunc inſpectorius omnium conſcientias intrabit.* Vides quam acutè omnia inſpiciat, vbi vel nuda euchariſtici conuiuij apparet figura?

S.Dionyſ.

In hoc conuiuio inſpiciēda qua paſſus eſt Chriſtus.

Turr.

In hoc conuiuio ſingulorū actus Deus inſpicit.

Matth. 22.

S.Paſch.

Inſpectionis dies, dies iudicij.

Pende hîc mihi illa verba, *cùm dies inſpectionis, ſeu iudicij.* Iudicij dies inſpectionis dicitur, quia licèt ſemper, & vbique ſingula Deus inſpiciat, tunc præmio, vel ſupplicio afficienda maximè Dei obtutui obſeruabuntur: Euchariſtia quoque *inſpectionis conuiuium* dicitur, vt iudicij dies in eo cogitetur, cùm Deus ita cuiuſque habitum, mores, actionéſque inſpiciat, vt iudicij munus exercere videatur. Vnde & Paulus monet, ne quis indignus accedat, alioquin Chriſti carnem comedere exiſtimans, eiúſque ſanguinem bibere, iudicium manducabit, & bibet, non diiudicans corpus Domini, non inſpiciens conuiuij ſanctitatem. Sed ad paſſionis memoriam redeamus.

134. Et vt ab agni ritibus, de quibus agimus, non abeamus, agni carnes igne aſſatæ paſſionis memoriam poterant excitare. Hinc B. Rupertus lib. 2. in Exodum cap. 10. ita ſcribit: *Carnes aſſas igni, id eſt, excoctas moleſtiâ* PASSIONIS; eódem reſpexit etiam ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Chriſti, cap. 22. in hæc verba: *Nec crudum quid ex his, aut coctum aquâ, ſed aſſas tantum igni paſſionis comedamus*; qui eod. lib. cap. 11. ex eo quòd aqua in calice miſceatur, paſſionis commemorationem faciendam eſſe optimè colligit, cùm & in cruce ex eius latere ſanguis fluxerit, & aqua. *Planè*, inquit, *aqua in ſanguine quare miſceatur, dum in natali calicis factum fuiſſe à Chriſto non legimus, illa permaxima cauſa eſt, quia de latere Chriſti, vbi* PASSIO *completur, ſanguis pariter, & aqua manauit, quod rectè myſterium Apoſtoli plenè intelligentes, faciendum in calice cenſuerunt, vt nihil deeſſet nobis in hoc Sacramento ad commemorationem paſſionis, quod tunc exiſtit in cruce ad conſummationem noſtræ redemptionis.* Hactenus ille.

Agni carnes igne aſſata ad paſſionem nos vocant.

B. Rupert.

Aquæ, & vini miſtio in calice vt ad Chriſti crucē mentem noſtram flectat.

Idem.

Chriſtus ipſe agnum paſchalem intuens, paſſionem ſuam in illo meditabatur, quodadmodum piè ſic ille pius Auctor explicabat: *Videbat Chriſtus foris in menſâ agnum veterem mortuum, excoriatum, & aſſum igni, intus verò meditabatur ſe mox flagellatione excoriandum, igni* TORMENTORVM PASSIONIS ASSANDVM, *& in cruce moriturum; comedebat cum ſuis feſtinanter, ſed nouerat etiam quàm feſtinanter mox irruerent inimici ad ipſum capiendum; in azymis panibus, & lactucis agreſtibus, atque amaris, agnoſcebat myrrham, ac fel, acetúmque & alias amaritudines, quas paulò pòſt, ſuæ paſſionis tempore erat guſtaturus; videbat renes manducantium agnum Zonâ aliquâ, vel fune ſuccinctos, ſed intus contemplabatur funes, & vincula eorum, qui mittendi erant imminente nocte ad comprehendendum Ieſum, in baculo quem manu tenebat contemplabatur Crucem, cui clauis erat affigendus.* Noſtrum eſt noſtri ducis veſtigia ſequi, quod fecit Chriſtus, & nos quoque faciamus, Ieſu paſſionem mente voluamus, dum Ieſum accipimus.

Chriſtus ipſe agnum paſchale intuēs, ſuam paſſionē intuebatur.

Gentiles canibus illis pares, qui Lazari vlcera lingebant; dum ſcilicet in Euchariſtiâ ita ſanguinem Chriſti lambunt, vt paſſionis eius vulnera deuotiſſimè lingunt. Sancti Auguſtini lib. 2. ſuper Euang. quæſt. 38. hæc ſunt verba, hæc mens; *Vlcera paſſiones ſunt Domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis ſuſcipere dignatus eſt. Canes ergo qui ea lingebant, gentes ſunt, quos homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi, & tamen paſſiones Domini in Sacramentis corporis, & ſanguinis eius per totum iam orbem ſuauitate lambunt deuotiſſimâ.* 135.

In euchariſticâ menſâ Chriſti vulnera lambenda.

S. Aug.

Etiam ipſo Sacramenti inſtitutionis tempore docere nos Chriſtus voluit, quanto deſiderio teneretur, vt paſſionis eius memoria in nobis vigeret, nam paſſioni proximus, & citò moriturus illud inſtituit, vt temporis nexus proderet, non eſſe Chriſti corpus ſumendum in ſacrâ communione, niſi etiam eius paſſio verſetur, adeò vt non abiungantur ea myſteria, quæ tantâ temporis vicinitate perfecta ſunt, vt vnius finis alterius extiterit principium. Accinit huic menti B. Algerus lib. 1. de Sacramento, cap. 22. in hæc verba: *Nec antè, nec pòſt, ſed* IPSA PASSIONIS, *& tranſitûs ſui horâ Sacramentum corporis ſui dedit, & ſanguinis, vnde dabat exemplum, daret etiam myſterij exordium, quatenus memoriæ noſtræ arctiùs paſſionis ſuæ characterem imprimeret.*

Tempus, quo inſtitutū Euchariſtiæ ſacramētum ad paſſionis meditationem nos vrget.

B. Algerus.

Ille cum lactucis agreſtibus, ſeu cum amaritudinibus, agni carnes comedit, qui Chriſti paſſionem, tormenta, ludibriaque ſeriò verſat, & cogitat; ſic ille: *Carnes agni comedebantur cum lactucis agreſtibus, ſeu, vt vertunt LXX. cum amarulentis, & ſub-*

Agreſtes lactucæ paſſionis amaritudinē repræſentant.

Lud. Pon. lib. 4. exh. 5.

acerbis

acerbis herbis, ſeu cum amaritudinibus, quia caro Chriſti manducanda erat cum memoriâ amaritudinum, & ACERBISSIMORVM DOLORVM, *quos paſſus eſt pro peccatis noſtris.*

136. *Panis, & vini ſpecies paſſionem Chriſti vt repreſentent.* Franco.

Panis adhibetur in hoc Sacramento, & vinum etiam, vt ſtatim paſſionis Chriſti memoria in nobis reuiuiſcat, dum animo voluimus, quî panis fiat, quî vinum exprimatur. Fulcit hanc mentem Franco Abb. tom. 10. de gratiâ Dei, dum ait: *Pulchrè in his memoria Dominicæ* PASSIONIS *peragitur, quorum vtrumque quodammodo patitur, teritur, premitur; quia ſicut grana teruntur, vt panis fiat, ſic & vuæ calcantur, vt vinum fluat.*

Panis fractio paſſionem ſignat. Idem.

Ipſa etiam panis fractio paſſionem Chriſti rectè innuebat. Rem his verbis explicat Franco Abb. vbi ſuprà: *Frangit panem tanquam poteſtatem habens ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam, licèt enim perſecutor comprehendat, liget, cædat, irrideat, conſpuat, crucifigat, ipſe eſt, qui panem frangit, ipſe qui myſterium* PASSIONIS *peragit.*

Sacræ communioni Dominica paſſionis meditatio præmittenda. Cant. 1. Ludou. Pon. lib. 4. exh. 8.

Præmittenda ſacræ communioni Dominicæ paſſionis cogitatio eſt; hinc in amoris Cantico c. 1. illa verba, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*, v. 13. quæ ad euchariſticum calicem ab aliquibus flectuntur, præmittuntur iſta: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, v. 12. quæ paſſionis amaritiem ſonant, & meditationem Chriſti cruciatuum, vt vel ordine doceremur hanc illi præmittendam, & per paſſionis memoriam ad euchariſticum ſanguinem eundum; quod nobilis pius Auctor notabat in hæc verba: *Prius dilectus dicitur faſciculus myrrhæ, & poſtea Botrus Cypri, vt intelligas meditationem paſſionis, & amaritudinem Chriſti præparationem eſſe ad dignè recipiendum hoc Sacramentum, & guſtandam eius dulcedinem.*

137. *Menſa iucunda Chriſti paſſio.* S. Aug.

In euchariſticâ menſâ ex paſſionis Chriſti menſâ edere dulces epulas poſſumus; menſa iucunda Chriſti paſſio eſt, vitale conuiuium Eccleſiæ ſuo corpore, ſuo ſanguine Chriſtus exhibuit. Verè ſanctus Auguſtinus ſerm. 9. & 40. nouis. *Menſa iucunditatis* PASSIO CHRISTI *eſt, qui ſe pro nobis in menſâ crucis obtulit ſacrificium Deo Patri, donans Eccleſiæ ſuæ Catholicæ vitale conuiuium, corpore ſuo nos videlicet ſatians, & inebrians ſanguine.* Sapiunt hæ epulæ ſano palato, ſapiunt ab omnîs vitij amaritudine immunes. O frequentiùs huic menſæ accumberemus, ad hoc conuiuium promptiùs curreremus!

Qui in euchariſticâ menſâ Chriſti paſſio cogitanda. Franco.

Quî in euchariſticâ menſâ Agni noſtri paſſio cogitanda ſit, eleganter explicat Franco Abbas, tom. 10. de gratia Dei, dum ait: *Memores prius conuiuæ Chriſti, qui ad menſam illam magnam conſedit, quomodo ſupplicijs noſtris innocens ſit addictus, quantis opprobrijs, quantis iniurijs, quantis ſit pœnis afflictus. Memores faciem illam, in quam deſiderant Angeli proſpicere, ſputis illitam, alapis cæſam; crucis ignominiam, fellis amaritudinem, & mortem felle amariorem. Recolat etiam pio compaſſionis affectu acerrimam membrorum omnium innocentis Agni in patibulo diſtinctionem, atque amariſſimam illam clauorum confixionem. Ad hæc omnia, & ſuper hæc omnia miretur ſpontaneam paſſionem, & immutabilem patientis manſuetudinem. Nec præterea vulnus illud ſaluberrimum, ex quo vulnerum noſtrorum profluit medicamentum.*

138. *Chriſti paſſioni vt ſponſæ hærere debemus.* Anonym.

Hærebat illius menti Chriſti paſſio, qui eam tanquam ſponſam ducere in coniugium cupiebat; his verbis affectum ſuum promebat Anonym. auctor, ſed tamen, vt apparet, pius, in tract. Mss. de præparat. ad Miſſam: *Paſſionem*, inquit, *tuam volo Domine Ieſu, hanc volo, hanc mihi in vxorem tribue, non peto pulchritudinem cæli, ſed ignominiam tui, non mundi delitias, ſed tui anguſtias; citò mihi, Domine, tribue eam, nolo enim ſecum ſponſalia facere, ſed matrimonium conſummare; conſentiat in me benigniſſime Ieſu, quia conſentio in ea, & eſt matrimonium ratum, intret cor meum in vulnera tua, & ipſa intrent in animam meam, erit matrimonium conſummatum.* O eandem mentem eius quiſque poſſet veſtire! Sanctiores euchariſticæ menſæ conuiuæ fierent, euaderent puriores.

Regiam mentem induit, qui Chriſti paſſionem cogitat. Matth. 24. 28.

Regiam mentem indui, qui Chriſti paſſionem cogitant, indicant illa Chriſti verba, Matth. 24. 28. *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*; plerique non corpus habent, ſed *cadauer*, vt mortui Chriſti memoria refricaretur; ſed cur circa illud aquilæ eſſe dicuntur, non corui, non aliæ volucres? An quia Regis inſigne aquila eſt, & regiæ mentis eſt ad Dominicam paſſionem aduolare? Scitè Origenes tract. 30. in Matth. *Vide*, inquit, *quia non dixit, vbicunque fuerit cadauer, illic congregabuntur volucres, aut corui; ſed volens oſtendere magnificos, ac regales eſſe omnes, qui in Domini paſſione credunt, propriè dixit, vbicunque fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.* Orig.

139. *Piè, nō curioſè Chriſti paſſio ſpectanda.* Matth. 26. 58.

Cogitanda Chriſti paſſio, mentis oculis ſpectanda illius tormenta, ita tamen vt curioſitate aliquâ acti id non præſtemus; fors & Petrus ideo cecidit, quia atrium principis Sacerdotis ingreſſus eſt, *vt videret finem*, Matth. 26. 58. ingredi debebat, vt ſtrenuè depugnaret, non vt curioſus pugnæ finem inſpiceret. Opportunè rem premit B. Laurentius Iuſtianus de triumphali Chriſti Agone, cap. 8. *Non enim humiliter, neque conſtanter ingreſſus eſt, & fortaſſe ideo corruit, quoniam non vt pugnaret, ſed vt finem videret acceſſit*, non benè paſſionem Chriſti videt, qui videt tantùm, non imitatur. B. Laur. Iuſt.

Paſſionis beneficium noſtra memoria hærere debet. Num. 29.

Par igitur eſt, vt ſeriò, ſedulóque cogitemus quanta pro nobis paſſus Dei filius ſit. Hebræi vt immolationis Iſaac recordarentur in die clangoris, atque tubarum, de quo agitur Num. 29. v. 1. cornu arietis vtebantur, quia aries tunc oblatus cum Iſaac Abraham vellet offerre, ita obſeruant Rabini. Et ex illis Iſidorus Clarius ad illa verba: *Dies clangoris eſt, & tubarum memoriam oblationis Iſaac*; quid nobis non præſtandum, vt paſſionis Chriſti memoria ſemper in nobis viuiſcat, vt nunquam grande beneficium obliuioni tradatur? Iſid. Clar.

Poſt cibum, mortis Chriſti memoria. Pſalm. 21. Agell.

Noluit obliuione ſepelire Deus cùm in eius memoriam diuiniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit, vt ſtatim paſſionis eius, & mortis recordaremur; hinc Dauid Pſalm. 21. v. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur*, cœleſti ſcilicet pane; quid inde? *Reminiſcentur*; quid reminiſcentur paſſum pro ipſis, mortuúmque Dei filium. Pulchre noſtet Agellius hîc: *Aptè autem poſt illum cibum, qui corda viuificat, dictum eſt, Reminiſcentur, cùm illam eſcam, vt in ſuæ mortis commemorationem ſumatur, Dominus inſtituerit.*

Quàm vtilis meditatio Dominicæ paſſionis. Damian.

Quis dignè explicet, quàm vtilis nobis, atque ſalutaris paſſionis Chriſti memoria ſit? Benè Damianus in ſpeculo Monachorum: *Opportunum tentationum refugium, ſuaue anguſtiorum refrigerium, indeficiens diuini amoris incendium, omnium aduerſitatum condimentum*, eam vocat; grauia omnia hac conſideratione redduntur leuia, aſpera omnia lenia, amara dulcia fiunt.

EXCVRSVS X.

Chriſti paſſio non cogitanda dumtaxat, ſed imitanda.

Imitanda *Chriſti paſſio, non cogitanda dumtaxat.*

Vini, & aquæ mixtio nos ad Dominicæ paſſionis *imitationem vocat.*

Paſſionis myſterium *celebrans, ſit etiam imitator.*

Quàm gratum Deo ſacrificium, *ſe pro peccatoribus Deo offerre.*

Chriſtus nobis in paſſione *præambulus.*

Otioſum ferè reddit paſſionis myſterium, *qui non imitatur.*

Quàm ſalubris cogitatio *paſſionis Dominicæ.*

Voluptatum radices *paſſionis meditatio extirpat.*

Quanti ſit meriti *meditatio paſſionis Chriſti.*

Quàm tutum *tinctam Chriſti ſanguine viam ſequi.*

Patienti Chriſto compati, & dolenti condolere gratum Deo ſacrificium.

Attentè *Chriſti paſſio cogitanda.*

Cogitatio *Dominicæ paſſionis in conuerſationem migret.*

Chriſti paſſio moribus *exprimenda.*

Verè pertulit, *quæ pro nobis eſt paſſus Chriſtus; figmenta, afflictiones noſtræ ſunt.*

Grauia quaque leuia fiunt, Chriſti paſſionem ſeriò cogitanti.

Parua *ſunt, quæ nos patimur tormentorum Chriſti comparatione.*

Chriſti paſſione floremus *vt lilium.*

In hortis *eſſe cœpit Eccleſia, poſtquam in horto captus eſt Chriſtus.*

140. *Imitanda Chriſti paſſio, non cogitanda dumtaxat.* B. Rupert.

IN vtroque poſte agni ſanguis ponebatur, non in vno dumtaxat; vt rectè moneremur, non ore dumtaxat Chriſti paſſionem verſandam, ſed & imitatione exprimendam; huc nos ducunt B. Ruperti verba, qui lib. 2. comment. in Exod. cap. 9. ita ſcribit: *In vtroque poſte ſanguis agni poſitus, quando Sacramentum paſſionis illius ore ad redemptionem ſumitur, ad* IMITATIONEM *quoque intentâ mente cogitatur. Nam qui ſic Redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem eius necdum velit, ſolo in vno poſte ſanguinem poſuit.* Eódem ſpectabat ſanctus Gregorius in lib. 1. Regum lib. 2. dum ait: *ſument de ſanguine eius, & ponent ſuper vtrumque poſtem. ſanguis ponitur ſuper vtrumque poſtem, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur, & ad* IMITATIONEM *intentâ mente cogitatur; nam qui ſic Redemptoris ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius necdum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit.* Idem habet Petrus Bleſenſis epiſt. 23. *In vtroque poſte ſanguis agni ponebatur, vt Sacerdos Sacramentum Dominicæ paſſionis non ſolùm ore ad Redemptionem, ſed corde ad* IMITATIONEM *ſuſcipiat.*

S. Gregor.

Petr. Bleſ.

Vini, & aquæ mixtio nos ad Dominicæ paſſionis imitationem vocat.

Qui euchariſtici agni carnibus veſcitur, paſſionem Chriſti ita cogitet, vt etiam imitetur; hoc vt innuatur, vino calicis aqua admiſcetur; huc enim ſpectabat Franco Abb. tom. 10. de gratia Dei, *Quem*, inquit, *ſuauis guſtus vini huius demulcet, preſſuram torcularis non recuſet. Ideo & aqua myſterio noſtri vino miſcetur, & ſic ſacrificium acceptabile Deo offertur, quia tunc gratam Deo* PASSIONIS *Chriſti hoſtiam immolamus, quando & ipſi paſſionibus eius ſimul patiendo communicamus. Cùm enim Dominus noſter corpus ſuum, & ſanguinem in myſterio panis, & vini ſumendum diſcipulis traderet, mandatum dedit, vt hoc frequentiùs in ſui commemorationem agerent. Tunc enim dignè offerimus, tunc dignè ſumimus, cùm multitudinem, & magnitudinem charitatis eius in offerendo, & ſumendo recolimus, &* SIMILIA *pro eo ipſo largiente pati nequaquam ſubterfugimus.*

Franco.

Qui hoſtiam offert, hoſtia fiat, ſéque ipſum Deo mactet, qui in ſacro Altari Deo immolari Chriſtum videt; hinc illud B. Algeri lib. 1. de Sacramento, cap. 12. *Neceſſe eſt, vt cùm agimus, noſmetipſos in cordis contritione mactemus; & qui paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus* IMITARI, *quod agimus; tunc ergo verè pro nobis Deo hoſtia erit, cùm nos ipſos Deo hoſtiam fecerimus.* Huc facit & illud ſancti Gregorij lib. 4. Dial. cap. 34. *Neceſſe eſt, vt cùm hæc agimus, noſmetipſos Deo in cordis contritione mactemus; quia qui paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus imitari quod agimus.* 141.

Paſſionis myſterium celebrans, ſit etiam imitator.

B. Alg.

S. Greg.

Sancta Lutgardis virgo vidit Ieſum ſe Patri offerentem pro peccatoribus, & dixit ei: Ita ego volo vt tu quoque te mihi offeras pro illis. fecit, & fudendi ſanguinis deſideria concepta rupta vena, quæ extrinſecus cordi oppoſita, vt veſtes ſanguine maderent, apparuit tunc illi Chriſtus, & ait: *Pro feruentiſſimo martyrij deſiderio, quod in ſanguinis huius effuſione habuiſti, idem cum virgine Agnete in cœlis præmium conſequêris.*

Quàm gratum Deo ſacrificium, ſe pro peccatoribus Deo offerre.

Acta.

In paſſione *præambulus* noſter Chriſtus eſt; vt eius exemplo veſtigia eius premamus. Feſtiuè Petrus Bleſenſis ſerm. 41. in Synodo: *Vides Deum, & hominem coram te in cruce pendentem, plagis liuidum, in cruce eleuatum, proprio ſanguine cruentatum, inclinato capite mortuum, in dextero latere lanceatum, tum dum vixit pro crucifixoribus orantem. Et tu, fili, crucem portes ſequens* PRÆAMBVLVM TVVM *in compaſſionibus proximi.*

Chriſtus nobis in paſſione præambulus.

Petr. Bleſ.

Otioſum nobis reddimus paſſionis Sacramentum, dum Chriſtum non imitamur; quod monebat etiam ſanctus Gregorius lib. 13. moral. cap. 8. vbi hæc habet: *Vt ergo in nobis ſacramentum Dominicæ paſſionis non ſit otioſum, debemus* IMITARI *quod ſumimus, & prædicare cæteris quod veneratur.* 142.

Otioſum ferè reddit paſſionis myſterium qui non imitatur Chriſtum.

S. Greg.

Vtilis cogitatio Dominicæ paſſionis eſt; B. Laur. Iuſtin. in prologo de triumphali Chriſti agone, ita rem expendit: *Nulla ſalubrior ad mentis conſtruendum habitaculum cogitatio reperitur, quàm paſſionis Chriſti, lapidis duriſſimi. Per ipſam quippe humanæ ſalutis reſtauratio, & ineffabilis Dei ad homines agnoſcitur ſumma dilectio.*

Quàm ſalubris cogitatio paſſionis Dominicæ.

B. Laur. Iuſt.

Altas in hominum cordibus radices voluptates habent, quæ vulnerum Chriſti memoriâ, paſſioníſque recordatione extirpari poſſunt; ſancti Petri Damiani hæc ſunt verba ſerm. 59. *Nihil ſic valet ad extirpandas voluptatum* RADICES, *quàm recordatio vulnerum Domini mei, qui ſtetit ante iudicem, qui alapas accepit, qui flagellatus eſt, conſputus, qui coronatus ſpinis, qui colaphis cæſus, qui ſuſpenſus in ligno, qui mortuus in cruce, qui lanceâ percuſſus.*

Voluptatum radices paſſionis meditatio extirpat.

S. Pet. Dam.

Beatus Albertus Magnus tract. de Miſſâ, paſſionis Dominicæ meditationem, eiúſque fructum ita efferebat, vt diceret: Simplex recordatio, vel meditatio paſſionis Chriſti plus valet, quàm ſi quis per annum ieiunaret in pane, & aquâ qualibet 143.

Quanti ſit meriti meditatio paſſionis Chriſti.

B. Alb. Magn.

ſextâ

Digitized by Google

ſextâ feriâ, vel diſciplinaret ſe qualibet hebdomadâ per annum vſque ad effuſionem animi, vel quotidie legeret vnum pſalterium.

Quàm tutum tinctam Chriſti ſanguine viam ſequi. Petr. Abb.

Petrus Abbas Cellenſis lib. 7. epiſt. rem eandem ita commendabat: *Nihil ad cœlum euntibus tutius, quàm ſequi ſtratam, ſanguine Chriſti tinctam, quam veſtigia clauorum impreſſa proſpicere, & ante oculos ſuos Chriſtum ſemper perſcriptum, & præſcriptum inſpicere. Rectiſſimum hoc iter ad tribunal gratiæ, via hæc latronibus vacua.*

Patiẽti Chriſto compati, & dolenti condolere gratum Deo ſacrificium. Acta.

Non omnes pro Chriſto ſanguinem effundere poſſunt, poſſunt effuſum à Chriſto cogitare; quod par martyrio eſt; Angelus Ioannæ à Cruce dixiſſe legimus, Deum adeò amare lachrymas pro eius paſſione fuſas, vt grati ſacrificij loco iſtuc haberet, non ſecus ac ſi ſanguis pro eo effunderetur, ingentéſque tribulationes pro eo ſuſtinerentur, vt habetur in Beatæ huius vitâ cap. 15.

144. *Atteṅtè Chriſti paſſio cogitanda.* Sim. de Caſſ.

Cogitari paſſionem ſuam Chriſtus voluit, cùm in Cruce pendens, horarum trium eclipſim fieri iuſſit, tenebriſque omnia obſideri; *Quo homines*, inquit Simon de Caſſiâ lib. 4. in Euangel. cap. 4. *in illis tenebris nullâ mentis euagatione in tanti myſterij conſiderationem ingrederentur*; mentéque intus collectâ, patienti Chriſto comparerentur, cui rei denſæ illæ tenebræ opportunæ.

Cogitatio Dominicæ paſſionis in conuerſationem migret. 1. Petr. 4. S. Hier.

Salubris paſſionis meditatio eſt, & Chriſto grata, ſed ſalubrior erit nobis, & gratior Chriſto, ſi cogitatio in mores vertatur, vt imitemur quod cogitamus: hinc illud 1. Pet. 4. *Chriſto in carne paſſo, & vos eâdem cogitatione armamini.* Sanctus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, legit, *Eâdem conuerſatione armamini*, vt cogitatio in conuerſationem migret, non in nudâ meditatione ſiſtamus; paſſus enim eſt pro nobis Chriſtus, vt & nos pro illo pateremur; VValfridus Abbas ita canebat carm. de Paſſ. VValfr.

Ille crucem, plagas, alapas, ſputa, aſpera paſſus,
Oſtendit tibi quæ te tolerare decet.

Chriſti paſſio moribus exprimenda, & vitâ. Vgo Car.

Baculus quoque quem agni conuiuæ geſtare debebant, paſſionem, crucémque Chriſti ſignificabat; huc voco illud Vgonis Carenſis in Pſalm. 17. *Baculus eſt memoria paſſionis. Pſalm.* 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*; iure autem baculus geſtandus manibus erat, vt operibus Chriſti paſſio repræſentaretur; Zaræ quoque manui coccinum alligatum eſt Gen. 38. 57. quod paſſionem Chriſti ſignificabat, quæ moribus exprimenda.

Coccinum Chriſti paſſionem ſignificabat, quod rectè alligatur Zaræ, qui *oriens* interpretatur, nam Chriſti paſſio, & ſanguis effuſus lumine Chriſtianos perfundere debebat: *Ipſa manus*, inquit ſanctus Paſchaſius lib. 1. in Matth. *ſecum in vtero coccum retraxit, indicia videlicet Chriſti* PASSIONIS, *cuius effuſio ſanguinis actum illuſtrauit Chriſtianum. Hinc etiam idem Zara nomen accepit. Zara quippe oriens dicitur*; illuſtratur ille, qui coccinum intus in mentis vterum trahit, & effuſum Chriſti ſanguinem mente verſat, & ſecum ſeriò cogitat, quid pro illo paſſus Dei filius, & pleniore luce perfunditur, qui in Deo imitatur, quod videt eum pertuliſſe. S. Paſchaſ.

145. *Verè pertulit, quæ pro nobis eſt paſſus Chriſtus; figmẽta, afflictiones noſtræ ſunt.* Iſa 53. 4. Oleaſt.

Verè pro nobis paſſus eſt Chriſtus: *verè languores noſtros ipſe tulit*, ſic enim loquitur euangelicus Propheta cap. 53. v. 4. ſignatè addidit *verè*, vt noſtram hypocriſim traduceret, & damnaret; qui ſæpè bona opera præſtare videmur, nec præſtamus; aliud verè agimus, ac extrà appareat. Feſtiuè Oleaſter ad producta verba in cap. 53. Iſaiæ: *Aduerte*, inquit, *quòd quicquid pro te paſſus eſt Chriſtus, verè pertulit; quæ autem tu propter eum, figmenta ſunt. Ipſe languores tuos tulit, non phantaſticè, aut fictè, ſed verè, tu verò ſæpiùs fingis te orare, & non oras, ieiunare, & non ieiunas, peccata dimittere, neque dimittis.*

Grauia quæque leuia ſũt Chriſti paſſionem ſeriò cogitanti. B. Laur. Iuſt.

Quòd ſi verè aliqua patiamur, leuia omnia fiunt, & ferè nulla ſi Chriſti paſſionem ſpectemus. Audiendus hic ſanctus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 6. vbi ait: *Afflictiones noſtræ propè nihil ſunt comparatione pœnarum eius: propterea, qui tentantur, qui aliquo dolore cruciantur, proponant ſibi exemplum ſponſi, & in ſpeculo paſſionis eius quanta indignè ab indignis dignatus eſt pati, conſiderare non deſinant.* Eâdem ferè mente Richardus Victor. in Cantic. cap. 50. *Quia tam grauiter, & tam multipliciter* PASSVS EST *Chriſtus: ideo omnis electorum afflictio quam pro Chriſto, vel Chriſti exemplo pertulerunt, fragmini tantùm poteſt comparari, quia reſpectu eorum, quæ pertulit ille, parua erunt, quæ pati potuerunt, & tantùm modica pars eorum.*

Parua ſunt, quæ nos patimur tormẽtorum Chriſti comparatione. Rich. Vict.

146. *Chriſti paſſione floremus vt lilium.* Matth. 12. S. Ambr.

Denique vt definiam, candidis florere moribus debet, qui Chriſti paſſionem ob oculos habet; Matth. 12. hæc leguntur, *Abijt Ieſus per ſata*; it per ſata Chriſtus, ſecum diſcipulos ſuos ducens, vt à ſegetibus diſcerent fructificare; *Moyſes per deſertum, horridaque loca*, inquit ſanctus Ambroſius lib. de Iſaac cap. 6. *duxit populum Iudæorum; Chriſtus per ſeminata duxit; quia per* PASSIONEM *eius floret vt lilium*; nam & Chriſti corpus in paſſione, velut aratro ſciſſum eſt: *ſuper dorſum*, inquit Pſalm. 128. v. 3. *meum fabricauerunt peccatores.* Pagninus, *Arauerunt arantes*, vt diuinæ bonitatis copioſa inde nobis ſeges naſceretur, vberéque beneficiorum prouentu gauderemus, bonorúmque operum fructum producere ab hoc exemplo diſceremus.

In hortis eſſe cœpit Eccleſia poſtquam in horto captus eſt Chriſtus. Cant. 8. S. Ambr.

Sponſæ quoque dictum ſcimus; *Quæ habitas in hortis*, Cant. 8. *Cœpit*, inquit idem ſanctus Pater octon. 25. in Pſalm. 118. in calce, *in hortis eſſe Eccleſia poſtquam* IN HORTIS *captus eſt Chriſtus*, vt florere veris virtutibus fideles debeant, quo prodant in hoc horto ſe miſiſſe radices.

EXCVRSVS XI.

Agni ſanguis, quo domorum poſtes adſpergendi, nos ad linguæ cuſtodiam in euchariſticâ menſâ vocat.

Lingua, & labra *in euchariſtica menſa ſanctificanda.*

Ab effuſiore ſermone *ieiunet euchariſticæ menſæ conuiua.*

A linguâ *Chriſti ſanguine purpurata ſcurrilia verba abſint, & inutilia.*

Noxia, & ſuperflua verba *vt gentilitatis præputium circumcidenda.*

Lingua, *quæ agni ſanguine rubet, otioſi ſermonis facibus haud inquinetur.*

A laſciuis canticis *Euchariſtiæ ſumptio nos auocat.*

Ab omni verborum *impuritate ſit pura lingua menſa, euchariſticis epulis diues.*

Amen in theatro acclamare *olim Religioſum ob Euchariſtiam ore exceptam.*

Ora *ſacrificata ob Euchariſtiam.*

Mellea *habere* verba *debet, qui Euchariſtiam accipit.*

Qui munia ſacra obeunt, ore *nocitura non euomant.*
Roſa *ſilentij ſymbolum.*
In tectu roſa *affixa ob ſilentium.*
Silentium amet, roſam *Dominici ſanguinis excipiens.*
Singulare de hac re exemplum.
Ignea *ſint* verba, *quæ loquimur.*
Verba ex corde *vt ſcintillæ prodire debent.*

147. *Lingua, & labra in eucharisticâ menſâ ſanctificanda.* Theod.

ITa, eſt; agni ſanguis, quo domorum poſtes, & ſuperliminare adſpergebatur, nos rectè ad oris, linguæque cuſtodiam vocat, quæ tunc maximè neceſſaria, cùm eucharisticam menſam frequentamus; linguam, & labra purget, qui eucharistici Agni carnibus veſci debet; clamat iſtuc ſanguis ille. Scitè Theodoretus quæſt. 24. in Exod. qui ad Euchariſtiam verba hæc, hunc ritum flectens, ait: *Hæc autem vniuerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata. Nam & nos vngimus agni noſtri ſanguine non tantùm limen, ſed vtrumque poſtem, purgantes, & ſanctificantes exteriùs* LINGVAM, ET LABRA, *interiùs autem, & ſecundùm intellectum, pro limine, rationalem partem, & pro vtroque poſte, facultatem iraſcendi, & concupiſcendi.*

Ab effuſiore ſermone ieiunet eucharistica menſa conuiua. S. Pett. Dam.

Ieiunus eſſe debet, qui ad ſacrum accedit Altare, ſacrificium Deo oblaturus; debet etiam effuſiore ſermone ieiunare. Præclarè ſanctus Petrus Damianus opuſc. 26. cap. 1. *Admonendi ſunt*, inquit, *qui ſacris Altaribus miniſtrare diſponunt, vt non modò cor ab æſtuantium paſſionum igne cuſtodiant, ſed etiam linguam, quæ inter Deum, & nos quodammodo mediatrix eſt*, A SVPERVACVI SERMONIS LEVITATE *compeſcant. Petrus enim, qui reatu ſuam, linguam ſcilicet, deliquiſſe cognouit, eius inter ſe, & Deum tanquam mediatricis habere patrocinium recuſauit: ſed dum amarè fleuit, reconciliationis ſuæ ſpem in lacrymarum interuentione conſtituit; & oculis, quibus non peccauerat, veniam impetrauit. Sit ergo vſque ad Miſſarum peragenda myſteria ſaliua lingua noſtra virgo vel caſta: vt vel ſe ſub virginali taciturnitatis cenſurâ coerceat, vel ſub pudica quodammodo locutionis moderamine ſobria verba depromat.*

148. *A linguâ Christi ſanguine purpuratâ ſcurrilia verba abſint, & inutilia.* S. Chryſ.

Honorauit Chriſtus linguam, dum ſuo tetigit corpore, ſuo ſanguine purpurauit; cur ad ſcurrilia, & inutilia quis transferat, cur impuris eam ſermonibus polluat? *Pernicioſum eſt*, inquit ſanctus Chryſoſtomus hom. 21. ad populum Antiochenum, *tam tremendis miniſtrantem myſterijs* LINGVAM, *& ſanguine tali purpuratam, & factum aureum gladium ad conuitia, & contumelias, & ſcurrilitates transferre. Reuerêre eam honore, quo Dominus ipſam honorauit, nec ad peccati vſum ipſam deducas.* Sic ille.

Noxia, & ſuperflua verba vt gentilitatis præputiũ circumcidenda.

Agni paſchalis carnes tantùm circumciſis exhibebantur, *Si quis*, inquit Deus Exod. 12. verſ. 48. *circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo.* Nobis, qui à carnali circumciſione liberi ſumus, ſpiritualis circumciſio an dicitur, & maximè labiorum, vt ſcurrilia verba, & inania, & gentilitatem quandam olentia, velut gentilitatis præputium abſcindamus, ac labiis circumciſi Agni eucharistici epulis comedamus; huc flecto illud ſancti Petri Damiani epiſt. 114. *Scurrilia quoque, vrbanitates, ſales, facetias, leporeſque verborum à labijs tuis tanquam gentilitatis quoddam præputium circumcide*; quod maximè ſacræ menſæ conuiuæ neceſſarium, quod idem ſanctus Pater opuſc. 49. cap. 10. his verbis confirmat: *Faceſſat igitur ab ore militis Chriſti omnis vani rumoris ineptia, &* LINGVA, *quæ immaculati Agni, imò ſummi Verbi rubet ſanguine, dedignetur* OTIOSI SERMONIS *ſeſe facibus inquinare.*

S. Per Dam. — *Lingua quæ agni ſanguine rubet, otioſi ſermonis facibus haud inquinetur.* Idem.

Memoria illius contactûs, quo os noſtrum Dominici corporis ingreſſu nobilitatur, à luxurioſis canticis nos auocat ſanctus Auguſtinus ſerm. 215. de tempore, ait enim: *Videte, fratres chariſſimi, ſi iuſtum eſt, vt* EX ORE *Chriſtianorum, vbi corpus Chriſti ingreditur, luxurioſum canticum, quaſi venenum Diaboli proferatur?* Si altè hoc Chriſtianorum mentibus hæreret, rariùs ad audientium aures ea peruenirent, quæ a Chriſtianâ puritate aliena ſunt. 149.

A luſcinia cantica Euchariſtia ſuſcepto nos auocat. S. Aug.

Olim menſæ ſpongiâ, vt alibi obſeruaui, abſtergebantur, in eucharisticis epulis os, & lingua menſæ obeunt munus; cur igitur ab omni verborum impuritate non ſit immunis? quid verbis oneretur hæc menſa veluti vaſis fœtorem ab omni parte inhalantibus? quid ſermonibus ſordidis, & impuris menſa hæc ſacris, puriſque ferculis addicta conſpurcetur? Rem opportunè vrget ſanctus Chryſoſtomus hom. 6. in epiſt. 2. ad Corinth. dum ait: *Si aliquis vas impurum acciperet, atque in menſâ tuâ collocaret, fuſtibus quoque cæſum illum erigeres: tu vero Deum, cum in ipſius menſa (menſa enim ipſius* OS NOSTRVM EST, *cùm gratiarum actione plenum eſt) quouis impuro vaſe fœtidiora, & execrabiliora verba profers, quæſo te, non eum ad iracundiam abs te prouocari putas?*

Ab omni verborum impuritate ſit pura lingua menſa, eucharisticis epulis dicata. S. Chryſoſt.

Nefas olim putabant ab eo ore, à quo *amen*, cùm Euchariſtia porrigeretur, exierat, acclamationes, plausúſque in theatro prodire; huc ſpectabat Tertullianus de ſpectaculis cap. 25. *Ex ore, quo amen in ſanctum protuleris gladiatori teſtimonium reddere*; multo minus licebit nobis, linguâ vt gladio vti, alioſque ferire. 150.

Amen in theatro acclamare olim Religioſum ob Euchariſtiam ore exceptam. Tertull.

Ora, quibus ſanctiſſima Euchariſtia excipiebatur, *ſanctificata* dicebantur. Sanctus Cyprianus ſerm. 5. de lapſis: SANCTIFICATA *ora cœleſtibus cibis, poſt corpus, & ſanguinem Domini profana contagia, & idolorum reliquias reſpuerunt.* non ergo inanibus, noxiis ſermonibus profana reddenda, quæ ſacra, & ſancta Chriſti corpora fiunt.

Ora ſanctificata ob Euchariſtiam. S. Cypr.

Mellea habere verba debet, dulcia, ſuauia, & ab omni duritie, & amaritudine aliena, qui eucharistici edulij eſu linguam ſacrauit; Chriſtus ipſe ante Euchariſtiam dura in Iudam verba protulit: *Væ*, inquit Ioan. 14. *homini illi, per quem filius hominis tradetur*; ſed vbi & Euchariſtiam inſtituit, & ſe ipſum in Euchariſtiâ ſumpſit, occinens traditori, ait: *Amice ad quid veniſti?* Matth. 26. Nil blãdius audiri poterat, nil ſuauius, nimirũ docere exẽplo ſuo voluit dulces, & mites ſermones effundendos poſt eucharisticas epulas in pectus per linguã traiectas.

Mellea habere verba debet, qui Euchariſtiam accipit. Ioan. 14. Matth. 26.

Cuſtodienda omnibus lingua eſt, omnibus coërcenda, ne in noxia erumpat, euomat nocitura, hoc tamen præcipuè præſtandum iis, qui ſacra obeunt, inſeruiunt ſacris, Deo ſacrificia offerunt, diuina in altari verba emittunt: hoc volebat ſanctus Gregorius Nazianzenus ſerm. de ſilentio, dum ait: 151.

Qui munia ſacra obeunt ore nocitura non ſumant. S. Greg. Naz.

LINGVA QVIDEM PARVA *eſt, at viribus omnia vincit.*
O vtinam illa malis protinus occideret!
Porrò cum ſtultis frundem ferrat omnibus illa,
Eſt mage ſacrificis exitioſa tamen.
Sum lyra ſupremi Regis, moduliſque canoris,
Hunc cano qui tremulo cuncta pauore quatit.
Non Troiam cano, nec celerem, quidam velut Argon,
Non caput aprinum, aut Amphitroniaden.
Non etiam æquoreis, tellus aptetur vt vndis.
Non ſupera vt curram, non lapidum radios.

Non

Non cano vaſanos ignes,iuueniúmque decorem,
Pulſata,vt quidam,molliter antè lyrâ.
Sed mihi ſupremus Dominus cantatur,in vnum
Quaque coit numen ter veneranda Trias.
Angelicique chori,qui ſtat prope carmina læta,
Hymnique alternâ,qua canit illa,vice.
Harmonia,& mundi præſens,meliórque futura,
Quam ſpero iunget cum vltima cuncta dies.
Atque Crucis Chriſti decus admirabile,quâ me
Carne Deum iunctâ cum deitate facit.
Ac mea præterea canitur mihi miſtio,namque
Miro opere humanus iungor Olympicolis.
Denique diuinas leges cano,factaque mundi,
Quaque pios maneant,præmia quaque malos.
Virtuti vt ſtudeas,atque omnia crimina vites,
Ac tua iudicij conterat oſſa timor.
Hæc mea lingua canit,vos,ô ſacra turba,cauete,
Ne male concinnum det lyra veſtra ſonum.
Ora ego ſeruabo puris non ſordida ſacris,
Queis noſtrum ſupero cum patre iungo genus.
Non alienâ etenim linguâ,non mente prophanâ
Viuificum puro labia obito ſacrum.

152. *Roſa ſilentij ſymbolum.* Silentij amicus eſſe debet, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt. Veteres ad finem conuiuij ſub roſâ tranſacta eſſe omnia ante digreſſum conteſtabantur. Probant hanc rem verſus, qui reperiuntur in marmore:

Eſt roſa flos Veneris,cuiúſque ſerta laterent,
Harpocrati matris dona dicauit amor.
Inde ROSAM *mentis hoſpes ſuſpendit amicis*
Conuiua,vt ſub eâ dicta tacenda ſciant.

In tectis roſa affixa ob ſilentium. Inde non malè quiſpiam vtatur roſâ pro ſilentij hieroglyphico. ex hac re crediderim adoleuiſſe morem, vt in tecti cœnaculorum conſpiciatur plerumque affixa roſa in ipſis lacunaribus, vel laqueus quiſpiam inſtar roſæ. Quem morem adhuc Germani retinent, ac ferè omnes Septentrionales in publicis hoſpitiis. Teutonicâ ſubſcriptione *Silentiû amet roſam Dominici ſanguinis excipiens.* explicante ſententiam carnium, quæ præmiſſa, quod notabat etiam Stuckius in lib. de conuiuiis; nos pro roſâ ſanguinem Chriſti habemus, qui ſilentium conuiuij debet indicere, linguæque cuſtodiam; roſam Chriſti ſanguinem appellauit etiam ſanctus *S.Ambr.* Ambroſius ſerm. 4. in Pſalm. 118. *Carpis roſam, hoc eſt, corporis ſanguinem.* Beatæ Gertrudæ moni- *Singulare de hac re exemplum. Acta.* tum iſtuc fuit exhibitum, vt poſt communionem linguam ab inanibus, noxiiſque cuſtodiret, alioquin qui nimio verborum fuſu ad ſacram Synaxim ſe parat, id eſt, procreat, ac ſi amicum ad menſam inuitatum oſtium domûs ingreſſurum collectis lapidibus ex altâ deiectis obrueret, ſic habetur in eius vitâ, lib. 5. cap. 18. Digna res, quæ illorum mentibus inſideat, qui effuſiore ſermone mentem ſuam maculant.

Aliud exemplum. Acta. Silentij cuſtos ſit, qui euchariſticam roſam carpit; iuit in exemplum Beata Beatrix de Nazareth, quæ accepto Sacramento ita ſenſuum exteriorum officio deſtituebatur, vt nec pedibus incedere, *nec per totum diem, vix vnum verbum proferre poterat*, vt habetur vitæ illius cap. 18.

153 *Ignea verba ſint, qua loquimur. S.Cyr.Alex.* Quòd ſi loquentium ignea verba ſint, amotiſque flammam, quæ intus lateat, prodant: in aſſatis igne agni carnibus ignea, & pura verba ſi quis accipiat, non aberrabit: præiuit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrorum in Exodum. *Non itaque edetis coctum aqua, ſed igni aſſum, quia eloquia Domini igne examinata; omnes enim de ipſius deitate* SERMONES *ſunt feruidi, neque habent quicquam aqueum, aut frigidum; iuxta illum, qui dicit in libro Pſalmorum: Ignitum eloquium tuum valdè, & ſeruus tuus dilexit illud.* Debet igitur ſacræ menſæ conuiua linguam ab inutilibus, & deorſum fluentibus ſermonibus auocare, igne aſſatas carnes comedens; ignea verba effundere. De ſancto Andreâ loquens *Verba ex corde, vt ſcintilla prodire debent. S.Bern.* ſanctus Bernardus ſerm. 2. in eius die feſto ait: *Ex abundantiâ cordis os loquutum eſt, & charitas, quæ feruebat in corde quaſi ſcintillas quaſdam ardentiſſimas emittebat in voce.* Igniti & noſtri ſermones ſint, tunc maximè, cùm ad ſacram Euchariſtiam acceſſuri ſumus, aut ab ipsâ diſcedimus, igne grauida verba ſint, nihil fluidum, nihil aqueum in verbis appareat, non natet homo ſermones, ſed flammas euomat dum loquitur.

CAPVT XIII.

De agno, agni apparatu, eſúque nonnulla alia efferuntur.

Agni eſus quàm vtilis *Iudæis fuerit.*
In agni paſchalis ſacrificio muſica *inſtrumenta adhibita.*
חליל *quid, déque eius* vſu.
Chriſtus in Euchariſtiâ ſub agni *figura viſus.*
Agni aſſatio *ob celeritatem.*
Caro agni aliò *delata edi non poterat.*
Chriſti charitas *ſub carnibus aſſatis.*
Euchariſtia Spiritûs ſancti *opus.*
Agni reliquiæ *cur igne comburendæ.*
Combuſtio *ad oſſa tantùm minimè coërcenda.*
Egeni *ad agni eſum accerſendi.*
In agni eſu ab vno ad alium *hominum conuentum tranſire non licebat.*
Poſt ſomnum *edere ex agno paſchali ei non licebat, qui antea ex eo comediſſet.*
Dei mandata *ſollicitè diſcutienda, & operatione penetranda.*
Sacrarum rerum neglectus *quàm noxius.*

PRÆTER ea, quæ ſuperiùs de hoc eodem argumento dedimus, obſeruata mihi ſunt alia, quæ hîc in lectoris & profectum, & guſtum implantabo; & ſunt iſta. 154.

Agnum in Ægypto comedentes Iudæi vbi ab Ægypto diſceſſerunt, diductum illis mare fuit, per *Agni eſus quàm vtilis Iudæis fuerit.* quod ſicco veſtigio ambularent; ab agni eſu hoc beneficium fuit, vt beneficium beneficiû parturierit; S. Ambr. hæc ſunt verba in Pſal. 118. *Ille* AGNVS *S.Ambroſ.* *patrum populum liberauit, ille agnus vocauit ad libertatem, ille agnus maris profunda ſolidauit, vt Ægyptum tranſire poſſemus*; quid non ſperandum ab Agno euchariſtico eſt? tantum in figurâ latens potuit; quid non præſtabit exhibitus in veritate?

Dum agni paſchalis ſacrificium fieret, quodam *In agni paſchalis ſacrificio muſica inſtrumenta adhibita.* inſtrumenti muſici genere vtebantur, quo duodecies tantùm per annum vti poterant; ſic habet R. Moſeh in libro præceptorum affirmatiuorum; vocant hoc inſtrumentum חליל *chalil*; quod ali- *חליל quid, déque eius vſu.* qui Hebræorum dicunt perſimile fuiſſe tibiæ; *R.Moſ.* vnde & *tibiam* interpretes vertunt. Sic igitur ſcribit R. Moſeh: *Didicimus in libro* ער כין *nghara chin, duodecim diebus anni* חליל *ſonat ante Altare, cùm mactabatur agnus paſchalis, in primo die Paſchatis, & primo die Pentecoſtes, & in diebus octo tabernaculorum;*

naculorum; cum cantu eucharisticum Agnum diſtributum, infrà luculenter antiquorum auctorum verbis adductis, euincam.

155. *Chriſtus in Euchariſtiâ ſub agni figurâ viſus.* S. Petr. Dam.

Chriſtum ſub agni figurâ in euchariſtici Sacramenti ſpeciebus viſum legimus. Sanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 24. rem ita verſat: *Abbas ille, poſtquam à depoſiti regiminis adminiſtratione ceſſauit, quotidie Miſſas gemino celebrabat officio, cui Pater meus iam veteranus, quem ille dudum Monachum fecerat, in diuini cultus aſſiduè miniſtrabat obſequiis. Quadam itaque die, perlecto Euangelio, cæleſtes ille victimas immolaturus eſſet: Pater meus agnum iuxta Altare videt aſſiſtere, quem cùm voluiſſet repentè corripere, tremefactus expauit, manúmque in eum extendere non præſumpſit. Cúmque ad id peruentum eſſet, vt corpus Dominicum frangeretur, præfatum agnum ſuper menſam Altaris vidit, quem dum fixis obtutibus denuo miraretur, repentè diſparuit. Quod dum venerabilis Abbas ex relatione illius, qui hoc viderat, agnouiſſet, occultandum eſſe præcepit: atque, ne cui diceretur, donec quidem Abbas aduiueret, omnino prohibuit.*

156. *Agni aſſatio ob celeritatē.* Abul.

Aſſari iuſſæ ſunt agni carnes, etiam ob celeritatem; Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 18. rem his verbis explicat: *Quia maioris mora eſt apparatus coquendi cibos, quàm aſſandi: Deus autem volebat, quòd citò facerent, quia omnes cæremoniæ huius agni oſtendebant quandam feſtinationem; cùm dicatur Exod. 12. cap. & comedetis feſtinanter. ideo potius debuit aſſari, quàm coqui. Quintò propter tarditatem in comedendo. & iſtum adhuc eſt veriſimilius. nam poterat citò coqui adhibitâ diligentiâ, ſed non citò comeditur, quia qui coctam rem manducat, duas epulas habet, ſcilicet carnes, & brodia carnium; & ideo tardiùs explentur epulæ illæ, quàm cùm carnes aſſatæ comeduntur; quia vnus tantùm cibus eſt. Ideo non debuit agnus coqui, maximè, quia ſi coctum comederent Iudæi agnum, pauperes eorum implerentur brodiis, & grauaretur ſtomachus eorum, & non eſſent apti ad citò itinerandum, & tamen mediâ nocte ſurrexit Pharao, & Ægyptii, & cogebant Iſraelitas fugere, Exod. 12. cap. ideo oportebat eos eſſe aptos ad itinerandum, vt non haberent ſtomachum grauatum: hoc autem fieret potius comedendo agnum aſſatum, quàm coctum, ideo debuit agnus aſſari.*

Chriſti charitas ſub carnibus aſſatis.

Agni carnes aſſabantur, quia hic parandi carnes expeditior modus erat, & facilior, erátque opportunior myſterio, ſignificabatur quippe Chriſti charitas, quâ ille in cruce tanquam igne aſſatus eſt. Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. clauſ. 1. ita rem verſat: *Edent carnes nocte illâ aſſas igni; ſic autem Dominus iuſſit eas debere parari, tum propter figuram Chriſti, qui fuit* ASSATVS *in cruce igne doloris, & charitatis; tum quia talis modus parandi carnes eſt facilior, & expeditior.* — Guill. Pep.

Caro agni aliò delata edi non poterat. R. Moſes.

Agni paſchalis caro quæ ex iis deſumpta, qui ſimul manducaturi conuenerant, aliò deferebatur, edi ritè non poterat, quod refert R. Moſes Ægyptius perech 9. de agno paſchali, quem tamquam ductorem, Doctorémque ſequuntur Hebræi.

157. *Euchariſtia Spiritûs ſancti opus.* B. Rupert. S. Thom.

Igne aſſatur agnus, vt Euchariſtiam Spiritûs ſancti opus eſſe diſceremus. B. Ruperti hæc ſunt verba lib. 2. in Exod. cap. 10. *Igne* ASSATVR *in Altari; operatione namque Spiritûs ſancti panis, corpus, vinum, fit ſanguis Chriſti*; quod ſuperiùs etiam obſeruauimus. eódem ſpectabat etiam ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 16. *Quòd comederunt agnum tantùm aſſum igni, ſignificat, quòd corporis Chriſti conſecratio credenda eſt celebrari per potentiam Spiritûs ſancti.*

Agni reliquiæ cur igne comburendæ. Exod. 12.

Carnium agni reliquiæ igne erant comburendæ Exod. 12. ſic enim lex præcipit Exod. 12. 10. *Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis*; cur autem id fieret, fuse explicat Abulenſis in hunc locum, reiiciens illorũ opinionem, qui ad agni oſſa hæc verba coërcent; ſed audiendus hîc hic auctor eſt; *Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. Id eſt, ſi in nocte illâ quartidecimi diei, coniunctæ perſonæ tot, quot ad eſum agni ſufficerent, non comederent totas agni carnes cum inteſtinis; in ipsâ nocte immediatè poſt cænam comburere debebant, ne maneret in alteram diem; quare autem hoc fiebat, ratio eſt: nam, vt ſuprà dictum eſt, iſtud erat vnum de ſacrificiis, & ſicut in aliis ſacrificiis nihil debet ex comeſtis carnibus remanere, ſed igne conſumi, ita in hoc. Antecedens patet, Leuit. 2. cap. vbi dicitur: Tam de victimâ, quæ eueniebat Sacerdotibus, quàm de illâ, quæ pertinebat ad populares, quod deberet igne conſumi, ſi quid vltra tempus ſtatutum maneret; cùm dicitur de hoſtiâ Sacerdotum, cuius carnes eâdem die comedentur, nec remanebit ex eis quicquam vſque manè: ſi voto, vel ſponte quiſquam obtulerit hoſtiam, eadem ſimiliter comederetur die, ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt: quicquid autem tertius dies inuenerit, ignis abſumet. Aliqui dicunt, quòd oſſa agni immolati, quæ non comedebantur, quia non frangebantur, comburi debebant: ſed falſum, quia in litterâ ponitur conditionaliter, & ſub dubio, cùm dicitur: ſi quid reſiduũ fuerit, igne comburetis; ſi tamen voluiſſet de oſſibus intelligi, non poſuiſſet ſub dubitationem, quia certum eſt oſſa ſupermanere, cùm frangi, aut comedi non poſſent. Ratio autem quare nihil de aliquo ſacrificio remanere debebat, quia conſumeretur comedendo, aut combureretur igne, erat, quia carnes ſacrificiorum ſancta erant, vt patet Leuit. 6. cap. ideo non debebant negligi ſicut carnes aliæ communes: ſi autem non mandarentur omnes comedi, aliquæ de eis darentur canibus, ſicut interdum conſueuerunt dari de aliis carnibus, etiam aliquæ carnium negligenter conſeruatæ permitterentur putreſieri: hoc autem erat dedecus Dei, cùm iſta ſacrificia ſibi conſecrata eſſent; debebat ergo comedi totaliter, ita quòd nihil de eis daretur alicui animali, cùm non deberent dari homini non circumciſo. Si tamen aliquid comedi non poſſet, igne vrendum erat: & hoc, quia etiam in hoc Deus laudaretur, & honoraretur, quia ibi holocauſtum fiebat de illis carnibus, ſicut de aliis animalibus, quæ in holocauſtum totaliter incendebantur.* — Abul. — *Combuſtio ad oſſa tantùm minimè coërcenda.*

158. *Egeni ad agni eſum accerſendi.* Theod.

Non eſt tamquam alienum repudiandum, quod ab aliis aſſeritur, id ſcilicet factum, vt cogerentur egenos aduocare ad agni eſum, feſtique celebrationem. Theodoretus quæſt. 24. in Exodum huc ſpectans, ait: *Et propter id admonet, vt reliquiæ carnium comburantur, nec ſeruentur in poſterum diem, hoc pacto compellens illos accerſere egenos ad feſtum communiter celebrandum.*

In agni eſu ab vno ad alium hominum conuentum tranſire non licet. R. Moſes.

Qui in aliquorum conſortio agnum comediſſet, non poterat ad alios ſe conferre, & cum illis quoque agni carnibus veſci, ita docet R. Moſes Ægyptius tract. de agno paſchali perech 9.

Poſt ſomnum edere ex agno paſchali non poterat, qui antea comediſſet. R. Moſes.

Qui agni paſchalis carnes ediſſet ſomno correptus, non poterat ex eodem agno rurſus comedere; ita R. Moſes Ægyptius de agno paſchali perech 8. & alii poſt illum.

Dei mandata ſollicitè diſcutienda, & operatione penetranda. S. Greg.

Quòd in ſequentem diem carnes ſeruandæ non eſſent, ita ſuo more ad mores transfert ſanctus Gregorius hom. 22. in Euang. *Non remanebit ex eo quicquam vſque manè; quia eius dicta magnâ ſunt ſollicitudine diſcutienda, quatenus priùs quàm dies reſurrectionis appareat in hac præſentis vita noſtra, omnia illius mandata intelligendo, & operando penetrentur* Plenè Dei mandata non penetratur, qui re non operatur, quod mente intelligit.

Sacrarum rerum neglectus quàm noxius.

Sacrarum rerum neglectus quanta inuehat mala, Iudæorum exemplo conſtat; qui, vt habetur

Matth.

Math.16. *Matth.* 16. Conſilium ineunt, quomodo Ieſum dolo tenerent, & occiderent; nimirum cùm deberent victimas præparare, exornare Templi parietes, verrere pauimenta, mundare vaſa, & ea, quæ ad Dei cultum, agníque eſum pertinebant, ex legis præſcripto parare, de perdendo Chriſto cogitant; huc lapſi, quia quæ Dei ſunt neglexerunt. Iure hic
S.Hier. eos premit ſanctus Hieronymus in cap. 26. Matth. Qui debuerant Paſchate vicino præparare victimas, leuigare Templi parietes, pauimenta verrere, vaſa mundare, & ſecundùm ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierent: congregantur ineuntes conſilium quomodo occidant Dominum: quanta mala timere à nobis debent, ſi Sacra contemnamus, ſi euchariſtici Agni eſui nos minimè paremus?

CAPVT XIV.

De agnis, ouibúſque nonnulla alia chartis conſignantur.

Ouibus *cur Romanus populus comparatus.*

Ouium *numerus cuique deſignatus, quem excedere apud aliquos non licebat.*

De agni pellibus *aliò non aſportandis aliquorum lex.*

In agnorum emptione *quorundam lex.*

De agni venditione *peculiaris ritus.*

Fabius cur ouicula *dictus.*

Ouis *Chriſtus ob humilitatem.*

Apud Athenienſes cur agnum comedere *inhibitum.*

Πρόβατον *cur* ouis.

Labor *noſter ad profectum tendat, ad perfectum.*

Crux *in adſperſione, quæ agni ſanguine fiebat, vt formata.*

Hyſopi faſciculus *tribus ſaltem ramuſculis conſtabat.*

159. NON potui omnia, quæ de ouibus, agniſque ex variis coaceruaueram vno loco, vno capite coërcere, iſtuc quoque hoc argumento ne hîc ſuppreſſa omnino depereant.

Ouibus cur Romanus populus comparatus. Ouibus populum Romanum comparabat Cato, quòd ſicut illæ ſingulæ non parêrent, vniuerſæ gregatim ducis iuſſa exequerentur, ita & populus.
Plut. Plutarchus in Catone Maiore rem his verbis refert: *Similem eſſe*, ait, *populum Romanum ouibus. Vt enim illæ ſeorſum ſingulæ non parent, ſed vniuerſæ gratiam ſequuntur ductores; ita vos quoque* (inquit) *quorum conſilio nemo veſtrûm vtatur priuatim, ab his in cœtum coacti ducimini.*

Ouiũ numerus cuique deſignatus, quẽ excedere apud aliquos non licebat. Stat. Quot quiſque oues, capras, hircos tenere in vrbe poſſet, & quot non poſſet, apud Cremonenſes ſic illorum ſtatuta decernebant rubr. 517. *Statutum eſt, quòd nullus audeat, vel præſumat tenere, vel teneri facere aliquos capras, nec hircos, nec oues, nec vaccas à lacte vltra duos, nec aliquam porcam à Rozio in ciuitate Cremonæ. In burgis verò, & diſtrictu infra duo milliaria quilibet habens terras, ſeu poſſeſſiones infra dicta duo milliaria proprias, vel conductas à iugeribus octo terræ ſuprà, poſſit tenere, & teneri facere de dictis beſtijs, vſque ad numerum decem beſtiarum, de quolibet genere beſtiarum prædictarum, & non vltrà; pœna, & banno ſoldorum quinque Imper. pro quolibet, & qualibet vice, & quolibet animali de prædictis, ſaluo quòd quis poſſit tenere vnam capram ad plus, quam teneret in dicta ciuitate, cum alijs capris congregare io ſimul, ſub pœna prædicta pro quolibet contrafaciente; & nullus forenſis per ſe, vel per alium poſſit tenere aliquas oues in ciuitate, nec burgis vltra tres dies. Et ſaluo quòd die mercati quilibet poſſit ducere beſtias prædictas causâ vendendi ad ciuitatem Cremonæ, & ſi non vendiderit eâ die, vel ſequenti, teneatur eas ducere extra dicta confinia. Et ſaluo quòd quilibet becharius publicus poſſit tenere beſtias ad occidendum pro becharijs, & carnibus faciendis, quas teneant ad paſculandum, ſiue facere teneri debeant in Moxia, & non alibi, pœnâ & banno cuilibet contrafacienti, vt ſuprà dictum eſt, & non intelligantur beſtiæ pro becharijs, & carnibus faciendis, de quibus recipiatur lana, lac, caſeus; & quòd dictæ beſtiæ dictorum becharíorum non poſſint exire ciuitatem Cremonæ, nec redire, nec intrare, niſi per portam Moxiæ, & aliter inuentas poſſit quilibet auferre impunè, & eas conſignare infra ſecundum diem officiali prædicto. Saluo quòd qualibet perſona de menſibus Nouembris, Decembris, Ianuarij, Februarij, & de menſe Martij vſque ad modicum dicti menſis poſſit tenere beſtias à lacte infra dicta duo milliaria quotquot voluerit pro hiuernando. Et quod nullus ſub pœnâ prædictâ teneat dictas oues, & beſtias in ciuitate in ſtratis publicis quando venerint de paſcuis, ſed eas teneant de nocte, & de die in domibus ſuis, & curiis cuiuſlibet eorum, & non faciant, nec teneant ſtabulum, nec banchum in ſtratis publicis; & quòd milites, ſeu collaterales domini Poteſtatis inquirant facientes contra prædicta, & eos puniant prout ſuprà.* Hucuſque ſtatuta, quorum verba ipſiſſima, licèt ſuâ barbarie obſita, hîc cenſui admonenda, quód alibi etiam præſtabo, veritati magis litteræ, quàm ſermonis puritati.

De agni pellibus aliò non adſportandis exſtat hæc lex apud Feltrienſes, vt Feltriæ ſtatuta habent lib. 5. rubr. 87. *Statuimus, quòd nullus poſſit portare* PELLES AGNELLINAS *cum litera, vel ſine, neque coria bouina, vaccina, nec caprina extra diſtrictum Feltri, niſi eſſent laborata in varnimento; vel niſi aliter prouiſum fuerit per dominum Poteſtatẽ, & per Conſilium Feltri; & qui contrafecerit, amittat pelles, & coria, & literas decem paruorum, & plus ad voluntatem Poteſtatis, vel Vicarij; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & quòd Poteſtas ſuo ſacramento quolibet tempore inquirere teneatur.* 160. *De agni pellibus aliò non adſportandis aliquorũ lex.* Stat.

Apud Brixianos extat hæc lex, vt carnes publicè vendentibus non liceat agnos emere intra ſpatium, quod duo milliaria non excedat; in eorum ſtatutis hæc habentur: *De cætero aliquis becharius non debeat per ſe, vel interpoſitam perſonam extra ciuitatem Brixiæ, nec prope ciuitatem, ad duo milliaria, emere aliquos agnos, vel capretos, pœnâ, & banno cuilibet contrafacienti quadraginta ſoldorum, quoties contrafecerit, & quilibet de prædictis ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & condemnationis, & credatur ſacramento eius.* *In agnorum emptione quorundam lex.* Stat.

De agni venditione peculiaris quædam lex apud quoſdã exſtat; ſtatuta ciuitatis Feltriæ lib. 1. rub. 83, ita decernunt: *Quoniam euenit, quòd quamplures homines ſuos* AGNOS *etiam paruiſſimos interficiunt, & per hoc adueniente carnis priuio inopia carnium habetur; idcirco ſalubri ſtatuto ſtatutum eſt, & reformatum, quòd becharij, vel aliquis alius cuiuſcunque conditionis exiſtat, non audeat, vel præſumat modo aliquo, vel ingenio vendere ad macellum aliquem agnum ante carnis priuium, niſi per vnum menſem antè, & hoc ſub pœnâ, aut banno ſoldorum X L. paruorum pro quoque agno mortuo, & dominus agni teneatur pro familiâ ſuâ, ſiue* *De agni venditore peculiaris ritus.* Stat.

pro quoque de familiâ ſuâ, qui interfecerit aliquem agnum; & quilibet poſſit accuſare, & credatur cum ſacramento, & vno teſte fide digno, & habeat medietatem condemnationis, & teneatur in credentiâ.

Fabius cur ouicula dictus. Plut.

Fabius Maximus, cùm puer eſſet, à morum manſuetudine *ouicula* dictus eſt. Plutarchus in eius vitâ: *Ouicula puer etiamnum dictus eſt ex manſuetis, & grauibus moribus.*

Ouis Chriſtus ob humilitatem. Matth. 11. 29. S. Ambroſ.

Iuſtiùs hunc titulum ſortitur Ieſus, qui de ſe ipſo ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde,* Matth. 11. v. 29. de illo ita ſcribit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 43. *Bonus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui factus eſt ouis epulationis noſtra*; vt ouem edentes, fiamus oues, moréſque illius exprimamus, quem edimus.

161\. Philochorus, vt hoc quoque adiiciam, legem apud Athenienſes ſancitam dicit, ne quis agnum comederet, quia animalis huius ſpecies apud eos penè defecerat, vt refert Athenæus lib. 1. cap. 4.

Apud Athenienſes cur agnum comedere inhibitũ. Athen.

Πρόβατον cur ouis.

Ouis Græcè πρόβατον dicitur à profectu, vt cùm fideles audiunt ſe ouibus comparari, ad profectum vocari ſe ſciant. Scitè de hoc nomine philoſophatur Philo lib. de ſacrificiis Abel, expendens illud, quòd lex diuina præcepit primogenitum aſini oue mactandum, Exod. 13. 13. *Dicit deinceps, primogenitum aſini permutabis oue, ac ſi dicat, omnem laborem permutabis profectu; (laborem) enim aſinus ſignificat, animal patiens, (profectum) verò ouis, ſicut vox Græca πρόβατον indicat. Submonemur autem his, ne ſegnes ſimus in ſtudijs artium, cæterorúmque, quæ meditatione diſcimus, ſed accuratiſſimè, præparatâ mente ſubſiſtamus fortiter aduerſus omnem laſſitudinem, demúſque operam ne labor coniunctus ſit cum negligentiâ, & vt vſque proficiendo ad glorioſum finem perueniamus.*

Exod. 13. 13. *Labor noſter ad profectum tendat perfectum.* Philo.

Crux in adſperſione quæ agni ſanguine fiebat, vt formata. Adriã Hofſt.

Et vt in agno definiam, qui huc nos duxit, obſeruo obſeruatum ab aliis ita eius ſanguine poſtes, & ſuperliminaria adſperſa, vt crux efformaretur. Adrianus Hofſtadius in Euchariſticis, ita ſcribit: *Contemplantur nonnulli adſperſionem illam factam in modum Crucis; nam supernè in ſuperliminari ponebant ſanguinem, qui inde defluens in terrà, faciebat velut longitudinem erectam trabem crucis, deinde ponebatur ſuper vtrumque poſtem, non in longitudine, ſed in latitudine; & ſic exponebant brachia crucis lignum tranſuerſum.*

Hyſopi faſciculo tribus ſaltem ramuſculis conſtabat. Hebr.

Denique notant Hebræi, cùm hyſopi faſciculo adſpergendi poſtes eſſent, ad faſciculum tres hyſopi ramuſculos ſatis fuiſſe, & tot ferè adhibitos, in quo numero Trinitas, quam Hebræi nolunt agnoſcere, veneranda eſt.

CAPVT XV.

In agni eſu azymi panis vſus.

In agni eſu azymi panis *vſus ob celeritatem.*

Panis ſine fermeoto *conficiendi peculiaris in Ægypto ratio.*

Eo die, quo tritum frumentum, panis azymus *non conficitur apud Hebræos.*

Mola *terendo tritico* azymis *deſtinatum, vt renouaretur.*

Sacci *in quibus farina conficiendis azymis conijciebatur diſcindi, abluique non poterant.*

Iidem ſacci *imponi nudo iumentorum dorſo non poterant.*

Aqua *azymis conficiendis vt pararetur.*

Triticum, *quo azymus panis conficiendus à pluuiâ eximitur.*

Torta *azyma parata, & peculiari formulâ diſtributa.*

Azymi panis comedendi *ritus.*

Nauſeanti ſtomacho azyma *ne comedatur, ieiunium aliquando præmitti iubetur.*

Totam vitam in puritate *traducendam, azymus panis per ſeptem dies comedẽdus docet.*

Corona *ex pane azymo.*

Azymæ *ſecularis ſcientia pariata.*

AZYMVS panis cum agno comedendus erat; ſic enim lex iubet Exod. 12. *Et edent carnes nocte illâ aſſas igni, & azymos panes*; nimirum ob celeritatem, quæ neceſſaria profecturis erat; celeriùs enim panes azymi parantur, quàm fermentati. Lyranus hîc ait panem azymum adhibitum, *quia ſtatim poteſt fieri ex commixtione aquæ & farinæ*; quod explicatiùs habet Abulenſis explicans illud, *& azymos panes, id eſt*, inquit, *panes ſine fermento. ſunt enim iſti panes valdè nociui ſtomacho, & graues: fermentum namque ex ſuâ acuitie ſubtiliat, & digerit ponderoſitatem, & humiditatem commixtæ farinæ cum aquâ: cùm autem non commiſcetur fermentum, valde ponderoſus panis eſt, & malè digeſtibilis. Ideo vocatur panis afflictionis Deut. 16. cap. Hoc autem fiebat ad denotandam* CELERITATEM, *quæ in exitu de Ægypto eſſe debebat; nam panes azymi immediatè, vt farina commiſcetur, aqua fiunt, & ſine aliâ expectatione coqui poſſunt, quod non fit in panibus fermentatis, quia illi poſtquam facti ſunt, aliquo ſpatio ſatis magno tenentur, vt fermentum digerat, & ſubtiliet materiam panis. Ideo Abraham quando voluit inuitare Angelos in ſpecie virorum, vt citò pararetur cibus, mandauit Sarræ quòd commiſceret citò tria ſata, id eſt, acciperet citò tres menſuras farinæ, & commiſceret aquâ, atque faceret inde ſubcineritios panes; vt patet Gen. 18. c. Item Loth inuitans eoſdẽ Angelos dicitur, quòd coxit azyma, id eſt, quòd coxit panes illos, qui citò parari poterant, quia iã nox erat, quando Angelos illos ſuſcepit in domo, & non poterat occupari circa decoctionem panum fermentatorum, cùm requireret magnam moram, vt patet Gen. 19. c.* 162.

In agni eſu azymi panis vſus ob celeritatem. Lyran. Abul.

Panis ſine fermento conficiendi in Iudæâ, & Ægypto alia etiã cauſa peculiaris vniuerſè ſuppetebat, quòd ferè his verbis ſignificabat Abenezra Exod. 13. *In Iudæâ, Ægypto, Arabiâ, ne æſtu nimio indureſcerent nimium* PANES, *ſolebant quotidie recentes conficere; eámque ad rem ſemper farinæ maſſam habebant paratam, quæ & ipſa calore nimio, ne corrumperetur, fermento carebat.* 163.

Panis ſine fermento conficiendi peculiaris in Ægypto ratio. R. Abenezra.

Hebræi vbique religioſi, & ſuperſtitionis vitio laborantes, maximè erant, cùm de conficiendis panibus azymis ageretur; euincunt ea, quæ hîc ex eorum promptuariis deprompta ſubiiciam.

Eo die, quo tritum frumentum panis azymus non efficitur apud Hebræos. Hebr.

Cauent Hebræi, ne eodem die, quo tritum in molà frumentum eſt, ex ea farinâ panem azymum conficiat, quia ſcilicet tunc nonnihil caloris habet, periculúmque eſſet, ne adiectâ aquâ fermentaretur, ideo vno ſaltem, aut duobus diebus teri frumentum debet, quàm panis azymus conficiatur; hæc lex his verbis, quæ in שלחן ערוך continentur tract. de Paſchate.

Mola terendo tritico azymis deſtinato vt renouaretur.

Hanc quoque diligentiam Hebræi adhibebant, vt mola, qua terendũ frumentũ azymis deſtinatur, renouetur, & ſcalpello extimæ eius partes auferrentur, hinc illud in שלחן ערוך tract. de Paſchate.

Sacci,

164. *Sacci in quibus farina cõficienda azymus conyciebãtur diſcindi, abluique non poterant.* Hebr. *Iidem ſacci imponi nudo iumentorum dorſo non poterant.* Hebr. *Aqua azymis conficiẽdis vt paratur.* Hebr.

Sacci in quibus farina illa coniicienda, ex qua confici panes azymi debent, diſcindi, ablui, teſicique rurſus debent, ſic enim diſertè traditur in שלחן ערוך tract.de Paſchate.

Sacci in quibus farina illa poſita erat, quâ confici panes azymi debent, imponi nudo iumentorum dorſo Iudæorum religione non debent, ſed aliquid interponendum eſt, ne ſcilicet animantis ſudore farina humectetur, & fermenti aliquid ſapiat; ſic eodem libro, tract. eodem.

Aqua, quæ panibus azymis conficiendis adhibetur, ſinitur ſaltem per noctem interquieſcere, vt ſi quid impuritatis in illis ſit, ſubſidat; eodem libro, tract. de Sabbato; vbi additur die, non noctu hauriendam è ſuis fontibus eſſe, & quidem à nimio calore, nimióque frigore pro locorum varietate eam eximunt.

165. *Triticum, quo azymus panis conficiendus à pluuiâ eximitur.* *Torta azyma parata, & peculiari formulâ diſtributa.*

Porrò & in triticum, quo azyma conficiant, ſuperſtitioſiſſimi Iudæi ſunt, cauéntque vt illud à pluuiâ, & aquæ cuiuſcunque madore eximant; in libro quem produximus tract. de Paſchate.

Cæterùm per poſteriora tempora in paſchali conuiuio hic ritus apud Hebræos ſeruabatur, vt tortam azymam pararent, quæ ſingulis conuiuis in ſecundâ menſâ à patrefamilias diſtribuebatur: hæc dicens, vt exſtat antiquo Hebræorum rituali: *Iſte eſt panis ærumnæ, quem comederunt patres noſtri in terrâ Ægypti, quiſquis eſurit accedat, & peragat Paſcha.* hæc ibi, & alia plura.

Azymi panis comedendi ritus.

Hodie in Paſchate ex azymo pane, quem peculiari forma conficiunt, peculiari nomine donant, peculiari ritu Hebræi ſeruant poſt cœnam, ſinguli edunt agni paſchalis loco, poſt cœnam autem comedunt, vt ſeruire myſterio videantur, non neceſſitati, & indigentiæ, ſicut & olim agnus paſchalis poſt cæteros cibos comedebatur: ita in שלחן ערוך tract. de Paſchate.

Nauſeãti ſtomacho azyma ne comedantur, ieiunium aliquando præmitti iubetur. Hebr.

Vt panis azymus in Paſchate auidiùs comedatur, monent ſuis Hebræi, vt qui ſtomacho nauſeati ſunt, in vigilia ieiunent; hoc ſibi volunt verba, quæ in eodem libro tract. de Paſchate habentur, quæ videri à lectore poſſunt; nobis ſatis ſit rem indicauiſſe.

166. *Totam vitam in puritate traducendam azymus panis per ſeptẽ dies comedendus docet.* Nicet.

Quòd panis azymus ſeptem dierum ſpatio ederetur, myſterio non eſt viduum; nam rectè res hæc monebat omnem vitam in puritate, & ſimplicitate traducendam. Nicetas ad orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni, *Quòd ſeptem*, inquit, *diebus panem fermenti expertem edere lex iubet, id nobis documentum eſt, vt omni vitæ noſtræ tempore, in* SIMPLICITATE, *& puritate viuamus.*

Corona ex pane azymo. Marin.

Coronam ex pane azymo factam cuidam Regi inaugurando apparet ex Marino lib. 10. rerum Hiſpan. vbi ait. Petrum Aragonum Regem ſeptimum Innocentius tertius Pontifex Romæ coronâ panis azymi inaugurauit.

Azyma ſeculari ſcientia parata. S.Bern.

Azymæ ſcientiam ſecularem pariat ſanctus Bernardus, ſic ille ſcribit in ſententiis. *Cibi Iſrael tres ſunt.* A Z Y M Æ *ſcientiæ ſecularis in exitu de Ægypto. Manna intelligentiæ in deſerto. Palma victoriæ triumphalis in promiſſionis regno.* Igitur vt ſalutaris ſcientia ſecularis ſit, fermento careat, aliena à quocunque tumore ſit.

E X C V R S V S XII.

Puræ vitæ azyma cum euchariſtici Agni eſu.

Sine malitiæ *fermento azymus quiſque ſit.*
Totus azymus, totus ſincerus *quis dicatur.*
Panes azymi puram intentionem *ſignificant.*
Vitæ puritas *euchariſticæ menſæ præmittenda.*
Nullus in hac cœnâ ſit fermentarius, *purus omnis ſit.*
Malitiæ *fermentum reÿciendum.*
Defæcatus *animus ad Euchariſtiam deferendus.*
Munditia *in euchariſticâ menſâ.*
Baptiſmalis puritas *in Euchariſtiâ.*
Statim ac quis baptizatus, *ad Euchariſtiam ordinatur.*
Sanctus *ſit, ad Euchariſtiam acceſſurus.*
Angelicâ *præditus* puritate *ſit, qui euchariſticæ menſæ ſit particeps.*
Sine rugâ, *ſine* maculâ, *vt Eccleſia ſit, qui Dominicum ſanguinem bibit, Dominicam edit carnem.*

167. *Sine malitia fermenti azymus quiſque ſit.* S.Paulinus.

PAnis azymus in agni eſu adhibendus ad puritatem nos vocat, morúmque ſinceritatem. Sanctus Paulinus epiſt. 5. ad Seuerum, azymi panis ſimilitudinem ita verſat, amicum commendans: *Te verò victâ lege membrorum, & exteriore corrupto puram conſperſionem parare, & ſine fermento* AZYMVM *Chriſti confici, eloquia tua tam facunda, quàm caſta teſtantur*; eodem ferè ſenſu eâdem epiſtolâ, *Quâ*, inquit, *gratiâ, & virtute cùm plenus ſit, bonam Deo frugem molis, téque ipſum in* AZYMIS *ſinceritatis, & veritatis epulandum Deo exhibes, cuius eſca eſt, quiſquis voluntates eius efficiens, in corporis ipſius membra, conuertitur.*

Totus azymus, totus ſincerus quis dicatur. S.Petr. Dam. *Panes azymi puram intentionem ſignificant.* B.Alb.Magn.

Totus ille azymus eſt, qui ſummâ puritate nitet; ſanctus Petrus Damianus opuſc. 13. de perfectione Monachorum cap. 23. ait: *Crucifixus igitur huic mundo iam penè quæ ſunt humana non ſentit, ſed* TOTVS AZYMVS, *totuſque ſincerus, vt ita fatear, Angelus viuit.* Puram conſcientiam, conuerſationémque panes azymi ſignificant ex mente quoque ſancti Cyrilli Alexandrini lib. Glaphyr. in Exod. In panibus azymis puram intentionem, in bonis operibus alij agnouerunt; inter alios B. Albertus ſerm. 16. de Euchariſt. *Panes*, inquit, AZYMI *ſignificant intentionem puram in operibus bonis.*

168. *Vitæ puritas euchariſticæ menſæ præmittenda.* Abul.

Iure igitur agnum manducaturi comedere & azymos panes iubentur, vt rectè nos moneremur, vitæ puritatem, ac ſinceritatem morum ad euchariſticam menſam deferendam; opportunè rem verſat Abulenſis in cap. 26. Matth. q. 37. *Conuenit*, inquit, *hoc ad Chriſtum, quia qui manducant corpus Domini, debent* CVM AZYMIS SVMERE; *nam azymum ſine fermento dicitur; fermentum autem conuertit, & alterat maſſam; ſi diu relinquatur, conuertet eam ad corruptionem; ita dicitur 1. Corinth. 5. cap. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit; azymum ergo eſt incorruptum, & ſignat puritatem vitæ; tales autem eſſe debent, qui Chriſtum ſumunt; ſcilicet in vitâ purâ, & immaculatâ; ſic dicit Apoſtolus 1. Corinth. 5. cap. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur non in fermento veteris malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis, & ita puritas vitæ eſt azymum, cum quo Chriſtum manducare debemus, vt dignè manducemus; & hoc maximum eſt, quod ad corpus Domini requiritur, ſcilicet vt cum vitæ puritate ſumatur.*

Nullus in hac cœnâ ſit fermentarius, purus omnis ſit.

Nemo ad hanc menſam fermentum afferat, nullus fermentarius ſit, puram, mundámque men-

tem

S.Cypr.

tem hæc menſa requirit. Scitè ſanctus Cyprianus de Catenâ Domini: *Finem legalibus caremonyjs impoſiturus, parari ſibi voluit Paſcha, & ex conſuetudine legis ea quæri, quæ ſolemnitas exigebat, agnum aſſum,* PANES AZYMOS, *& lactucas agreſtes non oportet eſſe fermentarios noui Teſtamenti Miniſtros, puras, ſinceráſque mentes ſanctualiter quæris conuiuium.*

Malitia fermentum reyciendum. Elig.

Panes azymi cum agno comedendi, omne malitiæ fermentum reiiciendum à noſtrarum mentium domibus, tectè innuit; ſcitè Eligius, *Edenda carnes iſta* CVM AZYMIS PANIBVS *& lactucis agreſtibus. Azyma dicimus abſque fermento, fermentum verò malitiam deſignat, & dolum. Abſque fermento igitur agnum comedimus, ſi ſacram Euchariſtiam ſine malitiâ, dolo, & ſimulatione in ſinceritate bona vita percipimus*; non aliò ſpectabat ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 12. de ſanctis feſtiuitatibus, *Quòd*, inquit, *cum azymis comeditur, id verò per anigma deſignare nos ipſos quibus ad participandum Chriſtus proponitur à ſpirituali fermento, id eſt, à malitiâ, & dolo alienos eſſe debere.*

S.Cyr. Alex.

168. *Defacatus animus ad Euchariſtiam deferendus.* S.Cypr.

Sincerus, defæcatúſque animus ad euchatiſticam menſam afferendus eſt. Sanctus Cyprianus tract. de Cœnâ Domini, ita ſentit: DEFÆCATIS ANIMIS *carnis eſus edulium non eſt horrori; ſed honori, potiúsque ſancti, & ſanctificantis ſanguinis ſpiritus delectatur.*

Munditia in euchariſticâ menſâ. S.Chryſ.

Ex vaſorum, quæ ad ſacram menſam adhibentur, nitore ac munditie nos ad puritatem ita vrgebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in epiſt. ad Epheſ. *An non vides vaſa abluta, adeo nitida, & ſplendida? His longè mundiores nobis oportet eſſe animas, his ſanctiores, & ſplendidiores. Quare? quoniam illa propter nos ſiunt talia.*

Baptiſmalis puritas in Euchariſtiâ.

Adeò purus euchariſticæ menſæ conuiua eſſe deberet, vt baptiſmali innocentiâ prædítus eſſe videretur. Locum electurus Dominus in quo ſacra myſteria perageret, corporis ſui Sacramentum inſtitueret, ait Luc. 22. 10. *Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans, ſequimini eum*; cui rei hæc aquæ amphora deſeruiebat? quid aquæ ad hoc Sacramentum? *Parant Paſcha*, ait Beda apud ſanctum Thomam hìc, *vbi aqua infertur amphora, quia tempus adeſt, quo vera Paſcha cultoribus typicus de limine auferatur cruor, & ad tollenda crimina* VIVIFICI FONTIS BAPTISMA *conſecratur*; cohæret aquæ amphora cum Euchariſtiæ inſtitutione, quia baptiſmalem, ſi fieri poſſet, deferre ſanctitatem deberet, qui ſacræ Euchariſtiæ futurus particeps eſt. Pendo illud, *de limine auferatur cruor*; reſpicit ad ſanguinem, quo ſuperliminaria iubebantur adſpergi; cuius maculas aufert aqua, quæ exhibetur.

Luc 22. 10.

B. Beda.

Statim ac quis baptizatus ad Euchariſtiã ordinatur. S.Thom.

Certè ſtatim ac quis baptizatus, ordinatur ſtatim ad Euchariſtiam, vt baptiſmalis innocentia ad hoc Sacramentum dum refertur deferatur; ſancti Thomæ in 3. part. quæſt. 73. art. 2. in cap. hæc ſunt verba: *Per* BAPTISMVM ORDINATVR HOMO AD EVCHARISTIAM, *& ideo ex hoc ipſo quòd pueri baptizantur, ordinantur per Eccleſiam ad Euchariſtiam, & ſic ſicut ex fide Eccleſia credunt, ſic ex intentione Eccleſia deſiderant Euchariſtiam, & per conſequens recipiunt rem ipſam.*

169. *Sanctus ſit ad Euchariſtiam acceſſurus.* S.Chryſoſt.

Maximam puritatem, ac ſanctitatem ad ſacram menſam deferendam; ita colligebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum Antiochenum: *Cùm dixerit, Sancta Sanctorum, hoc dicit: Si quis non ſanctus, non accedat: non ſimpliciter dicit, à peccatis purus, ſed* SANCTVS. *Non peccatorum tantùm liberatio, verùm & ſpiritus præſentia ſanctum facit, & bonorum operum diuitia. Nolo vos tantùm, inquit, à cœno eſſe liberatos, verùm & candidos, ac ſplendidos.*

Angelicâ præditus, vt rata ſit, qui euchariſtica menſa ſit particeps. Pſalm. 77.

Denique ſi fieri poſſet, angelicâ præditi puritate eſſe deberemus ad euchariſticam menſam acceſſuri. Pſalm. 77. ait Propheta Regius, *Panem Angelorum manducauit homo*; per panem, *manna* intelligitur; per Angelos *Chriſtiani*, per hominem *Iudai*, qui in figurâ comederunt quod nos re ipsâ. Sanctus Auguſtinus lib. qq. ex veteri Teſtamento quæſt. 21. *Dixit Apoſtolus inter cætera, Petra autem erat Chriſtus: vt quia Chriſti virtute aqua fluxit de petrâ, Petra appellatus ſit Chriſtus; ſimili modo, & quia manna poteſtate eius venit de cœlo: manna, id eſt, Chriſtus, panis dicitur, vt quod tunc factum eſt eius rei, quæ nunc in Eccleſiâ offertur, figura fuiſſe exiſtimetur, vt Chriſtiani populi, quos in Angelis ſignificauit Scriptura, panem manducarent homines, id eſt, Iudai. Et quia maior gratia eſt nunc, quàm in Prophetis, & libertas data per Chriſtum; quia vbi Spiritus Domini, ibi & libertas: ad comparationem temporum, & gratiarum Chriſtiani Angeli dicti ſunt: quorum pane, qui Chriſtus eſt, ſatiati ſunt Iudai, quos homines dixit.*

S.Aug.

Sine rugâ, ſine maculâ vt Eccleſia ſit, qui Dominicũ ſanguinem bibit, Dominicã edit carnem.

Vt ſummam Eccleſiæ puritatem, munditiámque ſignificaret Apoſtolus, quâ Chriſtus ornauit Eccleſiam, ait eam ſine maculâ, & rugâ redditam eius ſanguinis fuſu; ita loquitur Paulus Epheſ. 5. 25. *Sicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro eâ, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vita, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodo, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* etiam ille, qui euchariſticæ menſæ particeps ſit, ſine maculâ eſſe debet, ſine rugâ, inſigni morum puritate; vitæque innocentiâ ab omni fermento nequitiæ immunis. Benè ſanctus Paſchaſius lib. de corp. & ſanguine Domini cap. 15. *Tali*, inquit, *eſcâ, & potu refecti,* SINE MACVLA, ET RVGA *inueniamur*; quàm vtilis, quam ſuauis nobis iſte panis eſſet, iſte potus, ſi ab omni maculâ immunes vitæ panem ederemus, vitæ ſiccaremus poculum! Tuum, Amor, eſt, eam puritatem nobis exhibere, quam à nobis requiris; impura ea puritas eſt, quæ propter te ita eſt, vt non ſit ſine Te. Quin verè tui causâ eſſe non poteſt, niſi tu illius cauſa ſis.

S.Paſch.

EXCVRSVS XIII.

Inanis gloriæ tumor ab euchariſticâ menſâ eliminetur.

Bona opera ſine corruptione inanis gloriæ *exercenda.*

In Euchariſtiâ velatus Deus *noſtra nobis* velanda *docet.*

Nemo ſui ſit præco.

Cautiùs obtegenda *quæ pretioſiora.*

Humanam laudem *nemo captet ad euchariſticum Altare accedens.*

Magna præſtaturi ab hominum ſe conſpectu *exemerunt.*

Euchariſtica menſa cum iactantiâ *non cohæret.*

Glorioſi *hominis victima vt mutila reycitur.*

Rectè factorum obliuiſci *in euchariſticâ menſâ debemus.*

Bonorum theſaurus, *bonorum* obliuio *eſt.*

Tribulus

Digitized by Google

Tribulus *inanis gloriæ.*

Inanis gloria mancipia *ſua pungit.*

Gehennæ *mater inanis gloria dicta.*

Dæmoni *inanis gloria comparata.*

Araneæ *comparati, qui labores ſuos inani gloriæ litant.*

Inanis gloriæ cupidus impudicæ mulieri *compoſitus.*

Miniſterium Dei ſeruus honorare *debet, non ſe.*

Gloriâ ſuperior *eſt qui gloriam non* ſequitur.

Ventus vrens *humana gloria.*

Tanquam venenum *fugiendam inanem gloriam docuit Chriſtus.*

Racemi *terram tangentis ſimilitudine inanis gloriæ damna explicata.*

170. *Bona opera ſine corruptione inanis gloriæ exercēda.* Gloſſ. S.Greg.

AZymus panis in paſchalis agni eſu non commendatur tantùm, ſed præcipitur; vt rectè doceremur in operibus bonis inanem gloriam nobis cauendam eſſe; id quod tetigit gloſſa hîc, quæ illud deſumpſit ex ſancto Gregorio, qui hom. 12. in Euangelia; *Panes*, inqoit, *ſine fermento comedit, qui recta opera, ſine* CORRVPTIONE VANÆ GLORIÆ *exercet.* quàm fatuus, qui inanis gloriæ amore captus inficit labores ſuos, qui vni Deo ſacri eſſe debebant!

In Euchariſtia velatus Deus noſtra nobis velanda docet.

Vbique vitiū iſtuc damnari debet, vbique reiici, ſed maximè cùm ad ſacram Euchariſtiam accedimus; hîc quippe velatus Deus docet nos, vt nos, & noſtra velemus, vt inani gloriæ nullus litet, nullus auræ populari, humanæque laudi opera ſua committat, ac ſacret, ne peteant. Tegere noſtra debemus, dum ſe panis, & vini ſpecie veluti quodam velamine Chriſtus regit. *Præconem ſui eſſe, atque ad oſtentationem, & pompam omnia facere, non eſt ſapientia, ſed ſophiſtica verſutia*, ait Syneſius ſerm. ad Pœnium; quod maximè locum habet in hoc myſterio, vbi Chriſtus occultus ad operum noſtrorum occultationem nos vocat.

Nemo ſui ſit præco. Syneſ.

171. *Cautius obtegenda, quæ pretioſiora.* Exod.40.

Noſtra omnia quò nobiliora ſunt, & maiori gloriâ referta, eò cautiùs obtegenda ſunt. Præcepit Dominus Moſi vt Altare aureum pararet, & aliud non aureum, quod holocauſti dicebatur Exod.40. Sed notandum, quòd ante aureum velum ponebatur, non ante Altare holocauſti; cur ita? Reſpondet S. Cyrillus Alexândrinus lib. 4. in Ioannem cap.28. *Celabatur primum, quia* OCCVLTATA, *atque* RECONDITA *eſt gloria Chriſti; alterum verò vulgò patebat, quia mors eius omnibus patet:* vt ſcilicet ab Altari diſceremus, quæ maximè ad gloriam noſtram ſpectant cautè obtegere; quod licèt vbique Deus doceat, docet tamen præcipuè in Templo, & in Altari, in quo euchariſticus ſeruatur cibus. Abit qui bona, quæ agit, facilè prodit, & retegit, & à velaris, tectiſque myſteriis ſua præpoſterè reuelare diſcit.

S.Cyr.Alex.

Humanā laudem nemo captet ad euchariſticū Altare accedens. Gen.22.5.

Satis eſt ſi Dominus videat; benè erit ſi bona noſtra homines lateant; etiam Abraham in montem iturus vt filium immolaret, ſeruis dixit vt expectarent donec reuerteretur. *Expectate*, inquit, *hic; poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos*, Gen. 22. v. 5. non humanam laudem venabatur Abraham, hominum conſortium fugiens filium immolaturus; id quod tetigit etiam Philo lib. de Abraham, dum ait: *At laudis apud vulgus parandæ cupidine ad hoc facinus concitatus eſt? at quæ laus captabatur in ſolitudine, vbi nemo erat applauſurus; data operâ longè à terrâ, relictis etiam duobus famulis, ne ſe coram teſtibus* OSTENTARE *videretur.* Quid tantum facinus, tamque Deo gratum humanæ laudis affectu polliceret, & inficeret; imiretur, qui non Iſaac immolaturus eſt, ſed ſe ipſum, qui ad ſacrum Altare ſe confert, vbi Chriſtus Dei Filius vt victima immolatur Patri, ab omni inanis gloriæ amore liber ſit, & immunis, ne tanto ſacrificio indignus aſſiſtat.

Philo.

172. *Magna præſtaturi ab hominum ſe cōſpectu exemerunt.* S.Ambr.

Qui apud Deum magni fuerunt, magna præſtaturi ab hominum ſe cōſpectu auferebant; ſic Elias, ſic Eliſæus, ſic Ioannes, aliique. quod opportunè expendit ſanctus Ambroſius lib. de Eliâ, & ieiunio cap. 11. his verbis: *Elias in deſerto erat, ne quis* EVM IEIVNANTEM VIDERET, *niſi ſoli corui, qui eum paſcerent; Eliſeus in deſerto erat, vbi non inueniretur eſca, niſi amara; Ioannes in deſerto erat, erat & Chriſtus: ſcilicet ne viderentur humanæ laudi ſua ſacrare, hominum vitabant conſuetudinem.*

Euchariſtica menſa cum iactantiâ non cohæret. 3.Reg.19.6.

Signatè in deſerto erat Elias eùm pauit eum Angelus, qui dixit ei: *Surge, & comede*, 3.Reg.19. v.6. ſubditur ſtatim: *reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ; comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb.* Euchariſtici panis figura iſte exſtitit, quem in deſerto comedit, iactantiæ, & inanis gloriæ fugitans Elias, vt nos exemplo ſuo ad paria vocaret; quod fiet ſi vel in copioſâ multitudine ita noſtra in Deum ſolum dirigamus, vt ſoli eſſe videamur.

173. *Glorioſi hominis victima vt mutila reiicitur.* S.Nilus.

Reiiciebat ab Altari ſuo Deus victimam, quæ mutila eſſet, & membro aliquo careret, quia agnus ipſe paſchalis, qui mactabatur, integer, ac perfectus eſſe debebat, & ſine vllâ defectûs maculâ, vt ſuprà explicauimus. Putas accipiet opera, quæ mutila inanis gloriæ amor facit? Huiuſmodi apta minimè ſunt, quæ diuinis Altaribus ſiſtantur; quod feſtiuè monuit ſanctus Nilus orat.7. de inani gloriâ: *Virtus hominis glorioſi eſt* VICTIMA MVTILA, *quæ ad Altare Dei non admittitur.* Sic ille.

Rectè factorū obliuiſci in euchariſticâ menſâ debemus. Pſalm.22.5. Oſe.14.

Non igitur oſtentanda, & hominum oculis exponenda ſunt, quæ à nobis rectè geruntur, ſed occultanda omnino quantum licet, quin & à nobis ipſis per obliuionem ſubducenda. Calix Chriſti inebrians dicitur; hinc illud, *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt?* Pſalm. 22. v. 5. quin & frumento euchariſtico hæc eadem vis ineſſe videtur, hinc illud Oſeæ 14. *Viuent tritico*; quod ſanctus Hieronymus, iuxta LXX. vertit, *frumento inebriabantur*; ſed quid, inquies, ſancta hæc ebrietas docet? Ebrietas obliuionis eſt mater; qui igitur euchariſticum calicem ſiccat, & frumento inebriatur, obliuioni ea omnia tradat, quæ digna laude ſunt; vt nullius memor ſit, non ſecus ac ſi minimè præſtitiſſet; *Satis certus rectè factorum eſt theſaurus ipſa rectè factorum* OBLIVIO, ait ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. in Matthæum, & hom. 38. ad populum; *Meritorum*, inquit, OBLIVISCI *neceſſarium eſt*; quod maximè verum, cùm Chriſti ſanguinem bibimus, carnem edimus.

Bonorum theſaurus, bonorum obliuio eſt. S.Chryſ.

174. *Tribulus inanis gloria.* S.Nilus.

Placet, quia hîc ſumus, in inanis gloriæ vitium calamum acuere; non erit inanis labor iſte, ſi iſtuc conſequatur, vt minus placeat, quæ eò nocentior eſt, quò magis placet. Sanctus Nilus orat. de ipsâ, ita ſentit: *Tribulus verè eſt inanis gloria; nam in quamcunque tandem partem reciderit, rectum ſemper ſtimulum ſtatuit.* Multis ſpinis refertam eam vidit ſanctus Chryſoſtomus hom. 29. in Ioannem; quin & multorum capitum feram dixit; hæc illius verba: *Graue quidem eſt gloriæ amor, graue, inquam, & multarum ipſa ſpinarum plena gloria, & quæ difficilè tolli poteſt;*

Inanis gloria mancipia ſua pungit. S.Chryſoſt.

poteſt, fera, & multorum capitum beſtia, & in eos à quibus fouetur, & ſuſcipitur, amara.

Gehennæ mater inanis gloria dicta. Idem. Matrem gehennæ inanem gloriam vocauit idem ſanctus Pater hom. 17. in epiſt. ad Roman. vt à filio diſcas qualis mater ſit. *Mater*, inquit, GEHENNÆ EST INANIS GLORIA, *ignémque illum vehementer accendit, vermémque peſtiferum confouet.*

Dæmoni inanis gloria cõparata. Idem. Dæmoni comparatam inanem hanc gloriam obſerno, & dæmonem dictam. Sanctus Nilus orat. de inani gloriâ: *Grauis eſt* INANIS GLORIÆ DÆMON; *nam quod facis, vt eum euertas, hoc ipſe rurſus inanis gloria principium aduerſùm te facit, quocirca danda eſt opera, vt contrarijs artibus eum eludamus.*

S. Chryſoſt. Dæmonem horrendum eam vocat etiam ſanctus Chryſoſtomus hom. 35. in epiſt. 1. ad Corinth. orbíſque totius peſtem, ac viperam venenatam; ipſiſſima ipſius verba huc afferenda: *Non aſpiciebat* AD GLORIAM *ſanam belluam horrendum dæmonem, peſtem orbis terræ, venenatam viperam. Quomodo enim illa beſtia vnguibus vterum matris diſcerpit, ita etiam hoc vitium parentes dilacerat: & placere poteſt, quæ adeò in eos ſæuit, quibus placet?*

175. *Araneæ comparati qui labores ſuos inani gloriæ litant.* Petr. Bleſ. Qui inani gloriæ labores ſuos litant, araneæ in hunc modum comparabat Petrus Bleſenſis epiſt. 14. *Perdita vita homines ſe laboribus torquent, cruciant curis, expenſis euiſcerant: nónne figuram araneæ gerunt, quæ de ſuis viſceribus telam texit, vt capiat muſcam viliſſimam? Quid eſt* INANIS GLORIA *quam venantur, niſi muſca viliſſima, murmuroſa, ſordida, pungitiua?*

Inanis gloriæ cupidus impudicæ mulieri comparatus. S. Chryſ. Inanis gloriæ cupidum, impudicæ, & ab omni pudore alienæ mulieri ſic comparabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 17. in epiſt. ad Romanos: *Quemadmodum prophana mulier in proſtibulo conſiſtens, quibuſuis ad quæſtum ſui copiam facit; ſic, & qui* VANÆ GLORIÆ *dediti ſunt. immò turpius etiam, quàm iſtiuſmodi mulieres: illæ ſiquidem quoſdam amatores ſuos continere ſæpenumero ſolent; tu verò te ipſum quibuſuis & fugitiuis, & latronibus, & furibus exponis.*

Miniſterium Dei ſeruus honorare debet, non ſe. Rom. 11. 13. Ab inani gloriâ nos auocabat, in illis verbis Apoſtolus, *Miniſterium meum honorificabo*; ad Rom. 11. 13. ſignatè, *miniſterium*, non *ſe ipſum*; à vero honore alienus eſt, qui in munere, quod exercet, honorem ſuum quærit, non potiùs muneris, non Dei. S. Bern. Audiendus hîc ſanctus Bernardus, epiſt. 42. qui huc reſpiciens, ait: *In omnibus, exemplo Apoſtoli, honorificabitis miniſterium veſtrum. Miniſterium, inquam, non dominium Ipſum itaque honorificabitis, non vos.* NAM QVI QVÆRIT QVÆ SVA SVNT, SE CVPIT HONORARI, NON MINISTERIVM. Digna verba quæ illorum mentibus inſideant, qui ſuper alios ſunt.

176. De Apoſtolis dictum à Prophetâ Regio: *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, Pſalm. 18. in verbo *exiuit* inanis gloriæ fugam acutè notabat Vgo Carenſis hîc, dum dixit: *Per hoc quod dicit, exiuit, notatur, quòd id quod loquuntur exteriùs, intus non manet per inanem gloriam*; gloriam nullam meretur, qui inanem venatur, dum laborat.

Gloriâ ſuperior eſt qui gloriam inſequitur. Maior gloriâ ipſâ eſt, qui non ſeqitur gloriam, inglorius æternùm erit, qui humanæ ſe gloriæ mancipium gloriæ affectu reddit; gloriam omnem meretur, qui amorem ſpernit; & ſuper gloriam eminet, qui inanis gloriæ inani amore non tenetur; S. Ambr. ſancti Ambroſij 2. offic, cap. 1. hæc eſt mens, hæc ſunt verba: *Quò minus ſequitur gloriam, eò magis ſuper eam eminet.*

Ventus vrens humana gloria. Ventus inanis gloriâ eſt, quæ ſuperæ gratiæ fluenta deſiccat; hanc qui quærit, illâ non patiatur ſe capi. Verus Petrus Bleſenſis: *Humana gloria eſt* VENTVS VRENS, *cœleſtis gratiæ fluenta deſiccans.* Petr. Bleſ.

Fugienda inanis gluria eſt non ſecus ac venenum; docuit iſtuc exemplo ſuo Chriſtus, cùm multis editis miraculis, de quibus agit S. Marcus c. 1. ſtatim in deſertum locum ſe contulit: *Diluculo valdè ſurgens, egreſſus abijt in deſertum locum*, ait Euangeliſta; quod fecit & vt ardentiori deſiderio quæreretur, & vt doceret nos inanîs gloriæ fugam; ita Victor Antiochenus hîc: *Secedit Chriſtus puſillum in deſertum locum, quo abſens eorum deſiderium acuat, qui eum ſequebantur, ſuóque nos exemplo admoneat, vt poſt miraculum patratum, aut opus aliquod illuſtre perfectum, aliquo ſeorſum ſecedamus,* NE QVOD INANIS GLORIÆ VENENVM IN ANIMAS NOSTRAS IRREPAT. 177. *Tanquam venenum fugiendam inanem gloriam docuit Chriſtus.* Marc. 1. Vict. Ant.

Similitudine à racemis ſumptâ, qui ſi terram contingant, computreſcunt, nos ab inani gloriâ auocabat ſanctus Nilus orat. 17. RACEMVS, inquit, *humi iacens facilè putreſcit, & virtus* INANI GLORIÆ *inhærens corrumpitur. Inanis gloriæ ſtudioſus, eſt operarius ſine mercede, laborem ſubit, & mercedem non accipit.* Qui euchariſticum bibit vinum, racemum cogitet, à quo expreſſum vinum eſt, & in racemo, qui terram tangens, facilè putreſcit, bonorum operum, virtutiſque corruptionem, ſi inani hæreant gloriæ, humanæ laudis amore tangatur, qui bona operatur, ſed non benè, atque adeò non bona, quia nec benè. *Racemi terrã tangẽtis ſimilitudine inanis gloriæ damna explicata.* S. Nilus.

CAPVT XVI.

De fermentato pane aliqua obſeruantur.

Hebræorum formula *in fermentati panis inquiſitione adhibita.*
Silentium *in hac inquiſitione iniunctum.*
Tempus *huius inquiſitionis.*
Candela, *quæ in hac re adhibetur, qualis & quantæ magnitudinis.*
Quàm diligens *hæc panis fermentati* inueſtigatio.
Tubæ *ſigno dato panis fermentatus cremabatur.*
In murium foraminibus *inſpicere ſolent.*
Repertus panis comburitur, *aut in flumen deijcitur.*
In agni mactatione *ſi quis fermentatum panem habere deprehendatur, flagellabatur.*
Boni operis rectitudo *intentione prauâ haud inficienda.*
Malorum conſortium *quàm noxium ſit.*
Malorum multitudo *quàm noxia paucis bonis, aut vno.*
Malorum conſortium *defugiat qui euchariſtico pane paſci debet.*
Hebræorum cautio *in conuiuijs.*
Malorum conſuetudo *vitanda in euchariſticâ menſâ.*
Herodis fermentum *quid, vtque ab illo cauendum, & à fermento Phariſæorum.*

In

In euchariſtica menſa nemo ſit Herodi *ſimilis.*

Peccati fermentum *à mentis domo reycien-dum ob euchariſticum conuiuium.*

178. AGNI carnes comedentes cauere Dei iuſſu debebant, ne fermentatum panem eo tempore ederent, quin nec domi aſſeruarent; Exod. 12. Nobis de agni eſu agentibus integrum non fuit hanc fermenti inhibitionẽ prætermittere; igitur ex Hebræorũ monumentis pleraque prompta cõmuni notitiæ hîc exponã, quæ non adeò obuia.

Hebræorũ formula in fermentati panis inquiſitione adhibita. Hebr.

Antequam Hebræi quartadecimâ die menſis Niſan panem fermentatum per domûs angulos lumine adhibito inueſtigant, hanc benedictionem pronuntiant, quæ in eorum Rituali habetur, his verbis conceptam: *Benedictus eſto tu Domine Deus Rex mundi, qui ſanctificauit nos in ſuis præceptis, nobiſque iniunxit vt fermentatum panem auferremus.*

Silentium in hac inquiſitione iniunctum.

Monent autem ne quiſpiam quidpiam loquatur, ſiue dum benedictio fit, ſiue dum panis fermentatus quæritur; vt diligentiùs id præſtent, nec verborum fuſu, aliò mens vocetur. ſic in שלחן ערוך tract. de Paſchate.

Tempus huius inquiſitionis. Candela, quæ in hac re adhibetur qualis, & quanta magnitudinis. Hebr.

Noctu ad cerei accenſi lumen fermentatum panem per domos inueſtigare iubentur Hebræi ante quartam decimam diem menſis Niſan, in quo Paſcha accidit; quòd ſi caſu id omiſerint, manè ipſius diei quartædecimæ quærere debent, ita tamen vt Solis luce non ſint contenti, ſed candelæ lumen adhibeant. Sic præcipitur in שלחן ערוך tract. de Paſchate. Addunt candelam, quæ adhibetur, ex cerâ confici debere, non ex ſebo, aliâque materiâ, quin & cerea exiguæ magnitudinis eſſe debet, vt ingredi quaſque rimas poſſit.

179. *Quàm diligẽs hæc panis fermentati inueſtigatio.*

Religioſiſſimè porrò Hebræi cauent, ne in Paſchate feſto in eorum domibus panis fermentatus reperiatur, adeò vt quartadecimâ die menſis, quem ipſi vocant ניסן *niſan*, adhibitâ cereâ candelâ diligenter inueſtigent num in aliquâ domus parte reperiatur, hinc illud in שלחן ערוך tract. de Paſchate: *Veſpere quartidecimi diei Niſan, in noctis exordio panis fermentatus exquiritur ad candelæ lumen in foraminibus, & ſciſſuris in omnibus illis locis, ad quæ ſolet panis deferri*; addunt hanc inueſtigationem cæteris operibus primâ illâ nocte anteuertendam.

Tuba ſigno dato panis fermentatus cremabatur. Suid.

Porrò quàm ſolliciti, ac ex eorum more religioſi eſſent, ne quid fermentati panis relinqueretur, quem dies ille azymi parandi reperiret, colligitur ex eo quòd tubâ ſignum dabant, vt ſi quid panis ſupereſſet crematetur. Refert id Suidas verbo ζύμη his verbis: *Ferunt a ſextâ horâ decimaquarta diei menſis ſigno tubâ dato omnem panem fermentatum, ſi quis Hebræis ſupereſſet, cremari ſolitum.*

In murium foraminibus inſpicere ſolent.

Sed illud maioris diligentiæ, addo & religionis indicium, vel in murium foraminibus inſpexiſſe, ne quid fermenti in iis lateret, quod vt ſcrupuloſè à Iudæis præſtitum, ita ſanctiùs à nobis reſumi poteſt, ſi hac eâdem diligentiâ ab animæ noſtræ ſinu, & immundas cogitationes, & omnîs malitiæ frumentum amoueamus; quod eleganter premit ſanctus Chryſoſtomus in epiſt. 1. ad Cor. hom. 15. Hebraici huius ritus mentionem faciens, ſic enim ille ſcribit: *Si domos ſic expurgant à fermento, & vel de murium foraminibus ſunt ſolliciti, multo magis nos animam oportet perſcrutari, vt omnem immundam eyciat cogitationem. Sed hoc quidem olim apud eos fiebat: nunc autem non ampliùs. Vbique enim eſt fermentum, vbi ſunt Iudæi.* Hactenus ille.

S. Chryſ.

Panis fermentatus qui quartadecimâ die menſis Niſan in Hebræorum domibus repertus fuerit, iubetur comburi, aut certè in fluuium proiicere, vt Hebræorum plerique notauêre, éxque Hebræorum nonnullis nos accepimus. 180.

Repertus panis comburitur, aut in fluuium deycitur.

In agni mactatione ſi quis fermentatum panem habere deprehendatur, flagellabatur. Hebr.

Si quis agnum paſchalem mactans, domi vel minimum quid fermenti habere deprehenſus eſſet, flagellabatur triginta nouem vicibus, ſic habetur in שלשי הגורים cap. 65. in hæc verba: *Si quis mactans agnum paſchalem habere reperiatur fermentum quantum oliuæ magnitudo eſt* לוקה *verberatur.* Sed iam vtiliora quædam depromamus.

Boni operis rectitudo intentione praua haud inficienda.

Fermentum habet qui boni operis rectitudinem intentione prauâ inficit. B. Dionyſius Carthuſianus ſerm. Quomodo ſacramentum Altaris ſuſcipiendum ſit: *Praua intentio vocatur fermentum corrumpens rectitudinem actionis, quia intentio imponit ſpeciem operationi.* B. Dion. Cart.

Malorum cõſortium quã noxium ſit. Gal 5. 9. Lyran.

Malum, noxiúmque fermentum, & mali ſub quorum conſortio ij corrumpuntur, cum quibus conſuetudinem habet; de hoc fermento ita monebat Apoſtolos ad Gal. 5. v. 9. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* hoc eſt, vt ait hîc Lyranus, *In congregatione fidelium vnus peruerſus in fide corrumpit alios*; hanc ſimilitudinem explicatiùs tradit ſanctus Hieronymus, aliáſque etiam addit, vt moneat malorum conſortium repudiandum, ſic enim ille ſcribit lib. 3. in epiſt. ad Galat. *Nolite putare paucorum hominum, qui de Iudæâ venientes aliud docent, inſidias contemnendas. Scintilla res parua eſt, & penè dum cernitur, non videtur; ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſui, quamuis paruus ignis immenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regionéſque conſumit, fermentum quoque, cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata eſt, res modica videtur, & nihili; ſed cùm farina conſperſum, totam maſſam ſuo vigore corruperit, in illius vim tranſit omne, quod mirum eſt: ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens, vix duos, aut tres primùm in exordio reperit auditores, ſed paulatim vt cancer ſerpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies totum commaculat gregem. Igitur & ſcintilla ſtatim vt apparuerit exſtinguenda eſt, & fermentum à maſſa vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.* 181.

S. Hier.

Malorũ multitudo quàm noxia paucis bonis, aut vno. Gilleb. Abb.

Porrò ſi modicum fermentum totam corrumpit maſſam, ſi vnius malitia multos inficit, quid erit ſi fermentum multum ſit, & maſſa ſit modica; plures mali ſint, quid paucos, aut etiam vnum bonum ambiant. Rem ſcitè vrget Gillebertus Abbas ſerm. 22. in Cant. ad producta Apoſtoli verba reſpiciens, & ad noſtram mentem, modicum fermentum totam maſſam corrumpit; *quid ergo*, inquit, *fiet, vbi multum eſt fermentum, maſſa modica?* & vnus bonus multis malis commiſcetur.

Malorum cõſortium defugiat, qui euchariſtico pane paſci debet.

Panis ſubcineritius, qui exhibitus Eliæ ab Angelo fuit, Euchariſtiæ figura exſtitit, vt plures ex noſtris notauête: obſeruandum autem eſt, hoc pane refectum Prophetam, cùm Iezabel, cui infenſus erat, defugeret; nimirum quis mulierum familiaritatem fugit, noxium conſortium vitat, cum fœmineis blanditiis non flectitur, nec terretur nimis, tum euchariſtico pane paſci poteſt. 182.

Hebræorum cautio in conuiuys. Malorum cõſuetudo vitanda in euchariſticâ menſâ.

Cautio hæc prudentioribus viris olim erat apud Hebræos, ne cuiquam conuiuio inuitati accederent, niſi priùs ſciret, quis apud illos eſſet ſeſſurus; *quia dedecus homini docto eſt imperitum quempiam, & idiotam iuxta illum ſedere*; ſic enim habetur

in עין ישראל quod iure potiori in euchariſticæ menſæ frequentatione præſtandum nobis eſt, ne ſcilicet, mali conſuetudine ſua malitiam ſuam nobis affricent.

Herodis fermẽtatũ quid, vtque ab illo cauendum, & à fermento Phariſæorum. Marc. 8. B. Rab.

Vt à Phariſæorum, Herodíſque fermento caueremus, monuit Chriſtus Marc. 8. de quo fermento ita diſſerit Rabanus in Matth. lib. 5. cap. 16. *In Marco ita ſcriptum eſt: Videte, cauete a fermento Phariſæorum, &* FERMENTO HERODIS. *Fermentum Phariſæorum decreta legis diuinæ traditionibus hominum poſtponere, vel certè legem verbis prædicare, factis impugnare. Fermentum eorum eſt Dominum tentare, nec doctrina eius, aut operibus credere, ſed inſultando alia, quibus credere debeant, petere. Fermentum Herodis eſt adulterium, homicidium, temeritas iurandi, ſimulatio religionis.*

183. *In euchariſticâ menſâ, nemo ſit Herodi ſimilis.* S. Chryſ.

Tunc verò maximè ab Herodis fermeuto cauendum, cùm ad enchariſticam menſam accedendum eſt; nemo hîc Herodi ſit ſimilis, vt adorationis prætextu Dominici ſanguinis, & corporis fiat reus. Opportunè adeſt ſanctus Chryſoſtomus, qui id monet hom. 7. in Matth. his verbis: *Sed caue, ne* HERODI *efficiaris ſimilis, & dicas: Vt & ego veniens adorem eum, cúmque veneris, interimere coneris. Huius etenim ſimiles ſunt, qui indignè abutuntur communione myſterij. Reus eſt etiam, inquit, iſte corporis, & ſanguinis Domini.*

Peccati fermẽtum à mẽtis domo reijciendum ob euchariſticum conuiuium. Anonym.

Denique quì vetus malitiæ fermentum expurgandum in euchariſtici agni eſu ſit, docet Anonymus auctor, & ineditus de Miſſæ ſacrificio tract. 2. *Proba te ipſum*, inquit, *vide ſi in te ſit aliquod peccatum, vel aliud impedimentum, & antequam accedas, vt ſis noua conſperſio, lachrymis, & fletibus expurga vetus fermentum.* Nollem nos in fermenti huius inueſtigatione, & abolitione Iudæorum ſuperſtitioſâ diligentiâ vinci; peccati, malitiæque fermentum à mentis noſtræ domo amoueamus, vt à corporea, atque terrena, corporeúmque terrenúmque amouere terrena ſapientes Iudæi ſtudent.

EXCVRSVS XIV.

Ad euchariſticum conuiuium accedens azyma non habeat, ſæcularis vitæ veſtigium nullum referens.

Agni conuiua nullum mundanæ vitæ *veſtigium habeat.*

Ab amore *præſentis ſæculi diſiuncti prædicatores, diſiuncti euchariſticæ menſæ conuiuæ ſint.*

Euchariſticæ menſæ participes vt aquilæ *in cælum euolare debent.*

In ſublime euehatur, *qui euchariſtica mannæ particeps ſit.*

Zodiaci *duodecim ſigna ad menſam.*

In euchariſticâ menſâ Chriſti regnum.

Rerum temporalium amor in nobis decreſcere *debet, dum euchariſticæ menſæ aſſidemus.*

Terrenorum obliuio *in Euchariſtiâ.*

Obliuio *conuerſationis priſtinæ in Euchariſtiâ.*

Chriſtum vt Cain Abelem ſepelit, *qui eo ſumpto redit ad ſæculi vanitates.*

Nullius rei infra Deum inſitionem *admittant, qui euchariſticæ menſæ accumbunt.*

In corde nihil veteris conuerſationis *debet reſidere, dum euchariſticæ menſæ delitijs fruimur.*

184. *Agni conuiuæ nullum mundanæ vitæ veſtigium habeat.* Theod.

AB agni conuiuio fermentatus panis exulabat, azymus dumtaxat adhiberi poterat; ſed cur ille reiectus ?an, ne Ægyptiacæ vitæ veſtigium vllum adeſſet? Opportune Theodoretus quæſt. 14. in Exod. *Per azymam*, inquit, *indicat, non tantùm diligentiam proficiſcendi, & cibi promptitudinem, ſed etiam quod nullum* ÆGYPTIACÆ VITÆ VESTIGIVM *inferre conueniebat; ſic enim Dominus interpretatus eſt: Cauete, inquit, a fermento Scribarum, & Phariſæorum.* Ritè ritum iſtum non ſeruat, qui euchariſticæ menſæ, in quâ vetus agnus apponitur, aſſidens, rerum terrenarum curis premitur; & mundanis deliriis inhians, Ægyptiacam vitam improborum morum tenebris refert.

Ab amore præſentis ſæculi diſiuncti prædicatores, diſiuncti euchariſticæ menſæ conuiuæ ſint. Prou 9. S. Greg.

Terrena omnia mente deſerat ſacræ huius menſæ conuiua, in cœlum animo euolet, terrâ neglectâ: ſapientiâ dum menſam parat, domum extruxit prius, quàm ſuper ſeptem columnas poſuit, ſic enim habet Salomon Prou. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, miſcuit vinum, propoſuit menſam.* cur domum ſuper columnas ſtruxit? Sanctus Gregorius lib. 33. moral. cap. 15. de Eccleſiâ, eiúſque prædicatotibus hæc accipiens ait: *Quæ* (Eccleſia) *ſeptem ſibi columnas excidit, quia* AB AMORE PRÆSENTIS SÆCVLI DISIVNCTAS *ad portandam eiuſdem Eccleſiæ fabricam, mentes prædicantium erexit.* Sed hoc ad euchariſticæ menſæ paratutam flectere poſſumus, nam hunc locum plerique ſanctorum Patrum de Altaris epulis explicarunt. Igitur hîc quoque mentis domus ita ſtruenda eſt, vt nihil terrenum ſapiat, in ſublime rerum cœleſtium conſideratione feratur.

185. *Euchariſticæ menſæ participes vt aquilæ in cœlum euolare debent.* Matth 24. S. Ambroſ. S. Chryſ.

Quod ſignificant illa Chriſti verba Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*; quæ de Chriſti corpore, quod io Euchatiſtiâ latet, exponi poteſt, adeò vt aquilas referant qui accurrant, & terrenis neglectis in cœleſtia euolent; quod innuit ſanctus Ambroſius lib. 2. Sacramentorum cap. 1. *Vbi corpus, ibi aquila, legiſti in Euangelio; Vbi corpus Chriſti, ibi & aquilæ volare conſueuerunt, vt* TERRENA FVGIANT, *cœleſtia petant.* Luculentiùs idem habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 24. in epiſt. 1. ad Corinth. *Ad hoc*, inquit, *nos inducit ſacrificium illud formidandum, & admirabile, quòd iubet nobis, vt aquilæ in hac vitâ facta, ad ipſum cœlum euolemus, vel potiùs ſupra cœlum. Vbi enim cadauer, inquit, illic aquilæ; aquilas autem appellat, vt oſtendat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terrâ debere ei eſſe commune, neque* AD INFERIORA TRAHI, *ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſtitiæ intueri.*

In ſublime euehatur, qui euchariſticæ mannæ particeps ſit. Num. 11. 31. B. Raban.

Manna nauſeabat Iudaicus populus, poſtulabat carnes, earum memor, quas in Ægypto comederat; quid hîc Deus demiſit ſuper eos coturnices, vt habetur cap. 11. Num. verſ. 31. Quæri hîc ſtatim poteſt, cùm volatilia animalia exhibuerit, non terreſtria; an vt animalium genere eorum animas eueheret in ſublime, auocaret à terrâ? ita eſt, & ſuccinit Rabanus lib. 2. in Num. cap. 8. dum ait: *Non certè ferarum, non quadrupedum, nec terreſtrium animalium eis eſum tribuit, ſed volucrum, quatenus ex ipſâ perceptione alimenti diſcerent ſuperna magis deſiderare, quàm terrena, ſpiritualia potius, quàm corporalia: auium ergo natura ex aquis primùm*

proceſſit,

proceſſit , ſed in uëra habitationem ſibi acquiſiuit: vnde & qui volucrum eſum percipiunt , ab imis ad ſuperna cor eleuare admonentur , vt licèt in terrenis corporibus degant, tamen animo ad cæleſtia appetant, ſecundum illud Apoſtoli , quod dicit , In carne autem ambulantes , non ſecundum carnem militantes. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Iuſtiùs id requiramus in eo,qui Euchariſtiæ, cuius manna figura,& vmbra erat,particeps fit;in ſublimia , in perennatura feratur , qui ad euchariſticas delitias pergit, terræ non hæreat,non terrenis.

Zodiaci duodecim ſigna ad menſam. Petron.

186. Apud prophanos menſam habes , in quâ epulæ ſuper Zodiaci ſigna imponebantur. Petronius Arbiter in Satyrico rem ita refert : *Repoſitorium rotundum duodecim habebat ſigna in orbem diſpoſita; ſupérque proprium , conuenientémque materiæ ſtructor impoſuerat cibum ; ſupérque arietem cicer arietinum; ſuper taurum bubulæ fruſtum ; ſuper geminos teſticulos ac renes ; ſuper cancrum coronam ; ſuper leonem ficum Africanum.*

In euchariſtica menſa Chriſti Regnum.

Nos ſanctiùs hoc præſtabimus , ſi cœlum, atque cœleſtia euchariſticæ menſæ aſſidentes cogitemus , terrenorum memoriâ prorſus abolitâ ; ſic enim fiet , vt ad Paradiſi delitias poſt euchariſticas migremus ; alioquin timere exitium debet , qui conuiuio aſſidens cœlum non cogitat , Paradiſum mente non reuoluit , quod accidit Iudæ , cuius cæcitas huc euaſit , vt in menſâ cœlum animo non viderit , quod vidit bonus latro dum eſſet in cruce , dum ait : *Memento mei Domine , dum veneris in regnum tuum,* Luc. 22. Iudæ ſimiles iuſtè perſtringit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 33. dum ait : *Latro in cruce ſuâ regnum Domini mente conſpexit , quod in conuiuio Chriſti Iudas videre non potuit.* Accumbens cœleſti conuiuio cœlum non cogitabat , quin terrenis inhiabat lucris , vt non mirum ſi in malorum extrema miſerè venerit.

Luc. 22.
S. Ambr.

Rerũ temporaliũ amor in nobis decreſcere debet, dum euchariſtica menſa accedemus.
S. Cyr. Alex.

187. Et vt ab agni paraturâ non abeamus , cùm iubetur agnus quartadecimâ die menſis parari, nónne rectè ſignificatur rerum mundanarum affectum encharistici Agni eſu ſemper decreſcere debere ? Cùm lunaris circulus haberet plenitudinem, & iam inciperet decreſcere, tunc agni menſa paranda erat , vt obſeruauit etiam ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrorum in Exodum alibi datus ; quia ſcilicet rerum temporalium amor , quæ lunâ ſolent ſignificari , imminui tunc debet , cùm euchariſticas epulas deguſtamus.

Terrenorum obliuio in Euchariſtiâ.

Porrò adeò terrena negligere debemus , vt eorum penitus obliuiſcamur ; ſolet ſiccatus vini calix ſi bibentem inebriet , obliuionem inducere. Vitanda ebrietas , vitanda obliuio in cæteris menſis eſt ; in hac cœleſti , & ſpirituali deſideranda , & quærenda. Certè eam admirabatur Dauid Pſalm. 22. cùm diceret , *Et calix meus inebrians quàm præclarus eſt ?* quod ita legit , & explicat ſanctus Auguſtinus hîc ; *& poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt* ; ſed eodem ſenſu, *meus , quia calicem bibo tuum , quia tu exhibes , tu porrigis.* pergit , *& poculum tuum* OBLIVIONEM *præſtans , priorum vanarum delectationum , quàm præclarum eſt !* Felix ebrietas iſta, & digna, quæ omni ſobrietati præferatur , dum obliuionem priſtinæ conuerſationis parit. Pleniùs , & apertiùs rem habet ſanctus Cyprianus epiſt. 63. cuius verba hîc deſiderari minimè debent : *Ebrietas Dominici calicis , & ſanguinis non eſt talis , qualis ebrietas vini ſæcularis ; cùm diceret Spiritus diuinus in Pſalmo , calix tuus inebrians , addit quàm perop timus , quòd ſcilicet calix Dominicus ſic bibentes inebriet , vt ſobrios faciat , vt mentem ad ſpiritalem ſapientiam redigat , vt à ſapore iſto ſæculari ad intellectum Dei vnuſquiſque reſipiſcat ; & quemadmodum vino iſto communi mens ſoluitur , & anima laxatur, & triſtitia omnis exponitur ; ita ſponte ſanguine Domini, ac poculo ſalutari exponatur memoria veteris hominis , & fiat obliuio conuerſationis priſtinæ ſecularis.* Ita ſanctus Cyrillus.

Pſalm. 22.
S. Aug.
S. Cypr.
Obliuio conuerſationis priſtinæ in Euchariſtiâ.

Chriſtum vt Cain Abelem ſepelit, qui eo ſumpto redit ad ſæculi vanitates.
Gen. 4. 9.

188. Non obliuiſcitur , qui ſtatim ſumpto Chriſti corpore ad mundanas delitias redit , ad mundanas vanitates , quas reliquiſſe videbatur, dum accederet ; hîc non tam conuiua , quam Chriſti proditor audire debet , vt ab eo quæri poſſit , quod quæſitum fuit à Cain , qui fratrem Abel occiderat ; *Vbi eſt Abel frater tuus ?* Vbi eſt Chriſtus , quem cordis ſinu exceptum peccatorum ſordibus obruiſti , & terrenarum amore veluti aggeſtâ terrâ ſepeliſti ; inter Stephanus Cantuarienſis lib. Allegoriarum ſuper Geneſim apud Tilmannum : *Vbi eſt Abel frater tuus? Hoc ei non incongruè dicitur , qui ſumpto Chriſti corpore , redit continuò ad ſordes priſtinas , &* SÆCVLI VANITATES. Vtinam nullus Caïn reperiretur , qui ita in Chriſtum vt in Abelem ſæuiret , ſed multos,proh nefas ! reperire eſt , qui exceptum Chriſtum terrenarum rerum curis , & delitiarum amore veluti ingeſtes terræ glebis obruunt, & ſepeliunt , ipſi inferno , niſi reſipuerint , ſepeliendi.

Steph. Cant.

Nullius rei infra Deum inſitionẽ admittant qui euchariſticæ menſæ accumbunt.
Pſalm. 127. 3.

Meminerint ſe ſicut oliuarum nouellas menſæ ſacræ accumbere , atque adeò in nullâ alterius rei inſitionem admittendam non eſſe. Pſalm. 127. v. 3. ita ſcriptum eſt , *ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ* ; cur oliuæ filij comparati , qui menſæ accumbunt ? Rabbi Kimſi; quia olea non patitur vllius alterius arboris inſitionem , ideo notat certos , & minimè ſuſpectos de adulterino ſemine liberos , quod ad ſacram menſam , & ſpirituales filios transfert , qui menſæ accumbunt. Oleam referant in corde, nullius infra Deum rei inſitionem admittant, terrena omnia excludant ; Chriſti viſceribus inſerantur , & Chriſtus ſolus in eorum cordibus pulluler. Ioſue 5. *Defecitque manna poſtquam comederunt de frugibus terræ* ; quò ſignificabatur Euchariſtiam , cuius manna figura extitit , aliarum rerum inſitionem in corde non admittere , & terrenis voluptatibus addictum idoneum huius menſæ conuiuam minimè eſſe cùm oleam non referat.

Ioſ. 5.

In corde nihil veteris conuerſationis debet reſidere dum euchariſtica menſa delicijs fruimur.
Ioan. 2.
S. Ambr.

189. Chriſtus ex aquâ vinum producturus Ioan. 2. voluit priùs Iudæorum vinum abſumi , ne aqua cum illorum vino miſceretur , quod caſu factum eſſe non eſt exiſtimandum ; an noluit in ſancto conuiuio vilitatis Iudaicæ aliquid reſidere ? Pulchrè ſanctus Ambroſius in cap. 2. Iſaiæ , *Non vinum miſcuit , ſed aquam mutauit in vinum ; ne quid in ſacro conuiuio* VILITATIS IVDAICÆ *reſideret , maluit naturam vertere , quàm adulterare ſubſtantiam.* Ægrè quoque fert in corde aliquid veteris conuerſationis reſidere ; omni igitur vetuſtate exutâ accedamus ad Chriſtum , vt frui eius dulcedine poſſimus. Tu amor da conuiuis tuis , quod à conuiuis exigis , per te conſequamur , quod propter te quærimus , & amamus , à corde tu cordis amoue , quicquid in corde tibi diſplicet. O vtinam nihil aliud in nobis Amor reperiret , niſi quod Amor in nobis amat!

EXCVRSVS XV.

Peccati occaſio fugienda ad ſacram Euchariſtiam acceſſuro.

Puriſsimis concupiſcentiis *anima in euchariſticâ menſâ paſcenda.*
Lapsûs occaſio *tollenda.*
Impietatis radix *euellenda.*
Nemo peccandi periculo *ſe exponat.*
Prauaricandi occaſio *ablata ablatione fermenti.*
A lapsûs vicinitate *ſuos Deus auocat.*
Qui ad euchariſticam menſam ſe conferunt, à lapsûs occaſione *abeant.*
Nec videndum,*quod Deo diſplicet.*

190. *Puriſſimis cõcupiſcentijs anima in euchariſticâ menſâ paſcenda.* Exod. 12. S. Cyr. Alex.

FErmentati panis eſum inhibuit Deus in agni celebritate, ſolius azymi vſum permiſit; *Septem*, inquit, *diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentum in domibus veſtris, quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael*, Exod. 12. v. 15. ad puriſſimam, omniſque doli expertem vitam his verbis eós rectè inhortatur. *Panibus infermentatis*, inquit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Glaphyrorum, in Exodum, *eos veſci iubet, qui ſacrum Agnum manducant, quo, vt mihi videtur, perſuadet ſanctificatis in Chriſto, vt ſuam ipſorum animam paſcant, concupiſcentijs puriſſimis, maximéque ab omni prauitate ſeiunctis.* Sic ille.

Lapſûs occaſio tollenda. B. Rupert.

Sed hîc quæſtio animum pungit, cur & à domibus ipſis fermentatus panis abeſſe debeat; ſatis eſſe videbatur ſi ab eius eſu, vt myſterio deſeruirent, abſtinerent; cur igitur adiicitur, *in die primo non erit fermentatum in domibus veſtris?* An vt præuaricationis occaſio tolleretur? Subſignat B. Rupertus lib. 2. in Exod. c. 15. *In die*, inquit, *primo non erit fermentatum in domibus veſtris; ne, dum præſens eſt, faciliùs quis poſſit* IN PRÆVARICATIONEM LABI, nimirum tollenda lapsûs occaſio vt ſemper quidem, ſed præcipuè cùm iturus quis eſt ad Euchariſticam menſam; *Nemo diu tutus eſt* PERICVLO PROXIMVS, ait ſanctus Cyprianus epiſt. 62. Indigni hac menſâ ſunt, qui inter lapsûs occaſiones viuunt, nec lapſuros ſe putant; falluntur: hoc ipſum magnus error, magna præſumptio, inter pericula tantum ſuis viribus tribuere, vt à lapſu ſe immunes futuros credant.

191. *Prauaricandi occaſio ablata ablatione fermenti.* Abul.

Dum agnus ederetur ab Iſraëlitarum domibus, abeſſe fermentum debebat, non inhibitus tantùm eſus, & vſus eſt, ſed & præſentia, imò inhibita præſentia, quia inhibitus eſus, ne ſcilicet præuaricãdi relinqueretur occaſio ſi fermentum in domibus relinqueretur. Aduocanda huc ſunt Abulenſis verba, qui in cap. 26. Matth. q. 47. ita ſcribit: *Cauſa, quæ ſic eijceretur, fermentum erat, quia Deus iuſſerat, comedi agnum cum azymis, cuius cauſa poſita fuit ſuprà, & ita azyma conueniebant Agno, & fermentatum repugnat Agno ex Dei diſpoſitione, & quia ſi maneret fermentatum tempore quo comedebatur Agnus, poſſet aliquis manducare Agnum cum fermento, quod erat contra conſtitutionem Dei;* VT ERGO NON ESSET OCCASIO AD HOC, *debebat eijci omne fermentatum de domibus ante immolationem Agni.*

Impietatis radix euellenda. Exod. 32. 20.

Moſes antequam populum, qui vitulum adorauerat, argueret, increparet, & ad pœnitentiam inhortaretur, priùs vitulum comminuit, & combuſſit, Exod. 32. v. 20. ſuo exemplo docẽs, ante omnia peccati occaſionem auferendam eſſe: *Arripiens vitulum, quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam;* poſtea Aaronem reprehendit, & populum; rectus ordo, peccati prius occaſionem auferre, quàm peccatores reprehendere; *Aduerte prudentiam. Moſes*, inquit hic Oleaſter, *prius in peccatum, quàm in peccatores ſæuijt, vt* PECCATI RADICEM *priùs extirparet;* & ſanctus Ambroſius in Exodum ad Romulum: *Moyſes comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret veſtigia.* Sic ille. Oleaſt. S. Ambr.

Sapiens iſtuc idem voluit cùm ait: *Quaſi à facie colubri fuge peccata.* Eccle. 21. v. 2. quæ verba ſic expendit Gualfridus in Allegoriis ſuper Eccleſiaſticum: *Ac ſi dicat: Non ſis contentus, non incurre morſum, fuge etiam tactum. Imò etiam non ſufficiat* TACTVM *euadere, ſed etiam &* ACCESSVM. *Parum eſt ſerpentes non ſentire contagium, periculoſum eſt, vel habere vicinum.* Vt igitur omnis peccati occaſio auferatur, non à morſu dumtaxat colubri fugiendum præcipit, ſed à contactu, imò & à conſpectu. 192. *Nemo peccãdi periculo ſe exponat.* Eccleſ. 21. 2. Gualfrid.

Nolens Deus populum in montis cacumen aſcendere, vbi cum Moyſe loquuturus erat, prohibuit ne ad montis radices accederent, montémque contingerent, ſic enim habes Exod. 19. v. 12. *Conſtitues terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete, ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius;* & non ſatis erat dicere, ne aſcenderent, hoc enim eſt quod præcipuè volebat Deus, cur arcet à contactu, & à vicinitate, terminos conſtitui iubens, quos non tranſgrederetur? A præcepti tranſgreſſione eos auocat, & à lapsûs proximitate; dum enim à montis contactu arcentur, ſatis cautum erat, ne montem aſcenderet; ſicut & primis parentibus, & ligni èſus interdictus, & contactus, vt innuit Eua dum ait, Gen. 3. v. 3. *De fructu verò ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* Quod dixit fœmina, vel vt præceptum exaggeraret, vel quia verè id præcepit Deus, licèt ſcriptum non ſit, nec contingeret eos edere quod non contingerent, ſicque peccati occaſio præcluderetur. Chald. non contactũ tantùm inhibitum dũ indicat, ſed & acceſſum, dum vertit: *Non comedetis ad eum, neque accedetis ad eum;* vt lapſum ſcilicet anteuerteret, & ab omni diſcrimine quantum in ipſo erat eximeret; eandem ob cauſam & populum inhibitum montis contactus, ne ſi temere accederent, paulatim exuto timore, etiam ad montis cacumen contra Dei præceptum peruenirent. Siſtenda hîc Oleaſtri verba, qui hunc Exodi locum expendens, ait: *Cauete ne aſcendatis, neque tangatis; etiam hîc pulchram habet admonitionem Prælati: vt cùm velint præcepta ſua à ſubditis ſeruari, prohibeant initia tranſgreſſionum. Ob hanc cauſam, fortè Dominus Euæ prohibuit (ea teſte) arboris interdictæ contactum, ne contingeret eam venire ad eſum. Sic & Chriſtus Matth. 5. & 6. peccatorum initia tam ſeuerè interdicit, ne contingat in grauiora ruere. Quare & hîc Dominus, non ſolũ prohibet montis aſcenſum, ſed contactum. Ideo enim prohibet tangi, ne contingeret aſcendere. Optimum eſt, ſi quid præcepto prohibes, ſepem, aut murum addere: quoniam, vt apud prouerbium eſt, in arca aperta etiam iuſtus peccat. Vbi ſimul diſce, quàm ſit cauendum,* PECCATI TERMINOS ACCEDERE, SI VIS NON PECCARE.

A lapsûs vicinitate ſuos Deus auocat. Exod. 19. 12. Gen. 3. 3. Chald. Oleaſt.

Si maximè ad euchariſticam cœnam inuitantur, qui à lapſus occaſione, culpæque diſcrimine ſunt liberi; indicat iſtuc parabola illa, in qua cùm paterfamilias multos ad cœnã inuitaſſet, Luc. 14. tandem ait: *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, cæcos, & claudos introduc huc;* admiratio hîc aliquem corripiat, quòd debiles, claudi, cæcique inuitentur, 193. *Qui ad euchariſticam menſam ſe cõferunt, à lapſûs occaſione abeant.* Luc. 14.

Digitized by Google

inuitentur,cùm arceri ab illo conuiuio debuerint, qui ſolo aſpectu lætitiam conuiuantium inficere videbantur, inuitat tamen illos Deus, vt ſtatim ſciamus eos maximè idoneos,qui ad Euchariſtiam accedant, qui aduerſitate aliqua, aliqua calamitate premuntur; eos præterea, quibus peccati illecebra deeſt, & occaſio, vt ſunt qui oculis carent diuitiis, & corporis integritate, cum qua ægrè mentis integritas cohæret. Sanctus Thomas in catena ad hunc locum ita ex Beati Ambroſij mente loquitur: *Ambroſius. Inuitat autem pauperes, debiles, cæcos, vt oſtendatur quòd nulla debilitas corporis excludit à regno*, RARIVSQVE DELINQVAT, CVI DESIT ILLECEBRA PECCANDI.

S.Thom.

Et fermento definiam; Exod.13. verſ.7. ita loquitur Deus; *Non apparebit apud ſe aliquid fermentatum*, ſeu, vt vertit Oleaſter, *non videbitur tibi aliquod fermentatum*; non ſatis erat dicere, non comedes? non erat; vt eſum inhiberet, à viſu eos auocat. Itaque qui ad euchariſticas delitias pergit, ab omni lapſus occaſione ſe ſurripiat, & quo Chriſto vicinior fit, eò longiùs ab eo abeat, quòd diſplicet Chriſto.

Nec videndū, quod Deo diſplicet. Exod.13.7. Oleaſt.

EXCVRSVS XVI.

Superbiæ tumor ab euchariſticâ menſâ exulet.

Nemo tumidus *&* elatus *ad Altare accedat.*

Tumor *mentis quàm noxius.*

Superbiæ *fermentum non habeat euchariſticæ menſæ particeps.*

Humilitas *Chriſti ſuperbiæ noſtræ medicina.*

Chriſti humilitas *in Euchariſtiâ.*

In Euchariſtiâ vt ſe Chriſtus exinaniuerit.

Se quiſque demittat *accepto euchariſtico grano.*

Chriſti humilitas *in ſuperba menſa non requieſcit.*

Superbiæ fulmen *ab euchariſtica menſa abſit.*

Humilis *ab humilibus manducari Chriſtus vult.*

Chriſti humilitas *in euchariſtica menſa expenditur.*

Abiectionis *noſtræ memoriam ad Euchariſtiam nobiſcum deferamus.*

Cinerum *adſpectu in ſacrificijs, humilitatis ſpiritum ſacrificantibus inhalare Dominus volebat.*

Humilitas *illius character, qui euchariſticæ adſidet menſæ.*

Tumore *careat, humilitate ſit plenus, qui Euchariſticæ particeps ſit.*

Humilitatis *commendatio.*

Ex nihilo *creatio eſt, ex humilitatis nihilo recreatio.*

Summa, & compendium *Dominicæ doctrinæ humilitas.*

Proprium Dei donum *humilitas.*

QVòd ab hac agni paſchalis celebritate fermentatus panis abeſſe debebat, azymus ſolus in vſu eſſet, aliò quoque flecti poteſt; tectè indicare Deus voluit, à mentis noſtræ ſinu ſuperbiam, quæ velut fermentum totam humani generis maſſam corrumpit, ablegandam; fermentum in mentis ſuæ domo habet, qui facilè intumeſcit. Præclarè Philo expendens Dei legem, qua inhibuit ab omni ſacrificio fermentum abeſſe debere, ait lib. de victimas offerentibus: *Illud quodque legiſlator iubet, oblationem omnem ſine fermento fieri, propter* TVMIDITATEM, *quam fermentum efficit; atque figurato præcepto, ne quis elatus ad Altare accedat tumidus faſtu, & arrogantiâ, ſed aſpiciens Dei magnitudinem, ſuam mortalitatem agnoſcat, quantumuis cæteris fortunatior, & verâ æſtimatione animos elatos reprimat, cauens inſidiatricem ſuperbiam.* 194.

Nemo tumidus, & elatus ad Altare accedat.

Philo.

Ab hoc tumore caueat, qui virtutibus eſt præditus; nam, vt ait ſanctus Gregorius lib.1. moral. cap.16. *Nonnunquam virtutes aliquantulà* ELATIONE *nos polluunt, & tantò deiectiores apud Deum faciunt, quantò apud noſmetipſos* TVMIDIORES *reddunt*; mentis autem tumor ad linguam accedit, nam *niſi cor intumeſceret, lingua minime ſuperbiret*; ait idem ſanctus Pater hom.9. in Ezech. Qui euchariſticæ menſæ futurus eſt particeps, nec ſuperba euomat verba, nec corde ſuperbus tumeat.

Tumor mentis quàm noxius. S.Greg.

Hoc igitur ſuperbiæ fermentum non habeat, qui euchariſtici agni futurus conuiua eſt. Scitè B.Rupertus lib.11. in Exod. cap.15. expendens illud, *ſeptem diebus azyma comedetis*; Exod.12. ſic autem ille ſcribit: *Nunquid de fermento panum cura ſit Deo? An propter peccatum, dicit, diabolicæ ſuperbiæ, quo fermentatum eſt genus humanum à primi parentis præuaricatione? ſeptem ergo diebus, id eſt, totâ vitâ noſtrâ ab hoc fermento caueamus*; nihil minus hanc menſam decet, quàm ſuperbia: quippè hîc tantam humilitatem Deus oſtendat. 195.

Superbiæ fermentum non habeat euchariſticæ menſæ particeps. B.Rupert.

Humiliauit ſe Deus, dum factus eſt homo, vt noſtram ſuperbiam ſanaret, humilitatis nobis ſpiritum inhalaret; *Iam tandem*, inquit ſanctus Auguſtinus in Pſalm.18. *erubeſcat homo eſſe* SVPERBVS, *propter quod factus eſt humilis Deus*, humilis factus eſt, dum homo factus eſt. & lib. de agone Chriſtiano cap.11. *Quæ ſuperbia*, inquit, *ſanari poteſt, ſi humilitate filij Dei non ſanatur?* licèt verò vbique humilitatis exempla dederit magiſter humilis, id tamē præcipuè præſtitit in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. Poterat Dei filius maius humilitatis ſpecimen exhibere, quàm huc venire, vt manducaretur, & biberetur? Scitè idē ſanctus Pater in Pſal. 33. *Vnde commendauit corpus, & ſanguinem ſuum? de* HVMILITATE SVA; *niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur.* Quid ergo ſuperbus accedat, & in tantâ Dei humilitate tumidus appareat? quid ſurges; quid inflaris? quid fermentum ſuperbiæ in mentis ſinu contines, & intumeſcis, & corrumperis?

Humilitas Chriſti ſuperbiæ noſtræ medicina. S.Aug.

Chriſti humilitas in Euchariſtiâ. Idem.

Hîc exinaniuit ſe Dei Filius, vt poſſet ab homine manducari, quod in hunc modum explicat aduocatus ſanctus Pater ſerm. 1. in Pſalm. 33. *Verbum illud, quo paſcuntur Angeli ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducauit homo, quia cùm in formâ Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſaginantur ergo illo Angeli, ſed ſemetipſum* EXINANIVIT, *vt manducaret panem Angelorum homo*; quàm ineptè homo ſuperbiam ſuam obtrudat, vbi ſe Dei filius exinaniuit. 196.

In Euchariſtiâ vt ſe Chriſtus exinaniuerit. Idem.

Non videtur euchariſticum panem manducaſſe, qui poſt ſumptionem adhuc ſuperbiæ litat, & in pectore euchariſticum triticum habens

Se quiſque demittat accepto euchariſtico grano.

in ſupetbiam etigitur; ſpica quæ tritico grauida eſt caput deiicit, & inclinat in quoddam humilitatis ſignum; erigit ſe quæ vacua, & inanis; hinc vetus illud dictum,

A RISTA *inanis recta, curua eſt plenior.*

Igitur & qui euchariſtico tritico refertus eſt, caput deponat, humilitatem, non ſuperbiam erigat.

197. *Chriſti humilitas in ſuperbâ menſâ non requieſcit.* Matth. 8. S.Greg.

Reclinare in eius mente caput non poteſt Chriſtus, quæ ſe non inclinat, quæ humilis non eſt; hinc illæ illius voces Matth. 8. *Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet*, id eſt, expoſitore ſancto Gregorio lib. 19. moral. cap. 1. HVMILITAS *mea requiem in ſuperbâ mente veſtrâ non inuenit*; quod maximè verum, quando humilis Chriſtus in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento pectora nuſtra ſubiturus eſt.

Superbia fulmen ab euchariſticâ menſâ abſit.

Infauſti prodigij ſignum habitum, & imminentium periculorum indicium eſt, quòd fulmen in Neronis menſam ceciderit, quod narrat Tacitus lib. 14. Verius, & certius periculorum, quin & mortis imminentis indicium, ſi in euchariſtica menſâ ſuperbiæ fulmen alicuius culpâ appareat, *Vana*, vt ait B. Albertus Magnus ſerm. in Dom. 5. Aduentûs, SVPERBIA *eſt quaſi quoddam* FVLMEN. Proh, quàm ominoſum, ſi vſque ad ſacras epulas huius fulminis vis pertingat.

B.Albert.

198. *Humilis ab huminilibus manducari Chriſtus vult.* S. Aug.

Humilitatem docuit, humilitatem exercuit Dei Filius, dum manducari eius corpus à nobis voluit, eiúſque ſanguinem à nobis hauriri, quod ſic explicat ſanctus Auguſtinus enarrat. in Pſalm. 33. *Notus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in corpore, & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram. Vnde autem commendauerit corpus, & ſanguinem ſuum?* DE HVMILITATE *ſuâ. Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius; In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempiternus; ſed manducant Angeli, manducant ſuperna virtutes, manducant cæleſtes ſpiritus, & manducant, & ſaginantur, & integrum manet, quod eos ſatiat, & lætificat. Quis autē homo poſſet ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuertitur; niſi per carnem traijciatur? Nam mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia minus idoneus eſt infans, qui pane veſcatur, ipſum panem mater incarnat, & per humilitatem mamillæ & lactis ſuccum de ipſo pane paſcit infantem. Quomodo ergo de ipſo pane pauit nos ſapientia Dei? Quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo: id eſt, Verbum illud quo paſcuntur Angeli ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducauit homo; quia cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. ſaginantur ergo illo Angeli; ſed ſemetipſum exinaniuit vt manducaret panem Angelorum homo formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſe factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: vt iam de cruce commendaretur nobis caro, & ſanguis Domini: nouum ſacrificium, quia mutauit vultum ſuum coram Abimelech: id eſt, coram regno Patris. Regnum enim Patris, regnum erat Iudæorum.*

199. *Chriſti humilitas in euchariſticâ menſâ expenditur.*

Tanta in Euchariſtiæ ſacramento Chriſti clucet humilitas, & paupertas vt maior eſſe nequeat; quis vnquam tam pauperem veſtem induit, vt non pauperior ſit illa, quam Chriſtus induit, vt vilis ac pannoſa veſtis noſtra ſit, ſubſtantiâ tamen, accidentibúſque conſtat, Chriſti veſtis ſolis accidentibus conſtat.

Abiectionis noſtra memoriam ad Euchariſtiam nobiſcum deferamus. 3.Reg.19.4. Steph. Angl.

Humilitate munire ſe debet, ornare ſe humilitate, qui ad euchariſticum ſe epulum parat; ſubcineritius panis, qui Eliæ ab Angelo exhibitus 3. Reg. 19. 4. euchariſtici figura, & vmbra quædam fuit; ſed cur ſubcineritius fuit? Stephanus Anglicus apud Tilman. *Hic eſt panis ſubcineritius, noſtra ſcilicet* ABIECTIONIS *memoria.* Proh quàm ſapidus iſte cibus eſt inter hos cineres, quàm vtilis comedentibus, quàm ſalutaris?

Cinerum aſpectu in ſacrificijs humilitatis ſpiritû ſacrificantibus inhalare Dominus volebat. S.Thom.

Humilitatis ſpiritum inhalare holocauſtis, & ſacrificiis offerentibus volebat Chriſtus, cùm victimas hoſtiáſque igne comburi, redigíque in cinerem iuſſit; cineris adſpectu affricare ſacrificiis humilitatem volebat. Sciré S.Thomas opuſc. 48. c. 3. *Cùm cornuta animalia in holocauſtum, id eſt, per ardorem ignis in cinerem redigenda offerebantur, poterant diſcere, vt cordis, & corporis* HVMILITATEM *conſeruarent*; cur non iuſtiùs à Chriſto ſub Euchariſtiæ ſacramento tantâ, & tam ineffabili humilitate latente, humilitas diſcatur.

200. *Humilitas illius character qui euchariſtico adſit menſa.* Pſalm. 21. 27. Vgo Car.

Illius, qui euchariſtici conuiuij particeps eſt futurus, verba nota, vera conſignatio inter alias virtutes humilitas eſt; Dauidis verba ſunt Pſalm. 21. v. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur*; itáne pauperes tantùm? *Quia non comedent eum ſpiritualiter*, inquit hîc Vgo Carenſis, *niſi* HVMILES, qui pauperum nomine ſignificantur.

Tumere caueat, humilitate ſit plenus, qui Euchariſtia particeps ſit. B.Albert.

Humilitatis amator ſit, qui ad euchariſticam ſe menſam confert, ſuperbiam reiiciat; granum frumenti inter cætera minus ventoſum eſſe traditur, alia magis inflant, vt in oleribus apparet & leguminibus; quidni igitur huius Sacramenti materia frumentum ſit, vt vel hoc reiiciendum faſtum, humorémque tacitè doceamur? Sciré B. Albertus Magnus tract. 1. de Euchar. diſt. 3. cap. 1. *Nullum in genere granorum inueniri poteſt adeò nobile, & adeò dulce, & minus ventoſum, quod* HVMILITATEM *ſignat, ſicut granum frumenti.*

Humilitatis commendatio. S.Aug.

Sed quia hîc ſumus, aliqua vniuersè in humilitatis commendationem adiiciamus, vt ametur humilitas, & humilitatis amore ſuperbia detumeſcat. Humilitatem ita commendabat ſanctus Auguſtinus epiſt. 56. *Iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu* SVPERBIÆ; *vitia quippe cætera in peccatis, ſuperbia verò etiam in rectè factis timenda eſt; ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittãtur. Itaque ſicut Rhetor ille nobiliſſimus cùm interrogatus eſſet, quid ei primùm videretur in eloquentia præceptis obſeruari oportere? pronuntiationem, dicitur, reſpondiſſe; cùm quæreretur quid ſecundò, eandem pronuntiationem: quid tertiò, nihil aliud, quàm pronuntiationem dixiſſe; ſi interrogares, & quoties interrogaret de præceptis Chriſtianæ Religionis, nihil me aliud reſpondere niſi humilitatem liberet, etſi fortè alia dicere neceſſitas cogeret.*

201. *Ex nihilo creatio eſt, ex humilitatis nihilo recreatio.* Vmb.

Ex nihilo omnia creantur, ex humilitatis quaſi nihilo omnia recreantur. Audiendus hîc Vmbertus lib. 4. de erud. Relig. part. 2. c. 4. HVMILITAS *ad nihilum peccatorem adducit; vt ſe nihil reputet, & in valore, & in virtute; ex hoc nihilo fit recreatio: ſicut ex nihilo ſimpliciter facta eſt creatio. Hoc non ignorabat Dauid, qui dicebat: Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Qui etiam ait: Cor mundum crea in me Deus. Creatio mundi cordis, facta eſt ex nihilo humilitatis.*

Summa, & compendium Dominicæ doctrinæ humilitas. S.Bern.

Dominicæ doctrinæ ſumma humilitas eſt, & de hac præcipuè Chriſtus gloriatur; quod in hunc modum colligebat ſanctus Bernardus epiſt. 41. *Quid deinde Auctor, & dator virtutum Chriſtus, in quo omnes theſauri ſapientiæ ſunt abſconditi? nónne tamen* ET IPSE DE HVMILITATE TAN-

QVAM.

QVAM SVMMA SVÆ DOCTRINÆ, SVARVMQVE VIRTVTVM GLORIATVS EST? *Diſcite (ait) à me; non quòd ſobrius, aut caſtus, aut prudens, aut aliquid huiuſmodi, ſed quia mitis ſum, & humilis corde.*

Proprium Dei donum humilitas. Joan. Caſſ.

Plura à munificâ Chriſti manu dona ſint, proprium illius donum humilitatis eſt. Ioannes Caſſianus collat. 15. cap. 7. *Humilitas eſt omnium magiſtra virtutum, ipſa eſt cæleſtis ædificij firmiſſimum fundamentum, ipſa eſt donum proprium, atque magnificum Saluatoris.* Da nobis hoc donum, doni huius amator. Da amanti Amor, quod amas in amato, donum tuum humilitas eſt, tuum ſit tuis donare, quod donatum tuos maiori nexu tuos reddit. Nos dita humilitate, vt ſapidior nobis euchariſticus ſit cibus, & ſalubrior.

CAPVT XVII.

De pane quidam ritus Hebræorum.

Ante panem in menſâ benedictum aliud comedere *Hebræis inhibetur.*

Formula, *qua panem Hebræi benedicunt.*

Panis cum ſale *adſpergatur.*

Fractionis, *&* benedictionis *nexus.*

Inter panis benedictionem, *&* panis eſum *de alijs rebus* colloqui *Iudæis inhibitum.*

Panis benedictio *ritè non fit, niſi panem benedicens ex pane comedat.*

Vinum *quando Iudæi benedicant.*

Panis confectio *& vſus cùm de vna domo ad aliam tranſeundum die Sabbati Hebræis eſt.*

Ritus iſte fouendæ paci *vt deſeruiret.*

Inuitato ad menſam panis benedictio *ferè committitur.*

Primitiarum *panis vt paretur.*

Panis conſpectus *optimum rei cuiuſque aggrediendæ incitamentum.*

Feminarum ritus *dum panem conficiunt apud Hebræos.*

Amat *Deus, vt ab eius prouidentiâ ſemper pendeamus.*

202. DE pane etiam ex Hebræorum penu aliqua promenda ſunt, quæ docti lectoris famem aut auferant, aut minuant, licèt ſors irritatura potius ſint, quia pauca, quàm ablatura; ſed quia alibi plura de Hebraicis ritibus dedimus, ferri poterit poſt plura fercula, & aliquid panis exhiberi; ſed ad rem.

Ante panem in menſa benedictũ aliud comedere Hebræis inhibetur.

Apud Hebræos nihil in menſâ licet comedere ante panem cui benedictionem impertierint, quem in tot partes ſecant, quot ſunt illi, qui menſæ adſident; ille qui benedicit, prior comedit ex illo, & aliis deinde tribuit, vt comedant, & poſtea aliis cibis manus admouent; cauent autem vt partes panis penitus abſecentur, cùm panem etiam eligunt, qui pulchrior, & mitior ſit.

Formula, qua panem Hebræi benedicunt. Panis cum ſale adſpergatur.

Menſæ initio panem benedicunt Hebræi, hac formulâ, *Benedictus tu Domine Deus noſter Rex mundi, qui è terrâ panem educis.*

Porrò panem benedictum non comedunt, niſi ſale adſpergant, aut in ſale confectus ſit; quia nempè cùm in ſacrificiis adhiberi ſal ſoleret, menſam ſacrificij quoddam genus cenſent; in שלחן ערוך tract. de ablution. manus hæc habentur.

Nullus frangere panem debet quin benedicat; hinc illud 1. Reg. 9. 13. *Quia ipſe benedicet hoſtiæ;* Targum vertit, *frangit cibum*; vt frangere cibum, & benedicere in idem recidant, quia non frangebatur, niſi benediceretur. 203.

Fractionis, & benedictionis nexus. 1. Reg. 9. 13.

Inter panis benedictionem, & ipſius panis eſum non licet de rebus aliis miſcere ſermonem apud Hebræos, niſi ſermo ille circa cibum verſetur; ſic in שלחן ערוך tract. de ablut. manus: *Inter benedictionem, & eſum nihil loqui debet, quòd ſi loquatur, benedictionem iterare debent, niſi verba ad cibum ipſum pertineant.* vt ſi ſal deeſſet, & ſalem poſceret, ac ſimilia.

Inter panis benedictionẽ, & panis eſum de alijs rebus colloqui Iudæis inhibitum.

Panis benedictio apud Hebræos non valet, ſi is, qui eam perfecit, comeſturus non eſt; ſic in שלחן ערוך legitur tract. de hac re. *Qui non comedit, non poteſt ſuper panem benedictionem emittere, vt alios à benedictionis debito eximat, niſi qui edunt paruuli ſint, vt eos ad præcepta ſeruanda aſſueſcat.*

Panis benedictio ritè nõ fit niſi panẽ benedicens ex pane comedat.

Iudæi in aliis, quàm in ſolemnibus conuiuiis tantùm panem benedicunt; in illis etiam vinum.

Vinum quãdo Iudæi benedicant.

Vt liceat Hebræis in diuerſis domibus habitantibus ex vnâ domo tranſire ad aliam, & aliquid etiam ipſo die Sabbati deferre, hunc ritum ſeruant; porrigit vnaquæque familia pauxillum farinæ, & ex omnibus panis integer formatur, quem peculiari benedictione donant, & in alicuius domo ſeruatur, & in hunc modum rerum communicatio fit; hic panis vocatur ab Hebræis עירוב *commixtio.* Meminit huius rei R. Moſes Ægyptius tract. de hac re; aliquando aliquid pecuniæ ſinguli offerunt, quâ faſcina huic pani conficiendæ coëmatur; formula benedictionis hæc eſt: *Laudatus ſis tu Domine Deus noſter, Rex mundi, qui ſanctificauit nos in ſuis præceptis, & ſubiecit nobis præcepto mixtionis, & communicationis*; his dictis, pane manu tenentes dicunt: *Per hoc liceat nobis ingredi, & egredi è domo in aream, & ex areâ in domum, & ex vna areâ in aliam; & celſiori domûs loco in cellam vinariam, & ex vnâ cellâ vinaria ad aliam, & ex vno cubiculo in aliud nobis, & omni Iſraeli, qui habitant in hac vrbe.*

Panis confectio, & vſus cùm de vna domo ad aliã tranſeundum die Sabbati Hebræis eſt. R. Moſes.

R. Ioſue filius Leui ait hunc ritum ſeruari, vt pacificè viuant, & nutriatur pax מפני דרכי שלום *pacis gratia*; additque duas mulieres, quæ inter ſe diſſidebant, huius panis conficiendi occaſione in gratiam rediiſſe, odiis poſitis, & iurgiis.

Ritus iſte fouendæ paci vt deſeruiret. R. Ioſ.

Apud Hebræos, qui alios in domum ſuam ad menſam inuitat, panis benedictionem perficit, quem ipſi vocant ברכת אמוצאי *birchath amuzchi*, in fine verò menſæ benedictionem, & gratias agere ſolet, qui inuitatus eſt: hanc autem benedictionem ipſi vocant ברכת המזון *birchath amazon.* 204.

Inuitato ad menſam panis benedictio ferè committitur.

Panis primitiarum ita parabatur, vt farinæ flos eligeretur, vt per duodecim cribra ſubcernicula farina tranſiret; ſic refertur in שלטי הגבורים cap. 74. hiſce verbis, *cribrantur duodecim cribris ſubcerniculis*; panes autem iſti quadrati erant longitudinis circiter trium palmorum, latitudinis duorum, vt ibidem habetur.

Primitiarum panis vt pararetur.

A panis conſpectu, atque præſentiâ optimum aggrediendæ cuiuſcunque rei initium deſumendum; docuit iſtuc Eliezer, qui non primò de eâ re loqui apud Labanem venerat, cuius cauſâ ille aduenerat, quàm appoſitum panem vidit: *Et appo-*

Panis conſpectus optimum rei cuiuſcunque aggrediendæ incitamentum.

Digitized by Google

ſitus eſt in conſpectu eius panis, qui ait; Non comedam donec loquar ſermones meos, Gen. 14. 33. dum introductus eſt in hoſpitium tacuit, tacuit dum cameli curarentur; ad panis præſentiam loquitur, tamquam hoc fuerit tempus maximè opportunum; ſcitè rem expendebat B. Rupertus lib. 6. in Gen. cap. 41. *Opportunitatem*, inquit, *dicendi egregiè ſuſtinuit, & cùm gratus eſſet hoſpitibus, ſiluit adhuc, donec in conſpectu ſuo panis poneretur, & tunc domum inter maxima fœdera hoſpitum, id eſt, in præſentiâ panis appoſiti ſermonem ingreſſus eſt, à veris incipiens laudibus Dei.* quod iuſtiùs ad euchariſtici panis adſpectum, ac præſentiam traducatur, nihil quippè adeò arduum eſſe debet, quod grandi animo non aggrediamur, mentem in hunc panem dirigentes.

Gen. 24. 33.

B. Rupert.

205. Obſeruo, placentam à reliquâ paſtâ ſeparatam templo olim à fœminis Hebræis exhibitam, ac ſi eam Domino conſecrarent, ſed cùm poſtea ſine templo eſſent, neque Sacerdotes eſſent, quibus offerretur; in clibanum, aut ignem eam coniiciunt, quòd nulli liceret eam comedere; peculiari autem verborum formâ vtebantur, quod obſeruauit Oleaſter in cap. 15. Numeri, explicans illa verba: *Cùm comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino de cibis veſtris*, vertit ipſe; *cùm comederitis de pane terræ, eleuabitis eleuationem Domino*; quæ verba explicat in hunc modum: *De nouo pane in ſingulis annis ſermo eſt. Poſſet etiam eſſe ſermo de quacunque farina in paſtam redactâ, quod ſcilicet non poſſent ex eâ ſibi facere panem, neque comedere: niſi priùs facerent placentam, quam Domino offerrent. Et adhuc hodie fœminæ Hebrææ quoties pinſunt, huiuſmodi placentam à reliquâ paſtâ ſeparant, & quaſi Domino conſecrant. Verùm, quia non eſt amplius templum, neque Leuitici Sacerdotes, quibus dabatur, eam hodie in clibanum, aut ignem conyciunt, & comburunt, quòd non liceat ea veſci. Cùm autem eam inyciunt, his verbis precantur. Benedictus ſis Domine Deus noſter Rex mundi, quia ſanctificaſti nos præceptis, & præcepiſti nobis ſeparare placentam de paſtâ, &c. Dicit autem textus, Eleuabitis eleuationem Domino, quoniam munera, quæ Domino offerebantur, eleuari ſolebant, vt ſæpiùs diximus, proteſtando Deum ſurſum eſſe, cui ea efferebant. Poſſet etiam eſſe ſenſus: Eleuabitis eleuationem, id eſt, ab aliâ maſſâ eleuabitis hanc placentam; & iſtuc reſpiciunt qui vertunt, ſeparabitis ſeparationem.* Porrò, vt hoc adiiciam, hunc morem adeò religioſè obſeruant, vt puniendas ſe cenſeant, ſi illum omiſerint; quin abortus, & ſterilitatem etiam in huius ritûs amiſſionem reiiciunt.

Hebræarum fœminarũ ritus dum panem conficiunt.

Oleaſt.

Vtile illud monitum eſt, quod exſculpſit Oleaſter ex eo, quòd Deus iuſſerit, per ſingulos dies panem ab Hebræis colligendam, Exod. 16. vbi hæc habentur: *Ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies.* quod expendens hîc Oleaſter, ait: *Dignum inquiſitione eſt, cur Domine non dediſti eis panem ad menſem, aut quem ad hebdomadam ſaltem ſeruare poſſent, ſed ad ſingulos dies.* VVLT DOMINVS NOS SEMPER AB EIVS PROVIDENTIA PENDERE, *quoniam nouit non nos adituros eum, niſi indigeremus, quâ in re melior eſt pauperum, quàm diuitum conditio: ſunt enim ſingulis diebus pauperum oculi ad Deum, vt eorum miſereatur, & neceſſaria ſaltem ad illum tribuant diem, vt etiam nullus tranſeat dies, quo Dei circa ſe non ſentiant beneficia.* Accipere Dei beneficia non meretur, qui ſe accepiſſe non cogitat, nec gratus benefactori eſt.

Amat Deus, vt ab eius prouidentia ſemper pendeamus.

Exod 16.

Oleaſt.

CAPVT XVIII.

De panibus facierum, ſeu propoſitionis quædam ſcitu digna communi notitiæ exponuntur.

Panes propoſitionis cur facierum *dicerentur.*
Indigentiæ noſtræ *memor Deus eſt.*
Ad gratiarum actionem *inuitat nos Deus.*
Panis facierum ex quâ farinâ *conficeretur.*
Bini hi panes coquebantur, *formæque aureæ adhibebantur.*
Horum panum magnitudo.
Iuxta templum *hi panes conficiebantur.*
Panes propoſitionis quadratâ *erant* formâ.
Menſa *panum propoſitionis quàm* lata.
Panes vt in menſâ locarentur.
Æquales *inter ſe cur eſſent iſti panes.*
Patena *cum thure panis ſuperpoſita.*
Variæ menſæ *adhibitæ.*
In Dei obſequio ſemper aliquid adiiciendum.
Menſa in ſublime *euehebatur, vt eius viſu populus recrearetur.*
Numerus *panum duodecim menſibus, vt reſponderet.*
Panis deſiderij *non comedendus, ſed Chriſtus deſiderandus.*
Vtilis panis, vltimi diei *meditatio.*

HEBRAICA promptuaria adiens, aliqua de pane propoſitionis ex illis prompſi, quæ noſtrorum notitiæ exponenda ſunt, tanquam non admodum diſſita ab argumento, quod verſamus; quòd ſi aliquis obiiciat me plura, quàm ferat inſtitutum de pane producere, recolat panem quotidie in menſam deferre, nec aliquem eſſe, qui ſæpius quàm deberet, adponi conuiuis conqueratur; ferat æquus lector, me multa de pane afferre, cùm omnia aut eruditioni nutriendæ deſeruiant, aut etiam pietati; ſed ad rem. 206.

Cur panes propoſitionis panes הפנים *facierum* dicerentur, lis inter auctores eſt. Caietanus exiſtimat, ita appellatos, *quia notati erant faciebus, ſeu characteribus duodecim filiorum Iſrael, ita vt iugis eſſet aſſiſtentia filiorum Iſrael coram Domino.*

Panes propoſitionis cur facierum *dicerentur.*

Caiet.

Plerique Hebræorum dicunt panes *facierum* dictos, quòd ante Dei conſpectum, faciémque ſiſterentur; hinc Exod. 25. 30. ait Deus, *& pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.* R. Salomon aliter explicat; Abulenſis in c. 25. Exod. quæſt. 28. eius cenſionem referens ait: *Vocantur iſti panes facierum ſecundùm Rabbi Salomonem, quia erant in formâ quadratâ alterâ parte longiori, ſcilicet quadrangulari, & in duobus lateribus terminantibus latitudinem fiebat replicatio panis ad ſuperiora, & illa replicatio erat quaſi facies panis; & quia erant duo latera, quæ replicabantur, erant duæ facies panis.* Suum & ipſe explicatum adiicit Abulenſis, quem huic præfert, dum ſtatim ſubdit: *Aliter dicitur, & melius, quòd iſti erant panes faciei, quia non erant iſti panes figurati ſicut panes vulgares; nam panes vulgares aliquo modo ſunt in parte inferiori plani, quando ſedent in fornace, & pondus cæterarum partium comprimit, & facit æqualitatem in fundo, & hoc magis,*

Hebr.

R. Salom.

Abul.

quia

quia cùm iſti panes pinſuntur, ſic plani fiunt in fundo. Etiam iſti panes cùm in fornace coquuntur in parte inferiori, quæ pauimento clibani appropinquans, aduruntur; in ſuperiori autem, quæ ſolo calore tangitur, albiores ſunt, & non ita exuſti, partibus inferioribus nigredinem quandam ex aduſtione contrahentibus, panes autem propitiationis, ſiue facierum, vt dicitur in Hebræo, erant eiuſdem figuræ inferius, & ſuperius, quia non coquebantur in clibano, ſicut panes vulgares, ſed in quibuſdam ferreis, ſiue aureis vaſis ad ignem, ſicut hoſtiæ fiunt in ferris ad ignem, & quia illa vaſa in vtraque parte eandem ſimilitudinem exprimebant, panes illi tales erant infrà, ſicut ſuprà, ac per hoc vtrobique facies habebant: panes autem noſtri ſolam vnam faciem habent, ſcilicet partem ſuperiorem; inferior autem facies non appellatur. Etiam quia illi panes ſic coɛti non adurebantur magis ex vnâ parte, quàm ex aliâ, ideo eundem colorem vtrobique exprimebant, ideo facies duas habebant: panes autem noſtri non habent eundem colorem ſuprà, & infrà.

207. *Indigētia noſtra memor Deus eſt.* Oleaſt. Abul. In Dei conſpectu panes locari iubentur à Deo, nimirum vt hoc argumento nobis oſtenderet, ſe noſtræ indigentiæ memorem eſſe; ſcitè ex noſtris Oleaſter in cap. 25. Exodi: *Voluit ſemper coram ſe panem habere, vt* CONTINVÆ NOSTRÆ INDIGENTIÆ MEMOR ESSET. Abulenſis Deum hoc ritu prodere voluiſſe, affirmat, quàm noſtrî memor ſit; hæc illius verba, quæſt. 28. in cap. 25. Exod. *Cauſa autem, quare ponebantur iſti panes, exprimitur Leuit. 24. cap. ſcilicet in memoriam filiorum Iſraël, vt Deus recordaretur eorum. Erant namque duodecim panes iuxta numerum duodecim tribuum, & ponebantur intra tabernaculum coram Domino, id eſt, coram Sancta Sanctorum, vt Deus videns illos panes, recordaretur filiorum Iſraël, & eſt iſte modus humanus; ſcilicet quòd ſicut cùm quis dat alicui amico aliquod iocale, quod ſecum ſemper habet, per illud iocale facit eum ſic recordari ſui: ſic cùm Iſraëlitæ ponerent panes coram Domine, recordabatur Deus illorum. Erat etiam hæc cauſa generalis ſicut in cæteris ſacrificijs, vel oblationibus: nam cùm aliquis offert, vel ſacrificat alicui, ideo ſacrificat illi, vel offert, quia verè putat eum eſſe Deum, ſiue verè ſit, ſiue ſolùm videatur: cùm ergo oblatio illorum panum eſſet quædam oblatio ſatis ſpecialis de re meliori, & magis neceſſaria vitæ humanæ, per eam ſatis dabatur intelligi, quòd ille, ante quem ponebantur iſti panes in oblationem, ſit verus Deus.* Hactenus ille.

Ad gratiarū actionem inuitat nos Deus. Abul. Aliam peculiarem huius ritûs cauſam ſtatim addit; id ſcilicet factum, vt ad gratiarum actionem inuitarentur, quòd tanta Dei prouidentiâ alantur, & ſuſtententur; *Cauſa autem*, ait Abulenſis, *ſpecialis eſt etiam in hac oblatione, vt diſtinguitur contra alias, quia homines recipiunt à Deo multa beneficia, & inter cætera quædam ſunt præcipua; maximum autem per quod homines conſeruantur in vitâ, eſt panis largitio: nam initium vitæ hominis panis, & aqua, vt patet Eccleſ. 29. cap. Vt ergo dentur ſpeciales gratiæ Deo de beneficio alimentationis in pane, ponebantur iſti panes coram Domino. Et adhuc erat aliud in iſta oblatione; nam ſicut inter cætera alimenta panis eſt, qui eſt ſummè, & ſemper neceſſarius, cætera autem, vt piſces, carnes, & fructus interpollata ſunt: ita in oblationibus Dei iſta erat continua, ſcilicet quòd nunquam auferebantur duodecim panes de conſpectu in menſâ propoſitionis, & quando tollebantur hi, ponebantur alij, ita vt panis nunquam deficeret de menſâ Dei.*

208. *Panis facierum ex quâ farinâ conficeretur.* Panis facierum ex eâ farinâ conficiebatur, quæ per vndecim cribra ſubcernicula tranſiiſſet, quorum vnum ſpiſſius altero eſſet; meminit huius moris auctor שלטי הגבורים cap. 74. in hunc ſenſum, *& cribabatur vndecim cribris ſubcerniculis.*

Panis duodecim facierum bini coquebantur, & formæ aureæ adhibebantur ritu, qui habetur in שלטי הגברים c. 74. in hæc verba ולשין אותן אחרת אחרת ואופין אותן שתים שתיב · ושלשה דפוסין של זהב היו להם אחד שנותנים בו החלה והיא בצק והשני שאופין אותה בו · והשלישי שנותני החלות בו בשר ודה אותה מן התנור שלא תתקלקל hoc eſt, *& ſingillatim ſubigunt, & coquuntur bini, & bini; & tres formas aureas habebant, in vnâ paſta ponebatur, & in illâ ad furnum ferebatur; in ſecundâ coquebant panem, & in tertiâ ponebant panem, cùm è furno educebatur, ne rumperetur, ſed ſeruaretur.* *Bini hi panes coquebantur, formæque aureæ adhibebantur.*

Quantæ magnitudinis eſſet quilibet panis facierum, habetur in hæc verba in שלטי הגבורים cap. 74. *Longitudo harum placentarum quinque palmorum, & latitudo duorum palmorum cum dimidio, & anguli ſeptem digitorum.* *Horum panū magnitudo.*

Iuxta templum porrò cubiculum peculiare erat panibus propoſitionis, ſeu facierum conficiendis; vt habetur eodem lib. 1. cap. 25. *Iuxta templū hi panes conficiebantur.*

Panes propoſitionis quadratâ erant formâ, vt notatur in שלטי הגבורים cap. 74. in hæc verba: *& vnaquæque maſſa quadrata erat*; quia Scriptura vocat לחם הפנים *panem facierum*; plures enim facies refert, quia quadratus. *Panes propoſitionis quadratâ erant formâ.*

Menſa panum propoſitionis non erat adeò lata, vt erant longi ipſi panes, ſed anguſtior, adeò vt extra menſam quædam panum pars eſſet ex vtraque parte, panes circiter quinque palmorum erant, menſa non amplius, quàm trium, ſicque cùm longitudo panum menſæ latitudini aptaretur, panes extra menſam ab vtraque menſæ parte deſendebant; quod obſeruauit etiam auctor iam productus cap. 74. qui addit: in extremâ menſæ parte panes poſitos, ſex quidem ex vnâ parte, & ſex ex aliâ, vnúmque ſuper alium poſitum, vt vacuum in menſæ medio eſſet. hæc ferè hæc verba ſonant, quæ hîc adiicio ex producto loco deſumpta. השלחן ארכו שני עשר טפח ורחבו ששה טפחים נותן ארך החלה על רחב השלחן נמצאת החלה יוצאת שני טפחים מכאן ושני טפחי מכאן וכופל את היוצא מכאן ומכאן וישאר בין שני הקצוות ריוח באמצע · וכן מניח חלה על גבי חלה עד שעורך ששחלות וכן עושה בצד המעיר בה שניה שש הלות. 209. *Menſa panū propoſitionis quàm lata.*

Quæ ſi vera ſunt, colligi poteſt, quam veritatem contineant ea, quæ habet Abulenſis quæſt. 28. in cap. 25. Exod. quæque in iis, quæ ille affert, recipienda, quæve reiicienda ſint. Afferam quæ ille affert illius verbis: *Quomodo autem ponebantur iſti panes ſuper menſam dubium eſt. Quidam namque dicunt (vt ſuprà dicebamus) quòd ponerentur iſti duodecim panes in duobus ordinibus, ſex panes in vno ordine, & ſex panes in alio. Alij volunt, quòd iſti panes ponebantur in duobus cumulis, ſcilicet, quòd ſex panes ponerentur in vno cumulo vnus ſuper alium, & alij ſex in alio, & ſuper quemlibet cumulum poneretur vnum vas thuris lucidiſſimi. Vtraque autem harum poſitionum ſatis concordat littera Leuit. 24. cap. cùm dicitur. Accipies quoque ſimilam, & coques ex eâ duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas, quorum ſenos a-trinſecus pones: ſiue enim ſint ſex in vno ordine contra alios ſex locatos in alio ordine, ſiue ſex in vno cumulo contra ſex in alio cumulo, ſunt ſeni contra ſenos. Quid autem verius ſit, atque magis tenendum; reſpondetur, quòd magis erit dicendum iſtos duodecim panes fuiſſe in duobus cumulis ita quòd ſex ſint in vno cumulo, & ſex in alio. Primò, quia iſti panes erant magni, cùm quilibet* *Panes vt in menſâ locentur.* Abul.

haberet

haberet duas decimas ephi, quæ ſatis magna quantitas erat panum: tot autem, & tanti panes non caperentur in tam paruâ menſâ, ſcilicet duorum cubitorum in longitudine. Secundò, quia in eâdem menſâ non ſolum ponebantur panes, ſed etiam vaſa libaminum, ſcilicet phialæ acetabula, cyathi, & thurribula: ſola enim vaſa occuparent medietatem menſæ, & fortè amplius; vbi ergo tot, & tanti panes eo ordine compararentur, vt ſex in vno ordine ſuccedentes ſibi eſſent, & ſex in alio ordine.

210. *Æquales inter ſe cur eſſent illi panes.* Abul.

Panes, qui ſuper menſam ponebantur, æquales inter ſe fuiſſe obſeruatum ab aliis eſt; rem & cauſam affert Abulenſis in Matth. cap. 12. q. 10. *Quia*, inquit, *offerebantur pro duodecim Tribubus Iſraël, & ſi vnus panis eſſet maior alio, putaretur, quòd aliqua Tribus erat apud Deum maior, quàm alia.*

Patena cum thure panis ſuperpoſita. Abul.

Patenam auream panibus ſuperpoſitam, aliquid thuris continentem aſſerit Ioſephus; quod his verbis refert Abulenſis quæſt. 28. producta; *De his panibus dicit Ioſephus, quòd ponebantur in menſâ propoſitionis, ſex erant contra ſex, ſcilicet in duobus ordinibus, ſex in vno, & ſex in reliquo, & ſuper quemlibet panem ponebatur vna patena aurea, habens pugillum thuris: cùm autem per dies ſabbatorum auferebantur panes illi, adolebatur incenſum coram Domino, & ponebantur totidem panes cum tantundem incenſi, ſicut antè exſtiterat. De iſto tamen ordine panum iam ſuprà diximus, quia meliùs alio modo ponerentur, ſcilicet quòd eſſent ſex panes in vno cumulo ſuperpoſiti ſibi inuicem, & ſex in alio cumulo.*

211. *Varia menſa adhibita. In Dei obſequio ſemper aliquid adijciendum.*

Panes propoſitionis, ſeu facierum poſt coctionem ſuper menſam marmoream, ſeu etiam argenteam locabant, & deinde ponebantur ſuper aliam menſam, quæ aurea erat, vt ita docerentur, ſemper in Dei obſequio adiiciendum, & in melius proficiendum, ita ſcribitur in שלטי הגבורים lib. 1. cap. 25. hiſce verbis ושתי שלחנות אחרות היו באולם מבפני על פתחו אחת של שיש או של בסף ואחת של זהב · ועל של שיש או של בסף היו נותני את לחם הפני בבניסתו אחר שנאפה עד שיסדר והו על השלחן שהי בהיבלי ועל של זהב היו מניחין אותו ביצואהו שמעלין בקדש ולא מורידין והיה מונח שם עד זמן הלוקך סיון שסלקוהו מעל השלחן של זהב אין מורידי אותו להניחו על שלחן של שיש או של בסף: deinde verò ad auream menſam, quæ in templo erat, deferebantur; nam hanc auream fuiſſe certiſſimum eſt.

Menſa in ſublime euehebatur, vt eius viſu populus recrearetur.

Cùm iret vniuerſus Iſraëliticus populus ad templum, nec accedere ad menſam, ſuper quam panes propoſitionis erant, poſſet, multóque minus eam contingere, vt eius adſpectu recrearetur, menſa in ſublime efferebatur, vt videri ab omnibus poſſet. Meminit huius ritûs auctor שלטי הגבורים lib. 1. cap. 29. in hæc verba: *Quia eleuabant eam (menſam) coram nobis, vt eâ recrearemur, conſolationémque reciperemus*; vt vniuersè verum non videatur, quod ex noſtris aſſerit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 401. vbi innuit, nefas fuiſſe menſam, ſuper quam panes locabantur, à Iudæis conſpici; ſic enim illos premens, ait: *Qui in lege gloriaris, cùm legem ignores, quod lex cruenta, ac nidorulenta ſacrificia in atrio ac prætentis ſanctuario velis fieri iubebat: panes autem menſa ea intus excipiebat, quam à veteri populo conſpici nefas erat.*

212. *Numerus panum duodecim menſibus vt reſponderet.*

Numerus panum, qui in propoſitionis menſâ locabantur, ſine myſterio non eſt; duodecim anni menſes ſignificabant, quibus annis voluitur; quod innuit etiam ſanctus Hieronymus epiſt. 128. vbi ait: DVODECIM PANES *duodecim menſium ſignificabant circulum.* Sed vt definiam, vtili aliquo monitu caput iſtuc iam obſignemus.

S. Hier.

Panis deſiderij non comedendus, ſed Chriſtus deſiderandus. S. Hier.

Noſtrorum deſideriorum centrum Chriſtus ſit, Chriſtum deſideremus, Chriſto adhæreamus, non perituras delitias, non inanes voluptates; præiuit in exemplum Daniel, qui vt plura de Chriſti aduentu & vidit, & prædixit, ita eius vota in Chriſtum collineabant, vt ob id *vir deſideriorum* ſit dictus. Scitè ſanctus Auguſtinus ſerm. 65. de tempore, *Daniel*, inquit, *ideo vir deſideriorum appellatus eſt, quia* PANEM DESIDERII *non comedit, quia magis Chriſtum, quàm epulas deſiderabat.*

Vtilis panis vltimi diei meditatio.

Vtilis panis vltimi diei meditatio eſt, certaque mortis cogitatio, qui panis ſemper menſæ eſt inferendus; sciti Poëtæ hi ſunt verſus.

Inter tot ſpecies, & fercula mille ciborum,
Nullus PANE *poteſt vtilis eſſe magis*
Vt corpus valeat, ſic inter tot pia facta
Queis anima conſtat ſalua, manétque ſalus
Omnibus eſt potior meditatio ſedula mortis,
Præque oculis ſummum ſemper habere diem.

CAPVT XIX.

De pane quædam alia in lucem eruta.

Panes olim ſibi miſſitabant *vnanimitati, & charitati ſignificandæ.*
Panes in caniſtris *poſiti manducaturis apponebantur.*
Caniſtrum *ſingulis appoſitum.*
Caniſtra *nobilitatis quænam dicerentur.*
Panes in caniſtro.
Cæna caniſtris *inferri ſolita.*
Apud aliquos panes non integri, *ſed fracti apponebantur.*
A pane *quínam abſtinuerint.*
Ægyptij *panis auidiſſimi.*
Singularis quidam panis *in Ægypto.*
Panis hordaceus *apud Ægyptios.*
Gladiatores *hordearij.*
Statua *malum, & crucem ferens.*
Reliquiæ *ſeptem panum, quibus multitudinem Chriſtus pauerat, vt olim conſeruata.*
Marceſij panes *quínam eſſent.*
Pani venali *venditoris nomen impreſſum.*
Ioui piſtori *ara cur poſita.*
Linteamina *nitida panem conficientes adhibere iubebantur.*
Pannum album *panibus ſubijci panis venditores tenentur.*

DE panibus alia habeo, quæ ex antiquitatis promptuariis docto lectori tamquam auido conuiuæ offeram. Apud priſci æui fideles viguit hic mos, vt panes ſibi miſſitarent, quos accipientes benedicebant. Sanctus Paulinus ep. 1. ad Auguſtinum hæc habet in hanc rem: PANEM VNVM, 213.

Panes ſibi olim miſſitabant vnanimitati, & charitati ſignificandæ. S. Paul.

VNVM, *quem vnanimitatis indicio miſimus, charitati tua rogamus accipiendo benedicas.* Panis vnitas animorum vnitatem ſignificabat; quò etiam reſpexit idem ſanctus Pater epiſt. ad Alipium, dum ait: PANEM VNVM *ſanctitati tuæ vnitatis gratiâ miſimus, in quo etiam Trinitatis ſoliditas continetur. Hunc panem eulogiam eſſe tu facies dignatione ſumendi*; & epiſt. 1. ad Sulpitium Seuerum ſcribens, ſic eum alloquitur. *Panem campanum de cellulâ noſtrâ tibi pro eulogia miſimus, tantùm meritis in Domino tuis freti, vt plena ad te perferendum ſui gratia crederemus: tu licèt vberioribus micis à Domini menſâ iam ſaturatus ſis, dignare & à peccatoribus acceptum in nomine Domini panem in eulogiam vertere: ac ne panis ſiligineus tibi modum noſtræ humilitatis excedere videretur, miſimus teſtem diuitiarum noſtrarum ſcutellam buxeam.* Huc reſpexit etiam ſanctus Auguſtinus epiſt. 34. de diuerſis: PANIS, inquit, QVEM MISIMVS, *vberior benedictio fiet dilectione accipientis veſtræ benignitatis.* Fouebat hæc res vnitatem, imò & augebatur.

S.Aug.

Panes in caniſtris poſiti manducaturis apponebātur.
Athen.

Portò panes in caniſtris reponebantur olim, quin & ita apponebantur manducaturis. Athenæus lib. 1. Gymnoſoph. ſcribit in hunc modum: *Apponebantur autem panes in caniſtris*; quod frequens, ac in vſu fuiſſe indicat his verbis. *Quoties ad conuictum illis temporibus conuenirent cum caniſtris panis miniſtrabatur.* Virgilius moris huius meminit 1. Æneid. dum canit,

——*Cererémque* CANISTRIS
Expediunt.

Homerus apud Athenæum: *Appoſuerunt panem in* CANISTRIS. Idem innuit 9. Iliad.

Patroclus quidem panem accipiens diſtribuit in
menſâ,
PVLCHRIS IN CASTRIS.

214. *Caniſtrū ſingulis appoſitū.*
Athen.

Athenæus ſignificat ſingulis caniſtrum aliquando appoſitum; ſic ille ſcribit lib. 1. *Apponitur* SINGVLIS CANISTRVM, *menſa, poculum.*

Caniſtra nobilitatis quanam dicerentur.
Chald.

Etiam panes, qui principibus viris dabantur, in caniſtris portabantur, quæ idcirco *caniſtra nobilitatis* vocabantur. In Dictionario Syro-Chaldaico hæc lego סלין חירו CANISTRA INGENVITATIS, *ſeu nobilitatis, in quibus, ait Elias, portabantur panes Principum.*

Panes in caniſtro.
Exod. 29. 32.
Num 6. 25.
Gen. 40. 16.

Ex his lucem aliquam quibuſdam ſacræ Scripturæ locis immittere poſſumus Exod. 29. v. 32. ad hunc ritum reſpicitur his verbis: *Panes quoque, qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent*; & Num. 6. v. 25. *Caniſtrum quoque panum*, & Gen. 40. v. 16. *Et tria caniſtra farinæ haberem.* Abulenſis putat hic farinam pro pane ſumi, quod ſi verum, ad hunc, quem diximus, ritum referri debet.

Cœna caniſtris inferri ſolita.
Zenob.

Quin & cœnæ ipſæ olim in caniſtris inferri ſolebant; quod ex Didymo refert Zenobius cent. 2. Prou. 31. dum ait, *cum ipſo* CANISTRO, *vſurpatur in eos qui ſimul quiduis abligarunt; auctor eſt enim Didymus, cœnas caniſtris inferri ſolitas, vt & Plato in arcanis refert, ipſo caniſtro cuncta rapuiſti ſimul.*

215. *Apud aliquos panes non integri, ſed fracti apponebantur.*
Athen.

Apud Galatas panes non integri, ſed fracti menſis imponebantur, ita docet Philarchus apud Athenæum lib. 4. his verbis: *Philarchus libro ſexto ſcribit apud Galatas affatim menſis* PANES *multos* CONFRACTOS *imponi.*

A pane quinam abſtinuerint.
Euſeb.

Plerique à panibus abhorruiſſe fama eſt. Alaneorum gentem carnes comedere ſolitam, pane reiecto, tradit Euſebius lib. 6. præparat. Euang. cap. 8. *Multi hominum*, inquit, *& maximè Alaneorum gentis, quaſi atroces beſtiæ carnibus aluntur,* PANEM NON COMEDVNT.

Ægyptij panis auidiſſimi.
Athen.

Ægyptij contrà panis auidiſſimi erant; ſic refert Athenæus lib. 10. ex Hecatæo, his verbis: *Hecatæus Ægyptios eſſe tradit* PANIS AVIDOS, *vt qui veſcantur cylleſtia, & ad potum hordeum tritum macerent, ac eliquent*; fiebat is panis cylleſtia, vt indicat Phauorinus, ex olyrâ, & oryzâ: nam varia fuiſſe panis genera apud Ægyptios non eſt dubium; & quidem panis quidam erat paſtoribus familiaris ex lotometræ ſemine confectus, de quo Plinius lib. 22. cap. 21. *Eſt & lotometra, quæ fit ex loto ſatiua, ex cuius ſemine ſimili milio fiunt panes in Ægypto à paſtoribus, maximè aquâ, vel lacte ſubacto. Negatur quicquam illo pane ſalubrius eſſe, aut leuius, dum caleat.* Ita Plinius.

Singularis quidam panis in Ægypto.
Plin.

216. *Panis hordeaceus apud Ægyptios.*
Plin.

Apud Indos panis hordeaceus præcipuus, ita idem Auctor lib. 18. cap. 7. *Hordeum*, inquit, *Indis ſatiuum, ex quo panis apud eos præcipuus.* Addit vniuersè hordeum vſitatiſſimum antiquis fuiſſe, ac maximè apud Athenienſes gladiatoribus, qui idcirco Hordearij vocabantur. Plinij verba hæc ſunt: *Antiquiſſimum in cibis hordeum ſicut Athenienſium ritu Menandro auctore apparet, & gladiatorum cognomine, qui Hordearij vocabantur.*

Gladiatores hordearij.
Idem.

Panis hordeacei & in ſacris litteris non ſemel mentio fit, 4. Reg. 4. v. 42. *Vir autem quidam venit deferens viro Dei* (Eliſæo) *viginti panes hordeaceos*; & in nouo Teſtamento Ioan. 6. v. 9. *Quinque panes hordeaceos*, quos ſcilicet turbis Chriſtus diſtribuit. De quibus hoc obiter notarim, quaſdam reliquias eorum, quæ poſt multiplicationem, eſúmque ſuperfuerunt, Conſtantinopoli aſſeruatas, ſub baſi ſcilicet celebris illius porphyreticæ columnæ, quæ Româ Conſtantinopolim aduecta in foro, quod Conſtantini dicitur, collocata eſt. Non piget verba Nicephori Calixti hîc ſubiicere, præſertim cùm alia contineant, quæ ad illuſtrandam Eccleſiaſticam hiſtoriam maximè conducant; ſic autem ille ſcribit de Conſtantino lib. 7. cap. 49. *In foro quod nunc quoque Conſtantini dicitur, Porphyreticam, & maximam illam columnam Româ aduectam ſtatuit, in quâ ſtatuam ſuam ex ære factam collocauit, quæ dextera manu ingens aureum malum continet, atque ipſi malo veneranda Crux affixa cum tali inſcriptione:* TIBI CHRISTE DEVS VRBEM HANC COMMENDO. Apparet hîc Imperatoris pietas, qui cruci magis, quàm humano præſidio fidebat. Pergit Nicephorus. *Quatuor autem ſolidis, firmiſque abſidis pulchrè circum circa baſi columnæ fundata, ſub eâ ipſâ baſi duodecim cophinos, & ſeptem ſportas, nec non reliquias ſeptem panum, quibus benedictione conſecratis Chriſtus multitudinem pauit.* Probus Crucis, & panis nexus. Pergit auctor: *Præterea dolabram Noë, quâ ille arcam conſtruxit, manibus ipſe ſuis Imperator, ſigillo ſuo ea omnia obſignata, repoſuit, quæ ad noſtra vſque tempora etiamnum Vrbi ipſi intactus, inuiolatúſque theſaurus permanent.* Huc-uſque Nicephorus; ex quibus apparet, quæ eſſet iſtius Imperatoris pietas, & in res ſacras affectus, ac veneratio.

Statua malū, & crucem ferens.

Niceph.
Reliquiæ ſeptem panum, quibus multitudinē Chriſtus paſcebat, vt olim conſeruata.
Idem.

217. *Marceſij panes, quinam eſſent*
Leon Fuch.

Sed antequam caput iſtuc obſignem, exponam hîc, quid panis marceſius ſit, hoc enim olim à me quidam quæſiuit. Marceſios panes à ſancto Marco dictum puto, quod vnde ortum, tradit Leonardus Fuchſius lib. 2. Inſtit. medic. his ferè verbis: *In Thuringâ panis inopiâ innumeri mortales periêre; ſequuta eſt peſtis, quæ multa hominum millia abſumpſit. In huius rei memoriam Erfordienſes piſtores ſingulis annis die D. Marco ſacrâ, quâ inſtituta ſupplicationes celebrantur, panes minutos, quos ob id*
Marceſios

Marceſios vocant, pinſunt, venúmque proponunt, vix exigui orbiculi magnitudinem referentes. Hæc Auctor hîc.

Pani venali vēditoris nomen impreſſum.
Stat.

Panem venalem conficiens, nomen ſuum pani inſculpere tenebatur apud aliquos. In ſtatutis Mutinæ lib. 5. rub. 55. hæc lego: *Quilibet panem venalem bullare debeat ſingulas manus, & tertias cum bullo, in quo ſit ſculptum nomen facientis ipſum panem, ſub pœna ſol. 10. pro qualibet vice, quâ fuerit contrafactum, applican. vt ſuprà. Et fornarij teneantur habere, & tenere caminos ad quemlibet eorum furnum, ſic ordinatos, & aptos, vt ignis exiens de furno nullum damnum faciat, vel facere poſſit ſub pœnâ libr. quinque applicanda vt ſuprà. Et Illuſtres DD. Conſeruatores poſſint caloneria facere, vt ſecundum panem facere teneantur fornarij.*

Ioui piſtori ara cur poſita.

Finiam, ſi priùs expoſuero cuius, cur, & quâ occaſione Ioui piſtori ara poſita ſit; nam nec iſtuc ab argumento abit, quod tractamus; res ſic ſe habuit, vt Frontinus innuit lib. 3. cap. 15. *Quo tempore Galli Capitolium obſidebant, Ioui piſtori ara poſita fuit, quòd Romanos Deos in quiete monuiſſet, vt ex omni frumento, quod haberent, panem facerent & in hoſtium caſtra iactarent: eóque facto, ſoluta eſt obſidio, deſperantibus Gallis inopiâ ſubigi poſſe Romanos. Athenienſes aduersùs Lacedamones idem feciſſe dicuntur.*

Front.

218\. Lioteamina nitida geſtare iubebantur, qui panem venalem conficiebant, hac lege, vt ſoli pani conficiendo deſeruirent. In ſtatutis Mutinæ lib. 5. rub. 55. hæc leguntur in hanc rem: *Piſtores, & mulieres, quæ faciunt panem venalem, debeant habere linteamina, ſeu mantilia nitida, quæ adoperari non debeant, niſi ad panem ſub pœnâ ſold. 10. pro qualibet vice, & amiſſionis mantilium applicanda, vt ſuprà. Et nullus, vel nulla vendere poſſit panem in foro, vel alibi, niſi habeat toualeam pulchram, & nitidam ſubtus panem ſub pœnâ ſold. 10. pro qualibet vice, & amiſſionis toualea, ſi inuenta fuerit non nitida. Teneantur etiam fornarij facere de pane ſecunde, vt vulgò dicitur da maſſaria, in eâ quantitate, & quando, & prout D. Iudici victualium videbitur, pro vſu, & indigentiâ ciuitatis, & diſtrictualium, ſub pœnâ librarum trium, applicanda, vt ſuprà.*

Linteamina nitida panem conficientes adhibere iubebantur.
Stat.

Pannum album panibus ſubijci panis venditores tenentur.
Stat.

Qui panes publicè vendunt, pulchris panibus pannum album ſubiicere apud nonnullos iubentur. In ſtatutis pinſorum ciuitatis Brixiæ ita præſcribitur: *Omnes pinſores ciuitatis, & burgorum, ac diſtrictûs Brixia, de cætero teneantur, & debeant facere, & fieri facere panem venalem de iuſto, & recto pondere, ſiue ſtatera eis data, vel danda per commune Brixia, vel deputatos, & bonum, & pulchrum, album, & bene coctum; pœnâ, & banno cuilibet contra facienti duodecim planetorum pro qualibet pane vſque ad numerum decem, & ab inde infra, & ſoldorum decem planetorum, ab inde ſuprà, quantacumque ſit ſumma, ſeu numerus panis vnius furni, & in amiſſione totius panis furni facti, & inuenti contra dictam formam, dandi carceratis. Et qualibet perſona vendens panem teneatur, & debeat habere, & tenere pannum album, & bene nitidum, ſuper quo teneat dictum panem ſubter, & ſupra ipſum panem ſub pœna ſoldorum quinque planeto pro qualibet contrafaciente, & qualibet vice de prædictis ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & condemnationis, & credatur ei ſacramento.* vt ipſiſſima ſtatuti darem verba, etiam barbara exhibenda fuere.

CAPVT XX.

De pane quædam ex antiquorum monumentis digna obſeruatione deprompta.

Ab Apoſtolis *in menſâ Chriſto locus aſſignatus, & panis appoſitus etiam poſtquam in cœlum ierat.*
Iſte panis quî eleuaretur, *& cur.*
Panis ex herbis *confectus.*
Panis micarus *quis.*
Cinis *pani admixtus.*
Panes calido cinere *prius coquebantur, quàm furni eſſent reperti.*
Piſtores *quo tempore fuerint Romæ.*
Mulierum *opus panem coquere.*
Regium panem *habere in poteſtate quantis periculis obnoxium.*
Panis ex cereuiſiæ fæcibus *confectus.*
Panes æreî *quinam dicerentur.*
Panis pro defunctis *olim pauperibus erogabatur.*
A calidi panîs *eſu ex lege Moniales quædam abſtinebant.*
A panis eſu *quis abſtinuerit.*
Panîs venditor *quas leges ſeruare iubeatur.*
Panîs venditor *quanam debeat obſeruare apud Mutinenſes.*
Noctu panem *vendere alicubi inhibitum.*
Panes magni *in Herculis templo quando appoſiti.*
Panis ex luto.
Panes aurei *conuiuis appoſiti.*
Panes ex ſimila *dæmonibus impiè oblati.*
Panis ſancti Ioannis *quis.*
Manus, *&* cultros *pane abſtergi lege inhibitum.*
Vmbraticus panis *ſæculi felicitas.*
Panes Trinitaris *abſconditi.*
Hordeacei panis vſus ad veritatem *extorquendam.*
Verborum formula *in hac re adhiberi ſolita.*

ANTIQVORVM rudera dum verſo, multa mihi de pane obſeruata, digna quæ lectori ſiſterentur, ne illius notitiam fugerent, dum ſilentio premerentur; panem rurſus offero, panem deinceps oblaturus, cùm ipſum argumentum, quod tractamus, id ferat, ferat & docti lectoris fames, quæ paucarum exhibitione non facilè ſatiatur; ſed operi manum admoueamus, ne panîs loco nuda verba demus. 219.

Panis vt ab Apoſtolis in Chriſti honorem ſeponeretur in menſâ, ei locum aſſignantes, licèt in cœlum abiiſſet ex Græcorum Horologio colligitur, omiſſis Græcis verbis dabo Latina in huius rei notitiam. *Poſt Seruatoris noſtri tremendam Reſurrectionem, & Spiritûs ſancti deſcenſum, vſque ad diuiſionem Apoſtolorum prædicandi causâ, verſabantur ſimul omnes Apoſtoli, concordibus animis, & cùm*

Ab Apoſtolis in menſâ Chriſto locum aſſignatum, & panis appoſitum etiam poſtquā in cœlū ierat.
Græc.

poſt

poſt orationem menſa accumberent, RELICTO VACVO LOCO, IN EO PVLVINAR PONEBANT, ET SVPER PVLVINAR PARTEM PANIS, EX QVO COMEDEBANT, VICE, ET LOCO CHRISTI: *ſumpto autem cibo ſurgentes, & precantes, & gratias agentes, accipiebant fragmentum panis in partem Domini ſepoſitum; & cum id eleuarent, dicebant: Gloria tibi Deus noſter; gloria tibi, gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et loco eius magnum nomen dicebant: Chriſtus reſurrexit vſque ad Aſcenſionem. Ab illo tempore vſurpabant illud, magnum nomen ſanctæ Trinitatis: Domine Ieſu Chriſte, adiuua me: & hæc quidem iſto modo peragebantur.*

Ille panis qui eleuaretur, & cur.

O & in noſtris menſis idem fieret! poteſt; ſi quod factũ in Chriſti obſequium ab Apoſtolis, à noſtris fiat in auxilium pauperũ, nam ſibi fieri Chriſtus reputat, quod indigentibus fit; in paupere ille eget, in paupere fouetur ſi pauper foueatur; ſed pergo.

220.

Panis ex herbis confectus. Suet.

Pane ex herbis confecto vitam aliquos ſuſtentaſſe lego. In Iulio Cæſare cap. 68. hæc habet in hanc rem Suetonius: *In Dyrrachina munitione Pompeius viſo genere* PANIS EX HERBA, *quo ſuſtentabantur, cum feris ſibi rem eſſe dixit, amorique ocyus, nec cuiquam oſtendi iuſſit, ne patientiâ, & pertinaciâ hoſtis animi ſuorum frangerentur.*

Panis micatus quis. Plin.

Panis micatus dicebatur redactus in micas, in micas deductus. Plin. Valer. lib. 5. c. 13. *Panem autem modicum* MICATVM *cum ipſis cerebellis accipiat*; ſic enim aliqui exponunt hæc verba.

Cinis pani admixtus. Acta.

Cinerem pani admiſceri ſolitum apparet etiam ex eo, quod de S. Radegunde narratur his verbis: *Diebus feſtis* SOLO PANE *& aqua parciſſimâ contenta, reliquo pane cineribus permixto, & herbarum, arborúmque paſtu deſeſſum fouebat corpuſculum.*

Panes calido cinere prius coquebantur, quàm furni eſſent reperti. Senec.

Panes priùs calido cinere, & feruidâ terrâ peruſtos, deinde furnos repertos, in quibus coquerentur, teſtatur his verbis Seneca epiſt. 90. *Tunc farinam aquâ ſparſit, & aſſiduâ tractatione perdomuit, finxitque panem, quem primò cinis calidus, & feruens testa percoxit. Deinde furni paulatim reperti, & alia genera quorum feruor ſeruiret arbitrio.*

221.

Piſtores quo tempore fuerint Romæ. Plin.
Mulierũ opus panem coquere.

Piſtores quo tempore fuerint, quo non fuerint, docet Plinius lib. 18. cap. 11. vbi addit mulierum ferè id opus fuiſſe, cùm à piſtoribus non fieret. PISTORES, inquit, *Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab Vrbe condita ſuper D. L X X X. Ipſi panem faciebant Quirites, mulierúmque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium.* Quibus poſtremis verbis illuſtrari poſſet ille locus 1. Reg. 8. v. 13. *Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas*, tanquam hoc eſſet illo æuo peculiare mulieris officium.

1. Reg 8. 13.

Regium panẽ habere in poteſtate quantis periculis obnoxium. Gen 40. S. Ambr.

Ex eo, quòd piſtorum princeps ſuſpendi iuſſus eſt à Pharaone Gen. 40. colligit ſanctus Ambroſius, quanti diſcriminis ſit regium panem habere in poteſtate, regiiſque epulis præfici. ſic ille ſcribit lib. de Ioſeph cap. 7. *Et ipſe Præpoſitus erat & Præpoſitus epularum Regis, quæ ad opus* PISTORVM *pertinebant: ſublimem ſe eſſe credebat, quia in poteſtate habebat panem regium, neſciebat multos anfractus eſſe huius potentiæ.* Feliciores Chriſti Sacerdotes, qui verè regium panem habent in poteſtate, dum euchariſticum conficiunt, illis non imminet periculum, niſi impuris moribus puritatis Auctorem tractent.

Panis ex cereuiſiæ facibus confectus. Petr Bleſ.

Panem etiam ex cereuiſiæ fæcibus confectum indicant hæc Petri Bleſenſis verba ex epiſt. 14. deſumpta, vbi aulicorum infelicitatem recenſens, ait: *Apponitur clerico, aut militi curialis panis non elaboratus, non fermentatus, confectus ex* CEREVISIÆ FÆCIBVS; *panis plumbeus, loliatus, & crudus.*

222.

Panes ærei quinam dicerentur. Plin.

Panes ænei quinam dicantur, nunc exponendum eſt. Plinius lib. 26. cap. 26. ita loquitur: *Squamma decuſſa vi clauis, in quo* PANES ÆREI *feruminantur*; æs fuſum in panibus erat, qui panes feruminabantur, id eſt, ſtringebantur, & indutabantur in regulas æris ductilis.

Panis pro defunctis olim pauperibus erogabatur. Drogo.

Panis olim pro defunctorum ſuffragiis pauperibus erogabatur, ídque in die præcipuè, quo eius corpora ſepulturæ dabantur. Drogo Monachus in vitâ ſanctæ Godoleuæ ita ſcribit: *Eodem die eius accelerata ſepultura eſt: & quia* PANIS *defuit, qui pro ſalute animæ eius erogaretur, itum eſt pro emendo frumento, quod certè ipſi emptori lucro fuit; adeò enim excreuit in farinam redactum, vt modum, menſurámque excederet, & emptor miraculum admiraretur, Deóque gratias ageret: Laus, inquiens, tibi Deus. Pro tuo honore larga fuit, pro viribus autem gratificari, dum vixit, ſtuduit pauperi; quod quidem hoc miraculo tu diuinitus demonſtraſti.*

A calidi panis eſu ex lege Moniales quadam abſtinebant. Pet. Abael.

A calidis panibus quaſdam Moniales olim ex lege abſtinuiſſe, patet ex his quæ habet Petrus Abaëlardus epiſt. 8. *Nec* CALIDIS, inquit, *nunquam oblectentur* PANIBVS, *ſed qui ad minus vno die antè cocti fuerint.*

A panis eſu quis abſtinuerit. Metaph.

A panis eſu per triginta integros annos abſtinuit ſanctus Theodoſius Patriarcha, vt in eius vitâ legitur apud Metaphraſten.

223.

Panis venditor quas leges ſeruare iubeatur. Stat. Bell.

Quâ lege panis publicè vendi poſſit apud Bellunenſes, hoc ſtatuto decernunt, quod lib. 3. ſtatutorum Bellunenſium his verbis recenſetur: *Quilibet piſtor, ſeu pancogolus, ſiue pancogola faciens panem ad vendendum debeat, & teneatur facere panem bene coctum; & qui contrafecerit, ſoluat qualibet vice communi denarios duodecim pro vnoquoque pane malè cocto. Item quilibet pancogolus, & piſtor panem faciens ad vendendum, ponat ipſum panem in furno, ita quod vnus non tangat alium, niſi à duabus partibus, & contrafaciens ſoluat denarios duodecim pro quolibet pane, & qualibet vice. Item quòd quilibet piſtor, ſeu pancogolus cùm facit panem ad vendendum, facere teneatur, & faciat illum de bonâ penſâ, & iuſtâ, & iuſto pondere, & qui contrà fecerit, ſoldos quinque denariorum ſoluat qualibet vice, & pro qualibet vncia minus ponderis. Si autem panis fuerit de mala penſa minus quàm de vna vncia, condemnatur pro quolibet pane in ſoldis duorum paruorum, & panis falſus auferatur ei, & detur pauperibus in foro, vel in platea. Et quòd quilibet piſtor, ſeu pancogolus teneatur dictum panem factum ad vendendum bullare cum bulla datiariorum ſub pœna duodecim denariorum pro vnoquoque pane, & perdendi ipſum panem, qui detur pauperibus, & quidquid dictum eſt de piſtore, & pancogolo, intelligatur etiam de piſtrice, & pancogola.*

Panis venditor quanam debeat obſeruare apud Mutinenſes. Stat.

Qui panem venalem conficiunt apud Mutinenſes aliqua obſeruare iubebantur, quæ ſi negligerent, panem amittebant, qui pauperibus, & carceribus addictis diſtribuebatur. Dabo hîc legem quæ in illorum ſtatutis exſtat lib. 5. rub. 55. *Statuimus, quòd omnes, & ſinguli fornarij ciuitatis Mut. & Burgorum, qui faciunt, ſeu fabricant, vel fieri, vel fabricari faciunt panem venalem, teneantur, & debeant dictum panẽ fabricare ex bonâ farinâ non putridâ, vel malè olenti, nec loliatâ, vel vitiatâ, & benedictũ panem cuſtodire, & coquere, ita vt ſit benè, & cum fermẽto conuenienti leuatus, & non chiocatus, ſub pœnâ amiſſionis panis, diſtribuendi per Dominum iudicem victualium ſtatim inuentione factâ, inter pauperes Chriſti, & carceratos; ſcilicet duas partes ex tribus, & pro alia tertiâ parte ſit ipſius D. Iudicis, Notariorũ, & Nũtij. Et teneãtur dicti fornarij tenere in plateâ communis Mut. & locis ſolitis ſufficientiam panis pro vſu ipſius ciuitatis, & aduenarum, nec vnus ſe poſſit excuſare ſuper alio, vel quòd aliqt diebus maiorem quantitatem panis fecerit,*

quàm alij, ſub pœnâ librarum 10. applicand pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori, ab eo auferendâ, quem D. Iudex vna cum Notario, vel eius Nuntio dixerit, vel atteſtatus fuerit defeciſſe in ſufficientiâ panis prædicti venalis. Et panis ipſe ſit, & eſſe debeat, ac fabricatus iuxtà, & ſecundùm calmerium infraſcriptum; volumus enim dictum panem fabricari debere iuxta dictum calmerium ſub pœnâ ſoldorum quinque pro qualibet terriâ, ſeu manu dicti panis, & amiſſionis ipſius panis, qui diſtribuatur, vt ſuprà.

Noctu panem vendere alicubi inhibitũ. Stat.

224. Panem diuendere noctu apud nonullos nefas eſt. In ſtatutis ciuitatis Brixiæ hæc lex his verbis traditur: *Aliquis pinſor de cætero vendens panem ad minutum in ciuitate, vel in burgis, non debeat vendere panem poſt tertium ſonum campanæ, quæ pulſatur de ſero: donec pulſatum fuerit ad campanam diei communis, quæ pulſatur de manè, nec tenere domos, vbi ſunt furni, apertas dicto tempore, pœnâ, & banno viginti ſoldorum, &c. cuilibet contrafacienti, quotiens contrafecerit; & quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & credatur eo ſacramento.*

Panes magni in Herculis templo quando appoſiti. Athen.

Panes magni in illo conuiuio apponebantur, quod in templo Herculis poſt triumphum fiebat. Athenæus lib. 5. ita ſcribit: *Quando Herculis in templo conuiuantur Romani, à triumphante conuiuio excepti, ipſe quoque conuiuij apparatus eſt Herculeus; nam potus eſt multum, cibi autem ſunt panes magni, & carnes fumoſæ elixa, nec non recens mactatarum victimarum carnes aſſata multa.*

Panis ex luto. Photius.

Ex Conone refert Photius in ſuâ Bibliothecâ, ibi quoſdam populos habitationem elegiſſe, vbi panis, & alia eſculentorum genera ex luto confecta oblata ipſis ſunt: *Oraculi reſponſum, illud conſulentes acceperunt, vbi quis ipſis terram, & aquam præberet, ibi habitarent, atque ita Boſtiæorum terram incoluerunt; ibi enim pueri panis, & cæterorum condimentorum varia genera per ludum, & iocum ex luto fingentes petentibus ipſis, panis loco diſtribuerunt luteos panes; & illi impletum eſſe oraculum interpretati, ſedem à Macedonum Rege poſtulantes, Boſtiæorum oram habitandam acceperunt.* Diceres mortalium pleroſque imitari hos populos: luteos illis panes mundus offert, ibique cœleſtium obliti, habitare cupiunt, vbi offeruntur.

Panes aurei conuiuis appoſiti. Suet.

225. Eò ſeſe luxus porrexit, vt panes aureos in magnificentiam conuictus apponere aliquos fecerit. Suetonius in Caligula cap. 37. iſtuc indicat, dum ait, *Nepotinis ſumptibus omnibus prodigorum ingenia ſuperauit, commentus portentiſſima genera ciborum, atque cœnarum, vt conuiuis* EX AVRO PANES, *& obſonia apponeret, aut frugi hominem eſſe oportere dictitans, aut Cæſarem.*

Panes ex ſimila dæmonibus impiè oblati. Theoph.

Panes ex ſimilâ, vuiſque paſſis oblatos dæmonibus, euincunt hæc Theophylacti verba in cap. 4. Oſeæ: *Sic illi primum quidem exiſtentes adulteri, tanquam ad idololatriam effuſi, offerentes dæmonibus pemmata, hoc eſt,* PANES EX SIMILA *piſtas, vnà cum vuis paſſis (erat autem talis ſpecies oblationis dæmonibus grata, indicantibus offerentibus, quòd ipſos habeant & frumenti, & vini datores) abducti per captiuitatem.*

Panis ſancti Ioannis quis. Cluſ.

Vngari ſiliquæ, quæ Græcis κερωνία dicitur Italis *Corbe, fructum ſzena Iaros kenyere*, id eſt, *ſancti Ioannis panem*, appellant, vt refert Cluſius variarum plantarum lib. 1. cap. 9.

Manus, & cultros pane abſtergi lege inhibitum. Pet. Abacl.

Pane manus extergi ſolitas, ſolitos cultros, indicat Petrus Abaëlardus, quem morem prorſus à ſacrarum mulierum conuentu his verbis exſibilat epiſt. 8. *Illud verò non ſolùm prohibendum, ſed eſt abhorrendum, quod in pleriſque monaſterijs agi ſolet; quòd videlicet aliquâ parte panis, quæ ſupereſt, eſui, & pauperibus eſt reſeruanda, manus, & cultellos mundare, & extergere ſolent, & vt magis pareant, menſarum panẽ polluũt pauperũ. Imò eius qui ſe attendens in pauperibus ait: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.*

Vmbraticus panis ſæculi felicitas.

226. Vmbraticus panis ſæculi felicitas eſt, quæ rectè ſapienti reiicienda; quis tam fatuus, vt cùm vmbratica ſæculi felicitas ſit, ea paſcere mẽtem velit, velit nutrire; & quando vmbraticus panis quempiam ſatiauit, minus ſatiare poterit, ac replere mẽtem veris bonis nutriendam inanis, vmbratiliſque mundi felicitas. Opportunè B. Alc. ep. 46. *Numquid* EX VMBRA PANIS *exuriens ſe ſaturare poterit? Vmbratica eſt ſeculi felicitas; vera tãtummodo in futuro ſpectatur;* non ferendæ igitur dementiæ eſt, vmbraticæ felicitatis amore veram, ſolidámque amittere, quæ cœlo conditur, poſſidebitur in cœlis. O quando! B. Alcuin.

Panes Trinitatis abſconditi.

Dei ipſius exemplo quærendus nobis panis, ſub quo lateat Deus; & non etiam ipſa Trinitas ſuos panes habet, ſuum vinum, ſua fercula habet; perſonæ ipſæ diuinæ ſibi inuicem fercula exhibent, panes offerunt. Præclarè Petr. Abb. Cell. lib. 1. de panibus cap. 1. *Menſa illa*, inquit, TRINITATIS SVOS PANES HABET ABSCONDITOS, *vinum ſemper nouum fercula æterna, & beata; miniſterialem alicuius creatura non admittit, neque Cherubim, neque Seraphim: ſibi inuicem miniſtrans Pater Filio, Filius Patri, Pater, & Filius Spiritui ſancto; Spiritus ſanctus Patri, & Filio. Pater filio generationem, Filius Patri natiuitatem, Spiritus ſanctus Patri, & filio proceſſionem.* Nobis omnia iſta in vno euchariſtico diuinitus offeruntur. O vtinam dum tam eximium ferculum accipimus, ferculum exhibenti eſſemus, qui ita nos in ſua viſcera traiiceret, vt toti in illum conuerteremur, toti mutaremur in illum, quem recipimus. Amo te Amor meus, inque te migrare cupio, dũ te excipio. Pet. Cel.

Hordeacei panis vſus ad veritatẽ extorquendam. Ordo Dunſt.

227. Hordeaceo pane olim, aut caſeo vſus ad veritatem extorquendam, peculiarémque exorciſmum adhibitum, euincunt verba, quæ habet Ordo Dunſtani in hũc modũ: *Incipit exorciſmus panis ordeacij, vel caſei, ad probationem veri. Primitus faciat Sacerdos litanias, & omnes qui intus sũt cũ eo ieiunij ſint, & ſic incipit: Conſeruator, & Creator humani generis, dator gloriæ ſpiritalis, largitor æternæ ſalutis, tu emitte ſpiritũ tuũ ſuper hanc creaturam panis, vel caſei, cum tremore, & timore magnitudinis brachij tui, aduerſus eum, qui cum ſuperbiâ, & contumaciâ, ac zelo iniquo venit, & vult ſubuertere iuſtitiam, & conculcare iudicium. Fac eum, Domine, in viſceribus anguſtari, eiúſque guttur conclude, vt panem, vel caſeum iſtum in tuo nomine ſanctificatum deuorare non poſſit hic qui iniuſtè iurauit, ac negauit illum furtum, vel homicidium, aut adulterium, ſeu maleficium, quod quærebatur, & iuſiurandum, & pro nihilo habuit, & nomen tuum nominauit vbi rectum non erat. Te quæſumus vt non ei permittas illud abſcondere, quia iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, qui cuſtodis veritatem in ſæculum, faciens iudicium iniuriam patientibus, & cuſtodis pupillum, ac viduam ſuſcipis, & viam malignorum exterminabis. Ideo oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, vt humiles, ac manſueti, ac recti propter veritatem gaudeant, ſuperbi autem, & iniqui, ac cupidi contriſtentur, & humilientur, vſque dum confiteantur magno, & ſancto nomini tuo, & cognoſcant cæteri, quia nomen ſibi Dominus, & tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram, & ſerui tui in te glorientur, & laudent nomen tuum in ſæcula ſæculorum.*

Verborum formula in hac re adhibita.

Domine Ieſu Chriſte, qui regnas in cœlis, & in terris, & mirabilis es in operibus tuis, dominator dominantium, Deus Angelorum, Deus Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium electorum. Præſta quæſumus per ſanctũ, ac mirabile nomen tuum, vt qui reus eſt huius furti,

vel

vel homicidij, aut adulterij, ſeu maleficij, de quo hic requiritur, vel in facto, vel in conſcientia, ad adpoſitam ei pro oſtenſione veritatis creaturam panis ſanctificati, vel caſei, facies eius claudatur, guttur eius ſtranguletur, & in nomine tuo ante illum reyciatur, antequam deuoretur. Sed & ſpiritus Diabolicus, cui nulla eſt communio cum tua ſuperna veritate, in hoc negotio ad ſubuertendum iudicium prauis præſtigiorum ſuorum molitionibus nil præualeat. Sed qui reus & conſcius eſt rei præfatæ ad hoc pabulum ſanctificati panis, vel caſei, & præſertim per Dominici corporis, & ſanguinis communionem, quam accepit, tremat, & tremendo palleat, & nutabundus in omnibus membris appareat. Innoxius verò, & inſcius ſobriè ad ſalubritatem ſui cum omni facilitate hanc partem panis, vel caſei, in nomine tuo ſignatam, manducando deglutit. Vt cognoſcant omnes, quia tu es iuſtus iudex, qui ſaluos facis ſperantes in te, & non eſt alius præter te. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

Deus cuius ſcientia ſenariam circumſcriptionem Angelicis, & humanis elongatam ſenſibus ſola interius penetras, & exteriùs concludis, quem nulla cæleſtium, vel terreſtrium, aut infernorum vota fallere poſſunt, puto magis cor vnius hominis capabile? reſpice ad preces noſtræ humilitatis, quibus famulatum ſacri indidiſti ordinis, & præſta non noſtris exigentibus meritis, ſed tuorū omnium ſuffragantibus Sanctorum precibus, vt quod in hac culpâ humanos latet oculos, & ſermonum humanæ procacitatis obtegitur defenſionibus, tuâ cæleſti, & ſupernâ moderatione, ſine vllo reueletur obſtetricamine, & ſicut ſolus verax es, veritatis in hoc ſententiam elucidare digneris. Quatenus innocentes, ſine vllâ difficultate hoc pabulum probationis deglutiant; aut obtrepitante mentis ſtatu, & totius compagine corporis vacillante, quod in tuo ſancto nomine conſecratur, & benedicitur, nullatenus deuorandi valetudinem percipiant, ſed coram omnibus inualetudine confuſi quod præſumptione immeritâ ſuſceperunt eum irriſione proyciant. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Alia de aliis panibus ſe ſe mihi offerunt, ſed ea in ſequens caput reiicio.

CAPVT XXI.

Panis de tritico; & alia de pane ſubiiciuntur.

Panis nomine triticum *ſignificatum.*
Madido pane *linita facies.*
Panem attrectans, cruce *frontem munit Moſcouitarum Princeps.*
Panes conuiuæ *ante conuiuium donati.*
Panis fragmento *cælum emere poſſumus.*
Crucis *ſignum panibus imprimi ſolitum.*
Panis *Chriſtus, qui cum labore acquiritur.*
Piſtor *cur in vincula coniectus.*
Melior panis in Quadrageſima *apponi iubebatur, melius vinum.*
Panis fragmenta *vt colligerentur.*
Panum fragmenta *in margaritas diuinitus verſa.*
Panem nominare *aliquando inhibitum.*
A caſtris *panis vt exularet.*
Pane quidam capti.
Apud Sinas *à conuiuialibus cœnis panis exulat.*
Canonicorum panis *quiſnam diceretur.*

PANEM rurſus apponam, de pane alia afferam, quibus auidi lectoris mentem reficere aliquo pacto poſſim; obſeruo panem non de pane dumtaxat dici, ſed & de frumento; 228.

Panis nomine triticū ſignificatum.

hinc quod vulgatus habet Iſaiæ 28 v. 28. *Panis autem comminuetur,* Chaldæus transfert, *frumentum autem trituratur*; ac ſi idem panis ſignificet, ac frumentum; & illud Gen. 47. 13. *In toto enim orbe panis deerat*; LXX. verterunt, *Triticum autem non erat omni terrâ*; ita accipiendus eodem capite Moſes v. 15. vbi hæc habet: *Venit cuncta Ægyptus ad Ioſeph, dicens: Da nobis panes; quare morimur coram te deficiente pecunia?* Non coctos panes quærebant, ſed frumentum, hoc enim ſatis erat ad mortem amoliendam, & poterat ſibi vnuſquiſque ex frumento panes conficere, *Da nobis panes, id eſt, da nobis* FRVMENTVM *ad faciendum panes*, inquit hîc Abulenſis; quod priùs tetigerat ſanctus Auguſtinus lib. 1. locutionum in Geneſim, vbi ait: *Venerūt Ægypty ad Ioſeph dicētes: Da nobis panes. Panes per* TRITICVM *ſignificat, locutione per id quod efficitur, id quod efficit*; ſed quia hîc ſumus, alia quoque de pane vt priſcæ doctrinæ menſam exornemus, afferenda, & offerenda ſunt.

Gen. 28 28. Chald. LXX. Gen. 28. 15. Abul.

Pane madido liniri faciem olim conſueuiſſe teſtatur Suetonius, qui de Othone narrat, *Faciem quotidie pane madido linire conſuetam, idque inſtituiſſe à primâ lanugine, ne barbatus vnquam eſſet.* Huc ſpectauit & Iuuenalis dum cecinit,

Madido pane linita facies. Suet. Iuuen.

Et preſſum in FACIE *digitis extendere panem.*

&,

Interea fœda aſpectu, ridendaque multo,
PANE TVMET FACIES.

Rurſus,

——*coctáſque ſiliginis offas.*
Accipit, & madidæ FACIES *dicentur, an vlcus?*

De pane ſingulare eſt, quod de Moſcouitarum Principe legitur; hic enim cùm cultrum, vel panem attrectat, ſigno crucis frontem priùs munit, vt in Anglorum nauigatione ad Moſcouitas refert Clemens Adamus; qui hoc quoque de pane ante conuiuium exhiberi à Principe ſolito hæc adiicit ſtatim: *Ante prandium dum expectantur epulæ veteri, at acuto Moſcouitarum Principum more ipſe Imperator ſingulos cōuiuas pane primùm donat cum honorū ſuorum titulo; ac elatâ voce in hunc modum. Magnus Moſcouitarum Dux, ac ſummus Ruſſiæ Imperator (deinde quem perfert accipientem nominas) ſe iſto* PANE DONAT. *Sub hoc aſſurgunt conuiuæ vniuerſi, ac aderantis quodam geſtu corpora inclinantes reſident.* 229.

Panem attrectans cruce frontem munit Moſcouitarum Princeps. Clem Adam. *Panes conuiuæ ante cōuiuium donati.* Idem.

Cùm ſignificare volumus vili pretio aliquam rem ab aliquo emptam, quodam prouerbiale dicimus emptam ab eo panis fragmento; quod hoc Italiſmo ſignificatur, *per vn pezzo di pane*; quid ſi cœlum ipſum panis fragmento pauperibus per eleemoſynam exhibito emere nobis poſſimus? quod his verbis expendebat S. Petr. Chryſol. ſerm. 41. de ieiunio, & eleemoſyna: DEVS REGNVM SVVM FRAGMENTO PANIS VENDIT; *quis excuſare poteris non ementem, quem tanta vilitas venditionis accuſat? Fratres, prandium noſtrum ſit pauperis cœna, vt menſa Chriſti noſtrum paretur in prandium.*

Panis fragmēto cœlum emere poſſumus. S. Pet. Chryſ.

Olim ipſi quoque pani ſignū crucis imprimebāt, quod innuit S. Greg. lib. 1. Dial. c. 11. vbi ait: *Dū quadā die fratres illius* PANEM SVBCINERITIVM *feciſſent, eique obliti eſſent crucis ſignum imprimere, ſicut in hac prouincia crudi panes ligno ſignari ſolent, vt per quadras quatuor partiti videantur.* adeò vt crucem cogitarent panem comedentes. 230.

Crucis ſignū panibus imprimi ſolitum. S. Greg.

Panis crucem referens, panis tribulatorum eſt, de quo Iſaias cap. 30. v. 20. *Dabit nobis Dominus*

Panis Chriſtus, qui cum labore acquiritur. Iſa. 30 20.

panem arctum ; alij, *panem tribulatorum*. An talis panis eſt Chriſtus? Sanctus Cyrillus lib. 3. tom. 1. PANIS *igitur* CHRISTVS EST, *ſed non labore, & ſudore inuenitur*; qui cœleſti hoc pane quærit reſici, quærit tecteari, labores non defugiat.

S. Cyr. Alex.

Piſtor cur in vincula coniectus. Suet.

De pane illud adiiciam, quod egit Iulius Cæſar, in vincula quippe coniici piſtorem ſuum iuſſit, alium quàm ſibi conuiuis panem exhibentem; notauit hoc Suetonius in eius vitâ cap. 48. *Domeſticam*, inquit, *diſciplinam in paruis, ac maioribus rebus diligenter adeò, ſeueréque rexit, vt piſtorem alium, quàm ſibi* PANEM *conuiuis ſubycientem compedibus vinxerit.*

231. *Melior panis in Quadrageſimâ apponi videbatur. melius vinũ.* Vet. Conſ.

Panis Quadrageſimâ melior parabatur apud Floriacenſes, melius vinum; ſic enim habent veteres eorum conſuetudines. *In Quadrageſimâ libra* PANIS MAIOR *ſolito, &* DELICATIOR, *& vinum melius, quàm alio tempore debet eſſe.*

Panis fragmenta vt colligerentur. Acta.

Sed fragmenta vt colligam, quod fieri in menſâ ſolet de panis fragmentis; dabo hîc aliqua, quibus erudiri lector meus poſſit. Olim quorundam mos erat, vt ſtudioſè panum fragmenta colligerent; id in vſu præcipuè apud Monachos Cluniacenſes; quod quia Monachus quidam neglexit, viſu quodam territus eſt; res his verbis narratur in vita ſancti Odonis lib. 1. *Frater quidam in eodem monaſterio fuit valdè idoneus, & omnibus carus. Qui ad mortem vſque perueniens circumſtantibus Fratribus, qui eius venerant orando commendare ſpiritum Domino, ſubitò emiſsâ voce clamauit, dicens: Adiuuate me obſecro domini, propter Deum. Modò, inquit, raptus ſum ad iudicium, ibique protulit accuſator humani generis Diabolus contra me, ad teſtimonium,* DE MICIS PANIS SACCVLVM PLENVM, *quas colligere ſecundùm conſuetudinem nolui, & de menſâ ceciderunt. Atque poſt puſillum iterum terribiliter clamare cœpit, & dicere: Ecce de quo vobis dixi, Diabolus adeſt, deferens prædictum ſacculum. Nam cùm territi Fratres mirarentur, adiecit rurſum; illo in loco adeſt. An non videtis eum? Deinde iterum ſigno crucis totum ſe muniuit, & inter verba orationis ſpiritum reddidit.*

Panum fragmenta in margaritas diuinitus verſa. Acta.

Inſigni miraculo probatus fuit hic idem mos, vt fragmenta collecta in margaritas ſint verſa, digna res, quæ hîc ſubiiciatur. In Chtonico Cluniacenſi hæc leguntur in vitâ B. Odonis. *Contingit quadam die, vt* MICAS ILLAS, *quæ ſuperérant ante eum, non collegiſſet, raptus dulcedine lectionis, quæ in refectorio legebatur, quas excipere pro conſuetudine tamen non licebat. Vnde quid aliud faceret Beatus Oddo, non inueniens micis pugillum impleuit. Qui coram Abbate ſe proſternens, exemicium de Oratorio Sanctus aduoluitur. Animaduertit Abbas eum in aliquo deliquiſſe, & ductus in præſentiâ omnium culpam ſuam proſtrato corpore confitetur, porrigit manum, & negligentiæ ſigna daturus pugillam aperuit,* MICAS OSTENSVRVS, SED PROTVLIT MARGARITAS. *Quas pater Abbas ad miraculum aureo textui iuſſit affigi, ne tanta nouitatis memoria caſu alieno deleretur.*

232. *Panem nominare aliquando inhibitum.* Sabell.

Nominare panem aliquando inhibitum indicat id quod refert his ferè verbis Sabellicus lib. 7. dec. 2. *Chinatius, qui vltimum bellum Liguſticum diligentiſſimè ſcripſit, auctor eſt, diu nullum* PANIS *vſum inter Arbenſes fuiſſe, hac lege cautũ,* NE QVIS PANEM NOMINARET; *carnes, & lacticinia victum præbuiſſe.*

A caſtris panis vt exularet. Salluſt.

A caſtris panem, & coctum aliquando exulaſſe probat Salluſt. in Iugurth. de Metello in hæc verba: *Metellus edicî prima adiumenta ignauiæ ſuſtulit, ne quiſquam* IN CASTRIS PANEM, *aut quem alium coctum cibum venderet, ne rixa exercitu ſequerentur.*

Pane quidam capti. Henning.

Donaldus Scotorum Rex cùm Bertham obſidere vellet, magnam vim panîs, vini, & zythi, ſolani ſomniferi ſucco infecti in caſtra Danorum, Noruegianorúmque miſit, qui auidè vorantes, & bibentes in ſumnum verſi ac oppreſſi ſunt à Scotis, ait H. Henninges in Geneal.

233. *Apud Sinas à conuiuialibus cœnis panis exulat.* Nic. Trig.

Apud Sinas conuiuialibus menſis, exulare panem teſtatur his verbis Nicolaus Trigaut. de exped. Chriſt. lib. 1. cap. 7. *Panis nullus in conuiuales menſas infertur, ſed neque oriza, quæ apud Sinas* IN PANIS NOSTRI *vicem ſuccedit, niſi forte in quibuſdam epulis minus ſolemnibus ſub menſam extremam.*

Canonicorum panis quiſnã diceretur. Iuo.

Canonicorum panis quiſnam eſſet, & cur ita appellaretur, mecum diſces ex his Iuonis Carnotenſis Epiſcopi verbis ep. 75. vbi ait: *Cùm in quampluribus Canonicorum Carnotenſium defuiſſet diſciplinæ regularis obſeruantia, vt de negligentibus facerem diligentes, de ſomnolentis vigiles, de tardis aſſuetos, ad frequentandas horas canonicas, deliberaui apud me, vt darem eis dimidiam præpoſituram, vt inde fieret quotidianus panis, quem acciperent aſſidui, amittendi tardi: vt ad quas eos panis interni dulcedo non mouebat, panis corporei refectio prouocaret, quamuis eorum annua præbenda eis ad hoc ſufficiens eſſe deberet. Certus tamen de præteritis eorum negligentys, & ſollicitus de futuris, præcepi eis ad me mitterent duos de Clero illo, quibus miſſis commiſi præſentes illius anni fractas, vt inde quotidianum panem præpararent, & tradito ordine cum Fratribus diſpenſarent.*

CAPVT XXII.

De pane pleraque alia communi notitiæ exponuntur.

Panis nomine caro *ſignificata.*

Peculiari nomine *panem viri nominabant, vt infantibus ſe demitterent.*

Inſignis viduæ hoſpitalitas *in Eliam, panem petentem.*

Panis fragmenta *quæ ſuperfuerunt ex diuinitus multiplicatis panibus Chriſti munificentiam vt oſtendant.*

Micis *cur Chananæa contenta, non Magdalena.*

Laſciuiæ *deditus quàm ægrè ſanetur.*

In placentulis *pro ſigno aſinus.*

Placenta *in vrbis effigiem formata.*

NON potui omnia, quæ de pane ſepoſueram ſuperiori capite, concludere, quin nec multis capitibus poſſem, vberior ſeges eſt, quàm vt anguſtis limitibus queat coërceri. Dabo hîc igitur aliqua, quæ nolui lectori meo deperire, daturus deinceps etiam alia, ſi res id poſtulauerit. 234.

Panis nomine caro ſignificata. Pſalm. 77. 22. Agell.

In diuinis litteris panis aliquando pro carne ſumitur; ſic accipiunt aliqui illa Dauidis verba Pſalm. 77. v. 22. *Nunquid & panem poterit dare?* quæ hoc commentario illuſtrat noſter Agellius hîc: *Alys probabilius videtur, panem hoc loco carnes dici, non modo ex ea generali loquendi conſuetudine, quâ frequenter in ſacris litteris* OMNE GENVS CIBI PANIS VOCATVR, *ſed etiam ex eo quòd ſpeciali quodam modo carnes propriè panes vocantur. Vnde adipes, & renes, & ſimilia interanea, quæ ſacrificio ſalutaris imponebantur, vt ſimul adolerentur, panis in Scripturâ dicta ſunt. Leuit. 3. Adolebit,* inquit, *ea Sacerdos ſuper altare in pabulum ignis, quod in Hebræo eſt, in panem ignis.*

Panem

235. *Peculiari nomine panem viri nominabant, vt infantibus ſe demitterent.* Orig.

Panem peculiari donabant nomine ſi perfecti viri infantes alloquerentur, quod & in aliarum rerum appellatione fiebat: ad hunc morem ſpectabat Origenes hom. 18. in Ieremiam in hæc verba: *Conſidera vt voces quoque viri perfecti ad infantes commutemus*, & PANEM PECVLIARI QVOPIAM NOMINE *illos exprimimus*, & *potum*..*is dictione. Perfectorum linguam non vtentes quam ad perfectos coætaneos adhibemus, ſed dictione quadam puerili, & infantili, & indumenta ſi pueris nominemus, noua eis nomina imponimus, quaſi puerile nomen fingentes.*

Inſignis viduæ hoſpitalitas in Eliã, panem petentem. 3.Reg.17.13. S.Chryſ.

Panem à viduâ petiit Elias his verbis; *Mihi primùm fac de ipsâ farinulâ ſubcineritium panem paruulum, & affer ad me; tibi autem, & filio tuo facies poſtea*; 3.Reg.17.13. In his verbis Dei liberalitatem, inſignémque viduæ hoſpitalitatem notabat ſanctus Chryſoſtomus, cuius verba hîc adponenda; ait enim tom. 6. orat. in Petrum, & Eliam paulo aliter efferens producta verba: *Vade*, inquit, *& fac mihi ſubcineritium panem ſeorſum, & comedam, & poſtea facies liberis tuis vt comedant. Quid ais, Elia? iſto, panem petis: cur ſeorſum, & primùm tibi dari vis? An non gratias agere deberes, ſi vnà cum filijs vidua comederes? tu vis ſolus panem comedere, & eius filios fame necari? ſcio, inquit Elias, quàm copioſa ſit Domini mei liberalitas. Hæc ille; vidua verò, non eius ſermones obſtupuit, neque tale quippiam abſurdum cogitauit, aut dixit. Tu es, qui famem hanc intuliſti, & ex reliquiis huius famis à me nutriri poſtulas? Non dixit: tam magnam orbis terrarum partem prætergreſſus ad me veniſti, vt liberos meos fame corrumperes, ipſe auctor famis exiſtens? Nihil tale dixit, ſed Abraham illum imitata, ingreſſa eſt domum, & fecit ſicut à Prophetâ dictum fuerat. Quinimo licebat videre viduam illam magis quàm Abraham, hoſpitalitatis amantem, ille enim cùm eſſet locuples, Angelos hoſpitio accepit: at hæc poſt famem mortem expectans Prophetam excepit.*

236. *Panis fragmenta, quæ ſuperfuerunt ex diminutis multiplicatis panibus Chriſti munificentiam vt oſtẽdant.* S.Baſil.Sel.

Effuſus in donis ſuis Chriſtus, vt munificentiâ ſuâ ſuam dignitatem oſtendat; hinc panes multiplicans multa fragmenta ſupereſſe voluit, vt ſtatim eum Moyſi, & Eliæ præferremus; ille manna à Deo obtinuit, ſed ad menſuram; iſte oleum; Chriſti verò largitas menſuræ terminos neſcit. quod eleganter proſequitur ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 33. in hæc verba: *Magna res erat tot millibus quinque ſolos panes fuiſſe ſatis: tantam verò ſupereſſe reliquiarum copiam non diſcipulis dumtaxat miraculi recordationem ingenerabat, ſed & eius qui patrarat, virtutem extrahebat in lucem. Nam ſi pro modo neceſſitatis dationem commentus fuiſſet, decoris illius gratia adulterata eſſet, nec id qui feciſſet ſatis euidenter Dominus agnoſceretur, quippe qui neceſſitati ſeruiſſet. Nunc autem profuſior quam neceſſitas poſtularet ſuppeditatio auctoris poteſtatem teſtationem facit. Verùm quod loquor, abunde clarè diſcamus. De cœlo manna quondam Iſraelitis dabatur, ſed quia miraculi adminiſter ſeruus erat, neceſſitati quoque donum ſeruiebat, quódque reſiduum euaneſcebat, & cùm manus lectione manna nequiret expleri, deficerétque, ipſius etiam doni neceſſaria conſequebatur. Et eſcam librans cœlum Iudæis demittebat, & tempus donum vincebat, ac intra modum gratia cohibebatur. Vt enim finem habuit per eremum erratio, ac deinde conſuetum naturæ panem terra oculis ſubiecit, tunc manna profuſio contracta eſt, & cæleſte promptuarium hominibus occluſum. Transfer animum in alterum famulum præfinito miracula patrare iuſſum. Elias ille magnus iureiurando ſterilitatem cœlo induxerat, & labris aerem vinxerat, vocéque creaturam addixerat otio: hic hoſpita viduæ oleo perſuaſit, vt fontis inſtar flueret, & exiguus farinæ modius cum tempore non imminuebatur: ſed quantum in vſus natura aſſumebatur, tantum gratia refundebat. Vt cecidit pluuia auolarunt Eliæ dona. Cùm quempiam curabat, ſupplicis in morem ſubſecundariam operam conferebat: nunquam vt Dominus honoratus eſt. Ideo nunc Dominus panes multiplicat præter neceſſitatem in potentiæ defenſionem, eámque omnibus cogitandum relinquit, qui eſcam porrigit omni carni.*

237. *Micis cur Chananæa contenta, non Magdalena.* Matth. 15. *Laſciuia dedicus quàm ægrè ſanetur.*

Panum micis contenta Chananæa erat; vt dixerit Matth. 15. *Nam & catelli comedunt de micis.* Ita ne micis contenta quæ è menſâ cadunt Chananæa eſt? at Magdalena in conuiuio Dominum adiens micas non poſtulat, ſed ipſius Domini pedes amplectitur; vnde hæc in his duabus fœminis diuerſitas? Chananæa pro filiâ, quæ à dæmonio vexabatur, orabat, ad hoc vel Dei mica ſufficit; Magdalena pro ſe auxilium poſcebat, cuius totum corpus laſciuiæ deditum erat; accerſendæ, & expiandæ laſciuiæ, quæ aliquam, aliquem corripuerit, non micæ ſufficiunt, ipſe ſalutis fons neceſſarius eſt; igitur, *Magdalena*, inquit ille, *cernens in menſâ Dominum, non quæſiuit ſicut Chananæa micas, ſed ipſum panem vitæ amplexa eſt; Chananæa enim pro filiâ à dæmonio vexatâ interpellabat, & micas de menſâ cadentes petijt; Magdalena verò non filiam dæmonio vexatam habebat, ſed totum corpus laſciuiæ dæmoniacæ deditum*; cui abſtergendæ panis vitæ integer neceſſarius erat, tam difficile eſt quampiam, quæ libidinis mancipium fuerit, caſtitatem indipiſci, in caſtitate firmari.

In placentulis pro ſigno aſinus. Plut.

In placentulis, quæ in ſacrificiis fiebant, pro ſigno aſinum alligatum aliquos addidiſſe, didicimus ex Plutarcho lib. de Iſide, & Oſiride in hæc verba: PLACENTVLAS IN SACRIFICIIS *faciunt menſe Payni, & Phaophi, quibus pro ſigno aſinum alligatum addunt.*

Placenta in vrbis effigiem formata. Plut.

Feſtiuum illud eſt, quod de placentâ in vrbis effigiem formatâ legitur apud Plutarchum in Apophthegmatis; vbi de Scipione loquens, hæc habet: *Renunciatus Cenſor ademit iuueni equum quòd opiparè cœnaret, quo tempore oppugnabatur Carthago*, FORMATAM AD VRBIS EFFIGIEM PLACENTAM, *quam Carthaginem appellauit, conuiuis appoſuiſſet diripiendam. Quærenti cauſam, cur equum ſibi ademiſſet iuueni? Quia Carthaginem, inquit, me anteuertiſti diripere.*

CAPVT XXIII.

De pane, qui olim à populo Sacerdoti offerebatur, aliaque de panibus aliis.

Panes à populis offerri *olim ſoliti.*
Eulogia *quæ dicerentur.*
Formula *qua panis benedicebatur.*
Panis benedictio *maledictione plena.*
Ex pane vt ſanguis *effluxerit.*
Nudum panis nomen *magnum aliquid ſignificat.*
Frangere *panem pauperi cur iubeamur.*
Panes in lapides *verſi.*
Panis triticeus *maximè hominem confortat.*
Panis eſus poſt ablactationem *quid doceat.*
Panis coquendi *lex.*

Panis vendendus *non iuſti ponderis pauperibus in plateâ diſtribui alicubi ſolitus.*
Bethlehem, *quæ domus panis dicitur, cur Chriſtus elegerit, vt in ea naſceretur.*
Cor titubans *Chriſtus non amat.*

238. *Panes à populo offerri olim ſoliti.*

OFFERRI olim à populo panes ſolitos, quos ad Eccleſiam in hunc finem afferebat, Eccleſiaſticarum rerum peritis notum eſt, & notatum ab ipſis; hos panes iis Sacerdos diſtribuebat, qui die Dominico dominicum panem non ſumpſerant, aut diebus feſtis; peculiari autem formulâ ab ipſo priùs benedicebantur. Hincmarus (*Hincmar.*) Archiepiſcopus Rhemenſis capitul. cap. 7. cui hic titulus: *De pane ad eulogias benedicendo,* ita ſcribit: *Vt de oblatis, quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis, Presbyter conuenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido, & conuenienti, vt poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die Dominico, & in diebus feſtis,* (*Eulogia quæ dicerentur.*) *exinde accipiant; & illa, vnde eulogias Presbyter daturus eſt, antè in hac verba benedicat, & ſic accepturis diſtribuat, & micas ne incautè defluant cuſtodiat: Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere digneris hunc panem tuâ ſanctâ, & ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus cum fide, & reuerentiâ, & gratiarum tuarum actione ſumētibus ſalus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuerſas cunctorum inimicorum inſidias tutamentum; per Dominum noſtrum,* &c. Vides cautum ne micæ incautè defluerent, & deperirent.

239. Conc. Namnet.

Huius panis, huius moris meminit etiam Concilium Namnetenſe can. 9. dum ait: *Vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus, quos offerunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis, Presbyter conuenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido, vt poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerunt parati, eulogias omni die Dominico, & in diebus Feſtis, exinde accipiant; & illa vnde eulogias Presbyter daturus eſt, ante in hac verba benedicat. Oratio. Domine ſancte Pater omnipotens* (*Formula, quâ panis benedicebatur.*) *æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tuâ ſanctâ, & ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus ſalus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuerſas inimicorum inſidias tutamentum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam, ac ſalutem mundo, & tecum viuit & regnat,* &c.

Panis benedictio maledictione plena. S.Cyr.Ier.

Manichæi ita panem benedicebant, vt nihil niſi maledicta, benedictio illa contineret. Sanctus Cyrillus Ieroſol. catech. 6. *Eos qui afferuntur illis, cibos hilari facie percipientes, pro benedictionibus maledictis inſectantur. Cùm enim ignorans aliquis illis affert panem, Spauliſſum, inquiunt, extrà ſubſiſte, & benedicam tibi. Deinde in manus recipientes panem (quemadmodum illi, qui ex illis pœnitentiam agunt, confeſſi ſunt.) Ego te, dicit Manichæus pani, non feci, & execrans proycit in altum, & maledicit ei qui fecit illum, atque ſic factum comedit. Si oderis cibos, cur hilari facie intueris illos afferentem? Si danti habes gratiam, cur factorem, & Opificem omnium blaſphemas?* Et rurſus, *Ego te,* inquit, *non ſeminaui, ſeminetur ſeminans te. Ego te non meſſui falcibus, metatur metiens te. Ego te igne non coxi, coquatur qui coxit te. Pulchra ſanè gratiarum actio, quâ in Deum tot horrendæ blaſphemiæ, in homines maledicta iaciuntur.*

240. *Ex pane, vt ſanguis effluxerit.* Greg. Tur.

Ex pane ſanguinem effluxiſſe traditum à pleriſque. Gregorius Turonenſis lib. 5. hiſt. Franc. cap. 33. *Apud terminum Carnotenſem verus de effracto pane ſanguis effluxit.* Paulus Oroſius lib. 5. hiſtoriarum cap. 18. *Apud Aretinos cùm panes per conuiuia frangerentur, cruor è medys panibus, quaſi e vulneribus corporis, fluxit.*

Vel nudum panis nomen, magnum neſcio quid ſignificat. *Panis*, ait ſanctus Iſidorus lib. 20. cap. 2. *dicitur, quia omni cibo apponitur; vel quòd omne animal eum appetat; πᾶν Græcè omne dicitur.* Honorius Auguſtunenſis in gemmâ animæ lib. 1. cap. 99. ad Euchariſticum reſpiciens, ait: *Pan omne dicitur, ideo hic offertur, quia omnis ſalus animæ, & corporis in eo percipitur.* *Nudum panis nomen magnum aliquid ſignificat.* S.Iſid.Hiſp.

Frangere iubemur pauperi panem; Iſaiæ 58. *Frange eſurienti panem tuum;* cur potiùs non integer exhibeatur? An ſenſus eſt, etiam vnicum panem habeamus, non ob id tamen negandam eleemoſynam eſſe, ſed eſſe frangendum? Scitè Cæſarius Arelatenſis hom. 2. in Quadrag. *Non dixit,* inquit, *vt* INTEGRVM *daret, cùm fortè pauper ille alium non haberet, frange, inquit, hoc eſt dicere, etiam ſi per tanta tibi paupertas eſt, vt non habeas niſi vnum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue.* *Frangere panem pauperi cur iubeamur.* Iſa 58.

241. *Panes in lapides verſi.* Greg. Tur.

De panibus in lapides conuerſis dignum recenſitu eſt, quod narrat Gregorius Turonenſis de gloriâ confeſſ. cap. 108. his verbis: *Quidam pauper, & ſenex venit ad littus maris: & accedens ad portum petere eleemoſynam a nautis cœpit, atque illi, qui primus carinæ erat, importunior adſiſtebat, dicens: Da mihi aliquid. Tunc ille commotus, ait, Abſiſte quæſo, decrepite, & noli a nobis quærere quicquam: nihil enim hic præter lapides habemus. At ille ait; ſi lapides dicis eſſe quæ ex tuis dictionibus nauis hæc continet, vertantur in lapides, & ſtatim cunctum nauis onus quod mandi potuit, in ſaxum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas adſpexi marmore duriores; nam cùm in lapidis duritiam fuiſſent conuerſa, nunquam tamen colorem, quem habuerunt, perdiderunt, niſi eadem forma, eadémque ſpecies erat. Dominus autem nauis pœnitentiâ ductus, inquiſitum ſenem nunquam potuit reperire; & ſicut ferunt, per multas ciuitates, de ys, quæ in ſaxum mutata fuerant, ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent.*

Panis triticeus maximè hominem confortat, vt idcirco in hoc Sacramento adhibetur; quod innuebat etiam ſanctus Thomas 3. part. q. 74. art. 3. in corp. *Triticeus panis magis confortat hominem, & ita conuenientiùs ſignificat effectum huius Sacramenti.* *Panis triticeus maximè hominem confortat.* S.Thom.

De pane poſt ablactationem comedendo ita philoſophatur ſanctus Iſaac Preſbyter lib. 1. de contemptu mundi cap. 1. *Eſus,* inquit, *panis poſt ablactationem datur infanti, & homo, qui vult delectari in diuinis, priùs ſe debet à ſeculo, velut infans ab vberibus matrinis alienare.* *Panis eſus poſt ablactationem quid doceat.* S.Iſaac.

242. *Panis coquendi lex.* Stat.

De panibus coquendis lex exſtabat apud Cremonenſes in illorum ſtatutis rub. 592. his verbis concepta. *Statutū eſt, quòd piſtores, qui coquunt panem maſſarys, vel maſſaribus eâ die, vel ſequenti quâ ſibi dictum, vel requiſitum fuerit, coquant eiſdem, pœnâ, & banno decem ſoldorum imp. pro quolibet, & qualibet vice ſi non coquunt. Et prædictus piſtor debeat bene coquere, & aſſaſonare panem, & non ſtringere vnum cum altero, pœnâ, & banno decem ſoldorum imper. pro quolibet, & qualibet vice, & de prædictis, & quolibet prædictorum quilibet poſſit eſſe, & ſit accuſator, & credatur ſoli verbo accuſatoris. Et quod habeat, & accipere poſſit piſtor de quolibet ſextario panis, quem coqueriut, denarios duodecim computato dario, & nihil vltrà ... petere poſſint, & quòd quilibet piſtor teneatur coquere*

cuilibet

cuilibet petenti, ſub pœnâ prædictâ, & credatur vt ſuprà, & debent coquere ad modum ſextarij communis Cremonæ, & quòd dictus officialis victualium teneatur facere rimari per ciuitatem Cremonæ quid dederit de ſextario; quibus credatur cum ſacramento: & ſi inuenerit piſtorem contrafeciſſe, faciat illud quod excepit piſtor reſtituere; & vltra eum condemnare pœnâ ſuprâſcriptâ, & quòd piſtores poſſint retinere panem cuilibet perſonæ non ſoluenti, donec eis ſolutum fuerit de eorum mercede, & quòd piſtores, quorum furni, ſeu quos furnos tenent, ſunt proximiores habitationibus maſſariorum, & maſſariarum, teneantur ad coquendum modo, & formis prædictis, & non alij longinquo.

Panis venditus non iuſti ponderis pauperibus in plateâ distribui alicubi ſolitus. Stat.

In ciuitate Feltriæ panis, qui non iuſti ponderis apud venditores reperitur, pauperibus diſtribui in plateâ iubetur; ſic enim habent illorum ſtatuta lib. 1. rubr. 109. *Statuimus, quòd omnis homo, ſiue mulier, qui, vel quæ fecerit panem de malâ peſâ, banno duorum ſoldorum pro vnaquaque vucia, & abinde infra vice qualibet puniatur, & miles domini Poteſtatis, & iuratus teneatur totum illum panem de malâ peſâ dare, & diſtribuere pauperibus publicè in plateâ.* Sed vtili aliquo monito ex pane prompto caput obſignemus.

243. *Bethlehē quia domus panis dicitur cùm Chriſtus elegerit, vt in ea naſceretur.* S. Bern. *Cor titubans Chriſtus non amat.* S. Bern.

In Bethlehem Chriſtus eſt natus, panem vel in ipſo nomine habes; nam *domus panis* Bethlehem interpretatur; quid panis ad Chriſtum? an quia panis cor hominis confirmat, vt ait Regius Propheta, & ipſe cor firmum amat, non titubans, non vacillans, non inconſtans, non inſtabile? Præclarè ſanctus Bernardus ſerm. 6. in vigil. natiu. Dom. *Bethlehem domus panis eſt, vtique panis, qui confirmet cor (nam panis cor hominis confirmat.) Ibi oritur, ibi apparet, nec omnino amat cor titubans, aut vacillans, ſed ſtabile, & confirmatum; ſi quis murmurat, ſi quis hæſitat, ſi quis mutat, ſi quis cogitat reuolui in lutum, redire ad vomitum, deſerere votum, mutare propoſitum ſuum, non eſt Bethlehem iſte, non domus panis, nec in eo naſcitur Chriſtus; nec quieſcit. Tuum, Amor, eſt dum cor firmum amas, amore tuo firmare, cor ſtabilire; quod in nobis requiris, nos à te quærimus, à te expectamus.*

CAPVT XXIV.

Panes rurſus exhibentur.

Panes ob iram *negati.*
Ægyptij Sacerdotes cur à pane *abſtinerent.*
Epiſcopi, qui panibus *præſunt.*
Fames *malam panem ſiligineum reddit.*
Idem panis Duci, *&* militibus.
Proſchura *quid.*
Mulieres *prouectæ ætatis ad panem conficiendum electæ.*
Proſcurnicæ *mulieres quæ.*
In tabulâ æneâ *& panis modus, & percipientis nomen incidebatur.*
Panes in haſtilia *verſi.*
Panes in lapides *diuinitùs conuerſi.*
Latronum *panes in lapides mutati.*
Quorundam ritus *circa venales panes.*
Pane ſanguis *colligebatur.*
Dies Dominica, dies panis.
Panis crucem *referent.*
Crux *panibus impreſſa.*

Nolo panum, quos collegeram, fragmenta deperire; ex his quæ huc- uſque produxi, ſuperſunt hæc mihi, quæ lectori meo lubens offero, ne ſi ipſa mihi ſoli reſeruauero, me abeunte & illa ab aliorum notitiâ abeant. Bene mihi res à me obſeruatas ſeruo, ſi mihi vni non ſeruem, cæteriſque exponam, quòd omnium ſine alicuius præiudicio eſſe poſſunt; ſed rem pro verbis demus. 244.

Panes ob irâ negati. Liban.

Irâ percitus Imperator, ob illatam aliquam iniuriam, panes negabat: hinc illud Libanij tom. 2. orat. 13. *Ita prorſus à ſingulis iniuria laceſſitus Imperator; reprehenſione ad communionem ciuitatis redundante, irâ per dimidium diem excanduit; atque interim* PANES TRADITI NON SVNT; *deinde vt priùs fuit, & acceptio, & datio, & cum panibus quiſque domum ibat, tum qui occiderant, tum qui alia adiecerant.*

Ægyptij Sacerdotes cur à pane abſtinerent. S. Hier.

Ægypti Sacerdotes repetio à pane frequenter abſtinuiſſe, ne ſtomachum onerarent; his verbis ex Chæremone eorum abſtinentiam, ac temperantiam prodit ſanctus Hieronymus lib. 2. aduerſùs Iouinianum cap. 9. *Ægypti Sacerdotes ex eo tempore, quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire, carnibus & vino ſe ſemper abſtinuerint, propter tenuitatem ſenſûs, & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & ex hac potione naſcuntur. Pane rarò veſcebantur, ne onerarent ſtomachum, & ſi quando comedebant, tuſum pariter hyſſopum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorem illius calore decoquerent: oleum tantùm in oleribus ponerant, vendi & ipſum parum propter nauſeam, & aſperitatem guſtûs leniendam.*

Epiſcopi, qui panibus præſunt.

Epiſcopum dictum de eo obſeruo, qui pani præeſt, & venalibus rebus tanquam inſpector. Arcadius Imperator Digeſt. de muner. & honor. *Si*, inquit, *propriè dicuntur Epiſcopi, qui* PRÆSVNT PANI, *& cæteris venalibus rebus.* Noſtri Epiſcopi præſunt euchariſtico pani, Deique Eccleſiæ.

245. *Fames malū panem ſiligineum reddit.*

De pane ille verè cenſuit, qui à fame bonitatem haurire dixit, & excellentiam; in ſententiis Ethicopoliticis hæc habentur: PANEM MALVM *reddit ſiligineum fames.* Quid de pane euchariſtico dicendum? optimus panis eſt, ſentietur eius ſapor, eius dulcedo, eius vtilitas, ſi cum fame accedamus.

Idem panis Duci & militibus. Plut.

Eundem panem Duci, & militibus communem eſſe Romani valdè probabant. Plutarchus in C. Mario ita ſcribit: *Gratiſſimum eſt Romanis ſpectaculum, ſi in victu eodem Dux, ac miles pane veſcatur, vel humili in toro quietem capiat, vel ducenda foſſa, & vallo iaciendo vnà cum militibus manum admoueat.* Nos feliciores, qui non eundem, tamen cum Duce noſtro panem comedimus, ſub cuius vexillo militamus; ſed ducem habemus pro pane; Dux ipſe nobis panis fit.

Proſchura quid. *Mulieres prouectæ ætatis ad panem cōficiendū electæ.* Alex. Gueg.

Mulieres apud Ruthenos panem ad ſacrificandum, quem *Proſchura* vocant, conficere ſolent, ſeliguntur autem ad id mulieres prouectæ ætatis, quæ menſibus patiendis ampliùs non ſunt obnoxiæ; quod refert Alexander Guegninus in deſcriptione Moſcouiæ.

Proſcurnicæ mulieres quæ. Sigiſm.

Proſcurnicæ mulieres erant, quæ huic pani conficiendo præficiebantur, explicat Sigiſmundus in Commentariis rerum Moſcauiticarum, dum ait: *Proſcurnicæ ſunt mulieres iam effœtæ, quæ ampliùs menſes non patiuntur, & QVÆ PANEM ad ſacrificandum, qui proſcura dicitur, coquunt.*

246. *In tabulâ æneâ & panis modus,& percipientis nomen incidebatur.* Cod. Theod. *Panes in haſtilia verſi.*

Olim ænea tabula titulúſque fiebat, in quo & panis modus, & accipientis nomen incidebatur. l. 5. Cod. Theodoſ. de annon. ciuil. & pane gradili; hæc habentur: *Titulus figendus eſt æneus, in quem* & PANIS MODVS, ET PERCIPIENTIS NOMEN *debebit incidi.*

Panes in hoſtilia diuinitùs aliquando verſos comperimus; Cunera virgo domui Regis Rheni præfecta, à Rege dilecta, quod ferre Regis vxor non poterat; hinc dum acceptis panibus ad vſum pauperum palatium Cunera pertranſiret, viſa eſt à Rege; cui Regina, *Domine*, inquit, *mi Rex, ecce Cunera prodigioſè* PANES *diſpergit, ſicut oculatâ fide diſcere poteris.* Vocatur à Rege Cunera, quæ imperterrita Deum humiliter inuocauit, vt ab inſtanti calumniâ liberaretur; ex diuinâ igitur clementiâ panes vertebantur in haſtilia; ita refert Ioannes à Leyde Carmelita lib. 1. Chron. Belg. cap. 4.

Ioannes à Leyde. *Panes in lapides diuinitus conuerſi.* Ioan. Gerbr.

Panes non ſemel in lapides verſos certum eſt; ſingulare eſt quod narrat Ioannes Gerbrandus lib. 17. Chron. Belgic. cap. 11. accidiſſe anno Domini 1316. cùm peſtis, atque adeò fames graſſaretur; hæc eius verba: *In opido Leydenſi erat illis temporibus mulier patiens famem; miſerabiliter petens* PANEM *à propriâ ſorore, quæ negauit ſe habere panem vſque ad vnum. Reſpondit alia, & dixit: Soror mea dilectiſſima, ſcio quòd panis fuit in domo tuâ; at illa dixit, claudẽs viſcera pietatis: Si ſunt panes in domo meâ, peto vt lapides fiant; quod & ita nutu Dei factum eſt: quia & panes eius conuerſi ſunt* IN DVROS LAPIDES, *vſque in præſentem diem perſeuerantes, vnus enim illorum oſtenditur hodiernâ die cunctis hominibus in Leydis in Eccleſiâ ſancti Petri.*

Sigeb.

Huic affine eſt, quod narrat Sigebertus in Chronicis his ferè verbis: *Sabiniano Pontifice, pauper quidam, cùm à nautis eleemoſynam peteret, nec acciperet, dicente nauclero: Deſiſte eleemoſynam petere à nobis, qui nihil hîc præter lapides habemus. cùm ſubieciſſes pauper: Omnia ergo vertantur in lapides: quicquid manducabile in naui erat* IN LAPIDES *conuerſum eſt, formâ rerum earundem permanente.*

247. *Latronum panis in lapides mutati.* Ioan Gerbr.

Latronum quorundam panes in lapides conuerſos teſtatur ſuperiùs aduocatus Gerbrandus in Chron. Bel. lib. 3. cap. 17. his verbis: *Omnes latronum* PANES MVTATI SVNT IN LAPIDES *diuerſos, qui hodiernâ die in memoriam ſanctorum Martyrum obſeruantur.*

Quorundam ritus circa venales panes. Stat. Rip.

De venali pane ita ſtatuit communitas Riperiæ in ſtatutis criminalibus cap. 74. *Quòd deputati communitatis faciant calmerium panis venalis die Mercurij cuiuſlibet hebdomadæ, & piſtores teneantur conficere, & vendere panem de bono frumento, & bene coctum, & iuſti ponderis ſecundùm calmerium factum de tempore in tempus à deputatis prædictis, quod incipiat die Iouis poſt factum ipſum calmerium, & perduret per totam diem Mercurij ſequentem. Et teneantur manu tenere panem venalem ſufficienter, in pœnâ pro quacunque tranſgreſſione in aliquo de prædictis librarum quindecim paruorum, & amittendi panem diuidendum, vt in ſtatuto de commilitone communitatis, & plus arbitrio D. Iuſdicentis inſpectâ qualitate tranſgreſſionis. Et piſtores inuenti emere, vel habere in domo granatam, vel ſiliginem, vel vezzam, vel furfurem remacinatum, aut ſimile genus mali grani, vel farinam de eis, aut de eis quoquomodo facere, aut habere panem, condemnetur in libris quinquaginta paruorum pro quaque vice, & ſimul perdant granum, aut panem, vel farinam, applicanda pro dimidia communitati, & pro alia dimidia accuſatori.*

Et in principio regiminis cuiuſlibet D. Capitanei teneantur ipſi piſtores ſe ſcribi facere pro piſtoribus in Cancellariâ communitatis, & ſatiſdare idoneè ſaltem de libris centum paruorum, & aliter non poſſint conficere, nec vendere panem pœnâ ſupraſcriptâ pro quaque vice, quâ contrafecerint, vel vendiderint de eo, & amittendi panem, applicanda vt ſupra. Et poſtquam fuerint ſcripti, teneantur perſeuerare in faciendo panem venalem per totum illud regimen.

Et nullus piſtor, nec aliqua alia perſona poſſint vendere panem confectum cum butyro, nunc vocatum buccellam, pœnâ cuicumque vendenti librarum viginti paruorum pro quaque vice, & amittendo panem, applicanda vt ſupra. Buzzolani autem ſine butyro fiant, & vendantur ſecundùm prouiſiones faciendas de tempore in tempus ab ipſis deputatis, & non aliter pœna prædicta, & amittendi buzzolanos, diuidenda vt ſupra.

Pane olim ſanguinem colligebant. Tertulliani hæc ſunt verba in Apolog. cap. 8. *Pater ſacrorum,* 248. *Pane ſanguis colligebatur.* Tertull.
ait: *Infans tibi neceſſarius eſt adhuc tener, qui neſciat mortem, qui ſub cultro tuo rideat; item* PANIS, *quo ſanguinis virulentum colligas*; nos in eucharistico ſanguinem collectum habemus, & veneramur, teſtante hoc fide, quæ falli non poteſt, non poteſt fallere.

Dies Dominica dies panis. S. Chryſ.

Olim dies Dominica *dies panis* dicebatur, quia nempe fideles omnes eo die ad menſam eucharisticam accedebant; diſco id ex ſancto Chryſoſtomo hom. 5. de Reſurrect. vbi ait: *Ab ipſa eſt dies, quam fecit Dominus, dies Dominicus, alij* DIEM PANIS, *alij dicunt diem lucis*; eſt dies lucis, quia dies panis, luce quippe ſupernâ perfunduntur, qui cœleſtem edunt panem.

Panis crucem referens.

Placentæ in orbem formabantur; ſed ita vt decuſſatæ eſſent per medium inciſione quadam hac figura ⊗; & quæque pars quadra dicebatur quia pars quarta placentæ integræ. liquidum hoc ex Poëta coniungente orbem cum quadris. ſed clariùs idem in Moreto,

Format opus, palmáque ſuum dilatat in orbem,
Et notat expreſſis æquo diſcrimine quadris.

Crux panibus impreſſa. Pet. de Natalib.

A noſtris crucem impreſſam panibus probant hæc Petri de Natalibus verba lib. 7. cap. 113. vbi de ſancto Seuero Abbate ita ſcribit: *Ipſe autem diebus Dominicis ſingulis poſt perceptam Euchariſtiam, panem vnicum ſumens, ſic hebdomada integra ſine cibo alio perdurabat. Cui ſanctus* PANEM CVM CRVCE IMPRESSA *ſingulis diebus Dominicis deſtinabat.* Apud Ieremiam lignum pani adnexum reperimus, impij enim dicebant: Mittamus lignum in panem eius, cap. 11. 19. quod de cruce aliqui Patres accipiunt, cui affixa caro Chriſti velut panis eſt.

EXCVRSVS XVII.

Probi quidem panes, qui pietatem nutriunt, & fouent.

Bonus panis obedientia.

Duris *ſubditos exercendos panis ſimilitudine explicatur.*

Lætitiæ *panis beneficentia eſt.*

Panis Angelorum *ſermo diuinus.*

Bonus ieiunij *panis.*

Vtilis panis charitas, *& dilectio.*

Pulcher panis ſapientia.

Panis Dei ſermo *in anima viſcera traijciendus.*

Panis

Panis animam ſatians, Deus *eſt.*
Viuificus panis Chriſtus.
Optimus panis Chriſtus *Ieſus.*
Vbi formatus, *vbi* coctus *iſte panis.*
Quantâ auiditate *edendus Angelicus panis.*
Per huius ſeculi mare nauigans, panem Chriſtum *ſecum deferat.*
Panis eucharistici ſuauitas, *excellentia.*
Cur panis Euchariſtiæ ſacramentum *dicatur.*
Euchariſticus panis mentem alit, *& vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat.*
Panis fractio *iram Dei fractam ſignificabat.*
Noxius panis tranſitoria voluptas, *quæ in fel conuertitur.*

249. AD nudam rerum notitiam hîc non ſpectabo; pietatem nutriam, ac foueho aliquibus monitis à pane deſumptis, qui corpus nutrit.

Bonus panis obedientia. Thom.

Bonus panis obedientia eſt, omni alio præferendus, qui ad æternitatem alit, ad cœlum eos euehit, à quibus comeditur, de hoc pane ita loquitur pius ille auctor Thomas à Kempis concl. 19. *Venientibus de ciuitate diſcipulis, cùm ad manducandum hortarentur Ieſum*, IPSE OBEDIENTIÆ PANEM, *qui animam Deo ſubiectam gratioſiſſimè paſcit, oſtendit omni corporali cibo eſſe præferendum. Nullus ſapidior guſtatur cibus, nec pinguior menſa amantis oculis præponitur, quàm impletio mandati cœleſtis.*

Duris ſubditos exercẽdos, panis ſimilitudine explicatur. S. Io. Clim.

Similitudine à pane deſumptâ ſubditos duris reprehenſionibus exercendos; ita quidam explicabat apud ſanctum Ioannem Climacum gradu 4. nam cùm grauiter in quendam innocentem eſſet inuectus, interrogatus cur id feciſſet? *Haud*, inquit, *ignoro, pater, innocentem eſſe, ſed quemadmodum æquum non eſt, ſed delendum, ſi ab eſurientis ore infantis* PANEM *deripias; ita nocet & ſibi ipſi præces, & ſubiecto, qui illi non ſemper augendæ coronæ, quantum quidem illum ſuſtinere poſſe cognoſcit, ſiue irrogandis contumelijs, ſiue ignominijs afferendis, ſiue contemnendo illo, ſiue illudendo occaſionem præbet.*

250. Bonus *lætitiæ panis* beneficentia eſt; hoc eam titulo donat ſanctus Gregorius Nyſſenus hom. 10. in Cant. PANIS LÆTITIÆ *eſt beneficentia, conditus melle præcepti*; dulcis, ſapidúſque hic panis non ſolùm ei, in quem, ſed in eo, a quo exercetur.

Lætitiæ panis beneficentia eſt. S. Greg Nyſſ.

Panis Angelorũ ſermo diuinus. S. Greg. Naz.

Panis Angelorum quiſnam ſit explicat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 30. quæ eſt in laudem Baſilij: PANIS ANGELORVM SERMO DIVINVS EST, *quo aluntur, atque irrigantur animæ Deum eſurientes, ac cibum non defluentem & abeuntem, ſed perpetuò manentem, expetentes.*

Bonus ieiunij panis. S. Nilus.

Ieiunium ipſum ſapidus panis eſt, & ſalutaris; ſanctus Nilus in parænesi: *Bonus ieiunij eſt panis, quandoquidem à voluptatis pane immunis exiſtit.*

Vtilis panis charitas, & dilectio. Pet. Cell.

Vtilis panis charitas, & dilectio eſt; cuius vtilitates ſic ediſſerit Petrus Cellenſis lib. de panibus cap. 27. *Nam ſi initium vitæ humanæ panis, multo magis initium, & conſummatio animæ, panis dilectionis. Reficit panis eſurientem, & charitas perficit deficientem*; PANIS CORPVS HOMINIS CONFIRMAT, SED CHARITAS COR VIVIFICAT: *cum pane cætera vtiliter eduntur, cum charitate omnia ſalubriter ſumuntur; ſpecialis cibus hominum panis, ſingularis virtus animarum charitas: ſine pane vilis eſt menſa, ſine charitate contemptibilis eſt anima: cum labore panis de terrâ educitur, cum multa inſtantiâ charitas poſſidetur; panis inueteratus, & neglectus induratur, & refrigeratur, charitas ſi ab operatione ceſſauerit, ſuccreſcente iniquitate aut aboletur, aut minoratur.*

Pulcher panis ſapientia eſt, de quo ita ſcribit Richardus Victorinus in Pſalm. 80. *Mittit cryſtallum ſuum ſicut buccellas: non vt buccellam, ſed buccellas, vt habeas vnde ſæpiùs os tuum impleas; ſed quis eſt hic panis cryſtallinus tam durus, tam purus? Pulcher quidem ad videndum, ſed fortis ad maſticandum. Hinc eſt, quod cœleſtis;* PANEM SAPIENTIÆ *omnes penè concupiſcunt, ſed pauci admodum apprehendunt. Paruuli, inquit, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Mirabilis hic panis, quem & paruuli concupiſcunt, & nec magis frangere poſſunt. Sed quid mirum tamen ſi paruuli concupiſcunt propter cryſtallinam pulchritudinem? vel quid mirum ſi magni frangere nequeunt propter cryſtallinam duriciem?* 251.

Pulcher panis ſapientia. Rich. Vict.

Panis Dei ſermo in animæ viſcera traijciendus. S. Bern.

Panis Dei ſermo eſt, qui vt benè ſeruetur, in animæ viſcera traijciendus eſt; panis corporalis in viſcera traiectus à furibus tutus eſt, ita & ſpiritualis; feſtiuè ſanctus Bernardus ſerm. 5. de adu. *Sic ſerua*, inquit, *ſermonem Dei quomodo melius ſeruare potes cibum corporis tui, nam & ille panis viuus eſt, & cibus mentis;* PANIS *terrenus dum in arcâ eſt poteſt à fure tolli, poteſt à mure corrodi, vbi verò comederis illum, quid horum timeas? hoc modo cuſtodi verbum Dei, Beati enim qui cuſtodiunt illud, ergo traijciatur in viſcera quædam animæ tuæ, tranſeat in affectiones tuas, & in mores tuos.*

Panis animam ſatians Deus ipſe, hoc ſi pane careat, fame perit. Sanctus Auguſtinus lib. 1. confeſſ. cap. 13. ita Deum alloquitur: *Deus lumen cordis mei, &* PANIS ORIS *intus animæ meæ, & virtus maritans mentem meam.* 252.

Panis animã ſatians Deus eſt. S. Aug.

Viuificus panis Chriſtus. Iſa. 30. 20. S. Cyr. Alex.

Viuificus panis Chriſtus eſt; ſanctus Cyrillus Alexandrinus explicans illa verba Iſaiæ 30. v. 20. *Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem*, quæ LXX. vertunt: *Panem tribulationis, & aquam anguſtam*; ait; *Panis igitur & aqua viuifica Chriſtus eſt, ſed cum labore, & ſudore inuenitur.*

Optimus panis Chriſtus Ieſus. S. Pet. Chryſ. Ioan 6.

Bonus panis eſt Ieſus Chriſtus, de cuius paraturâ, & coctione pulchrè diſſerit ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 67. ait enim: *Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi; ipſe eſt panis, qui ſatus in Virgine, fermentatus in carne, in paſſione confectus, in fornace coctus ſepulchri, in Eccleſijs conditus, illatus altaribus, cœleſtem cibum quotidie fidelibus ſubminiſtrat.*

Vbi formatus, vbi coctus iſte panis. Petr. Bleſ.

Vbi formatus, vbi coctus ſit iſte panis, & vbi diſpenſetur, adpoſitè explicat Petrus Bleſenſis ſerm. 13. in Quadrag. his verbis: *Panis, qui de cœlo deſcendit, formatur in vtero Virginis, decoctus in clibano crucis, diſpenſatur per eos ſuper menſam altaris.*

Quantâ auiditate edẽdus euangelicus panis. S. Bern.

Quantâ auiditate edere ex hoc Angelico pane debeamus eius odore capi, eius ſuauitate, innuebat ſanctus Bernardus cap. 45. de paſſione Domini: *Beſtia quædam*, inquit, *odore cocti panis, & recentis ita delectatur, vt vbicumque illum ſenſerit, illum ſequatur etiam vſque ad interitum. Ecce, ipſo teſte, panis viuus, qui de cœlo deſcendens decoctus duplici igni charitatis & paſſionis odorem ſuum longè latéque diſpergit. Quis hunc non ſequatur? ſequitur irrationalis beſtia odorem panis cocti, & conſumendi; non ſequitur homo rationalis odorem panis bis cocti Angelorum, &c.*

253. *Per huius ſeculi mare nauigans panem Chriſtum ſecum deferat.* S. Bern.

Per huius ſæculi mare nauigaturus Ieſum tanquam panem vehere ſecum debet, ne deficiat; ſcitè idem ſanctus Bernardus cap. 43. de Paſſione

Dom.

Dom. *Præterire*, inquit, *non poſſumus quòd tranſituri mare* PANEM BIS COCTVM *neceſſarium habent. Quicunque ergo ſe in hoc mare magno huius ſæculi eſſe cognouerit, ſi ſecurus vult eſſe, habeat hunc panem coctum fortiſſimum Ieſum in naue crucis ſuæ, quem comedat, quem adoret, quo reficiatur.*

Panis eu horiſtici ſuauitas, ex elloquentia. Anonym.

Panis ſub Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus eſt, quo comedentis mens nutritur; de huius panis ſuauitate, dulcedinéque ita Anonymus auctor, ſed valdè pius ſentiebat, dabo eius verba, ſuam pietatem, amoréinque ſummum redolentia, de præparat. ad Miſſam tract. 4. lib. inedito, quem alibi produximus, ita inclamat: *O* PANEM DIGNISSIMVM, *& venerandum; ô panem puriſſimum, &, benedicendum; ô panem virtuoſiſſimum, & laudandum; ô panem mundiſſimum, & glorificandum; ô panem dulcoroſum, & saporoſum! O memoriale ſaluificum, ô donum cœleſte, ô ſacrificium ſingulare, ô liberaliſſimum munus, ô incomprehenſibile bonum, ô ſuauiſſimum, & indiſſolubile gluteinum, ô dilectioſum obiectum, ô venerabile ſacramentum, ô conſolatio pauperum, ô via errantium, ô lumen in tenebris ſedentium, ô dulciſſimum ſolatium, ô veriſſimum gaudium, ô totum refugium, & omne deſiderium meum!*

254. *Cur panis Euchariſtia ſacramentum dicatur.* B. Alg *Euchariſticus panis mentem alit, & vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat.*

Panis euchariſticus Sacramentum dicitur, non quia ibi verè panis ſit, ſed quia ex pane conficitur, paniſque accidentia remanent; aut etiá, quia mentem reficit, vt panis corpus; ſcite B. Algerus lib. 1. de Sacram. cap. 6. *Diuina pagina corporis Domini* PANEM VOCAT *non ſubſtantialiter, ſed myſticè, & figuratè dici, vel quia ex eo conficitur, eiúſque nonnullas retinet qualitates, vel quoniam animam paſcit, eique vitæ æternæ miniſtrat ſubſtantiam.* & nonnullis interiectis; *Corpus Domini vocatur eâ ſimilitudine, quá ſicut panis materialis carnem, ſic ipſe ſpiritualis alit mentem.* & cap. 12. ex mente

S. Ambr.

Beati Ambroſij: *Iſte* PANIS VIVVS, *qui de cælo deſcendit*, VITÆ ÆTERNÆ *ſubſtantiam ſubminiſtrat.*

Panis fractio iram Dei fractam ſignificabat. S. Bern.

Chriſtus fregiſſe in cœnâ panem teſtatur ſanctus Matth. cap. 26. *Benedixit*, inquit, *ac fregit*; fractio iſta notabat Chriſti, & Patris iram fractam. Pulchrè ſanctus Bernardus apud Tilmannum: *Fregit per gratiam, vt ſuam, & Patris frangeret iram: dixit enim Deus, vt diſperderet nos, ſi non vnicus electus eius ſtetiſſet* IN CONFRACTIONE, *vt auerteret iram eius.* Vbi cœleſtis confringitur cibus, non poteſt non confringi Dei ira, quæ in nos deſinit deſæuire, cùm incipit in nos Dei amor per euchariſticum panem effundi.

255. *Noxius panis tranſitoria voluptas, quæ in fel conuertitur.* Iob 20. S. Greg.

Probos, vtileſque panes dedi, qui auidè comedantur, oſtendam quemdam noxium, qui reiiciatur. Noxius panis tranſitoria delectatio eſt, quæ in fel amatori ſuo vertitur; Iobi verba ſunt: *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum.* cap. 20. ſanctus Gregorius lib. 15. moral. cap. 6. ita hunc locum verſat: PANIS *eius in vtero illius vertitur in fel aſpidum intrinſecus, quia* SATISTAS TRANSITORIÆ DELECTATIONIS *in retributionis fine ad amaritudinem vertetur.* Addit, *Panis iſte aliud in ore ſapit, ſed aliud in vtero; quia tranſitoria delectationis lætitia dulcis eſt, cùm hic quaſi mandendo agitur, ſed amareſcit in vtero, quia peractâ lætitiâ deglutitur ad pœnam.*

Rich. Vict.

Richardus Victorinus in Canticis Cant. cap. 21. eódem ſpectabat, eadem verba explicans: PANIS, inquit, *eius in vtero vertetur in fel aſpidum intrinſecus: quia* TERRENA DELECTATIO *in fine retributionis amara Dæmonum perſuaſio fuiſſe cognoſcitur, dum hanc paſti ad æterni cruciatus amaritudinem perducantur.* Reiiciendus hic panis, vel iam mente receptus, mente euomendus.

Sed quia nos panis tractatio diu detinuit, ad lactucas quoque accedamus, nam hoc verborum ordo exigit, exigit paſchalis agnus, qui cum lactucis Dei iuſſu comedendus erat; ideo ſit

---

CAPVT XXV.

Cur agni carnes cum lactucis aggreſtibus comederentur.

Lactucarum nomine *amaræ herbæ intelliguntur.*

Herbarum amarities *in mentem Hebræis reducebat duram ſeruitutem.*

In lactucis *Ægyptiorum mores vt ſignificati.*

Feſtos dies in luctum *Hebræis vertendos amaræ lactucæ ſignificabant.*

Lactucæ amaræ ad peccatorum pœnitentiam *nos vocant.*

In lactucis *agreſtibus cordis* compunctio.

Lactucæ amaræ amaram peccatorum recordationem *ſignificant.*

Se caſtigare *debet, qui agnum cum lactucis comedit.*

Lactucæ amaræ, amarè *cogitandam Chriſti* paſſionem *clamant.*

Ieiunij *amaritudo vt à Pharaone liberemur.*

Vtiles Chriſti ſermones, *quamuis amari videantur.*

Libenti animo labores *perferendos lactuca indicabant.*

Lactucæ duram vitam *ſignificant.*

Lactuca media mulieres *non comedebant.*

Lactucæ integræ *menſis apponebantur, vt ſordidum eſſet, apponere dimidiatas.*

Lactuca mortuorum *cibus.*

Lactuca Venerem *extinguere putabatur.*

Eunuchus *cur lactuca dicebatur.*

A lactucâ vt cœnam *Romani inchoarent.*

Lactucæ eſus per ſomnium *morbos portendere credebatur.*

Lactuca donum *Romanis datum.*

Lactucarum eſu amaros homines *ſe eſſe Iudæi produnt.*

LACTVCAS agreſtes cum agni carnibus comedendas legiſlator iubet, cùm ait, *& panes azymos cum lactucis agreſtibus*, Exod. 12. 8. Hebraicè eſt על מרורים *al merorim*, cum amaritudinibus, ſeu cum amaris, ſcilicet herbis; complures herbas quaſlibet amari ſaporis intelligunt. Ita Lyranus, cuius hæc ſunt verba: *In Hebræo habetur cum amaritudinibus, & per hoc intelliguntur herba amara indifferenter, nec plus fuit præceptum de lactucis, quàm de alijs herbis.* Abulenſis in cap. 12. Exod. explicans hæc verba, ait: *Dicuntur iſtæ lactucæ quædam herbæ amaræ ad ſimilitudinem lactucarum, quæ in hortis naſcuntur, ſed minores ſunt, & aſperiores, & amaræ; fiebat autem hoc ad ſignandam amaritudinem, de quâ tunc exierunt, iſtæ* 256.

Lactucarum nomine amaræ herbæ intelliguntur. Exod. 12. 8.

Lyran.

Abul.

enim

enim erant finis principalis, vt recognitâ miſeriâ, quam ibi ſuſtinuerant, & diuinâ liberatione mirabili, aſſurgerent in magnas laudes Dei.

Herbarum amarities in mentem Hebræis reducebat durã ſeruitutem. Theod.

Hæc portò amarities in mentem reducebat Hebræis afflictionem Ægyptiacæ ſeruitutis, vt lactucas agreſtes, amaraſque comedentes, recordarentur eorum, quæ paſſi in Ægypto fuerant. Pulchrè Theodoretus quæſt. 24. in Exodum: *Cum lactucis agreſtibus agnum manducare iuſſit in memoriam durisſimæ ſeruitutis, & acerbiſſimæ vitæ in Ægypto tranſactæ.*

In lactucis Ægyptiorum mores vt ſignificati. R. Cbiah.

De lactucis, quæ in Paſchate comedi ſolent, ita apud Hebræos R. Cbiah philoſophatur; Lactuca *initio dulcis eſt, ſed deſinit in amaritiem; ita Ægyptij fecerunt in noſtros patres, dum eſſent in Ægypto, primò dixit Pharao Ioſepho; fac vt pater tuus, & fratres optimo terræ loco habitent, & poſtea eos afflixit, & amaritudine eorum vitam repleuit.*

257.

Feſtos dies in luctum Hebræis vertendas amara lactuca ſignificabant. S. Gregor. Thaum. Amos 1.

Feſtos dies in luctum Hebræis vertendos indicabant amaræ illæ lactucæ, quas cum agno comedere iubebantur; huc nos vocat ſanctus Gregorius Thaumaturgus ſerm. 2. in Annúciatione B. V. Mariæ, in hæc verba: *Oportet igitur nos hanc feſtiuitatem celebrare: quoniam gaudio, atque lætitiâ cunctum terrarum repleuit orbem. Celebremus igitur nos eam in pſalmis, & hymnis, ac canticis ſpiritualibus. Celebrauit olim & Iſrael: at in azymis, & herbis amaris, de quibus ait Propheta: Conuertam feſtiuitatem ipſorum, in dolores, & luctum; & lætitiam eorum in triſtitiam: noſtrum porrò luctum Dominus noſter, per fructus pœnitentiæ in gaudium ſe conuerſurum affirmauit.*

Lactuca amara ad peccatorum pœnitentiam nos vocant. S. Greg.

Ex amaris hiſce, quæ in agni eſu edebantur, vtilis probis moribus nutriendis ſuccus exprimitur ſi ſalutaria ex illis monita colligantur, quod hîc à nobis fiet. Et in primis lactucarum amaritudo peccatorum amaram recordationem ſignificat, quæ pœnitentiæ fletibus diluatur. S. Gregorius hom. 21. in Euang. ita ſcribit: *Lactuca verò agreſtes valdè amaræ ſunt. Carnes ergo agni cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ, vt cùm corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho peruerſæ humorem vitæ.*

In lactucis agreſtibus cordis compunctio. S. Alger.

In lactucis agreſtibus cordis compunctionem notatam indicat ſanctus Algerius lib. 1. de ſacramento Altaris cap. 22. *Lex*, inquit, *dedit in lactucis compunctionem, vt non ſolùm exterius, ſed etiam interius pœnitentiam agamus.*

Lactuca amara amaram peccatorũ recordationem ſignificant. S. Eligius.

Lactucæ amaritudo hoc quoque innuebat, peccatorum recordatione, atque dolore Dei miſericordiam flectendam; pœnitentiæ memores, quæ vt ex culpâ amara eſt, ex veniâ eſt dulcis. Eleganter Eligius: *Lactuca*, inquit, *agreſtis, valde amara eſt, & in vinis luxuriam reprimit: ſignificat autem hoc, vt quando ad corpus Chriſti, qui verus agnus eſt, ſumendum accedimus, quamuis de redemptione lætemur, amaritudinem tamen ex recordatione peccatorum habeamus, vt dulceſcat ex veniâ, quod amareſcit experientiâ, ſimùlque refrenatâ luxuriâ, ſeruetur cordis, & corporis munditia.*

258.

Lactuca amara, amarè cogitandam Chriſti paſſionem clamãt. B. Rupert.

Agni aſſi eſum ita ad morem flectit Thomas à Kempis conc. 32. *Quis eſt qui agnum aſſum cum lactucis manducat? qui Chriſtum in cruce paſſum dolenter cogitat, & innocenter viuendo ſe caſtigat.* B. Rupertus lib. 2. comment. in Exodum cap. 11. ita rem verſat: *Lactucas agreſtes, quæ valde amaræ ſunt, ſimul comederunt, quia profectò propter illa, quæ dicebantur, iam in ſummâ triſtitiâ erant, & per totum triduum amaritudini paſſionis eius ſatis moleſtè communicauerunt.* Ab Apoſtolis rem ad nos transfert ſtatim: *Eorum ergo exemplo carnes agni cum lactucis agreſtibus comedemus cùm corpus Redemptoris accipientes, noſmetipſos pro peccatis noſtris affligimus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat a mentis ſtomacho peruerſæ humorem vitæ.*

Ieiunij amaritudo vt à Pharaone liberemur. Ioan. Clim.

Quî nobis amaritudines comedendæ, quæ azyma, vt à Pharaone abeamus, ſcitè docebat Climacus gradu 14. dum ait: *Noli errare, nunquam à Pharaone liberaberis, neque ſempiternum Paſcha celebrabis, niſi ſemper amaritudines, & azyma comederis. Amaritudines ſunt ieiunij violentia, & afflictio, azyma ſenſus maximè inflatus.*

Vtiles Chriſti ſermones quãtus amari videantur. S. Ambr.

Herbarum amarities in agni eſu tectè innuebat, vtiles Chriſti ſermones, quamuis alioquin amaritiæ aliquâ referti ob ſui difficultatem videantur, ſalubriter deuorandos. Siſtenda hîc ſunt ſancti Ambroſij verba, qui ſerm. 2. ita rem explicat; *Cùm Paſcha illis celebrandæ ſacramenta diſponeret, ait: Manducabitis illud cum amaritudine: Paſcha enim Domini eſt. Non enim (ſicut illi putant) iuſſit herbarum vilium acerrimos ſuccos cum aſſis agni carnibus manducari, ſed mandatorum Chriſti vtiliter amaros ſermones præcepit cum ipſo Sacramento paſſionis Dominicæ deuorari. Non ne enim amari videntur ſermones Domini, cùm dicit: Si vis perfectus eſſe, relinque omnia tua, & veni ſequere me? & cùm dicit non habendas duas tunicas, neque peram, neque calceamenta? Amaritudo iſta ſermonum, medicina eſt animarum.*

259.

Libenti animo labores perferẽdos lactuca indicabant. S. Cyr. Alex.

Rem aliter verſat ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 17. de ſanctis feſtiuitatibus, docerique nos putat libenti æquóque animo labores nobis ſubeundos, ferendas ærumnas, & calamitates, Chriſti participes dum ſumus. hæc illius verba: *Quòd cum amaris herbis comeditur, id verè per ænigma deſignat, nos ipſos quoque quibuſcumque ad participandũ Chriſtus proponitur, pro eius amore ærumnas, & acerbos labores libentiſſimè perpeti, illum ſequentes, qui pro nobis mortis iter agreſſus eſt.* Abit, qui voluptatibus inhiat, à laboribus abit, quantum poteſt. Hom. 16. de feſtiuitatibus iiſdem verbis rem paulo antè ve ſauerat: *Proponis*, inquit, *in lactucis agreſtibus velut imaginem, ac typum eorum, quæ moleſtiam animis inferunt; cùm inquam inimici vexant, cùm agitamur tentationibus, cùm ſudoribus, ſi caſus ferat, pro Chriſto perferendis, exercemur. hæc enim velut amarore quodam aſpergunt mentem, & ærumnis intolerabilibus cruciant.*

Lactuca duram vitam ſignificant. Nicet.

De lactucis agreſtibus ita philoſophatur Nicetas ad orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni: *Per agreſtes lactucas, vita dura, & voluptatum domitrix, & quæ ſenſibus difficulter capi poſſit, nobis ſignificatur: quia omnis diſciplina in præſenti non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris, acerba quoque incipientibus ea vitæ ratio eſt, quæ ad diuinæ legis amuſſim exigitur.*

260.

Lactuca media mulieres non comedebant. Plut.

Sed quia hîc ſumus, alia de lactucis, à nobis congeſta, perito lectori offeram, quæ fors illi non inania. Olim lactucæ media mulieribus comedere non licebat; innuit hoc Plutarchus quæſt. conuiuial. lib. 4. quæſt. 15. cuius quæſtionis titulus dumtaxat habetur, qui huiuſmodi eſt: *Cur lactuca media non comedant fœminæ.* Cauſam ille quærit, & rem oſtendit, cùm illam ille non reddiderit, in nudo ſiſtimus ritu, & relinquimus aliis diuinandam.

Lactucæ integra menſis apponebãtur, vt ſordidũ eſſent apponere dimidiatas. Capitol.

Lactucæ integræ menſis apponebantur, adeò, vt ſordidus & illiberalis audiret, qui dimidiatas exhibebat; idem in carduis factitatum. Indicat hoc Capitolinus in Pertinace, cuius verba ſubiicio: *Erat illiberalis, ac propè ſordidus, vt dimidiatas lactucas, & carduos in priuatâ vitâ conuiuis apponeret.*

apponeret Mos ergo erat vt integræ apponerentur, cùm ſordidi eſſet dimidiatas date.

Lactuca mortuorum cibus. Eub.

Lactuca *mortuorum* cibus vocabatur, ſic eam nominat Eubulus in Aſtytis, *mortuorum cibum.* Mundo, & ſibi moriatur qui lactucam cum agno comedit, & Agnum euchariſticum ſumit.

Lactucam Venerem extinguere putabatur Athen.

261. Putabatur lactuca Venerem extinguere, ac veluti hebetare. Athenæus lib. 2. gymnoſoph. ad finem.

Amphis in ſalem
Inter lactucas, quæ peſſimè pereant
Has ſi quis edat, vel nunquam ſexagenarius,
Conſuetudinem cum fœminâ is nunquam habiturus eſt.

Addit de Adonide in lactucis occultatum. Callimachus refert Venerem Adonim in lactucis occuluiſſe; poëtis innuentibus, qui aſſiduè lactucâ veſcuntur, ad Venerem eſſe inualidos. Eubulus in Aſtytis.

Lactucas, vxor, mihi ne opponito
In mensâ, vel alioquin te ipſam accuſato. Sic ille.

Eunuchus cur lactuca dicebatur. Athen.

Ab hac causâ Eunuchus dicta lactuca eſt, quaſi eunuchos redderet eos, à quibus comederetur, ita refert Ibycus Pythagoricus apud eundem Athenæum eodem loco; hæc eius verba: *Ibycus Pythagoricus eam lactucam, quæ latis eſt naturâ folijs, ac diſtentis, & ſine caulâ, Eunuchum appellari ſcribit, & à mulieribus aſtydida, quæ ciet lotium, & Venerem hebetat.* Sic ille.

Laur. Lipp.

262. Lactucam Veneri extinguendæ idoneam eſſe firmat illud Laurentij Lippi.

Surgentem Venerem mollis lactuca moratur,
Deuoret erucas, qui cupit eſſe ſalax.

A lactuca vt cœnam Romani inchoarent. Mart.

Cùm principio ſolerent Romani lactucâ veſci, vel cauere exitum, poſtea factum eſt, vt ex aduerſo inde cœnam inchoarent, qui mos in hodiernum vſque diem durat; cur autem id factum, ſe neſcire fatetur Martialis, dum canit:

Claudere, quæ quondam lactuca ſolebat auorum;
Dic mihi cur noſtras inchoat illa depes?

Lactucæ eſus per ſomnium morbos portendere videbatur. Aſtr.

Lactucarum eſus per ſomnium viſus morbum portendere Gentilibus putabatur Aſtrampſychus.

Lactucis veſci corporis denotat morbum.

Lactucam dono Romanis datam. Plut.

263. Lactucam dono datam, reperimus. Plutarchus de Catone minore, in eius vitâ hæc refert: *Poſt, Fauorino Ædili creato cùm in cæteris magiſtratus muneribus præſtò fuit, tum ludos eius in theatro curauit, dedítque coronas thymelicas, non aureas, ſed vt thympijs, ex oleaſtro dona loco magnificarum, Græcis Betam, lactucam, raphanum, pyra; Romanis vini amphoram, carnem ſuillam, ficus; cucumeros, lignorum faſciculos; quorum vilitatem alij inuidebant, alij oblectabantur, Catonis auſteritatem, & contractionem videntes tranſire ſenſim in remiſſionem.* Hactenus ille; ſed lactucis illis caput obſignandum, à quibus exordium ſumpſimus.

Lactucarum eſu amaros homines ſe eſſe Iudæi prodût. S. Zeno.

Agnum cum lactucis amaris, agreſtibúſque herbis manducant Hebræi, vt amaros ſe homines, agreſtéſque vel ſic prodant; nam alij eſſe poterant, dum, vero Agno neglecto, vmbratilem manducant. Premit eos eleganter ſanctus Zeno ſerm. 14. de Exodo, ait enim: *Potiuntur eorum Romani regno; nihil, vt arbitror, reſtitit illis proprium, niſi quòd agno ſalutari neglecto, ingrati viles agnos, cum amaritudine homines amari manducant;* agnum ſuum cum amaritudine non manducat Chriſtianus, vt vel ſic moueatur muneris eius eſſe ab omni amaritudine immunem ſe ſeruare.

EXCVRSVS XVIII.

Euchariſtici Agni eſum mortificationis amaritudo comitetur.

Sine carnis mortificatione *vera mentis ſinceritas vix acquiritur.*

Se ipſum affligat, *& carnem premat, qui Chriſti corpus ſumit.*

Mortificationis myrrha *cum* Euchariſtiæ *dulcedine.*

Mortificationis *exemplum ſingulare.*

Ante euchariſticum manna comprimenda laboribus *caro.*

Caro caleanda *alijs, qui euchariſticum edere panem debent.*

Fœnum *ſe cogitet, euchariſticum panem manducaturus.*

In Euchariſtiæ mensâ carnales affectiones *ſubigenda.*

Abſcindi mortificationis falce *à nobis debet, quod in nobis luxuriat.*

Sobrius, *&* temperans *ſit, euchariſticas delitias guſtare qui cupit.*

Mundi delitias aſpernatur, *qui euchariſticas guſtat.*

Poſt Sacramentorum communionem terrenis *delitijs minimè inhiandum.*

Chriſti exemplo poſt Euchariſtiam dura quæque *ſubeunda.*

LActucæ amaræ, quæ in agni eſu adhibebantur, tacitè ſignificabant, vt communis Auctorum cenſio eſt, ſacram Euchariſtiam ſenſuum, ac paſſionum mortificationem requirere. Amaras lactucas adhibet, qui ſenſui, quæ ſuauia ſunt, negat, corpus abſtinentiâ coërcet, quin & flagellis, dura eligit, terrenarum voluptatum dulcedine neglectâ azyma cum amaritudine ſumitur, quia ſcilicet vitæ ſinceritas, quam azyma notat ſine amaritudine, ſine abſtinentiâ, & carnalium voluptate contemptu eſſe non poteſt. Huc ſpectauit inter alios ſanctus Gaudentius tract. 7. in Exodum in hæc verba: *Quod autem dixit, azyma cum amaritudine manducandum, docuit neminem poſſe ſine triſtitiâ carnis ſinceram vitam ducere;* AMARITVDO *videtur ieiunium, & omnis abſtinentia delitiarum carnalium; ſed Paſcha Domini non aliter celebratur.* Sic ille. Haud ſincera, & pura eius vita eſt, qui carnem affligere neglexerit, qui carnis non contempſerit delitias, ac voluptates. 264.

Sine carnis mortificatione mentis ſinceritas vix acquiritur.

S. Gaud.

Amaritudu agni quoque eſum comitatur, quia ad euchariſticã menſam ſine carnis mortificatione non eſt accedendum. Pulchrè B. Rupertus lib. 11. in Exod. cap. 11. *Nos*, inquit, *carnes agni cum lactucis agreſtibus comedimus, cùm corpus Redemptoris accipientes, noſmetipſos* PRO PECCATIS NOSTRIS AFFLIGIMVS. Sic ille.

Se ipſum affligat, & carnem premat, qui Chriſti corpus ſumit. B. Rup.

Iſtuc idem Canticorum locus euincit cap. 5. v. 1. *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis;* myrrham habes mortificationis ſymbolum; quid tum? ſequitur: *comedi fauum meum cum melle meo; bibi vinum meum cum lacte meo;* ſub melle, ſub lacte Euchariſtiæ myſteria latent, ſed myrrha præmittitur tanquam neceſſarius talis menſæ apparatus. LXX. nobis magis ſubſeruiunt, qui pro *fauo*

Mortificationis myrrha cum Euchariſtiæ dulcedine. Cant. 5. 1.

LXX.

panem

panem habent: *comedi panem meum cum melle meo.* Myrrha panis eſui præmittitur, vt ſtatim diſceremus, non priùs à nobis Angelorum panem ſumendum, quam mortificationis in nobis myrrha reperiatur. Pulchrè ſanctus Paſchaſius Radbertus lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 10. vbi hæc ſponſæ verba ita effert: *Vindemiaui myrrham cum vnguentis meis, manducaui panem meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo*; addit: *ſed non prius panis comeditur, quàm myrrha in nobis* MORTIFICATIONIS *purgeſcat, & vnguentum boni odoris naribus reſpergatur. Tunc itaque panem cum melle, quod de petrâ, quæ Chriſtus eſt, fluxit, comedimus; tunc vtique vinum ſuauitatis cum lacte bibimus.* Hucuſque ſanctus Paſchaſius. Nemo ad panem cœleſtem comedendum ſe conferat, qui mortificationis myrrham non habeat. Huc ſeruabat illa Dei ſponſa B. Margarita Vngarica, quæ diem ante communionem pane, & aquâ contenta tranſigebat, & totâ nocte in orationibus perſiſtebat, aliæque aliique ſimiles abſtinentiæ myrrham collegere, antequam Angelico pane ſatiarentur.

Mortificationis exemplum ſingulare.

265. Etiam populus Hebræus priùs in Ægypto affligitur, victu laborat, à Pharaone premitur, deinde cadente è cœlo mânâ paſcitur, vt vel hinc diſceremos, comprimendam prius laboribus, & ieiuniis carnem, quàm ſacræ menſæ accedamus, Euchariſtiæ panem ſumpturi.

Ante euchariſticum mâna comprimenda laboribus caro.

Fallor ſi huc flecti non poteſt illud, quod turbas ſatiaturus multiplicato diuinitus pane egit Chriſtus; præcepit enim vt turbæ diſcumberent ſuper fœnum, Marc. 6. & Matth. 14. cur ſuper fœnum? an vt carnis opera, carnémque comprimerent, cùm omnis caro fœnum euangelico Prophetâ teſte dicatur? Aduocandus hîc S. Auguſt. ſerm. 109. de tempore, vbi ita philoſophatur: *Ibi ſuper fœnum diſcumbunt, hoc eſt,* MORTIFICATA OPERA CARNIS, *qui, omnis caro fœnum, ait Propheta; Hic ſuper terram diſcumbunt, id eſt, opera terra conculcant.* huc vocari etiam poteſt ſanctus Hieronymus, qui ad citatum locum ex Matthæo hæc habet: *Iubentur diſcumbere ſupra fœnum à Chriſto turba per quingenos, aut centenos; vt poſtquam calcauerint carnem ſuam, & omnes flores illius, & omnes ſæculi voluptates, quaſi arens fœnum ſibi ſubiecerint; tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam ad perfectum centeſimi numeri culmen aſcendant*; quod ad ſacram Euchariſtiam flecti facilè poteſt. Rem eleganter premit etiam ſanctus Eucherius ſerm. in Dom. 4. Quadrageſimæ, dum ait: *Quicunque igitur es, qui vis ſatiari de panibus Chriſti, diſcumbe prius ſuper fœnum, imò prius te fœnum eſſe cognoſce, non iam* LVXVRIET IN TE VIRIDITAS CARNIS. Qui ſuperbus eſt, qui ferus, & immitis, dignus hac menſâ non eſt; qui carnem ſuam delitiis fouet, & ad luxuriam nutrit, idoneus euchariſticæ menſæ conuiua non eſt.

Caro calcanda ab iis, qui euchariſticum edere panem debent.
Matth. 14.
S. Aug.
S. Hier.
Fœnum ſe cogitet, euchariſticum panẽ manducaturus.
S. Euchet.

266. Ægyptij, vt refert Herodotus in Euterpe in ipſo plenilunio ſuas mactantes carnes conculcant pedibus. In euchariſtici agni eſu (nam & in plenilunio olim agnus offerebatur) affectiones carnales ſubigendæ, calcandæ, comprimendæ.

In Euchariſtia menſa carnales affectiones ſubigendæ.

Præuidens Oſea Propheta noſtri temporis felicitatem, quo Chriſti corpore veſcimur, aiebat: *Viuent tritico,* ſcilicet euchariſtico pane, ſic enim intelligunt probæ notæ interpretes, *& germinabunt ſicut vinea,* cap. 14. quis verborum nexus, quæ cohærentia? Ita ne ex eo, quòd tritico viuant ſicut vineæ germinabunt? Quid hoc ſibi vult? An quia præ dulcedine lachrymas fundent, vt vinea germinans ſolet? An indicatur, quòd ſicut vineæ ad hoc vt germinent reſecari palmites debent mortificationis falce?

Abſcindi mortificationis falce à nobis debet, quod in nobis luxuriat.
Oſe. 14.

Guſtare huius ſacramenti ſuauitatem non poteſt, qui mortificatione ab ſe carnales omnes delitias non eliminat; defecerat in nuptiali illo conuiuio, ad quas Chriſtus inuitatus fuerat, vinum; monet Filium Mater vinum deeſſe, tandem ingens illud miraculum à Chriſto fit, aquas in vinum vertit, quod euchariſtici ſacramenti ſignum, figurámque fuiſſe, alij notauêre; pendendum verò eſt Chriſtum non conuiuis, ſed Architriclino iuſſiſſe vt vinum deferretur, vt de eius bonitate, ac perfectione ferret ſententiam Ioan. 2. cur ita? An quia diſcumbentes aliud vinum biberant, alios cibos emerant, & falli in huius vini bonitate iudicio poterant; ſincerior erat Architriclini ſententia, vtpote ſobrij, & ieiuni, id quod tetigit etiam ſanctus Chryſoſtomus hom. 22. in Ioannem: *Non conuiuas, inquit, de miraculo tuliſſe ſententiam, ſed Architriclinum, qui ſobrius nil adhuc guſtauerat. Etenim nemo ignorat huiuſmodi in conuiuijs munera maximè* SOBRIIS, *&* TEMPERANTIBVS *demandari, quorum ſolum officium eſt, vt debito ordine, & apparatu omnia diſpenſentur. Idcirco ſobrium vinum miraculi teſtimonium adduxit.* Iſtuc in euchariſticâ menſâ accidit; ſacramenti delitias dulcedinem, cœleſtémque ſaporem guſtare non valet, terrenis repletus delitiis, ac voluptatum terrenarum vino madidus, ſiccum, & ieiunum quærit iudicem; ſobrius, & ſiccus eſſe debet, qui euchariſticis delitiis ferre iudicium debet, quas guſtare aptè, plenéque non poteſt, aliis delitiis deditus, imò & obrutus.

Sobrius, & temperans ſit, euchariſticas delitias guſtare qui cupit.
Ioan. 2.
S. Chryſ.

267. Non ſapiunt hæ huius ſacramenti delitiæ delitioſis, ſapiunt iis, qui ieiuni ſunt, qui abſtinentiæ ſunt ſectatores; igitur nemo delitiis madidus ad ſacram hanc ſe conferat menſam, delitias conſectetur; *Pauperes,* inquit ſanctus Cyprianus ſerm. de Cœnâ Domini, *hoc vno contenti ferculo* OMNES MVNDI HVIVS DELITIAS *aſpernantur.*

Mundi delitias aſpernantur, qui euchariſticas guſtat.
S. Cypr.

Quàm præpoſterè poſt ſacræ menſæ delitias ad terrenas quis confugiat voluptates, quámque hæc res noxia ſit, egregiè id exſculpſit ſanctus Chryſoſtomus ex illo Apoſtoli 1. Tim. 5. v. 6. *Vidua, quæ in delitijs eſt, viuens mortua eſt.* Siſtenda hîc ſancti Patris verba; ſic ille ſcribit hom. 27. in epiſt. 1. ad Cor. *Si nunquam oportet deditum eſſe delitijs, idque Paulus ſignificauit, dicẽs, Quæ in delitijs viuit, eſt mortua: multo magis tunc morietur. Nam ſi* DELITIÆ *mors ſunt mulieri, multo magis viro; & ſi hoc cùm alio tempore fiat, perdit, multo magis poſt ſacramentorum communionem.* Euchariſticis delitiis non eſt dignus, qui terrenis delitiis inhiat, & periturus quærit perituras.

Poſt ſacramentorum communionẽ terrenis delitijs minimè inhiandum.
1 Tim. 5. 6.
S. Chryſ.

Non caſu accidit, vt Chriſtus eo tempore Euchariſtiæ ſacramentum inſtituerit, cùm maiora, acerbioraque ſupplicia ſuo corpore paſſurus erat, nimirum exemplo docere voluit, poſt deguſtatas Euchariſtiæ delitias, non quærendas carnis illecebras, ſed & expectanda, & quærenda duriora, laborioſioraque eſſe, quibus caro exerceatur, carniſque luxuries comprimatur, viriditas exſiccetur. Paſſionem, tormenta, crucémque ipſam cogitet, qui euchariſticum agnum ſuo pectoris ſinu excipit, vt funeos ſumpto ſit par.

Chriſti exemplo poſt Euchariſtiam dura quæque ſubeunda.

EXCVRSVS XIX.

Dulcis omnis amaritudo fit euchariſtici agni eſu.

Euchariſtici ſanguinis hauſtu fortes *reddebantur Martyres.*

Mortificationis amaritudo pro feſtiuis delitiis *anima Deum amanti.*

Afflictiones non inficiunt feſtiuitates, *ſed condiunt.*

Labor omnis leuis *redditur eucharistici panis eſu.*

Eucharistici calicis adſpectu *etiam* dura *ſuauia fiunt.*

Qui Christum edit, crucem pro Chriſto *Christi exemplo ſubeat.*

268. *Euchariſtici ſãguinis hauſtu fortes reddebãtur Martyres.*

NVllus tam magnus labor, qui non leuis fiat cibi euchariſtici delitiis, nulla tam grandis amaritudo, quam ſuauem hæ cœleſtis menſæ epulæ non reddant; nulla tribulatio adeò grauis, quæ exigua, imò & nulla non reddatur Angelici panis appoſitione. mitis quælibet crudelitas eſt, quæ in mentem ſæuit, quam diuinus iſte cibus ſatiauerit. Martyres ſpecta in tot, támque magnis tormentis adeò fortes, quin & læti; vnde illis fortitudo tanta, vt non ſolùm æquo animo, ſed etiam hilari tot cruciatus ſuſtinerent, vt inter equuleos, cãdentes laminas riderent? Videbantur ad epulas duci, cùm eundum illis ad martyrium erat. A Chriſti ſanguine hanc virtutem hauriebant, cùm ſcilicet animum ad Chriſti pro ſe effuſum ſanguinem flecterent, vt alibi obſeruo; imò non cogitabant tantùm effuſum, ſed & bibebant; nam ſolebant ad martyrium ituri, cùm poſſent, ſe cœleſtis Sacramenti communione munire, ac veluti quadam armatura protegere. Præclarè S. Cypr. epiſt. 54. *Quos excitamus, & hortamur ad prælium non inermes, & nudos relinquamus, ſed* PROTECTIONE *corporis, & ſanguine Christi muniamus.*

S. Cypr.

Mortificationis amaritudo pro feſtiuis delitiis anima Deum amanti.

Quid longiùs abeo? amaræ lactucæ in agni paſchalis conuiuio adhibitæ id, ſi rectè rem pendas, euincunt. Obſeruatione dignum eſt, quòd cùm feſtiuus dies ageretur in eſu agni, amaræ tamen lactucæ adhibebãtur. Aliquis reponere poterat, quid amaritudo ad feſti diei lætitiam: quid cum feſtiuis delitiis lactucarum amarities? An hæc res indicabat menti cœleſtium rerum amore captæ omnem amaritiem, omnem comprimendæ carnis occaſionem feſtiuarum delitiarum loco eſſe? ſcilicet tunc mens lætum diem feſtum agit, cùm concupiſcentias comprimit, affectus coërcet. Siſtenda hîc verba Philonis, qui libro de congreſſu quærendæ eruditionis gratia hæc ad noſtram mentem habet: ANIMÆ FESTVM EST RERVM OPTIMARVM ÆMVLATIO, ET LABOR AD PERFECTIONEM PROPERANTIVM. *Quamobrem præceptum eſt, vt azyma edantur cum amaris lactucis agreſtibus, non vt ſint vice obſonij: ſed quia cohibere concupiſcentias ne ferueſcant, & turgeant, quidam putant amarum, non valentes conſuetos affectus dediſcere; quod mens certaminum auida habet pro feſtiuis delitijs.* Poterat illuſtrius? Fallitur, qui putat Dei ſeruos, diuino ſeruitio deditos amaritudinem ſentire in rebus duris, aſperiſque; diem feſtum, diem lætitiæ tunc verè agunt, cùm carnis afflictatione in carnem ſæuiunt, cùm amara eligunt, delitias reſpuunt.

Philo.

269. *Afflictiones non inficiunt feſtiuitates, ſed condiunt.*

Panis azymus Paſchæ feſtiuitatem comitatur, comitatur lactucarum agreſtium amaritudo; ne quis putaret afflictiones feſtiuitates inficere, non condire; condiunt quæ amara, inficiunt dulcia, voluptuoſa; præclarè Origenes hom. 23. in Numeros: *O mira feſtiuitas*, DIES FESTVS VOCATVR AFFLICTIO SPIRITVS; *vide ergo ſi vis diem feſtum agere, ſi vis vt lætetur Deus ſuper te, afflige animam tuã.* & paucis interiectis, ſubiicit, *Paſcha feſtiuitas & azymorũ, panem afflictionis habere dicitur; nec poteſt quis agere diem feſtum, niſi afflictionis panem manducauerit, & Paſcha cum amaritudine. Audis ergo quid eſſent feſtiuitates Dei; non recipiunt dulcedinem corporalem, nihil remiſſum, nihil voluptuoſum, aut luxurioſum volunt; ſed afflictionem animæ, & amaritudinem humilitatémque depoſcunt.*

Orig.

Quod præſertim verum eſt, cùm euchariſticus Agnus editur, cuius figura fuit agnus ille legalis, dulcis hic omnis amaritudo fit, ſuauis omnis labor, & leue quodlibet graue pondus. Ex Hebraicâ traditione obſeruat Lyranus, quòd quamuis arca teſtamenti propter aureas laminas, & propter Cherubinos ex vtroque latere ei adhærentes, grauiſſimi ponderis eſſet, Sacerdotes tamẽ, & Leuitæ quaſi onus læuiſſimum, abſque vllo grauamine illam geſtabant; alioquin ægrè illam ſuis humeris in varia deportaſſent loca; ſic ille refert in cap. 15. Paralip. Digna res, quæ in poſterorum notitiam deueniret. In arcâ manna ſeruabatur, quidni graue pondus leue viſum ſit, cùm ſola Euchariſtiæ cogitatio onus quodlibet leue, ac ferè nullum reddat, & operis laborem ita diminuat, vt vix ſentiatur: ſcilicet labor omnis huius menſæ conuiuæ non labor eſt, nec pondus.

Labor omnis leuis redditur euchariſtici panis eſu.

Lyran.

270. *Euchariſtici calicis adſpectu etiã dura ſuauia fiunt.*

Chriſto, cùm in horto ſanguineum ſudorem emitteret, triſtis, & mœſtus eſſet, apparuit Angelus confortans eum, eum recreans, ſed qui? Calicis oſtenſione; vt hoc veluti ſigno doceremur euchariſticum calicem poſſe vel ſolo viſu triſtitiam omnem abſtergere, in gaudium mœrorem commutare. Premitur quis aduerſitatibus, pungitur perſequentium ictibus? Euchariſticam menſam ſpectet, mentem ad euchariſticum calicem flectat, & ſentiet ſe recreari; clamabítque cum Prophetâ: *Virga tua, & baculus tuus, ipſa conſolata ſunt*, Pſalm. 22. adeò aduerſa non deiicient, vt conſolentur, & recreent, ſi nimirum, paret in conſpectu noſtro euchariſticam menſam; nam illa verba, quæ ſubiicit: *Paraſti in conſpectu meo menſam*, id eſt, *Altaris menſa*, interpretatur Euthymius hîc; dulcis afflictio quælibet eſt, mentem virga erigit, non premit, ſi euchariſticam menſam nobis præparatam cogitemus.

Pſalm. 22.

Denique vt in lactucis, quæ nos huc duxerunt, finiã, ille ritè cum agno lactucas edit, cui dulce, ac volupe cum Chriſto crucem ſubire; ad crucem poſt agni eſum iuit Chriſtus, eundum & nobis dum Chriſtum edimus. Peritè ille,

Qui Chriſtũ edit, crucem pro Chriſto. Chriſti exemplo ſubeat.

> *Non edit Iſrael ſine amaris* CAVLIBVS *agnum.*
> *Tolle tuam, Chriſtum qui cupis eſſe, Crucem.*
> *Quos amat,* ÆRVMNIS *etenim Deus angit: at illis*
> *Fatior exhauſto palma labore venit.*

CAPVT XXVI.

Cur aquâ coctus edi agnus non poſſet.

Agni carnes cur aquâ *cocta edi non poterant.*

Tormentorum vi valentior *quodammodo redditus Chriſtus.*

An ritus in aquâ *non coquendi carnes, in poſteriora tempora ſit.*

Nihil aqueum, *nihil fluidum fides habeat.*

Coquendi *notio, & vis.*

Apud

Apud nonnullos vendendæ carnes *aquâ adſpergi non poterant.*
Humana ſapientiæ *non fidendum.*
Curioſè *diuina haud inueſtiganda.*
Diuinis humana interpretatio *non ſuperinducenda.*
Ad euchariſticum poculum *cum* ſiti *currendum.*

271. *Agni carnes cur aquâ cocta edi non poterant.* Exod.12.9.

NEc crudus edi agnus non poterat, nec coctus aquâ, ſic enim Deus præcipit Exod. 12.9. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ*; de crudarum carnium inhibitione ſatis luculenter ſuperiùs egimus, hîc exponendum quoque eſt, cur aquâ coctus non ederetur; in qua re ita hiſtoricum ſenſum afferemus, vt plura, quæ pietati nutriendæ ſunt opportuna, ſensúmque moralem illuſtrent, ſubiiciamus, quo ad primum.

Lyran. Abul.

Communis ſententia eſt, aquâ coqui agnum non debuiſſe, propter feſtinationem, quæ Hebræis tunc neceſſaria; celerius enim parantur carnes ſi aſſentur, quàm ſi aquis coquantur; hoc voluit Lyranus hîc his verbis: *Nec coctis aquâ, quia non ita expectatio ſit, ſicut aſſando.* Abulenſis huic rationi etiam aliam addit, id ſcilicet factum, quia carnes aſſæ maioris ſunt nutrimenti, quàm aqua decoctæ, atque adeò iter habentibus erant magis opportunæ; ſic ille ſcribit in cap. 12. Exod. ad hæc verba: *Nec coctum aquâ; duplici,* inquit, *ratione; primò carnes expeditius aſſantur, quàm coquantur, omnia autem iſta, quæ faciebantur, quandam* VELOCITATEM *exeuntium de Ægypto portendebant, vt patet ex prædictis, & infrà etiam dicetur. Secundò, quia carnes coctæ reſoluuntur ex humiditate, aquâ ſubintrante aperiente calore; nam calor carnes aperit, aqua verò carnium aperturarum poroſitates ſubintrans, cuncta mollificat: ideo iſtæ carnes licèt facilius digeſtioni obediant, debilioris tamen ſunt nutrimenti propter teneritudinem: ideo non conueniunt valde exercentibus magnos labores, & corporis motus, quales ſunt itinerantes. Carnes autem aſſatæ indurantur per calorem igniũ, ſuperfluas humiditates digerentẽ, & carnes ſolidantẽ, cũ nulla humiditas aquea, mollificans ſubintret: quando potius ipſa, quæ naturales erant, carni non conuenientes tamen corpori alimentabili, aut effluunt, aut euaporant; licèt ergo iſtæ carnes difficiliùs digerantur, tamen ſolidioris ſunt nutrimenti, laborantibus conuenientes.*

272. *Tormentorum vi, valentior quodammodo redditus Chriſtus.* S.Greg.

Iſtuc & in agnum ipſum quadrat; vt enim aquâ coctæ carnes diſſoluuntur, igne coctæ roborantur; ita & Chriſtus vi ipſa paſſionis, & tormentorum valentior quodammodo redditus eſt, & ad incorruptionem roboratus. Peritè ad hanc mentem ſanctus Gregorius, quæ hom. 22. in Euangelia verba quæ præmiſimus, explicans, ita philoſophatur: *Quæ tamen carnes igni aſſandæ ſunt: quia nimirum diſſoluit ignis carnes, quas aqua coxerit, quas verò ignis ſine aquâ excoquit,* ROBORAT. *Carnes itaque Agni noſtri ignis excoxit: quia eum ipſa vis paſſionis illius ad reſurrectionem valentiorem reddidit, atque ad incorruptionem roborauit.* Noſtrûm eſt noſtrum agnum imitari; fiet, ſi malorum perpeſſione fortiores, duriorésque reddamur, ſimúlque à tribulationibus non deiiciamos.

Nihil aqueũ, nihil fluidum fides habeat. S.Greg.Nyſſ.

Quod de agno dictum, elegãter ad fidem transfert S.Greg.Nyſſ. quæ fit, & ſtabilis eſſe debet, nihil aqueum habens, nihil fluens, humidúmque. ſic ille ſcribit de vitâ Moſis, agni ritus expendens: *Ex igne autem ſolùm cibus propoſitus eſt: quoniam fides, quæ per cibum illum ſignificatur, ardentiſſima eſſe debet, nihil* HVMIDVM, *aut* LABILE, *ac fluens poſſidens, ſed* FIRMA, *ac* STABILIS, *ex quâ comedemus quantum nobis poſſibile.*

An ritus in aquâ non coquendi carnes agni in poſteriora tempora ſit deuolutus. Hebr.

Hîc aliquis iure quærat, an inhibitio iſta non comedendi carnes agni aquâ coctas vires ſuas porrexerit etiam in illud tempus, quo ab Ægypto aberant Hebræi, nam tunc illa feſtinationis ratio ceſſabat; dicendum tamen eſt, nullibi, nullóque tempore Hebræis licuiſſe ex agni carnibus comedere, quæ aquis coctæ eſſent; teſtantur id paſſim Hebræorum Rabbini.

Abul.

Ex noſtris etiam Abul. idem affirmat, aut certè innuit ſe ita ſentire, dum poſt producta verba, obiiciens ſibi locum Deut. 16. v. 6. vbi in aliis vrbibus coquendum agnum præcipit, non aſſandum; *Immolabis Phaſe veſpere ad Solis occaſum, quando egreſſus es de Ægypto, & coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*; reſpondet hîc coqui ſumi pro aſſari; ſed huius auctoris verba hîc adnumeranda: *Sed contra hoc,* ſcilicet, quod ſuperiùs aſſeuerat, *arguitur,* Deut. 16. *dicitur de immolatione Phaſe, quòd comedi deberet, & priùs coqui; ſcilicet coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. Nec poteſt dici, quòd intelligatur illud de aliis ſacrificiis, quæ immolabantur in feſtiuitate paſchali; quia littera dicit: non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius, ibi immolabis Phaſe veſpere ad occaſum Solis, quando egreſſurus es de Ægypto, & coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. Reſpondetur, quòd agnus ille, aut hædus non poterat aliquo alio modo parari, ſed ſolùm aſſari, vt hîc dicitur: ibi tamen ponitur, quòd deberet coqui, quod prouenit ex æquiuocatione litteræ Hebraicæ, cui etiam aliquo modo alludit littera Latina; nam idem verbum ſignat apud Hebræos decoctionem, & aſſationem, & non poteſt diſtingui niſi ex adiuncto quando ſignet decoctionem, aut aſſationem. Ideo hîc in litterâ noſtrâ, & Hebræa non ſolùm dixit, quòd nihil de agno deberet eſſe coctum, ſed adiunxit, quòd nihil deberet eſſe coctum aquâ: quaſi non ſufficeret dicere coctum ſolùm propter æquiuocationem. Eandem æquiuocationem ſequuta fuit littera noſtra, extendens hoc verbum ad coqui, & aſſari. Et ſatis patet ex modo loquendi communi omnium Latinorum; quia dicimus cibos coqui in ſtomacho, ibi tamen manifeſtum eſt, quòd nec coquuntur, nec aſſantur accipiendo propriè vt diſtinguitur coqui contra aſſari. Aliquando etiam ponitur coqui pro aſſari propriè dicto, vt cùm dicimus, quòd panis coquitur in furno, ibi tamen non eſt coctio in aquâ, ſed aſſatio in igne.*

Coqui notio, & vis quid ſignificet.

273. *Apud nõnullis vendendæ carnes aquâ adſpergi non poterant.* Stat.

Subiiciam hîc aliquorum legem fuiſſe poſterioribus temporibus, vt carnes vendendæ aquâ minimè adſpergerentur; ſtatuta Cremonenſia ita loquuntur rub. 592. ipſiſſima dabo verba, licèt non adeò pura, neque à barbarie immunia: *Vendentes carnes non audeant, vel præſumant vendere aliquas carnes calidas, nec ſuper dictis carnibus proiicere* AQVAM *pro faciendo dictas carnes frigidari; pœna, & banno contrafacienti ſoldorum viginti Imper.* Redeo ad agnum, & ab hiſtorico ſenſu ad illum abeo, qui probis nutriendis ſeruit, pietatíque fouendæ famulatur.

Humana ſapientia non fidendum. S.Greg.

Coqui aquâ agnus non debet, quia humanæ ſapientiæ hîc non fidendum. S.Gregorius hom. 22. in Euang. ita rem verſat: *Vbi & additur. Nec coctum aquâ: ſed quid aqua niſi humanam ſcientiam ſignificat? Iuxta hoc quod per Salomonem ſub hæreticorum voce dicitur: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Quid* CRVDÆ AGNI CARNES, *niſi inconſideratam, ac ſine reuerentiâ cogitationis relictam illius humanitatem ſignificant? Omne enim quod ſubtiliter cogitemus, quaſi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda eſt, nec aquâ cocta: quia Redemptor noſter*

nec purus homo æſtimandus eſt, nec per humanam ſapientiam, qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus.

Curioſè diuina haud inueſtiganda.

Amouenda ab agno aqua, admouendus agno ignis, quia curioſè diuina inueſtiganda non ſunt, ſed quæ latent, Spiritui ſancto committenda: huc flexit ſanctus Gregorius Nyſſenus de vitâ Moſis, vbi de agni ritibus agens, ait: *Alia ſic latent, vt duriora ſint, quàm vt vel plenè intelligere, vel reddere rationem queamus; vt ſi quis quæreret quænam ſit ſubſtantia rei, quid ante creationem fuerit, quæ ſit neceſſitas eorum, quæ ſiunt, aliaque quamplurima, quæ curioſè multi quærunt, hæc omnia Spiritui ſancto relinquemus*, QVI DEI PROFVNDA INVESTIGAT, *& ſcit, vt Apoſtolus ait. Nam ignem pro ſpiritu capi plerumque in ſacris litteris, nemo lectæ ipſarum meritus negabit. Hoc eſt etiam, quod ſapientia monet; fortiora te ne ſcruteris, hoc eſt, verba Dei ne confringas, non enim eſt tibi opus abſconditis.*

S.Greg.Nyſſ.

274. Humanam interpretationem non eſſe ſermonibus diuinis ſuperinducendam ex hoc ritu colligebat Theodoretus quæſt. 24. in Exodum; ait enim, *Docet autem nos etiam comedere non cruda, aut elixa, ſed igne aſſata. Neque enim litteram tantùm attendimus*, SED MENTEM SCRVTAMVR: *non quidem vt* DIVINIS SERMONIBVS HVMANAM INTERPRETATIONEM SVPERINDVCAMVS; *nam hac de causâ Eſaias quoſdam notauit, velut permiſcentes aquam vino, ſed igne tantùm diuino, hoc eſt, gratiâ ſanctiſſimi Spiritus vtamur.*

Diuinis humana interpretatio non ſuperinducenda.

Theod.

Ad eucharisticum poculū cum ſiti currendum.

Denique aſſæ carnes augent magis ſitim, quàm coctæ in aquâ, tectè ergo hæc res nos monet, vt poſt carnis eſum cum magnâ ſiti, & ſacrum poculum excipiendum accurramus, & vniuersè vt rerum ſupernarum amore corripiamur; huc flecti carmina poſſunt, quæ de ſacrâ Euchariſtiâ edidit Petrus Bleſenſis in hanc formam.

Petr.Bleſ.

Sint deſiderij poſt eſcas pocula magni,
Præſertim, quia carnes aſſas ſumpſimus agni;
Aſſa caro nobis facit ora magis SITIBVNDA,
Quàm tenera carnes, quas mollis decoquit vnda.

EXCVRSVS XX.

Terrenarum delitiarum aquæ ab euchariſtici Agni eſu exulent.

A delitiis carnalibus *abeat, qui euchariſticum Agnum edit.*

Delitiæ *à nobis reſecanda, dum euchariſtica menſa accumbimus.*

Allia *cur cuperent Hebrai, manna delitias contemnentes.*

Veræ delitiæ *in euchariſticâ menſâ deliteſcunt.*

Anima delitiæ *inexplicabiles.*

Deitas euchariſtici cibi condimentum.

Euchariſtici Agni dulcedo.

Deſinat peruersè agere *euchariſticis delitijs fruiturus.*

Agni exemplo tribulatione, & compunctione *vtamur.*

Amare ardere *eſt.*

Diuina amoris *expreſſio in Euchariſtia ſacramento quàm ſingularis.*

Dominici corporis eſus ingentes amoris flammas *excitare debet.*

Spiritûs ſancti igne *ardeat, qui ad euchariſticam menſam accedit.*

Spiritum ſanctum *contriſtat, qui indignè euchariſtica menſa adſidet.*

A Delitiis terrenis abeat, qui euchariſticas quærit: agnus in aquâ coctus edi non poterat, vt hoc tectè innueretur. Scitè Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. *Illi comedunt agnum coctum aquâ*, QVI IN DELITIIS *carnalibus viuunt*. Tetigit hunc ſenſum etiam Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 18. dum ait: *Coctum corpus Domini ſumit, qui ſumpto corpore Domini delitijs vacat*; delitiæ terrenæ cum euchariſticis delitiis non cohærent. Iure inclamat ſanctus Chryſoſtomus homil. 27. in epiſt. 1. ad Corinth. *Tu pane vitæ accepto, facis rem mortis, & non horreſcis? Neſcis quàm multa mala proficiſcantur, &* SVBEANT EX DELITIIS. 275.

A delitijs carnalibus abeat, qui euchariſticum Agnum edit.

Guillelm.

Abul.

S.Chryſ.

Delitiæ à nobis reſecandæ, ſicut & à vite luxuriantes palmites amputantur, vt vberiorem producat fructum. Scitè ſanctus Ambroſius lib. 2. epiſt. 7. *Recidatur*, inquit, *luxuries*, DELITIÆ RESECENTVR. *Et ſi quis fuit luxurioſus, valedicat ſuperioribus. Reciſa enim vinea fructum affert, ſemiputata frondeſcit, neglecta luxuriat*; iſtuc vt vbique præſtandum ſit, maximè tamen tunc opere perficiendum, cùm ad euchariſticam menſam pergimus; vt iure monuerit Salomoo Prou. 23. 1. Cultrum in gutture ſtatuendum cùm quis ad menſam potentis ſedet; nimirum vt ſuperflua abſecemus, terrenarum delitiarum luxuriantes palmites amputemus; ſignatè autem dictum eſt à Salomone, *ſtatue cultrum in gutture tuo.* ne contenti cultrum admouiſſe, ſtatim cultrum amoueamus; *culter iſte*, aiebat bonus ille Auctor, *permanere debet in eodem gutture, etiam poſt huius diuini fructûs ſumptionem, ne ad ea* RESVMENDA REVERTARIS, QVÆ ANTEA RESPVISTI. non eſt facilè redeundum ad illas delitias, quas deſeruimus.

Delitia à nobis reſecanda dum euchariſtica menſa accumbimus.

S.Ambr.

Prou. 23. 1.

Lud.P. lib 4. exh. 48. §. 2.

Non ſumus Hebræis pares, qui alliis, cæpiſque, quas in Ægypto reliquerant, inhiantes manna faſtidiebant. Mannæ delitiis fouebantur Hebræi, & tamen allia, & cæpas Ægypti deſiderabant; cur ita? an quia ita eos conſuetudo ligauerat, vt ab eâ ſoluere ſe vix poſſent? huc ſpectabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 7. in epiſt. ad Corinth. *Iudæi cùm manna haberent, allium quærebant, & cùm libertate fruerentur, recordabantur ſeruitutis, & Ægyptum ſæpenumero expetebant* PROPTER CONSVETVDINEM, *adeò violenta res eſt.* 276.

Allia cur cuperēt Hebræi, manna delitias contemnentes.

S.Chryſ.

Et cur terrenas delitias euchariſticæ menſæ conuiuæ quæramus, cùm in ipsâ lateat, quicquid delitiarum capere mens humana poſſit, nectare ipſo ſuauior cœleſtis hæc menſa ſit: lubet hîc exclamare cum pio illo Auctore, cuius opera inedita ſunt, & vellem mecum omnes eâdem mente cum ipſo lib. de præparat. Miſſ. fer. 6. hæc expromere, *O comeſtio delicatiſſima! O ſuauitas immenſa! O eſca mirabilis!* O DVLCEDO, ET SVAVITAS MENTIS! *O ferculum delectabile! O vita animæ meæ! O panis ſanctiſſime! O pabulum ſuaue! O refectio ſaporoſa! O eſca delectabilis, & iucunda! O efficaciſſima medicina! O hoſtia verè pacifica! O ſaluberrima refectio! O cordialis diffuſio! O delectabile cibum! O manna melliſluum! O nectar ſuauiſſimum! Confer, quæſo, ore meo tuæ ſalutaris præſentia dulciſſimum guſtum. accende in me charitatem tuam, extingue vitia, infunde virtutes, gratias adauge, ſalutem mentis, & corporis tribue.*

Vera delitia in euchariſtica menſa deliteſcunt.

Anonym.

Animæ ſpiritualis delitiæ exprimi dignè nequeunt, nequeunt explicari, maiores ſunt, quàm vt narrari pro dignitate poſſint. In amoris cantico de Salomonis lectulo ſermo eſt: Sexaginta fortes cū ambire deſcribitur Cant. 3. nihil tamen de ipſius lectuli 277.

Anima delitia inexplicabiles.

Cant. 3.

lectuli additur apparatu, ſors vt innueret animæ delitias, quæ cœleſtis ſponſæ lectulo ſignificantur, tales eſſe, vt exprimi nullius calamo poſſint; ſcitè Gilleb. Abb. ſerm. 16. in Cant. *Quid eſt*, inquit, *quòd de ipſo lectuli nobis apparatu nil dicitur, quod non cius* VEL IN MODICO DEPROMAT DELITIAS? *forte verbum hoc verbum ineffabile, & quod non licet homini loqui. Qui experitur intelligit. Quod potuit ſcriptum expreſſit*; ſi de lectulo hoc dictum, déque lectuli apparatu, quid dicendum de ſponſo ipſo, dum ſe ſub euchariſticis delitiis ſponſæ offert? quis dignè explicet illas delitias, quas in ſponſi ſui eſu anima fruitur, quæ pura, quæ à vitiis defæcata ſit?

Gilleb.

Deitas euchariſtici cibi condimentum.

Quanta ſit dulcedo illa, quâ anima perfunditur euchariſticis epulis dum paſcitur, exprimere nullus pro dignitate poteſt; tam excellens hoc epulum eſt, & tam exquiſitè apparatum, vt ipſam deitatem habeat pro condimento; de hoc euchariſtico conuiuio ita loquitur B. Albertus Magnus diſt. 1. tract. 1. cap. 1. *Magna dona Chriſti in hoc conuiuio, corpus dedit in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium*, DEITATEM IN CONDIMENTVM EXHIBENDO. condiuntur cibi vt ſint ſapidiores; non ſapiet iſte, cuius condimentum Deitas ipſa eſt? ne Chriſti corpus fors nauſeabundus exciperes, condire illud voluit diuina ſapientia ipsâ deitate.

B. Alb. Magn.

278\. *Euchariſtici Agni dulcedo.* Anonym.

Quis hæc cogitans præ dulcedine totus non liqueſcat, quis huius cibi eſu delitias terrenas adeò non requirat, vt & illarum obliuiſcatur quin, & cui: Adnumeranda hîc ſunt eiuſdem Anonymi auctoris verba, quem ſuperiùs aduocauimus, ſic ille delitias ſuas Dominum ſuum affatur, de præp. Miſſ. fer. 2. *Te ſolum volo comedere, te ſolum cupio maſticare, tu mihi ſemper dulceſcis in corde. Si ſolus odor tuus deberet ſufficere toti mundo; quanto magis cibatio tua? ſi in verbo, quod de ore tuo procedit, reficimur, & viuimus. Quid eſt te verbum æternum ore recipere, & corde dentibus maſticare? Quomodo in te cordis penetralia non liqueſcant? Quomodo non ſic cor meum delectatur in te, vt obliuiſcatur omnia præter te? Si aliquid terrenum, imò aliqua ſimilitudo terreni, tamen cor meum occupat aliquando, vt obliuiſcatur ſui, quomodo tua vera præſentia non me tantùm reficit, & inebriat, vt omnis mundi obliuiſcar, & etiam mei?* Qui ſapit, non aliter ſentiet, non aliter in Deum ſuum, in Amorem ſuum amore feretur.

Deſinat peruersè agere, euchariſticis delitijs fruiturus. Cant. 2.

Tantum vt ſibi huius dulcedo ſentiatur, à nobis iniquitas omnis exulet, omnis impuritas; ſponſæ verba ſunt Cant. 1. *Sub vmbrâ illius, quem deſiderauerant, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*; verborum ordo non eſt myſterio viduus; priùs ſedet, deinde fructus dulcedinem ſentit, quia priùs à malis moribus quieſcendum, vt euchariſtici fructûs dulcedine fruamur. Scitè Richardus à ſancto Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis cap. 7. producta ſacri Cantici verba expendens, ait: *In ſeſſione notatur requies, vt quieſcas peruersè agere, Iſaiæ 1. vt ſic ſentiatur* DVLCEDO *fructus huius corporis, & ſanguinis eius, quo reficimur, & ſuſtentamur.*

Rich. à S. Laur.

279\. *Agni exēplo tribulatione, & compunctione vtamur.* Abul.

Exulare igitur debent euchariſtico Agno delitiarum aquæ; aquâ coqui non debent agni carnes, debent igne torreri. *Non comedetis*, inquit Lex, *ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed aſſum tantùm igni*, vt ab ipſo diſcamus, pro ipſo paſſionum, & tribulationum ignem æquo animo ferre. Audiendus hîc Abulenſis in cap. 26. Matth. q 18. *Aſſatum eſt*, inquit, *igne corpus Domini, quia igne paſſionis, & tribulationis excoctum eſt, & tale illud debemus manducare, & ſicut illud aſſatum eſt, ita & nos* TRIBVLATIONE, & COMPVNCTIONE *vtamur; & ſint ſic concrucifixa membra noſtra ei; nam ſic ei conſepulti ſumus in mortem, ad Rom 5. cap. qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum concupiſcentijs, & vitijs.*

Amore ardere eſt. Caſſiod. *Diuina amoris expreſſio in Euchariſtia ſacramēto quàm ſingularis.* S. Thom.

Aſſatur igne agnus, vt ardere amore ſe proderet: *Amor ſiquidem*, vt aiebat Caſſiodorus de amicitiâ, *ideò amare ardere eſt*; & quidem maiorem amoris expreſſionem in Euchariſtiæ inſtitutione, quàm in Redemptionis myſterio; in hunc modum notabat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 5. *In hoc expreſſio ſummæ largitatis, & præcipui amoris. Magnum eſt enim dare ſe in ſocium peregrinationis, & in ſeruum neceſſitatis, maius in pretium redemptionis, tamen tale donum adhuc eſt in aliquâ ſeparatione ab eo cui datur, ſed* CVM DATVR IN CIBVM, DATVR NON AD SEPARATIONEM ALIQVAM, SED AD OMNIMODAM VNIONEM. *Vniuntur enim in vnitate corporis cibus, & ſumens, Ioan 6. Qui manducat meam carnem, in me manet, &c. Et ſic apparet in tali dono ſumma largitas diuinæ bonitatis.* Facit huc illud illius Auctoris, aientis: *Euchariſtia eſt terminus, & non plus vltra amoris Dei erga homines.*

Nihil eſt, quod adeò nos diuini amoris flammis accendere debeat, quàm euchariſtici conuiuij delitiæ; Ioan. 20. 11. inuenimus Mariam Magdalenam ad Magiſtri ſui ſepulchrum flentem. *Maria*, ait Euangeliſta, *ſtabat ad monumentum foris plorans*; quid à Mariæ oculis lachrymas excutiebat? amoris amor; timebat quippè ne corporis eius, quem amabat, abſentiâ amor in eius corde tepeſceret, qui Chriſti ſui viſu ſolebat incaleſcere. Præclarè Origenes hom. 1. ex variis: *Metuebat, ne* AMOR *Magiſtri ſui in corpore ſuo refrigeſceret, ſi corpus eius non inueniret, quo viſo recaleſcebat*; ſolius corporis adſpectus amorem ſouebat, & excitabat; non excitaret eiuſdem corporis eſus, qui in euchariſticâ menſâ fit? 280.

Domini corporis eſus ingentes amoris flāmas exalare debet. Ioan. 20. Orig.

Denique igne torretur agnus, vt Spiritûs ſancti igne ardeat, qui euchariſticam menſam frequentat; in eodem cœnaculo, in quo celebrata euchariſtici Agni menſa fuit, & Spiritus ſanctus in linguis igneis in Apoſtolos ſe dimiſit; vt ſtatim diſceremus, qui Chriſti domicilium eſt, debere eſſe etiam Spiritûs ſancti; hinc illud pij illius Auctoris; *Sicut Sionis habitaculum velut in proprium accepiſti, & tibi præclara in eo myſteria operando quaſi conſecraſti; ita digneris mentem meam tempore communionis tibi præſentatam* IN TVVM HOSPITIVM *ſuſcipere, faciendo eam orationis domum, tua illi reuelės myſteria, & ſancti Spiritûs communices dona.*

Spiritus ſancti igne ardeat, qui ad euchariſticā menſam accedit. Anon.

Spiritus ſanctus hoc myſterium obumbrat; Spiritûs ſancti gratiâ plenus eſſe debet, qui ad euchariſticam menſam accumbit ne indignè accipiens hoc Sacramentum, Dei offenſam incurrat. Paul. ad Epheſ. 4. 29. ait: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem Fidei, vt det gratiam audientibus; & nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei*; ac ſi verba, quæ ad fidem non ædificant, Dei ſpiritum contriſtent; quid illi, qui indignè Chriſti corpus ſumunt, Chriſti ſanguinem bibunt, Chriſti hoſtes? rem grauiter vrget ſanctus Baſilius lib. 1. de Baptiſmo in calce: *Cùm Apoſtolus tradiderit nobis, quòd & is qui bonum verbum prolatum non ad ædificationem fidei diſpenſat, contriſtet* SPIRITVM SANCTVM, ITA DEBEMVS ETIAM ATTENDERE QVOD SIT IVDICIVM EIVS, QVI INDIGNE EDIT, ET BIBIT.

Spiritū ſanctum contriſtat, qui indignè euchariſtica menſa obſidet. Epheſ. 4. 29. S. Baſilius.

CAPVT XXVII.

Quid in agno comederetur, quid relinqueretur intactum.

Scripturæ verba vt verſent Hebræi, *vt explicent.*

Nihil *non in agno comedebatur.*

Agni inteſtina *vt aſſarentur.*

Genibus *agni paſcitur, qui infirmis ſe demittit.*

Agni aures *edit, qui diuinos ſermones auidè excipit.*

Qui res creatas *ſpiritualiter intelligit, oculos agni percipit.*

Pedes agni *comedit, qui Chriſtum imitatur.*

Chriſti puritas, *& impeccantia nobis imitanda.*

Manuum *agni particeps eſt, qui diuina mandata complet.*

Cur panis *frangatur paſchalis, quum agni paſchalis oſſa nec verè in Cruce fracta non ſint.*

Agni oſſa *conterunt qui diuinam Scripturam ad ſuum ſenſum detorquent.*

Quando flagellis cæderetur *oſſium agni fractor.*

Neruos, *& cartilagines agni non comediſſe Iudæos quinam docuerint.*

Dei præcepta *non conterenda.*

Summâ auiditate *vitæ verba ad vitam traijcienda.*

Vorandi *verbum in verborum auditione vſurpatum.*

Vorandi *verbum à torpore nos auocat.*

Sanitatis ſpiritualis *indicium eſt ſummo ſtudio diuina eloquia audire.*

Aqua *ipſa ſitienti mel videtur.*

Ad Euchariſtiam *res flectitur.*

281. *Scripturæ verba vt verſent Hebræi, vt explicant.* Exod.

QVæ partes agni ederentur, ſic lex ediſſerit Exod. 12. *Caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis*; extremas, & medias poſuit partes, vt omnes comedendas colligeremus, adeò vt nihil relinqueretur. Hebræi hæc verba non ad eſum referunt, ſed ad aſſationem, quod notabat etiam Lyranus hîc, dum ait: *In Hebræo non eſt, vorabitis, & ſic iſta littera ſecundùm Hebræos non refertur ad comeſtionem, ſed ad aſſationem, de qua immediatè prædicitur, ſed aſſum tantùm igne; & eſt ſenſus, quòd caput de corpore abſciſſum, vel pedes non debebant per ſe aſſari, ſed caput iunctum corpori, & pedes ſimiliter. Inteſtina autem amouebantur, vt lauarentur, & lota reponebantur aſſanda cum corpore*; ſed cùm noſter rem ad comeſtionem vocauerit, explicatûs gratia illud, *vorabitis*, addiderit, non eſt quòd ab hoc ſenſu recedamus; præſertim cùm etiam Chaldæus ita legat, *Caput eius cum cruribus, & inteſtinis eius comedetis*; non negamus tamen in aſſatione quoque cautum, vt caput, & pedes, & inteſtina ſimul aſſarentur. Abulenſis hæc verba exponens, ait: *Caput cum pedibus, & inteſtinis vorabitis, id eſt, quòd nihil debebat de eo manere, quin comederetur*; addit de aſſatione, *in* ALIIS ASSATIONIBVS *detrahuntur pedes rei aſſatæ, quia non benè aſſantur, cùm ſint valdè ſicci, & neruoſi, ideo citò comburuntur, & non aſſantur. Conueniunt autem decoctioni: inteſtina etiam propter teneritudinem aſſari bene non poſſunt, quia cùm in eis ſit humiditas magna, & valdè tenax incluſa pellibus: nam ipſa inteſtina ad naturam pellis declinant, indigebant ſatis magno calore, & igne vt excluderetur humiditas: & quia rurſus ipſa inteſtina mollia ſunt, ante comburerentur, quàm bene per aſſaturam digererentur: nam immediatè vt eis ignis apponeretur, contraherentur in ſe, cùm ſint de natura pellis, & conſeruando intrinſecam humiditatem, ante vrerentur ſuperficietenus. Conueniunt ergo magis elixationi, ſiue decoctioni in aquam, quia ibi paulisper per calorem aperientem, & digerentem, & humiditatem aquæ ne comburantur, conſeruantur, & meliùs diſponuntur: mandauit tamen Dominus vniuerſa aſſari, & comedi ex causâ ſuprà aſſignatâ, ſcilicet, vt ſignaretur velocitas exitûs: cùm ergo agnus iſte, aut hedus aſſari debebat.* Sed quia vtilitatis vbique ſuccum ſpectamus, & in hiſtorico ſenſu aliquid inſeramus, quod in formandis moribus proſit.

Chald. *Nihil non in agno comedebatur.* Abul.

Agni inteſtina vt aſſarentur. Idem.

282. *Genibus agni paſcitur, qui infirmis ſe demittit.* Nicet.

Adeò totus agnus comedendus eſt, vt genua, quæ miſericordiæ ſedes ſunt, minimè prætermittantur, idque fiet, ſi infirmis compatiamur, commiſerantis affectu, & condolentis; ſcitè Nicetas in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni: GENIBVS AGNI PASCITVR, *qui ad iacentes, & infirma fide prædictos commiſerationis affectu de induſtriâ ſe dimittit, ac verbi ad nos delectionem æmulatur.*

Agni aures edit, qui diuinos ſermones auidè excipit. Idem.

Etiam agni aures comedi, traiicique debent, quod quî fiat, & quando, ita explicabat idem Nicetas ibidem: AVRES, inquit, AGNI ILLE PERCIPIET, *qui ſermones ſuos diuinos ſcitè accipit, & per eos ad mortem vſque Deo ſubijcitur.*

Qui res creatas ſpiritualiter intelligit oculos agni percipit. Idem.

Oculi quoque agni comedendi ſunt, modum nos edocet aduocatus Nicetas in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni; dum ait, OCVLOS AGNI PERCIPIET, *qui res creatas ſpiritaliter conſiderat, atque omnes doctrinæ ſenſus, tam litterales, quam allegoricos omni offendiculo vacantes ad ſolam Dei gloriam in vnum colligit.*

Pedes agni comedit, qui Chriſtū imitatur. S.Greg.

In pedum agni eſu Chriſti nobis imitatio commendatur; nimirum eius nobis veſtigia premenda, cuius corpus ſub Euchariſtiæ velamine ſumimus. Breuiter, ſed tamen plenè ſanctus Gregorius hom. 21. in Euangel. PEDES, inquit, AGNI VORARE, *eſt veſtigia humanitatis eius amando, & imitando perquirere.*

283. *Chriſti puritas, & impeccantia nobis imitanda.* S.Dionyſ. Areop.

Præcipuè verò imitanda nobis Chriſti puritas, &, vt ita loquar, impeccantia eſt. Certè ſi fieri poſſet, Chriſtus Chriſti puritate, ac ſanctitate à nobis eſſet excipiendus; imitari eam debemus, quia æquare non poſſumus. Inſerenda hîc verba ſancti Dionyſij Areopagitæ, qui lib. de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ cap. 7. ait: *Oportet nos* SI AD CHRISTI ASPIRAMVS SOCIETATEM, quæ in Euchariſtiâ fit, de qua ibi loquitur ſanctus Pater, *diuinam ipſius in carne vitam aſſiduè intueri, ſanctámque ipſius impeccantiam imitari.*

Manuū agni particeps eſt, qui diuina mandata opere complet. Nicet.

Totus agnus comedi debebat; Agnus noſter eſt Chriſtus, cuius manus quoque edi ſpiritaliter poſſunt, quod fiet ſi diligenter ea opere impleamus, quæ præcepta nobis ſunt. Audiendus hîc Nicetas in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni: MANVVM AGNI ILLE PARTICEPS EST, *qui nullum opus ex his, quæ diuino mandato præſcripta ſunt, ignauè, ac negligenter exequitur; verùm totam eam vim animæ, quæ in actione verſatur ad diuinarum*

legum

legum expletionem paratam, atque intentam habet. tedeo ad hiſtoriam.

Cur panis frangatur, cũ agni paſchalis oſſa nec verè in cruce fracta non ſint. Exod.12. 1.Cor.10.16.

Cauendum erat, ne cùm agnus ederetur, eius oſſa fraugerentur; ait enim lex Exod.12.46. *Nec os illius confringetis*; quod ſignabat nullum Chriſti os eſſe confringendum; ſed dicat hîc aliquis, cur panis in Euchariſtiâ frangitur; ait enim Apoſtolus: *Panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt*, 1.Cor.10.v.16. cùm agni os frangi non deberet? An quia licet panis frangatur, non frangitur ille, qui ſub pane latet? Sanctus Chryſoſtomus in productum locum epiſt.1. ad Corinth. ita ſcribit: *cur addidit, quem frangimus? Hoc enim licet videre fieri in Euchariſtiâ, in cruce autem non itidem, ſed vtique ei contrarium; os enim, inquit, eius non conteretur, ſed quod non eſt paſſus in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, & patitur frangi, vt omnes impleat.*

S.Chryſ.

284. Illi agni oſſa conterunt, qui alienis ſenſibus, Scripturas diuinas ad ſuam impietatem detorquent; ita ſentit Theodoretus quæſt.24. in Exodum: *Oſſa*, inquit, *conterunt agni, qui malè intelligentes eloquia diuina ad ſuam impietatem illa detorquere conantur.*

Agni oſſa conterunt, qui diuinas Scripturas ad ſuũ ſenſum detorquent. Theod.

Qui agni paſchalis oſſa carne vidua fregiſſet, peccabat quidem ex Hebræorum mente, ſed non verbetabatur; quòd ſi oſſibus non nihil carnis adhæſiſſet, aut in illis medulla fuiſſet, fractor flagellationis pœna puniebatur; ita R. Moſes Ægyptius perech 10. de agno, qui hoc etiam *ibid.* addit, eum qui os caudæ fregiſſet, punitum non fuiſſe, quia cſui aptum huiuſmodi os non eſſet.

Quando flagellis puniretur oſſiũ agni fractor, quando non. R.Moſ.

Neruos, & cartilagines agni non comediſſe Iudæos refert Lyranus in cap.12. Exod. colligúntque ex illis verbis: *Edent carnes; ex hoc*, inquit Lyranus, *dicunt Hebræi, quòd non eſt eis licitum comedere oſſa, vel cartilagines, & neruos agni prædicti*; hanc Hebræorum opinionem confutat his verbis Abulenſis in cap.12. Exod. *Dicunt Hebræi, quod ex hoc patet*, NON LICERE EIS COMEDERE NERVOS *illius agni paſchalis, aut cartilagines, quæ ſunt in capitibus oſſium: duriores quidem reliquis carnibus, ſed oſſibus molliores; dicunt has non eſſe carnes. Hoc tamen non multum concludit, quia ſolum videtur hîc Deus prohibere eis fractionem oſſium, aut ſugere medullas oſſium, cùm oſſa frangere non deberent:* NERVOS *autem non prohibebantur comedere, cùm nerui carnes ſint, idem de* CARTILAGINIBVS *dicendum eſt, quia oſſa non ſunt.*

Neruos, & cartilagines agni nõ comediſſe Iudæos, quinam docuerint. Lyr. Abul.

Dei præcepta conſeruanda, miniméque contemnenda; vt de agni oſſibus præcipitur: ita colligebat ſanctus Gaudentius tract.2. circa medium: *Os non conteretis ex eo: hoc præcipit, vt omne quod eſt in Scripturis robuſtiùs, atque validiùs, non comminuatur, neque quaſſetur, ſed ſolidum maneat, quod præceptum non cuſtodientes, meritò Væ excipiunt ab eo, cuius oſſa comminuunt. Væ vobis, inquit, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & reliquiſtis quæ* FORTIORA SVNT LEGIS, *iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc ſunt oſſa agni.*

Dei præcepta non contemnenda. S.Gaud.

285. Et vt ſententiam integram demus excuneatam, pendenda *vorandi* vis, ingens hoc verbum deſiderium claudit, ingentem auiditatem Eccleſ.2. *Quis ita vorabit*; id eſt, interprete Vgone Carenſi, *auidè comedet*; voranda igitur agni inteſtina, & caput cum pedibus; vt hoc ritu rectè moneremur non languenti, aut nauſeabundo ſtomacho excipiendas euchariſtici Agni carnes; inteſtina voramus, cùm ſummâ auiditate vitæ verba in mentis ſtomachum ad vitam traiiciuntur. Sanctus Gregorius hom.22. in Euangelia ita rem explicat: *Quid verò ſunt inteſtina, niſi verborum illius occulta, & myſtica mandata? Quæ tunc voramus, cùm verba vitæ cum auiditate ſumimus. In quo deuorationis verbo quid aliud quàm pigritiæ noſtræ* TORPOR *reprehenditur? qui eius verba, ac myſteria, & per noſmetipſos non requirimus, & dicta ab alijs audimus inuiti.*

Summa auiditate vitæ verba ad vitam traycienda. S.Greg.

Nec nouum inſolens *vorandi* verbum ad verborum auditionem traduci. Plaut. in Aſin. *Auſcultate, atque operam date, & mea* DICTA DEVORATE; iuſtiùs eſt Chriſti à nobis verba deuorari, & in mentis ventrem ita traiici, vt probæ vitæ ſanguinem amoris calore vertantur.

Vorandi *verbum in verborum auditione vſurpatum.* Plaut.

Vorandi verbo, quod hîc adhibetur, à torpore nos auocari in Dei verbis percipiendis, notabat B. Rupertus lib.2. comment. in Exod. c.11. vbi ait: VORARE *cùm dicit, quid aliud, quàm* PIGRITIÆ NOSTRÆ TORPOREM *reprehendit, qui eius myſteria, atque verba, & per nos non requirimus, & dicta ab alijs audimus inuiti.* 286.

Vorandi verbum à torpore nos auocat. B.Rupert.

Nemo inuitus, & nauſeabundus diuinorum verborum excipiat fercula; auidus, & eſuriens accedat, vt ſanum ſe prodat; rem ſic explicabat ſanctus Chryſoſtomus hom.4. in Geneſim: *Sicut*, inquit, *eſurire corporalis ſanitatis indicium, ita &* STVDIO MAGNO AVDIRE *diuina eloquia bonæ animi valetudinis certiſſimum eſt argumentum*; quæ omnia ad ſacram Euchariſtiam flectẽda ſunt, à quâ abeſſe nauſea debet, abeſſe faſtidium.

Sanitatis ſpiritualis indicium eſt ſummo ſtudio diuina eloquia audire. S.Chryſ.

Proh quàm dulces, ſuauéſque euchariſticæ delitiæ illis ſunt, qui ſummo illarum deſiderio tenentur, auidéque ad eas currunt? Hebraicus populus aquam in deſerto bibens mel bibiſſe viſus eſt, ac ſi vehemens ſitis aquam in mel conuerterit; quod ſic expendebat ſanctus Chryſoſtomus hom. Quòd nemo læditur niſi à ſe ipſo, reſpiciens ad illud Dauidis, *Et de petrâ melle ſaturauit eos*, Pſalm.80.17. *Nuſquam*, inquit, *inuenimus mel fluxiſſe de ſaxo, quid ergo eſt quod dixit? quoniam quidem poſt multam itineris fatigationem, & laborem ſitientes, aquis frigidis ex ſaxo fluentibus fruebantur, eáſque multo cum deſiderio hauriebant:* HOC IPSO ERGO QVOD DVLCISSIME, ET DESIDERABILITER POTANDI CVPIDITAS EXPLEBATVR, AQVAS ILLAS MEL APPELLAVIT. Sitienti aqua viſa eſt mel, quid erit ſi omne melle ſuauiori Euchariſtiæ ſacramento auidè inhiemus? quàm ſapiat hoc mel auidè comedenti explicet qui poteſt.

Aqua ipſa ſitienti mel videtur. Pſalm. S.Chryſ. *Ad Euchariſtiam res flectitur.*

EXCVRSVS XXI.

Deum iudicem cogitet, qui euchariſtici Agni menſæ aſſidet.

In agni eſu Dei iudicium *& cogitandum, & timendum.*

Iudicij *memoria in euchariſticâ menſâ.*

Dei iram *ſentiet, qui Deum iudicem in hac menſa non cogitat.*

Terra ipſa ad timorem *nos tacitè vocat, dum Chriſtum ſuſceptura contremuit.*

Sepulchrum tremens *dum Chriſti corpus reſtituit*, ad reuerentiam, timorémque *nos vocat dum Chriſti corpus recipimus.*

Turbatio Mariæ ſuum iudicem *ſuſceptura quid nobis in Euchariſtiâ præſtandum ſit docet.*

Singulare Euchariſtia cum tremore *ſuſcipientis exemplum.*

Iudicij diuini *gladius euchariſtica menſa imminens ſpectetur.*

Quàm terribile iudicium *immineat ei, qui Dei verbum otioſè,& indignè ſuſcipit,cùm de nudo verbo otioſo reddenda nobis ſit ratio.*

Chriſti ſanguis contra nos ſtabit *iuſtius, quàm puluis pedum Apoſtolorum contra illorum contemptores.*

In Dei donis iudex Deus *cogitandus.*

Dei *dignè* ſæuientis *manum expectet, qui indignus ad euchariſticam menſam accedit.*

Ignem è cælo timeat, qui Dei ſacrificio indignus adſtat.

Ignis columna Iudæos arſuros *monebat.*

In Dei donis Deus tanquam iudex *ſpectandus.*

Ignis,& mannæ cohærentia,vtrumque pluiſſe *à Deo cur dicatur.*

In euchariſticis epulis Deus iudex *ob oculos habendus.*

287. *In agni eſu Dei iudicium & cogitandū, & timendum.* Exod 12 9.

NIhil in agni eſu myſterio viduum, nihil non ſuo compendio refertum; caput, & pedes comedi lex iubet: *Caput cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis*; magnum in pedibus myſterium latet; nimirum agni pedes comeduntur cum capite quando Chriſtus Verbum creditur, quod in principio fuit cum Patre, & creditur quoque ſerióque cogitatur iudex tandem futurus; quod opportunè obſeruabat Nicetas in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni, dum ait: *Id caput exiſtimandum eſt,nimirum ſcire,quòd Verbum, vtpotè Deus, in principio, hoc eſt cum Patre, & cum Spiritu erat;* PEDES AVTEM ſELVO PERSVASISSIMVM HABERE, QVOD DEVS ETIAM EXISTENS IVDEX, RVRSVS AD NOS REDITVRVS EST, *humanæ diſpenſationi, atque gubernationi finem impoſiturus; in fine enim, atque extremo totius corporis pedes ſunt.* Hæc Nicetas, & ante illum ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrotum in Exodum in hæc verba: *Caput cum pedibus, & inteſtinis edere iubet; nimirum volens totam ex tota myſterij ſui cognitionem ineſſe fidelium mentibus; nam ante omnia oportet ſcire, quod Verbum cùm ſit, Deus fuerit, in principio in Patre, & cum Patre, hoc ſignificat caput, quod eſt totius myſterij principium; deinde verò quòd & Deus cùm ſit,* RVRSVS VENTVRVS SIT IVDEX; *finem huic noſtræ diſpenſationi impoſiturus, deſignant pedes, quòd ſint totius corporis finis, ſeu extremitas;* nimirum & qui euchariſticum Agnum edit iudicium cogitet, iudicem animo verſet, ne vltrices damnatus ſentiat flammas, ſi imparatus, ſi impurus acceſſerit. Audi quam benè euchariſticas delitias cum iudice cum iudicio iungat Beatus Chryſoſtomos hom. 21. ad populum Antiochenum. *Non temerè,* inquit, *in ſtercore Dominus habitat, ſed in cœnaculo ſcopis mundato. Vt animam tuam velut Dei habitaculum prapares,* MEMENTO HORRENDI MVETVM, ET TREMENDI ILLIVS DIEI, IN QVO OMNES CHRISTI THRONO ASSISTENTES, RERVM HIC GESTARVM RATIONES REDDEMVS. Hactenus ille. Quis adeò amens, qui temerè ſe ante iudicem ſuum audeat ſiſtere, & multis facinoribus obnoxius cum ad iudicium prouocare? & ab eius ore damnationem veluti extorquere? hoc agere videtur, qui ſceleribus obrutus ad euchariſticam menſam accedere non veretur; verè pedes agni non vorat, qui ſeriò ſecum non verſat iudicis ſeueritatem, cui vt omnium reddenda ratio ſit, maximè tamen iſtius temeritatis.

Nicet.

S. Cyr. Alex.

Iudicis memoria in euchariſticâ menſâ. S. Chryſ.

288. Ille, qui ad nuptiale conuiuium veſte nuptiali deſtitutus iuit, non ſub inuitantis perſonâ iudicem, iudiciúmque cogitauit, Matth. 22. vt non mirum ſi ſuæ temeritatis pœnas luens, tenebris eſt adiudicatus, ligatis manibus, pedibúſque; hæc ſi priùs cogitaſſet, in hæc miſer non incidiſſet.

Deliram ſenteit. qui Deū iudicem in hac menſâ nō cogitat. Matth. 22.

Quid? quòd terra in Chriſti morte contremuit Matth. 27. cur ita? An quòd receptura Chriſti corpus eſſet, & ſe tanto dono imparem fateretur? *Ad onus Domini;* ait ſanctus Hilarius 3. de Trinit. *in ligno pendentis* INTREMVIT, *eum qui moriturus erat intra ſe* CONTESTATA NON CAPERE; vtinam vel ab inanimi elemento timorem diſceremus; terra contremiſcit, Creatoris ſui corpus ſuſceptura, vt nos quoque timore concuteremur iudicem ſuſcepturi, cui tanti beneficij reddenda ratio erit.

Terra ipſa ad timorem non tacitè vocat, dum Chriſtū ſuſceptura cōtremuit. Matth. 27. S. Hilar.

Reſurgente à mortuis Chriſto, ſepulchrúmque in quo iacuerat deſerente, ingens terræmotus factus eſt. Matth. 28. *Terræmotus,* inquit, *factus eſt magnus;* tremit ſepulchrum Chriſti corpus, quod acceperat reddens, ac ſi extimuerit quòd tantum theſaurum accepiſſet; quod tetigit ſanctus Chryſoſtomus in Pſalm. 21. dum ait: *Sepulchrum accepto corpore depoſito terretur, quod Patris* THESAVRVM ACCEPISSET, DEPOSITVM CVM TREMORE *reddidit;* quàm iuſtiùs timere nos debemus, cùm reddenda nobis ratio ſit, quod non ſemel pectore eundem theſaurum ſanctiori paraturæ debito clauſerimus?

Sepulchrum tremens dum Chriſti corpus reſtituit ad reuerentiam, timorémque nos vocat, dū Chriſti corpus recipimus. Matth. 28. S. Chryſ.

Etiam Maria ab Angelo ſalutata turbatur Luc. 2. Quæ turbationis, & trepidationis cauſa? *Mox ſentit in ſe ſupremum* SVSCIPI IVDICEM, inquit ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 142. puriſſima, & innocentiſſima erat Virgo, & iudicem ſtatim cogitat in filio; nec iudicem cogitabit, qui maculis onuſtus eundem excipit in euchariſticâ menſâ?

Turbatio Mariæ ſuum iudicem ſuſcepturæ, quid nobis in Euchariſtiâ præſtandum ſit docet. Luc. 2. S. Pet. Chryſ.

289. Singulare eſt, & ſiue optimè facit, quod de Beatâ Ida de Niuellâ proditur. nam quando contingebat eam ante Altare tranſire in quo Chriſti corpus ſeruabatur, ſtatim magnus eam tremor corripiebat, & omnia eius viſcera interiùs concutiebantur, terram æmulata, quæ Chriſti corpus ſuſceptura contremuit. Sic habetur in eius vitâ, cap. 29. Quæ res illos arguit, qui ſine vllo timore, ac reuerentiâ ad Chriſti corpus accedunt; nec corpore contremiſcunt, ſed nec animo; nec iudicem cogitant ſub Euchariſtiæ velamine latentem, & omnia conſiderantem: nam ſi cogitarent, non adeò irreuerenter, nullo ferè honoris, & adorationis exhibito ſigno, ante ſacram Euchariſtiam pertranſirent; nec imparati ad ſacras haſce epulas ſe conferrent.

Singulare Euchariſtia cum tremore ſuſcipientis exemplum.

Ad extremum itaque iudicium mentem flectat, qui euchariſticæ menſæ aſſidet, cogitans omnium ſe rationem redditurum eſſe, legimus Regis iuſſu gladium cuiuſdam ceruici è filo pendentem timorem ei ita ingeneraſſe, vt ferè delitiarum immemor conſternatus enſis ictum expectaret; vtilius erit ſi idem hîc fiat. Qui menſæ euchariſticæ aſſidet, gladium cogitet iudicij diuini capiti

Iudicij diuini gladius euchariſtica menſa imminens ſpectetur.

capiti ſuo imminentem, vt ita ad ſacras epulas os obiiciat, vt ſimul ſciat ſibi reddendam rationem eſſe, ſi imparatus acceſſerit, in impurum os obtulerit, & maculatæ mentis ſinu Deum exceperit.

290. In hac ſacrâ menſâ gladium cogitandum innuit etiam Salomon, dum ait: *Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam; & ſtatue cultrum in gutture tuo*, Prou. 22. v. 1. & 2. quæ verba ad euchariſticam menſam à pleriſque ſanctorum Patrum flectuntur, in qua gladius gutturi, vt ego interpretor, apponitur, cùm iudicij ſeueritas, imminénſque ſacratum epularum temeratoribus pœna cogitatur.

Prou. 22. 1.

Quàm terribile iudicium immineat ei, qui Dei verbum otioſè, & indignè ſuſcipit, cùm de nudo verbo otioſo reddẽda nobis ſit ratio. Matth. 12.

Quid enim? ei qui ſine fructu verbulum vnum effuderit, reddenda de illo ratio ſtrictiſſimè erit in iudicio, vnde illud Chriſti apud Matthæum cap. 12. v. 36. *Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij*; ita ne humanum verbum, quod ab ore hominis effluit, ſub diſtricto ſeueri iudicis examine erit; & ob verbum Dei, quod ſub panîs, & vini ſpecie in os ſuum homo ſumit ſine vllo fructu, ad tribunal hominem non vocabit? Vocabit, & quòd otioſè illud exceperit, ſeueriſſimè arguetur. Grauiter id vrget ſanctus Baſilius lib. 3. de Baptiſmo cap. 3. *Non enim terribile tantùm* IVDICIVM HABET, *qui in carnis, & ſpiritûs inquinamento ad ſancta accedit indignè, ſed &* OTIOSE, ET INVTILITER EDENS, AC BIBENS. *Quemamodum enim, qui ſine conſcientiâ, & inutiliter ſantum, ac tale bonum irritum facit, iudicium habet ſegnitiei, cùm Dominus nec eos innoxios eſſe ſinat, qui verbum aliquod otioſum proferunt*; hactenus ille. Proh quàm terribile illis iudicium imminet, qui impuri accedunt, cùm otioſi quoque pœnas luituri ſint!

S. Baſilius.

291. Apoſtolis ſuis iuſſit Chriſtus, ſi accideret, vt aliquam ingreſſi ciuitatem non reciperentur, nec eorum ſermones exciperentur, exeuntes puluerem pedum excuterent, Matth. 10. *Quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.* Quò verba hæc ſpectant? *Nihil terrenorum ab eis communicaſſe, vt nec puluerem paterentur pedibus adhærere, ſed omnia eorum ſub anathemate reliquiſſe*, ait ſanctus Paſchaſius hîc lib. 6. An vt oſtenderent illum ipſum puluerem, quem in itinere collegiſſent, in die iudicij contra eos futurum? vnde ſtatim ſubditur: *Amen dico vobis: tolerabilius erit terra Sodomorum, quàm illi ciuitati*; ad hunc ſanctus Hilarius hæc verba ſic expendebat canone 10. in Matth. *Ergo omne domûs illius, habitationiſque peccatum intra ipſum excuſſo puluere pedum relinquitur; nihilque ſanctitatis de inſiſtentium Apoſtolorum veſtigijs mutuatur, vt quorum aditu, ingreſſuque delicta terrenæ originis auferuntur, eorum teſtimonio* INFIDELITAS CVM OMNI TERRÆ SVÆ PVLVERE IVDICETVR. Pende hîc lector, puluis pedum in iudicium eos arguet, qui Apoſtolos non ſuſceperint, & nullum ex eorum verbis fructum produxerint; quàm iuſtius ſtabit contra tepidorum ſegnitiem, contra impiorum ſcelera non puluis pedum Apoſtolorum, ſed Chriſti corpus, quod quis excipere neglexerit, vel indignè ſuſceperit, & corde impuro iudicem condiderit?

Chriſti ſanguis contra nos ſtabit ſeuerius quàm puluis pedum Apoſtolorum contra illorum contemptores. Matth. 10.

S. Paſchaſ.

S. Hil.

Si ſapis, dũ ad epulas inuitaris, in inuitantis formâ iudicis perſonã cogita, & time; inuitauerat ille Rex, qui fecerat nuptias filio Matth. 22. ſed tamen ſtatim iudicis exercuit officiũ, nulli ita blandiatur inuitantis benignitas, quem non etiam in officio contineat iudicis timor, ac reuerentia. Deus cùm mundum conderet; & eſcam homini è terrâ præberet אלהים *Elohim* dictus eſt Gen. 1. quod nomen *Deum iudicem* ſignificat; quippè qui omnium beneficiorum exigere ab homine rationem debeat; magis iudicem aget in hoc myſterio, vbi non terram, non terrena homini aut in cibum, aut in obſequium affert, ſed ſe ipſum in euchariſticâ menſâ latentem.

In Dei donis iudex Deus cogitandus. Matth. 22.

Deum iudicem cogitet, quin & timeat, qui indignè euchariſticæ menſæ adſidet; non caſu accidit, quòd poſt Paſchatis feſtum publicæ litaniæ ſupplicationéſque ac ieiunia ab Eccleſia ſint inſtituta; vt aliæ ſint inſtitutionis cauſæ, hæc etiam eſt, vt hiſce ſupplicationibus diuinæ iuſtitiæ occurratur, quæ lædi in Euchariſtiæ indignâ ſumptione, à pleriſque Paſchatis tempore ſolet; hinc illud illius; *Litaniæ ſolemniores circa hoc tempus obſeruantur, vt dum plebs Chriſtiana precibus, & ieiuniis intenta eſt*, FLAGELLA IRACVNDIÆ DIVINÆ OB INDIGNE IN PASCHATE COMMVNICANTES IMMINENTIA *facilius auertantur.* 292.

Dei dignè ſacientis manũ expectet, qui indignus ad euchariſticam menſam accedit.

Olim cùm victimæ Deo offerrentur, ignis qui illas abſumeret è cœlo mittebatur, vt ita Deus proderet ſibi victimas placuiſſe; ſed fors tacitè hæc res hoc quoque ſignificabat in ſacrificiis Dei iudicium, cuius ignis eſt ſignum ſpectandum, ne quis indignus accedat; quod maximè cauendum eſt in Euchariſtiæ ſacrificiu, & ſacramento; iure Zoſymum Preſbyterum qui indignè ad ſacra Altaria irruebat, arguit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 12. in hæc verba: *Quin* HORRES, VERERISQVE *talia committere, ac altaria frequentare? quomodo immaculata ſacrorum myſteria audes attingere? Hortor igitur te, vt vel committere huiuſmodi deſinas, vel à venerandis* ALTARIS SACRIFICIIS ABSTINEAS, NE QVANDO IGNEM DE COELO CAPITI ACCERSENS TVO, *turpè meritas pœnas, vt optaſti, lues?*

Ignem à cœle timeat, qui Dei ſacrificio indignus adſtat.

S. Iſid. Pel.

Hebraicus populus cùm iter per deſertum ageret, ignîs columnâ ducebatur per noctem, & nubis per diem Exod. 13. ſed cur igneâ columnâ vſus Deus eſt? an vt diſcerent Deum vel in beneficiis timere, qui beneficiis abuterentur; *Columna ignis*, inquit S. Zeno ſerm. 2. in Exod. *te per noctẽ Iudæa perduxit, vt* MONERET ARSVRVM; antequam manna eis è cœlo plueret ita erudiebãtur, vt tanto beneficio affecti non obliuiſcerentur Deum, qui matrem, & nutricem agebat, iudicem quoque eſſe, & omnium illi reddendam eſſe rationem. 293.

Ignis columna arſuros monebat Iudæos. Exod. 13.

S. Zeno.

Hoc voluit etiam ſanctus Iacobus in ſuâ canonicâ cap. 1. dum ait, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*; cur *à Patre luminum*, non potius *à Patre miſericordiæ, pietatis?* A Patre luminum omne deſcendit bonum, vt qui illud accipit, ſtatim iudicij moneatur; quod maximè verum, cùm quis cœleſti pane paſcitur.

In Dei donis Deus tanquã iudex ſpectãdus. Iacob. 1.

De mannâ ita loquitur Dauid Pſalm. 77. v. 24. 294.
Pluit illis manna ad manducandum; ſuum illud *pluit* pondus habet; eodem verbo vtitur Scriptura cùm de igne, & ſulphure loquitur, qui ſuper infames ciuitates cecidit Gen. 19. v. 24. *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem*; nimirum, qui pluere manna audiunt, cogitare ſtatim debebant ab eodem & ignem pluiſſe, ſicque ob præſens beneficium exultare, vt ſimul etiam imminentem pertimeſcerent pœnam, ſi beneficio abuterentur. Huc flecto ſancti Gaudentij verba ſerm. 10. de lectione Exodi. *Ipſe* PLVIT MANNA CIBVM *ſuis cultoribus*

Ignis, & mannæ cohærẽtia, vtrumque pluiſſe à Deo dicatur. Pſalm. 77. 24. Gen. 19. 24.

in

in eremo, qui IGNEM PLVERAT *nefando ſacrilegie criminoſis, ipſe pluit manna placidus, qui flammam pluerat indignatus*; ergo qui euchariſticum manna accipit, flammam ſtatim cogitet, iudicium timeat, ac ſupplicium.

In euchariſticis epulis Deus iudex ob oculos habendus. Num. 33. Abul. Denique cùm populus diu per ſolitudinem ductus eſſet, venerunt ad *fontem Maſphat*, Num. 33. quod nomen *iudicium* ſignificat; *quia ibi* IVDICATI SVNT *Moyſes, & Aaron, vt non introirem terram promiſſionis*, inquit Abulenſis; manna iam populus comederat, & Deus iubet vt ad iudicij fontem reuertatur, vt in euchariſticis epulis iudicium cogitaremus, cogitaremus iudicem, cui reddenda omnium ratio; ſed illius præcipuè, quod eſt omnium præcipuum donum, nimirum Euchariſtiæ.

CAPVT XXVIII.

Agnum manducaturi cur renes præcingere iuberentur.

Renes *cur accingerent in agni eſu.*
Renes *accingere ſolebant iter facturi.*
An extra Ægyptum renes *in agni eſu accingerentur.*
Extra Ægyptum ex Hebræorum ſententia nec baculos *geſtabant*, nec renes *accingebant.*
Voluptuoſa, & fluxa *viuendi licentia, renum præcinctio coërcendam docet.*
In rebus magnis accingendi *vèrbum adhiberi ſolitum.*
Efficax in omne opus bonum apparatus *in agni eſu.*
Paratus ad omne opus bonum ſit, *qui euchariſtica menſæ particeps eſt.*
Renes accinctos *habet, qui delectationes noxias reſtringit, & fluxa deſideria.*
Cingula *apud pleroſque dignitatum inſignia.*
Plumis, & cingulis vti ſponſis *licitum.*

295. *Renes cur accingerēt in agni eſu.* Exod. 12. INTER alia quæ ſeruanda ab illis erant, qui erant agnum manducaturi, renum præcinctio eſt; ſic enim Deus loquitur Exod. 12. 11. *Renes veſtros accingetis*; quo ritu celeritas & feſtinatio commendatur; ita & Lyranus hîc: Lyran. *Hoc*, inquit, *deſignat quòd deberent eſſe parati ad exeundum de Ægypto*; & Abulenſis hîc: Abul. *Renes veſtros accingetis, quaſi parati exiſtentes ad iter, & non iacentes in ſtratis, & deſidioſi quiete magnâ.* Rem explicatiùs verſat, & illuſtrat idem auctor in cap. 26. Matth. quæſt. 32. vbi de hac re agens, ait: *Cauſa huius cæremoniæ eſt ad* OSTENDENDAM FESTINATIONEM *comedendi, vel potiùs comedentium; nam habere renes accinctos ſignificat feſtinationem recedendi, & ideo quòd comedentes haberent renes præcinctos, erit dicere quòd ſtatim poſt cibum ſumptum receſſuri erunt; & non ſolùm hoc ſignificatur, ſed etiam vt citò comederent, ne fortè prius occurreret neceſſitas recedendi, quàm cibum finirent; vnde dicitur, & comedetis feſtinanter, Exod. 12. Quòd verò citò receſſuri eſſent apparet, quia in principio noctis incipiebat iſta ſolemnitas, nam ad Solis occaſum immolabatur agnus paſchalis, & poſtea parabatur, & comedebatur, & tamen ad mediam noctem ſurgere debebat Pharao; ſic enim ſurrexit vrgens Hebræos citò ſecedere de Terrâ E. C. ergo non multum poſt cibum ſumptum receſſuri erant. Quòd autem habere lumbos præcinctos ſignet celeritatem ad recedendum, ideo eſt, quia eſt quædam diſpoſitio recedentium, nam itinerantes lumbos accingunt, & hoc conuenit ſecundùm conſuetudinem antiqui temporis: habebant quidem homines tunc veſtes longas vſque ad pedes, & amplas, quæ magnos ſinus faciunt, ſicut ſunt veſtes Monachorum, & iſtæ multas auras capiunt, & quando fluxæ ſunt, & ſine cingulo mouentur, & pedes impediunt; apud ipſos tamen conſuetum erat, quòd homines ſine cingulo eſſent, niſi cùm aliquid facturi eſſent, & ideo ſi quis iter acturus erat, oportebat, quòd veſtem longam decurtaret, & ſtringeret ad corpus, ne laxa flueret, & pedes implicaret atque impediret: vnde accingere erat ſignum, quòd quis acturus erat iter ſtatim; & itineraturo iubetur,* *Renes accingere ſolebant iter facturi.* *quòd lumbos præcingat, quia ad aſtringendum veſtes ponitur cingulum ſuper lumbos, & quia Iudæi erant ſtatim itineraturi, videbatur, quòd comedentes haberent* PRÆCINCTOS RENES, *id eſt, iam haberent apparatum itineris, & non ſupereſſet eis aliquid diſponendum poſt cibum, ſed ſi occurreret, poſſent ſtatim poſt cibum ſumptum recedere; talis autem modus ſeruatur in Scripturis tam in Nouo, quàm in Veteri Teſtamento, vbi alicubi citò agere, aut itinerari præcipiatur; nam lumbos præcingere mandatur, ſic patet 4. Reg 4. cap. vbi Heliſeus iuſſis puero ſuo Giezi citò ire ad ſuſcitandum filium Sunamitis, dixit: Accinge lumbos tuos, & vade; ſic etiam Chriſtus dixit Luc. 12. cap. ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & non aliud* LVMBOS ACCINCTOS *habere niſi paratum eſſe ad currendum, & aperiatur Domino, quando venerit, & non ſit aliqua mora in faciendo hoc; & patet, quia dicitur ſtatim, & vos ſimiles hominibus, expectantibus Dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs, vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei; & ſic ad itinerandum lumbi accinguntur, vel renes, quod idem eſt. Ita & ad operationes quaſcunque, quæ aliquem motum corporis exigunt, vt veſtes longæ, & fluxæ non impediant motum. ſic dicitur Lucæ 12. cap. Beati ſunt ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes; amen dico vobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ita etiam Dominus ad miniſtrandum ſeruis in menſâ præcingit ſe, vt veſtes longæ non impediant motum, & operationem, & iſte eſt modus loquendi in totâ ſacrâ Scripturâ, & apparet Tob. 5. cap. vbi de Raphaël Angelo (quem quærebat Tobias, vt hominem directorem in viâ) dicitur: egreſſus Tobias inuenit iuuenem ſplendidum ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum; & ita ſignatur ibi, quòd lumbos præcingere ſit ad itinerandum diſpoſitum eſſe.*

Dubium verò eſſe poteſt an extra Ægyptum, 296.
cùm aliò eundum non eſſet, nec celeritas eſſet neceſſaria, renes ſuos Iudæi cingere conſueuerint in agni immolatione. Affirmat Abul. ſic autem ait, in c. 26. Matth. q. 32. vbi cùm vnâ ritus huius cauſam adduxiſſet, adijcit & alteram, dicens: *Secundò fiebat hoc ad commemorandum, & commouendum Iudæos, vt omnia parata haberent, quando comederent ad recedendum, cùm tanta celeritas eis oſtenderetur, vt etiam comedendo deberent habere apparatum itineris. Cùm autem eſſent in terrâ ſuâ Iudæi in alijs celebrationibus Phaſe, debebant habere lumbos accinctos, non quidem ad aliquam celeritatem itineris facturi, ſed ad deſignandam celeritatem exitûs, quam habuerunt ſui progenitores de Ægypto.* *An extra Ægyptum renes in agni eſu accingerentur.* Abul.

Extra

Calceamenta extra Ægyptum in pedibus habere nõ erat neceſſarium; nec baculum geſtabant, nec feſtinanter comedebant. R. Moſes.

Extra Ægyptum renes ſibi non accinxiſſe Hebræos tradit R. Moſes Ægyptius perech 10. de agno paſchali, vbi vniuerse tradit, aliquos ritus, qui in Ægypto ſeruati, extra Ægyptum non fuiſſe in vſu, & ſunt iſti, præparatio agni ante quatuor dies, quàm mactaretur, ſanguinis aſperſio, quæ in domorum poſtibus, & ſuperliminaribus fiebat, & feſtinata agni comeſtio, & conſeqoenter extra Ægyptum baculum manibus non tenebant, renes non accingebant, nec in pedibus peculiaria calceamenta geſtabant, cùm iter illis non eſſet habendum, nec habenda illa, quæ ab iter habituris geſtari ſolent; ita & R. Iacob, aliíque Hebræorum magiſtri.

R. Iacob.

297. *Voluptuoſa & fluxa viuendi licentia renũ præcinctio coërcendam docet.* S. Greg. Nyſſ.

Sed præter celeritatem aliud etiam ſignat renum iſta præcinctio, aliud claudit, & in primis voluptuoſam fluxámque viuendi licentiam coërcendam clamabat. Peritè ſanctus Gregorius Nyſſenus de vitâ Moſis: *Ad hanc vitam faciendam, talaris veſtis, & effuſa, id eſt, voluptuoſa, & vitioſa viuendi ratio, quæ latiſſimè patet, nimiúmque effunditur, impedimento eſt; quare* CINGVLO *quodam rurſum trahenda eſt, & coarctanda, ne huc, atque illuc circumfluat. Cingulum verò modeſtia eſt, & diligens viuendi ratio, quæ nos monet ad neceſſitatem, non ad voluptatem rebus vti. Quòd autem pro modeſtiâ cingulum capiatur, etiam membra corporis, quæ cingulo connectuntur, teſtimonio ſunt.*

In rebus magnis accingẽdi verbũ adhiberi ſolitũ. Terent. Donat.

Præterea magnum aliquid Hebræis præſtandum accinctio illa renum innuebat. Terentius in Eun. cùm dixit: *Accingar*; ait etiam ſcholiaſtes Donatus; *ideo &* ACCINGAR *dixit, ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiendis vt accingant omnes operi.* Igitur tanquam magnum aliquid ſumus præſtaturi agni eſu, iubemur cingulo renes præcingere.

Efficax in omne opus bonũ apparatus in agni eſu. S. Hilar.

Eſt hoc quoque hic habitus efficax in omne opus bonum apparatus; ſic enim loquitur ſanctus Hilarius in Matth. canone 2. ZONÆ PRÆCINCTIO *efficax in omne opus bonum eſt apparatus: vt ad omne miniſterium Chriſti, voluntatis cingulo ſimus accincti.* quod maximè locum habet, cùm ad euchariſticam menſam accedimus.

298. *Paratus ad omne opus bonum ſit, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt.* Iſa. 6. 8.

Se, ſuáque Deo offerat qoi euchariſticas epulas deguſtat; paratus ad omne opus bonum ſit, qui Chriſti corpus ſumit; vix Iſaiæ calculo, quam forcipe tulerat Seraphim de altare, labia fuêre tacta, & munda reddita, cùm audiens illa verba: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* ſtatim reſpondit, *Ecce ego, mitto te*, Iſaiæ 6. v. 8. cur adeò promptum ſe præbet cùm alioquin Ieremias ad idem munus ab eôdem vocatus ſe excuſauerit, dicens: *A A A Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*, Ier. 1. v. 6. vt aliæ ſint huius tam variæ mentis rationes, etiam hæc addi poteſt, offerre ſe Euangelicum Prophetam, quia illo calculo tactus, qui Euchariſtiæ figura erat, quæ animum ad dona quæque præſtanda adiicit, roborátque ita cultores ſuos, vt nihil adeò arduum ſit, quòd ea muniti, non ſtrenuè aggrediantur. Ex calculo, Prophetæque promptitudine nos quoque ad paria vocat nobilis quidam auctor, dum ait: *Sicut Iſaias cùm primùm calculo mundatus eſt, audiens Deum dicentem: Quem mittam? Et quis ibit nobis? mox reſpondit: Ecce ego, mitte me; paratum ſe præbens ad obediendum illi in omnibus, quæ iuſſiſſet, & ad eundum quocunque mitteret illum: ſic qui dignè ſumit Euchariſtiam, eáque mundatur, & inflammatur,* STATIM SE, OMNIAQVE SVA DEO OFFERT, *cum magna animi promptitudine ad agendum quicquid præceperit, & ad exequendum quicquid ordinauerit.*

Renes accinctos habet, qui delectationes noxias reſtringit, & fluxa deſideria. B. Elig.

Præterea renes accinctos habet, qoi carnis voluptates, carnaliáque deſideria coërcet; hinc illud ſancti Eligij hom. 14. *Agnum noſtrum comeſturi, renes noſtros accingamus, id eſt, delectationes noxias, & carnalium deſideriorum fluxa reſtringamus.* Ab euchariſtico conuiuio meretur excludi, qui à ſuæ mentis ſinu noxias delectationes non excludit; definiam ſi de ſingulis quendam Perſarum morem priùs adiecero.

Cingula apud pleroſque dignitatum inſignia. Teix.

Cingula apud pleroſqoe dignitatum inſignia fuerunt, & honorum; in deſcriptione Africæ hæc de Perſis referuntur: SEMPER IN PERSIA CINGVLA FVERVNT INDICIA HONORVM, *& dignitatum, quemadmodum & hodie; nam è materia, & opere illorum cognoſcitur cuiuſque dignitas; ſumma enim argumentum ſunt aurea, ſecunda argentea, idque prout vel gemmis ſunt diſtincta, aut illis carent, ita vt è cingulis procliue ſit indicare, quem quiſque locum, & dignitatem in aula obtineat.* Pergit, & ſponſis licuiſſe cingula quæque geſtare nuptialibus diebos his verbis explicat, SPONSIS *tamen cuiuſcunque ſint dignationis permittitur etiam præſtantioribus,* NVPTIALIBVS DIEBVS, *vti, quemadmodum &* PLVMIS, *licèt hæ quoque nobilitatis inſignia cenſeantur*; ſed ad mores præcingendi morem iam transferamus.

Plumis, & cingulis vti ſponſis licitũ. Idem.

EXCVRSVS XXII.

Euchariſticum Agnum comedentes, renes accinctos habeant caſtitatis cultu.

Carnis lumbi in euchariſticâ menſâ caſtitatis funiculo *præcingendi.*

Ioannis Baptiſtæ puritatem *æmuletur, qui Paſcha comedit.*

Caſtitas *in accinctis renibus notata.*

Caſtitate *præcingi debet, euchariſtici Agni particeps.*

Renum præcinctio ad caſtitatem *ſignificandam.*

Renes accingendi caſtitatis cultu, *idque coram Deo iudice.*

Alienus libidinis ignis *à ſacris Altaribus exulet.*

Infantis puritas, & caſtitas *in euchariſticâ menſâ.*

Tanquam purâ apis *euchariſticum manna colligendum.*

Pudica manus *Chriſti contingat corpus in Altari.*

Quàm graue piaculum ad puritatis fontem cum impuritate *accedere.*

Vinum caſtitatis *hoſtis, euchariſticum pater eſt.*

Eccleſia virgo *dicitur ob euchariſticum vinum, quo eſt diues.*

Flores virginitatis *producit vinum euchariſticum.*

Virginitatis *nexus* & Euchariſtiæ.

Caſtitatis ſpiritum *euchariſticus Agnus inhalat.*

299. *Carnis lumbi in euchariſtica menſa caſtitatis funiculo præcingendi.*

QVi agni carnibus veſcebatur, præcinctos habere renes debebat; quo ritu omnis intemperantia,

perantia, atque libido coërcenda iubetur, *renes* quippe PRÆCINGIMVS CVM CARNIS LVXVRIAM *per continentiam coarctamus*; ait ſanctus Gregorius. Caſtus igitur, ac purus ſit ſacrorum myſteriorum futurus particeps, vt extimæ præcinctioni ritu ſanctione reſpondeat. Siſtenda hîc Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui cap. 24. de caſto connubio qualis ad ſacrum Altare accedere quiſque debeat, his verbis docet: *Mundet ſe compunctionis, & lacrymarum lauacro*, CARNIS LVMBOS CASTITATIS FVNICVLO ACCINGAT, *ſicque deuotionis affectu ſe componat, virtutum ſe ornet gemmis, ſéque Dominica memor paſſionis quiſque ad ſanctum accedat Altare diuina ſuſcepturus myſteria.* Sic ille. In hac re ſuffragium quoque ſuum adiicit ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 41. vbi hoc expendens, ait: *Tibi per* ZONAM, *ac* TEMPERANTIAM RESTRINGATVR *pars illa, quæ libidine æſtuet, ac veluti hinnitum edit; ita fiet, vt mortificatis membris, quæ ſunt ſuper terram, paſcha purè comedas, ſolitarij illius Ioannis, ac præcurſoris, magnique veritatis Præconis præcinctionem imitans.* Peode poſtrema verba, *ſolitarij illius Ioannis præcinctionem imitans*; quibus innuitur, quàm purus non ſolùm ab omni laſciuiæ fœditare eſſe debeat euchariſtici agni conuiua, ſed etiam quàm ab leui maculâ, ab omni impurâ cogitatione abeſſe, vt Ioannis imitator audiat, qui ne leui macularet famine vitam, ne vel exigui peccati maculâ pollueretur in beremum ſe contulit, zonam pelliceam circa lumbos ſuos geſtauit in puritatis, & caſtitatis ſignum, imò & munimen.

S.Greg.

S.Greg Naz.

Ioannis Baptiſta puritatem æmuletur qui Paſcha comedit.

300. Caſtitatem porrò cuſtodiam in accinctis renibus notatam acutè obſeruabat Beatus Iſaias Abbas orat. 22. expendens non iuſtos Hebræos ſe ſuper renes accingere, ſed accingere renes, vt ad cordis munditiam vocari ſe ſcirent. *Non dictum eſt*, inquit, *accingetis vos ſuper renes veſtros, ne quis de cingulo dictum intelligat, ſed renes veſtros accingetis*, VT DE CASTITATE ET MVNDITIA *intelligamus*; vt verè etiam de ipſo cingulo locutum, non eſt quod dubitemus; ſed ad ritum in agni eſu ſeruatum calamum flectamus.

Caſtitas in accinctis renibus notata.

B.Iſa.

Accinctis renibus iubebantur Hebræi agnum comedere: *vt* CASTITATE PRÆCINCTI *agnum comedamus*, inquit ſanctus Algerius lib. 1. de ſacramento Altaris cap. 22. quod luculentiùs explicat, dum ſubdit: *Cur accinctis renibus abſtinentiam libidinis expreſſiùs indixerit, cùm de cæteris vitijs nihil nominatim, ſed communiter omnium vel cautelam, vel diſciplinam figurauerit? vnde ſciendum, quia Agnum Dei ſine maculâ; qui Virginis eſt Filius, luxurioſi, & inceſti ſumunt periculoſiùs, quia cùm in ſacramento Chriſto vniri debeamus conformitate paſſionis, & munditia, nihil ſic aduerſatur paſſioni crucis, vt voluptas, nihil ſic munditiæ, vt fœditas, nihil ſic eius vnioni, vt fornicaria ſocietatis vnitas.*

Caſtitate præcingi debet euchariſtici agni particeps.

S. Alg.

Etiam Abulenſis renum præcinctionem ad caſtitatem ſignificandam in hunc modum flectit in cap. 26. Matth. quæſt. 32. *Circa Chriſtum autem* PRÆCINGERE LVMBOS *conuenienter ponitur, quia, vt dicit Gregor. lumbos præcingimus cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus; & quoniam ſumentes corpus Domini debent eſſe mundiſſimi, quia non eſt aliquid, quod* TANTAM MVNDITIAM EXIGAT; *cùm nihil ſit pretioſius, debet lumbos habere præcinctos, id eſt, à carnis illecebris abſtinere, quia actus iſte hominem valdè immundum reddit carnem totaliter ſubijciendo, & non relinquendo ei aliquem gradum ſpiritualitatis; vnde non ſolùm ab illicitis contractibus tunc abſtinendum eſt, ſed etiam à licitis, vt ſpiritus noſter purus ſit, & talis, vt ſe in altum tollere queat.*

Renum præcinctio ad caſtitatem ſignificandam.

Abul.

Renes præcingat ſacræ menſæ accubiturus, ac ſtatim moneatur ita ſibi colendam puritatem, vt meminerit, Deum teſtem, ac iudicem futurum; de quo dicitur, quòd *renes ſcrutetur, & corda*, adeò vt falli non poſſit, licèt falli homines poſſint, caſtum illum putantes, qui videtur eſſe, cùm non ſit. Siſtenda hîc ſunt ſancti Paſchaſij verba, qui lib. de corpore & ſanguine Domini cap. 11. ita ſcribit: *Probet ſe vnuſquiſque, & vti præcipitur, ſic agat. Renes veſtros, inquit, accingetis, quia ſunt hæc vitæ ſemina, quibus virgines generantur; vnde conſtat, quia nulli periculoſiùs ea contingunt, quàm* LVXVRIOSI, & INCESTI; *propterea primum hoc loco & lex caſtitatis in renibus, quorum ſcrutator eſt Deus, per ſe ipſum adſigitur.* Ita Beatus iſte. Nemo iudicem hunc fallere poteſt, ea caſtitas ſeruanda eſt, & huic menſæ afferenda, non quæ talis hominibus qui extima tantùm iudicant, cenſeatur, ſed quæ, Deo teſte, comprobetur, qui renes videt, ſcrutatur corda. 301.

Pſalm 7.10.

Renes accingendi caſtitatis cultu, idque coram Deo iudice.

S.Paſchaſ.

Cauendum ſummopere eſt, ne alienum ignem ad ſacrificium iſtuc deferamus. Igne conſumptos legimus, qui alienum ignem offerre Deo voluerunt, Leuit. 10. 2. alienus ignis luxuria eſt, aliena flamma libido, quam qui ad hoc Sacramentum præſumet deferre, vltimas luet pœnas. Hoc voluit ſanctus Petrus Damianus epiſt. 66. his verbis: *Cùm ad offerendum Deo terribilis ſacramenti libamen accedimus, cauendum valdè eſt, ne* ALIENVM IGNEM, HOC EST, LIBIDINIS FLAMMAM, *vel cuiuſuis vitij fomitem, inter ſalutares hoſtias deferamus.* Inferni veretur ignem, qui libidinis igne accenſus ad puritatis ſacramentum præſumit accedere.

Alienus libidinis ignis à ſacris Altaribus exulet.

Leuit. 10. 2.

S.Petr. Dam.

Infantis hîc puritas neceſſaria eſſet, vt huius Sacramenti lacte veſceremur. Solent Altaris fontes vberibus ſignificari; hinc illud in amoris Cantico cap. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino*; Theodoretus ex tribus Patribus ſic exponit: *Per vbera illa admiranda, & vino præſtantiora, cogita ineffabiles* ILLOS ALTARIS FONTES, *ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur*; ergo cùm ſugenda nobis vbera ſint, inſtar infantium, conemur infantium puritatem ab omni maculâ alienam, imitari. 302.

Infantis puritas & caſtitas in euchariſticâ menſâ.

Cant. 1.

Adeò caſtitatis amica apis eſt, vt impudicos auerſetur, & ab illis fugiat, quod fusè in primo ſacrorum electorum volumine probaui; apem imitetur euchariſtici mellis cultor; nam & hoc monet S. Drogo lib. de ſacramento Dominicæ paſſionis: *Eſto*, inquit, APIS VIRGINEA, *collige floſculis man.*

Tanquam ſuauis apis euchariſticum nectar colligendum.

S.Drogo.

Purus itaque quiſque ſit, & virgineo pectore Virginis excipiat Filium; pudica, & impolluta manus ſit, pudicum os, quod Sacramentum iſtuc contingit; nam ipſius Virginis puritas, quæ eum virgineis viſceribus concepit, ſi fieri poſſet, habenda eſſet, ſaltem imitanda pro viribus eſt, vt cœleſtis iſtius menſæ delitiis perfruamur; & quidem manum contingentem Mariæ concipienti pariare videtur ſanctus Petrus Damianus opuſc. 28. diſſertat. 1. cap. 1. his verbis: *Plenè ſicut concipienti Deificæ Virgini non virile ſemen influxit, ſed virtus ſancti Spiritûs obrumbauit; ita nunc in Altari poſitum ſacramentum eadem ſancti Spiritûs virtus eſt, quæ viuificat: & neceſſe eſt, vt* HOC PVDICA MANVS, & IMPOLLVTA *contingat.* pudica ſit & mens, pudicum cor, & impollutum.

Pudica manus Chriſti contingat corpus in altari.

S.Petr. Dam.

Quàm

Digitized by Google

303. *Quàm graue piaculum ad puritatis fontem cum impuritate accedere.* Pett. bleſ.

Quàm graue piaculum ſit ad puritatis fontem cum impuritate accedere, & ad virginis filium luxuriæ cœno inquinatum ire: ita explicabat Pettus Bleſenſis ſerm. 38. *Suis viribus quomodo quis erat ſeruiturus, probibebatur à mulierum complexibus, à ſicera, & vino, imò ab omni, quod inebriare poteſt, à communi colloquio. Multo magis Euangelici Sacerdotes ab his ſe abſtinere debent, ne inter* MVNOITIÆ OFFICIA *ſurrepat vita immunditia, Antiochus Epiphanes tempore Machabaorum Templum Domini violenter ingreſſus, Idolum Olympici Iouis in eo iuxta Arcam Teſtamenti poſuit. Machabai poſtea praualentes, inuenerunt locum impollutum, & poſt eiectas ſpurcitias, multis purgationibus locum mundauerunt. Quicunque enim ad Altare Domini accedit inquinatus luxuriâ, iuxtâ Filium Virginis idolum ponit Veneris. Qui ſacra illius verba ſacramenti ore immundo profert, in faciem Saluatoris ſpuit. Et cùm in os immundum ſanctiſſimam carnem imponit, eam quaſi in lutum platearum proijcit. Ad ſuum iudicium ad hoc Sacramentum accedit, qui adhuc aliena cuticula tactu bilareſcit, qui æſtibus vitiorum exardeſcit.*

Vinum caſtitatis hoſtis, euchariſticum pater eſt.

Porrò ne caſtitas, quam quis Dei munere ſeruat, tentationis ſydere afflata pereat, frequens ſe quiſque ad ſpitituale hoc conuiuium conferat, & ex ſpiritali hoc vino bibat, purior quippe abibit, & tantum aberit, vt caſtitas minuatur, vt etiam firmior fiat: ſolet vinum, quod corpus alit, puritatem impetere, & caſtitatis arcem arietare, vt proinde *Veneris armiger*, dictum ſit, *Veneriſque lac*, vt alibi notaui; ſed vinum iſtuc quod in euchariſticâ menſâ porrigitur vt puritatis amicus, puritatem ſeruat, virgines procreat: hinc illud Zachariæ 9.17. *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Quod in rem noſtram expendit ſanctus Paſchaſius Radbertus lib. de corp. & ſang. Dom. cap. 21. *Notandum*, ioquit, *quòd nonniſi electorum eſt cibus, ex quo bonum ſalutis Eccleſia, & pulchritudo decoris ſaluetur; quia etſi quotidie ſordeſcit, exinde reparatur, vt ſponſa Chriſti ſine* MACVLA, & RVGA, *talibus inueniatur reſperſa muneribus.* Pergit de virginum procreatione: *Et vinum*, inquit, *germinans virgines. Felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur; nam in hoc noſtri germinis vino caſtitas corrumpitur; ab iſto verò virgines procreantur.* Neſcit huius vini ebrietas in puritatem ſæuire, ſæuit terreni germinis vinum; ſolet & tota Eccleſia virgo dici, non aliunde magis præcipuè, quàm huius vini potu; ab eodem calamo etiam iſtuc eſt. *Et ideo iure omnis Eccleſia Chriſti* VIRGO *nominatur, quia iſto repleta vino nullum præter Chriſtum amare nouit, nullum eſurire alium, nullúmque ſitire.* Amatorium poculum iure cenſeatur, quod ſine vllâ culpâ, ſed ſingulari merito ſiccare quiſque poteſt, vt Chriſti amore ferueat, Chriſtum ſuum amet.

Zach. 9.17. S. Paſch.

Eccleſia virgo dicitur ob euchariſticū vinum, quo eſt diues. Idem.

304. *Flores virginitatis producit vinū euchariſticum.*

Terrenæ vitis vinum tum flores germinat cùm deficit, cùm deterius eſt; hoc ſpiritale nunquam deficit, nunquam deterius fit, ſemper idem eſt, & flores virginitatis ſemper producit, vt Eccleſia huic vino debeat, quod virgo ipſa eſt, & tot virginibus gaudet, quibus exornatur.

Virginitatis nexus & Euchariſtia. Cant 4.

In amoris Cantico vix ſponſæ dictum, *mel & lac ſub linguâ tuâ*, cap. 4. v. 11. quod ad euchariſticas delitias, ac ſuauitates flectitur; cùm addit ſtatim v. 12. *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus*; quæ verba virgineæ puritatis commendationem continent, vt non ſemel diximus, & ante nos probi Interpretes dixêre; hîc tantùm nexum peodo verborum; virginitatis cuſtodia cum Euchariſtiæ dulcidine nectitur; & poſt guſtatum mel ſequitur fontis ſacri obſignatio; vt intelligeremus à ſacræ menſæ frequentatione virginitatem prodire, puritatiſque matrem Euchariſtiam eſſe, caſtimoniæque munimen.

Caſtitatis ſpiritū euchariſticus Agnus inhalat. Anon.

Denique caſtitatis ſpiritum euchariſticus Agnus inhalat, puritatem nutrit, fouet, quin & gignit; obſeruatum & ab aliis, & à nobis alibi eſt, Mariæ carnem hac vi præditam, vt viſa adeò carnis concupiſcentiam non excitaret, quòd ſopiret potiùs, ac velut aquâ iniectâ ignis extinguitur, extingueretur; cur negemus Chriſti carni, quod datum Mariæ carnibus credimus, & plures experti ſunt? Pulchrè ille: *Si Beata Virgo Maria, quæ totum, quod habuit, à filio recepit,* CONCVPISCENTIAM RESTRINXIT, *oculis ſolummodo intuentium conſiderata, quomodo id non magis præſtabit diuina ipſius Filij caro in venerabili hoc Sacramento recepta!* Det nobis eam puritatem pura caro, quam à nobis exigit, vt habeamus ab ea, quod ad eam offeramus; ſit receptæ Euchariſtiæ caſtimonia fructus, vt ſit & recipiendæ præparatio.

EXCVRSVS XXIII.

Euchariſtici Agni carnibus, qui veſcitur, promptè Deo pareat.

Cinguli, & fortitudinis *nexus.*
Voluntatis promptitudo *in Dei obſequio.*
In obedientiæ *ſtadio Chriſti miles currat.*
Euchariſtici Agni carnibus qui veſcitur, promptè Deo pareat.
Sine morâ *eundum quò Deus vult calces clamant.*
Apoſtoli imitatores *ſacra menſa participes.*
Propriâ voluntate *careat frequens euchariſtica menſa conuiua.*
Propria voluntas *herba diaboli venenoſa.*
Obedientia *quid meruerit.*
Obedientia *cum* Euchariſtiâ.
Indignus euchariſticis epulis, qui ſuæ litat voluntati.
Morti proximus Euchariſtia ſacramentum inſtitutum, vt obedientia *in eo commendaretur.*
Agni eſus ad obedientiam *nos inuitat.*
Obedientiæ crux *nobis ſubeunda.*
Panem euchariſticum edens, diuinam voluntatem *perficiat.*
Quantas vires exerat Euchariſtia, animam Deo obſequentem *cùm reperit.*
In conſecratione, promptæ parentiæ *exemplum efficax habemus.*
Huius Sacramenti eſt voluntates *conſociare.*
Sanguinis potus contra inobedientiæ *vitium.*
Chriſti corpus qui ſumit, Chriſtum ſequitur *vt* vmbra.

Renum præcinctio, quæ in agni eſu præcipitur, myſterio haud eſt vidua. An animi fortitudinem deſignat ab omni torpore, remiſſionéque diſſitam? Iſaiæ 23. verſ. 10. *Non eſt cingulum* 305.

Cinguli, & fortitudinis nexus. Iſa 23.

Chald.

vltrà tibi;Chaldæus, *Non eſt vltrà fortitudo*, vt cingulum fortitudiuis ſignum ſit; ne ergo remiſsè quis ad euchariſtici Agni eſum accedat, tenes vinculo præcinctos habere iubetur.

Voluntatis promptitudo in Dei obſequio.
S.Cyr.Alex.

Addo hoc habitu promptam parentis voluntatem ſignificari; huc ſpectanit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrorum in Exodum, vbi legit: *Lumbi veſtri ſint præcincti*, quod vulgatus, *Renes veſtros accingetis*; ſic autem hunc ritum exponit ſanctus Pater, ad fortitudinem, & promptam voluntatem aſpiciens: *Quòd igitur ſuccingant lumbos, vigilantiæ ſignum eſt, &* VOLVNTATIS PROMPTÆ, *iuxta illud dictum à Deo ad iuſtum Iob: Accinge tamquam vir lumbos tuos; & rurſus apud Prophetam quendam: & erit vt iuſtitia accingat lumbos eius; pro eo, quod eſt agilis, ac fortis erit ad iuſtitiam colendam.* Fortis igitur ſit, qui ad euchariſticum Agnum accedit, & fortitudinem ſuam diuinæ voluntati parendo, inque iuſtitiæ cultu prodat.

Iob 38. v. 3.
Iſa. 11. 5.

In obedientiæ ſtadio Chriſti miles currat.
B.Laur.Iuſt.

Præcingere ſe & fortes milites ſolebant, præcingunt ſe & iter facturi, vt expediti ſint, vtriſque ſimilis vetus obediens erit. Opportunè ſanctus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de perſeuerantiâ; *Currite, currite ô vos omnes milites Chriſti, properate feſtinè, & feſtinè quicunque* IN OBEDIENTIÆ, ET SVBIECTIONIS STADIO *certatis*. Miles Chriſti vt præcinctus & expeditus, qui ad euchariſticas epulas occurrit, promptè Deo pareat, nihil laciniorum trahat, nec moras in parendo nectat.

306.
Euchariſtici Agni carnibus, qui veſcitur, promptè Deo pareat.
Ioan.Rusbr.

Voluntati diuinæ ſuam ſubiicere debet, ſuam cõformare qui euchariſticas delitias guſtat, & veri Agni carnibus veſcitur; huc fors Scriptura ſpectauit; ſcitè Ioann. Rusbrochius lib. de tabern. c. 122. *Quod autem*, inquit, *Scriptura vetat, ne agni paſchalis eſcis comminuamus, hoc ipſum figuratè nos inſtituit*, QVICQVID CHRISTVS VELIT, ID NOS QVOQVE VELLE, *idémque etiam artibus vbicumque poſſimus abſque diminutione, aut laceratione proſequi, & exequi nos debere; ſicut enim virtus hominis in cunctis eius oſſibus conſiſtit, ſic & Chriſti virtus in eius voluntate ſita eſt. quando igitur cum ipſo & volumus, & agimus, omnia oſſa eius integra manent.*

Sine mora omnium quò Deus vult, calcei clamant.
S Cyr Alex.
Epheſ. 6. 5.

Etiam calcei, qui agni conuiuæ decernuntur, hanc voluntatem in parendo ſuadent; ſic enim habet idem ſanctus Cyrillus Alexandrinus producto ſuperiùs loco: *Calceus ſignificat* PRÆPARATIONEM VOLVNTATIS AD EVNDVM SINE MORA AD ID, QVOD DEO PLACVERIT; *ita Paulus id intellexit Epheſijs ſcribens: Induti calceos in præparatione Euangelij pacis.*

Apoſtoli imitatores ſacræ menſæ participes.

Hæc Apoſtoli verba de Apoſtolis, Apoſtoliciſque viris intelliguntur, Euangelium Dei iuſſu diſſeminarunt; ſed cur etiam agnum manducaturi calceos induunt. An vt tacitè nobis innueretur, quâ ſanctitate, quâ innocentiâ referri eſſe debeant, ea ſcilicet, quâ Apoſtolos referre poſſint, vt & ſcientiâ, ac morum clamore quidam Euangelij ſeminatores ſint. Præcipuè verò nobis obedientia imitanda, qua in Euangelij prædicatione Deo ſuo paruerunt Apoſtoli, vt ſoli Dei nutu in omnem mundi plagam, quocunque Deus vellet agerentur, nulli rei addicti, nulli loco.

Propria voluntate careat frequens euchariſticæ menſæ conuiua.

Licèt enim vbique nobis prompta parentia commendetur, commendatur maximè in ſacræ menſæ delitiis: adeò vt is dignè accumbat, cuius voluntas in diuinam voluntatem immigrauit, vt iam nihil velit, niſi quod Deo placet. Hinc diuinitus docta B. Maria Magdalena de Pazziis ſolebat dicere, eum dumtaxat poſſe quotidie diuinæ menſæ accumbere, in quo cognoſci non poſſit cui rei, cui muneri addictus præ aliis ſit, aut ſigno aliquo prodeat ſe in vnam rem magis propendere, quàm in aliam. O felix, qui huc euaſit! Quàm huic cœleſtes dapes ſapiunt?

307.
Propria voluntas herba diaboli venenoſa.
S Anſelm.
Dauid de Auguſt.

Propria volontas tanquam fel, ac venenum melleam Euchariſtiæ dulcedinem inficit. Sanctus Anſelmus lib. de ſimilitudinibus cap. 38. de propriâ voluntate, ita cenſet: *Iſta eſt herba Diaboli* VENENOSA SVGGESTIONE VENENATA, *& omnibus eâ vtentibus peſtifera*; & de inobedientiâ Dauid de Auguſta cap. 2. de obed. *Cauete ab* INOBEDIENTIA, *fratres; ſub ipſâ enim poteſt latere fel Draconis*; & ferè latet, vt hoc felle mellis dulcedinem obtundat, quod in Euchariſtiæ ſacramento exhibetur. Igitur, *Si vis habere mel, funde fel*, vt aliò ſpectans dicebat ſanctus Auguſtinus.

Obedientia quid meruerit.
4. Reg. 2.

Verè nihil ita Chriſtum allicit, vt pectus noſtrum ſubeat, quàm prompta parentia, & propriæ voluntatis abnegatio. Magni beneficij loco olim ab Eliſæo habitum, quòd magiſtri ſui Eliæ melotem obtinuit, dum in cœlum aſcenderet, 4. Reg. 2. ſed quâ virtute donum iſtud meruit? quâ flexit Eliam vt dimitteret pallium, quid præſtitit Eliſæus vt Magiſtri ſui ſpiritum, gratiámque reciperet? Inſignis eius obedientia exſtitit, hac & pallium obtinuit, & magiſtri gratiâ donatus eſt. Accinit ſanctus Ephræmus Syrus de virtute lib. 2. cap. 2. *Samuel*, inquit, PER OBEDIENTIAM *quam Heli Sacerdoti præſtitit, dignus habitus eſt, qui Dei vocem audiret; Eliſæus verò huius adminiculo, pallium, & gratiam ſui accepit magiſtri*; tantum perfecta obedientia præſtitit, tantum potuit. In Eliæ pallio corporis Chriſti figuram videre videor; ſancti Chryſoſt. verba ſunt hom. 2. ad populum Antiochenum: *Elias melotem diſcipulo reliquit, Filius autem Dei aſcendens, ſuam nobis carnem dimiſit.* Ingentis beneficij loco habuit Eliſæus, Magiſtri pallio donati; quàm nos feliciores, qui non Eliæ pallio, ſed Chriſti corpore ditamur? Sicuti verò obedientiâ Eliſæus Eliæ donatus eſt pallio, ſic & nos Deo in omnibus parentes euchariſticis epulis accipere debemus.

S Ephræm.
Obedientia cum Euchariſtia.
S.Chryſ.

308.
Indignus euchariſticis qui ſuæ litat voluntati.

Indignus his epulis eſt, qui ſuæ voluntati litat, diuinam ſpernit, nec Deo parêre ſtudet, obſequitur ſibi, & mundo. Proh quàm grauis refractariis imminet pœna, quàm graue ſubituri ſupplicium ſunt, qui agni carnes comedunt, & Pharaonis, Ægyptiorúmque duritiam diuinæ voluntati reluctando æmulantur. Pende, tunc Ægyptiorum primogenitos peremptos cùm agni carnes Dei populus comediſſet; *Nam Deus de incredulis, &* INOBEDIENTIBVS *ſupplicium ſumit*, inquit hîc ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrorum in Geneſim.; ſufferre eorum peruicaciam, & voluntates Deus potuerit, vbi immolatus fuit agnus ferre non potuit; digno eos ſupplicio afficit, primogenitos occidens; & tamen Ægyptij agni epulis non interfuerant; quid ſi interfuiſſent, & adhuc in ſuâ duritie permanſiſſent? quid hîc illi, qui non ſemel, ſed frequenter euchariſtici Agni carnibus veſcuntur, & tamen propriæ voluntatis duritiem adhuc non exuerunt? quàm graues ſint pœnas ſubituri ipſi cogitent, & ex Ægyptiorum ſupplicio colligant ſi poſſunt.

S.Cyr. Alex.

Morti proximus Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit, vt obedientia in eo commendaretur.

Hoc ſacramentũ Chriſtus inſtituit cruci, mortíque proximus; nõ caſu id factum, ſed diuino conſilio, vt alibi etiã expendi; hîc addo, & in obedientiæ

commen

commendationem factum, tunc ſcilicet boe conuiuium inſtituit, cùm ſummum, perfectiſſimúmque obedientiæ exemplum erat mundo daturus, *factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*; & inobedientiæ cuſtodiam vitam exhibens. nam, vt ait ſanctus Bernardus, *Chriſtus ne perderet obedientiam, perdidit vitam*; vt nos Euchariſtiæ conuiuas ad obedientiam alliceret, & exemplo ſuo prouocaret, nobiſque in hoc Sacramento obedientiæ ſpiritum verus obediens inhalaret, & leuem obedientiam nobis redderet; vt enim ait Richardus tract. de differentiâ ſacrificij Dauid, & Abrahæ: *Nulla tibi* OBEOIENTIA *videbitur grauis, vel importabilis, ſi illius exemplum perfectè æmularis, qui factus eſt obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis.*

S.Bern.

Rich.Vict.

309. *Agni eſus ad obedientiam nos inuitat.*

Vt primum patentem obedientiam doceret, ligni eſum illi inhibuit; neglexit ille Dei iubentis imperium, audiuit mulieris vocem, mulier ſerpentis; quid igitur esûs inhibitione diſcere obedientiam noluit; aliò Deus flexir; comeſtiones conceſſu ad obedieotiam vocat, ad euchariſticas epulas inuirat, vt promptè Deo parêre diſceremus; sicqne primorum parentum inobediētiam melioris fructûs manducatione abſtergeremus; propriæ voluntati non ampliùs litantes, ſed diuinæ.

Obedientia crux nobis ſubeunda.
Petr.Bleſ.

Cbriſtus Euchariſtiam inſtituit, vt ſe ad crucem pararet, ſimiliter & qui has epulas comedit, obedientiæ cruce clauis affigatur; OBSDIANTSA, inquit Petrus Bleſenſis ſerm. 21. in Aſcenſ. Dom. *tanquam crucis patibulum omnia membra hominis immobiliter attingit.* affigatur huic cruei, qui euchariſticæ menſæ accubuit.

Panē eucharisticum edēs diuinam voluntatem perficiat.
Matth. 6.

Docens nos orare Dominus, & ea quæ nobis neceſſaria petere, hunc ordinem ſeruauit, vt ante illud, *panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*, præmittendum doeeret, *fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terrâ*, Matth. 6. quo nexu, & ordine innuir, ei qui cœleſtem panem poſtulat, de hoc quippe aliqui Interpretes, ac Patres hæc verba accipiunt, priùs propriâ voluntate ablegatâ diuinæ omnino perficiendæ ſe paret, adeò vt nihil aptius euchariſtico pani præmittatur, quàm prompta in Dei præceptis patientia, vt ſola Dei voluntas noſtrarum ſit operationum forma, & cœli, cœleſtiúmque æmuli vna Dei voluntate, Deique ſpiritu in omnibus moneamur noſtræ voluntati prorſus mortui. Quàm ſapit cœleſtis panis ei, eui nihil niſi diuinæ voluntatis perfectio arridet!

310. *Quātas vires exerat Euchariſtia animam Deo obſequentē cùm reperit.*
3.Reg. 19.

Thom. à Kemp.

Explicari non poteſt, quàm ſapiar cibus iſte cœleſtis, & quantas exſerat vires, dum animam Deo obſequentem repetit, mentem ſubit, quæ tota obedientiæ mancipata eſt, vt boc ipſum, quod talem cibum comedit, ab obedientia ſit, in fortitudine cibi, quod ſumpſit Elias, ambulauit, 3. Reg. 19. ſed fortitudinem aſtricauit non tantùm cibus, ſed & obedientia, quam Angeli verbis exhibuit; hinc illud Thomæ à Kempis conc. 19. num. 5. *Elias deſerti vaſta penetrans, & apud ſe liberè commorans, ab Angelo admonitus ſurrexit, & comedit, &* OVM IMPLET VERBVM ANGELI, *ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei. Ducit enim vera obedientia per breuem laborem ad perfectionis culmen.*

In conſecratione prompta parentia exēplum efficax habemus.
I.Pin.

Statim prolatis conſecrationis verbis adeſt ſub panis, & vini ſpeciebus Chriſtus; miniſtri ſui verbis obtemperat, vt nobis vel hoc exemplo parentiam perſuadeat. Benè bonus ille Auctor, licèt nuperus; *Dum Chriſtus*, inquit, *Euchariſtiam condit, nos ad* MANOATORVM SVORVM OBEDIANTIAM *inducit; verè enim ad complendam Dei voluntatem tenetur, qui ab eo alimentum percipit; ergo cùm diuino cibo ſatieris, & diuino fruaris conuiuio, debet etiam Dei iuſſa exequi, & quamuis per hunc cibum acceptum ad omne genus virtutum vrgeamur, præcipuè tamen vrgemur ad virtutem obedientiæ; nam ſi Chriſtus Dominus tam facilè ſuccedit ſub ſpeciebus panis prolatis verbis, quibus panis conſecratur, & nos facile eius pareamus legibus, & eis etiam qui eius nomine aliquod nobis præſcribunt.*

311. *Huius ſacramenti eſt voluntates conſociare.*
S.Cypr.

Proprium hulus Sacramenti eſt, vt voluntates conſociet, atque confœderet, ſic enim loquitur S. Cyprianus tract. de Cœoa Domini. *Affectus conſociat, &* CONFOEDERAT VOLVNTATES, vt noſtra ita Chriſti voluntati ſocietur vt noſtra non ſit.

Sanguinis potus contra inobedētia vitium.

Anon.

Denique in euchariſtici ſanguinis potu Chriſti obedientiam offerre Deo poſſumus, propriæ voluntatis maculis eluendis; Corpus Cbriſti qui ſumat, Chriſti voluntati obſequatur, vt vmbra corpus ſequitur cuius vmbra. Piè Anooymus auctor, atque etiam ineditus de præpatat. ad Miſſ. fer. 2. vbi ita Deum ſuum alloquitur: *Clementiſſime, & amantiſſime Pater, hunc calicem, ſanguinem videlicet pretioſiſſimum vnigeniti tui, eius amorem, eiúſque* PERFECTISSIMAM OBEOIENTIAM, *offero tibi contra omnia peccata mea, & totius mundi, præcipuè autem contra omnem propriam voluntatem meam, per eius virtutem orans, vt mihi infundas perfectiſſimam obedientiam, qua vel nutum quemcunque beneplaciti tui tam promptus, tánque obediens ſequar, quàm ſequitur vmbra ad motum corporis ſui.* Vtiliter Chriſti corpus ſumit qui Chriſtum ſequitur, vt vmbra corpus. Inbala mihi hanc mentem Amor, vt abire à tuâ voluntate non poſſim, dum à te eo ſub euchariſtico velamine latentem. A me ex meâ voluntate meam voluntatem abſeca, quæ à me fructus illos ſecat, quos tu in illis producis, qui te dignè recipiunt; finio in hoc voto, vt habendi deſiderium nunquam finiar, ouoquam ſatis eſt quod amatur, quod habetur.

Chriſti corpus qui ſumit Chriſtum ſequitur vt vmbra corpus.

CAPVT XXIX.

Cur calceos agnum manducaturi induere iubeantur.

Diſcalceati *menſæ olim accumbebant.*
Liberorum erat accumbere, *ſeruorū* ſedere.
Sedendi *vſus in menſâ prior, quàm accumbendi.*
Quo calceorum *genere vſi Hebræi dum agni carnes ederent.*
Cur in agni eſu calceamenta *habere iuberentur.*
Puritas *ad Euchariſtiam afferenda.*
Pedum calceamenta *quid ſignificent.*
Rerum terrenarum *euchariſtica menſa conuiua obliuiſcatur.*
Calcei *ſumendi vt res Ægypti fugiamus.*
Carnea moles *ratione continenda.*
Paratus ad omnia *ſit Agni euchariſtici conuiua.*
Fugienda, *quæ conſcientiam pungunt.*
Cur Moſes ſoluere *calceamenta iuſſit, ſic agni conuiua* induere.

I 2 Nudis

Nudis pedibus *non eſſe celebrandum, vnde ductum.*

Premuntur, qui cœlum ſe calcare *præſumunt corde polluto.*

Vitanda omnia peccata, *etiam* minima.

Incedere *per viam morum debet euchariſtici Agni particeps.*

Contra peccatorum ſpinas *mentis pes muniendus.*

312. *Diſcalceati menſa olim accumbebant.*

PRÆCEPIT inter alia legiſlator vt agnum comedentes, calceamenta in pedibus haberent; *Calceamenta*, inquit, *in pedibus habebitis*, Exod. 12. quæ res pleroſque adegit, vt cauſam talis iuſſionis quærerent, cùm ſine calceamentis Hebræi non incederent. Plerique putant id eſſe præceptum illis quòd ſolerent in lectis accumbere nudis pedibus, ne lectorum ſtragula calceorum ſordibus polluerent. Hoc in vſu apud antiquos fuiſſe dubium non eſt, & multorum auctorum teſtimonia id euincunt.

Plato. Plato in conuiuio hæc habet: *Diſcalceate pueri Alcibiadem, vt è trinis*

Mart. *vnus accumbat.* & ille apud Martialem lib. 5. epigr. conuiuium initurus: *Depoſui*, inquit, *ſoleas*; & de

Io. Pet. Maff. Iaponiis Petrus Maffæus lib. 12. hiſtoriæ ſuæ: *Cœnationem*, inquit, *intrant excalceati, ne cataſtromata calcando conquinent.* Hunc morem ſeruauit &

Luc 7. Chriſtus, dum menſæ accumberet; nam Luc. 7. ſcriptum eſt, quòd Magdalena ſtans retrò lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & vnguento vngebat; quod apertè probat, Chriſtum in illo conuiuio nudis pedibus accubuiſſe; in quo pictores aberrant, dum Chriſtum ſedentem repræſentant, & Magdalenam genuflexam. Potuit igitur ad hunc ritum Moſes reſpicere vt ob id tanquam res præter conſuetudinem iniungenda eſſet, & explicanda, vt ſcilicet calceati comederent, cùm alioquin excalceati accumberent.

Liberorũ erat accubere, ſeruorum ſedere. Iſid. Clar.

Accumbere autem erat liberorum, ſedere verò ſeruorum, quod ex Talmudicis notauit Iſidorus Clarius in cap. 23. Ezechielis, vbi ad illa verba, *Sediſti in lecto*, ita ſcribit: *Prima cœnandi ratio liberorum hominum erat accumbere, vt ſeruorum ſedere, Talmudicis atteſtantibus; quare comeſto agno paſchali in more fuit cœnantibus vt accumberent omnes de populo habiti in ſignum libertatis acceptæ.* atque adeò calceos exuere debebant, quòd tanquam liberi in lectis accumberent, vt neceſſe fuerit eis iniungi, vt iter facturi calceos in pedibus haberent.

313. *Sedendi vſus in mẽſa prior quàm accumbendi.*

Faciliùs huic rei ſubſignarem, niſi viderem nobiles Interpretes aliter ſentire, neque enim conſtat, an illo tempore, quo hic ritus in agni eſu ſeruari debebat, diſcumbendi ratio in vſu fuerit, imò aliqui contendunt vſum ſedendi antiquiorem eſſe vſu accumbendi, & quidem in menſa Ioſeph fratres ſedent, non accumbunt, Gen. 43. v. 33. quod

Philo. obſeruat Iudæorum diſertiſſimus Philo lib. de Ioſeph in hæc verba: *Iuſſi deinde ſedere* (ſcilicet fratres) *iuxta ætatis ordinem, nondum enim diſcumbendi mos receptus erat. Interim cibi non valde lauti apponuntur quòd conuiuatori non liberet vti delitijs in publicâ penuria.* Ita Philo. An igitur ad prædictum ritum explicari debeant Exodi verba, incertum omnino eſt; quod notabat etiam doctiſſimus, qui cenſet non vrbanos, domeſticóſque calceos ab Hebræis adhibitos, ſed eos longo itineri eſſent idonei; licèt fors hoc calceorum diſcrimen temporis anguſtia, & proficiſcẽdi celeritas nõ admiſerit, & ea quiſque calceamenta geſtauerit, quæ cuique obuia, & ad manum.

Quo calceorũ generi vſi Hebræi dum agni carnes ederent. Perer.

Pererij verba hæc ſunt in cap. 12. Exod. diſp. 7. *Sed cur opus fuit præcipere, vt haberent calceamenta in pedibus? num ſine calceamentis incedebant Hebræi? Quidam putant id eſſe præceptum illis quòd ſolerent illi accubantes in lectis nudis pedibus conuinari, ne lectorum ſtragula calceorum ſordibus polluerentur, ſed videndum eſſet an eo tempore mos fuerit Ægyptiorum & Hebræorum accubantes conuiuari, contrarium enim videtur elici poſſe ex libro Geneſis, in cuius quadrageſimo quarto capite legimus, tam Hebræos, quam primarios viros Ægyptiorum in eo conuiuio, quod Ioſeph fecit fratribus ſuis, non* ACCVBANTES *fuiſſe, ſed* SEDENTES. Addit ſtatim de calceorum genere. *Videtur igitur illud Dei præceptum intelligendum eſſe de calceamentis non quibuſlibet, id eſt, vel domeſticis, vel vrbanis, ſed de ijs, qui vſui eſſe poſſent ipſis, qui ingreſſuri eſſent pedibus ſuis iter longum, & laborioſum*; hactenus ille. Res igitur adeò dubia lectoris iudicio committatur.

Cur agni carnes comedentes calceamenta in pedibus habere iubeantur, explicat in hunc modum Abulenſis. 314. *Cur in agni eſu calceamẽta haberẽ iubeantur.* Abul.

Cauſa huius eſt CELERITAS, *ſcilicet quòd nihil ſupereſſet diſponendum quando comederent, quaſi tanta celeritas eſſet ad itinerandum, quòd poſt cibum ſumptum fortè non ſupereſſet locus ad ſumendos calceos, & hoc erat iuxta antiquam conſuetudinem, & potiſſime hominum pauperum, qui non vtebantur calceis ſemper, ne illos rumperent citò, ſed ſolùm quando ad opera dura procederent, ſicut erat ad itinerandum, nam ſi ſemper homines vterentur calceis, non oportebat dici, quòd calceamenta haberent, quando comederent, quia nunquam ſine illis inuenirentur, niſi cùm iacerent in lecto, quia tamen illi rarò vtebantur calceamentis quando in domibus erant, iuſſit, quòd calceamenta haberent, quando comederent Agnum, quaſi ſtatim receſſuri eſſent, & non ſupereſſet eis fortè tempus ad hoc poſt cibum ſumptum.*

Puritas ad Euchariſtiam afferenda. Dam. à Goes.

Præterea agnum manducaturi iubentur pedes calceamentis induere, quo rectè monerentur, vt ſe ab omni impuritate ſubducerent, ab omni pollutione reſilirent; huc flecto illud Damiani à Goes de Æthiopum moribus ex Æthiopum mente: *In Ægypto agnum paſchalem Deus iuſſit comedere indutos calceamentis & zonis accinctos* PROPTER TERRÆ POLLVTIONEM; maior puritas in euchariſtici Agni eſu neceſſaria eſt, cautio maior, ne inquinatam mentem, pollutum malorum conſortio pectus circumferat, qui puritatis, ac ſanctitatis auctorem excepturus eſt.

Calceamenta ad mores verſat ſanctus Gaudentius tract. 4. de lectione Exodi in hunc modũ: 315. *Pedũ calceamenta quid ſignificent.* S. Gaud.

Calceati ſimus, (vt ait Apoſtolus) in præparatione Euangelij pacis. Sicut enim CALCEAMENTA TERRESTRIA CARNALIVM PEDVM MVNIMINA SVNT, *& vel aſperitati frigoris, vel ſerpentum morſui, vel ſpinarum reſiſtunt aculeis: ita legis diuinæ præcepta, quibus greſſus noſtrarum mentium munire præcipimur, repugnat & ſerpenti Diabolo, & aſperrimo Aquiloni Gentilium, & Hæreticorum vndique compungentium ſpinis, ac tribulis.*

Rerum terrenarum euchariſtica menſa tempus obliuiſcatur. Abul.

Ante eſum agni calceamenta induere debebant Hebræi, *ne poſtea* OBLIVISCERENTVR *ſumere illa*, ait Abulenſis in cap. 26. Matth. 9. 36. nimirum poſt Euchariſtiæ ſumptionem omnium earum, quæ tangunt corpus, veri Dei cultores, amatoréſque facilè obliuiſcuntur.

Calcei ſumẽdi vt res Ægypti fugiamus.

Præterea calceos in pedibus habere iubentur, vt res Ægypti fugerent, & à ſerpente, qui calcaneo inſidiatur, morderentur. Pulchrè hîc flectit ſanctus

by Google

S.Greg.Naz. ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 42. *Qui Ægyptum*, inquit, *& res Ægypti fugit*, CALCEOS SVMIT; *vt tutus ſit cùm ab alijs rebus, tum à* SCORPIIS, *&* SERPENTIBVS, *quos permultos Ægyptus alit; ſic fiet, vt ab his, qui calcaneum obſeruant, & quos calcare iuſſi ſumus, minimè vulneretur*. Sic ille. *S.Paſch.* Huc ferè ſpectat etiam ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 22. CALCEAMENTA, inquit, *habebitis in pedibus, vt dum ſumus in viâ iſtius ſaculi*, A SERPENTIBVS MORDEAMVR. Etiam filio prodigo reuertenti calceamenta parantur, Luc. 15. quod expendens *S.Ambr.* ſanctus Ambroſius lib. 2. de pœnitentiâ cap. 3. ait: CALCEAMENTA *deferri pracipiat; celebraturus enim Paſcha Domini, epulaturus agnum, tectum debet aduersùs* OMNES INCVRSVS BESTIARVM SPIRITVALIVM, MORSVSQVE SERPENTIS *habere veſtigium*. Sic Ambroſius.

316. *Carnea moles ratione continenda.* Philo. *Paratus ad omnia ſit agni euchariſtici conuiua.*

Aliter explicat hunc ritum Philo, & aliò torquet lib. de ſacrificiis Abelis, & Caini: *Accincti lumbos Paſcha celebrent expediti ad miniſtrandum: & induti calceamenta, quibus carneam molem ratione contineant*. Sic ille. Poteſt & huc res flecti, vt promptus, & paratus animus ſignificetur, quo quis iturus ſit quocunque Deus velit. Sponſa in amoris Cantico, quia nudis pedibus erat, & eos coinquinare timebat, ſtatim ſurgere neglexit; fors promptior futura ſi calceos habuiſſet in pedibus. Igitur in pedibus calceos habet, qui ſe promptum exhi- *S.Cyr.Alex.* ber ad eundum, quò Deus iuſſerit. Scitè ſanctus Cyrillus Alexandrinus cap. 21. Collectaneorum, vbi hæc habet. *Significant autem* CALCEI PROMPTVM ANIMVM *ad eundum, quò velit Deus. Dicit enim Paulus, & calceatus pedes in praparatione Euangelij pacis*. Sic ille.

Fugienda qua conſcientiam pungunt. B.Iſa.

De calceamentis ita ſentit Beatus Iſaias Abbas orat. 22. CALCEAMENTA *ſignificant, vt prompti paratique ſimus ad omnia fugienda, & declinanda, qua conſcientiam* PVNGVNT, *&* MACVLANT, *mentémque auertunt à propria contemplatione in ſanctitate*.

317. *Cur Moſes ſoluere calceamenta iuſſit. ſic agni conuiua induere.* S.Gaud.

Calceamenta agnum editur iubentur habere, ſed cur ſoluere iubetur Moſes Exod. 3. ſoluere Ioſue eius lib. cap. 5. *Quia*, inquit ſanctus Gaudentius ſerm. 5. ad Neophytos, *terra Ægypti, vbi datur praceptio illa, ſuperior ſancta non eſt, ibi mandantur habenda* CALCEAMENTA, *in ſancta autem terrâ decernuntur eſſe ſoluenda, quas tamen ob cauſas euidenter eſt exponendum. Quandiu in huius ſaculi Ægypto conuerſamur, oportet nos Paſcha Domini celebrantes* CALCEAMENTIS VTI SANCTARVM SCRIPTVRARVM *vſquequo intremus in illam ſanctam promiſſionis terram, qua iuſtis eſt praparata*.

Nudis pedibus non eſſe celebrandum vnde ductum. Guillel.Pep.

Cur Deus Moyſi dixerit, vt acceſſurus ad rubrum calceamenta deponeret, hîc verò iubeat, ſumenda calceamenta ab iis, qui agnum manducabant, huius diſcriminis rationem affert Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. clauſ. 1. dub. 14. *Quaritur*, inquit, *cur Dominus, qui priùs dixerat Moyſi* SOLVERE CALCEAMENTVM *de pedibus ſuis propter reuerentiam ſua Maieſtatis. Hîc autem pracipit* CALCEAMENTA ESSE ASSVMENDA *propter neceſſitatem itineris. Et ex hoc paſſu trahunt aliqui Sacerdotem non debere celebrare nudis pedibus, neque eſſe accedendum ad ſacram communionẽ, qua prafigurata fuit in agno paſchali nudis pedibus*.

Premũtur qui cœlum ſe calcare praſumũt corde polluto. S.Sixt.

Ex eo quòd iuſſus Moyſes calceamenta deponere, quòd eſſent immunda, ij arguuntur, qui impuro corde cœleſtia tractant, & tanta ſuperbiâ laborant, vt cœlum ſe calcare putent, ſic enim loquitur S.Sixtus epiſt. de malis doctoribus, ſicque rem verſat. *Moyſes inquinatis tantùm* CALCEAMENTIS *in terram ſanctam arcetur, & quidam ſe cœlum calcare exiſtimant corde polluto*.

318. *Vitãda omnia peccata etiam minima.* Abul.

Calceamenta, quibus conuiuantium pedes operiri iubentur Exod. 12. rectè nos monent, vitanda omnia peccata, etiam minima ad ſacram Euchariſtiam acceſſuro; rem ita verſat Abulenſis in cap. 26. Matth. 9. 35. vbi de calceamentis hiſce agens, poſt multa concludit: *Conueniebat autem hoc ad Chriſtum, quia qui ſumunt Euchariſtiam, debent* ESSE TOTALITER MVNDI, *& ad complementum munditia oportet eſſe pedes mundos. nam cateris partibus exiſtentibus, adhuc pedes poſſunt eſſe immundi, ita Chriſtus dixit Ioan. 13. cap. Qui mundus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus, vt autem pedes ſint mundi, oportet eos calceatos eſſe; nam quamdiu nudi ſunt ſuper terram puluere, aut alia contagione inficiuntur; & ſignatur per imperfectionem pedum minima infectio, qua eſt venialium peccatorum; & vt innuatur quod etiam ab his mundus eſſe debet, qui Euchariſtiam ſumit, dicitur quòd qui manducat Agnum, debet calceamenta in pedibus habere*.

Incedere per viam morum debet euchariſtici Agni particeps. Lyr.

Euchariſticum Agnum manducaturus calceamenta induit, ſi per viam morum incedendum ſibi perſuadeat; Lyranus in cap. 12. Exod. *Et calceati*, inquit, *ad ſignificandum, quòd ſumẽtes Euchariſtia ſacramentum debent eſſe* PARATI AD AMBVLANDVM *in via morum*; nemo in bono ſiſtat, quod inchoauit, vt audiat bonus.

Contra peccatorum ſpinas mẽtis pes muniendus. S.Greg.Nyſſ.

Calceamenta in eſu agni induenda munimenta ſunt, quibus contra peccatorum ſpinas mentis pes veſtiendus, vt ſecuri incedamus. Aſſuenda hîc ſancti Gregorij Nyſſeni verba, qui lib. de vitâ Moſis de hac re ita diſſerit: *Ne igitur ſpinis in hoc arduo viuendi itinere pedes lædantur, non nudis pedibus, ſed* DVRIORIBVS CALCEIS COMMVNITI *itinerare debemus. Spina autem, qua pedibus infixa, non ſolùm retinent, retardántque, verùm etiam enecant, peccata ſunt, à quibus durities calceorum defendit, continentiſſima videlicet, tenuis, ac dura vita, qua delitat, atque frangit ſpinarum acumina, quibus à paruo, tenuique principio ad interiora vſque peccata hîc ingrediuntur, vt penitùs occidant*. Alia monita ex calceamẽtis Patres eliciunt, quæ videri apud Patres poſſunt; illud tacitus non prætererim, quo ad Sanctorum imitationem nos vocant; ſed rem in ſequentem excurſum reiicio; ideo ſit

EXCVRSVS XXIV.

Sanctorum Patrum exemplum imitentur, qui euchariſticam menſam frequentant.

Sanctorum qui praceſſerunt exemplo *munire ſe quiſque debet.*
Bonorum operum greſſus ſanctorum Patrum exemplis *muniendi.*
Sanctorum vitæ ſpectandæ *tanquam perfectionis ſimulachra.*
Maiorum virtus *ad paria nos prouocat, & vrget.*
Sanctorum virorum exemplum *quàm efficax ad bonum.*
Iuſtorum vita iis ſpectandæ, *qui per huius mundi mare nauigant.*
Antiqui Patriarcha imitandi.

Sanctorum virtutes virtutibus æmulemur, *vt viuis renaſci videantur, qui abierunt.*

Vnius Sancti vita *plus mundo prodeſt, quàm multorum multa* volumina.

319. *Sãctorum qui præceſſerunt exemplo munire ſe quiſque debet.* S.Greg.

CAlceamenta in eſu agni adhibita nos rectè ad ſanctorum Patrum exemplum imitandum vocant, vt à vitiorum ſerpentibus muniamur. Peritè rem verſat ſanctus Gregorius hom. 22. in Euangelia, cuius ipſiſſima verba hîc implanto. *Benè*, inquit, *ſubditur: Calceamenta habebitis in pedibus. Qui ſunt etenim pedes noſtri, niſi opera? quid verò calceamenta, niſi pelles mortuorum animalium?* CALCEAMENTA *autem pedes muniunt. Quæ verò ſunt mortua animalia ex quorum pedibus noſtri muniuntur pedes, niſi antiqui Patres, qui nos ad æternam patriam præceſſerunt? Quorum dum* EXEMPLA *conſpicimus, noſtri operis pedes munimus. Calceamenta ergo in pedibus habere, eſt* MORTVORVM VITAM *conſpicere, & noſtra veſtigia à peccati vulnere cuſtodire.*

Bonorum operum greſſus ſanctorũ Patrum exemplis muniendi. B.Elig.

Calceatis pedibus agnum comedere, eſt, interprete B.Algero lib. 1. de ſacramento Altaris c.22. EXEMPLIS SANCTORVM PATRVM *greſſus actuum noſtrorum munire, ne à ſerpentibus huius ſæculi mordeamur.* addit ad explicatum; *Lex dedit in calceamentis cautelam, ne a vitijs fallamur.* B.Eligius hom. 14. *Calceamenta*, inquit, *in pedibus habeamus*, id eſt, *operum noſtrorum greſſus exemplis ſanctorum Patrum muniamus*; quod pergit in hunc modum explicare: *Nam ſicut* CALCEAMENTIS, *quæ ex mortuis ſunt animalibus, pedes corporis circundamus,* SIC SANCTORVM PATRVM, QVI IAM DECESSERVNT, EXEMPLIS, *ſenſus animæ, & actuum noſtrorum pedes circundare debemus, ne fœtido terrenæ prauitatis luto deturpentur. Et baculos neceſſe eſt manibus teneamus, vt in cunctis quæ agimus timorem Dei viuum præ oculis tenentes, ſecundùm ipſum opera noſtra dirigi poſtulemus.*

320. *Sanctorũ vitæ ſpectandæ tãquam perfectionis ſimulachra.* S.Baſil.

Sanctorum vitæ ſpectandæ nobis ſunt, non ſecus ac pictores ſimulachra ſpectant, ad quorum ſimilitudinem ſimilia formant. S.Baſilij verba ſunt aduocanda, qui epiſt. 1. ita loquitur: *Quemadmodum* PICTORES *cùm imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem reſpectantes, lineamenta eius transferre conantur magno ſtudio ad ſuum opificium: ita qui ſe ſe meditatur omnibus numeris virtutis abſolutum reddere, veluti ſimulachra quædam ſpirantia, & actuoſa, Sanctorum vitas reſpicere oportet, probaque opera illorum ſua imitando facere.*

Maiorũ virtus ad paria nos prouocat, & vrget. B.Ennod.

Antiquorum exempla ad bonum vrgent; ad paria prouocant eorum geſta, qui præiuerunt; ſpectanda maiorum facta, & imitanda ſunt. Prælatè Ennodius in vitâ B. Antonij Monachi Lirinenſis. *Vt præliantes aſſurgunt buccinis, & equorum celeritas ad potiorem curſum ferrata calce prouocatur, ita dum* MAIORVM VIRTVS *ſollicitat, ingenia nouella confortat, qui veterum exercitia, & eorum geſta relegit, ad diſciplinarum frugem propoſitis laudum præmijs inardeſcit.*

321. *Sãctorum virorum exemplum quàm efficax ad bonum.* S.Baſil.Sel.

Explicari non poteſt, quàm vtiliter nobis ſanctorum virorum exempla ob oculos proponantur; ſi quis dicat homines iuſtorum exemplo veluti iniectâ eſcâ ſuauiter, ſed & ad vitam capi, non aberrabit; hanc mentem fulciunt verba ſancti Baſilij Seleuciæ Epiſcopi, qui orat. 24. ſacræ Scripturæ morem commendans, quæ Sanctorum nobis vitam imitandam exhibet, ita ſcribit: *Scriptura præceptionibus parum contenta, rebus ipſis plus immoratur.* VIRORVM NAMQVE RECORDATIONE, *qui res magnas geſſerunt, ad imitationem pellectat. Præclaros pietatis athletas producit in medium per narrationes ſimilitudine naturæ ad ſimile propoſitum ineſcans.*

Qui nauigat aſtrorum conſpectu dirigit ſuum curſum; nos quoque dum mundi huius vndis ferimur, aſtrorum loco ſpectare Sanctorum exempla debemus; ſcitè idem ſanctus Pater orat. 8. *Longa*, inquit, *maria trajcientibus ad curſum regendum pro teſſera ſunt aſtrorum vndequaque ſplendentium motiones, & gubernator incumbens gubernaculo tollit in cœlum oculos aſtrorum motibus aurigans nauem, curſúmque per mare cœleſti lumine contorquens fertur in portum. Qui verò vitæ pelagus rectè ſtudent percurrere, ac vita ſecundùm Deum inſtituta deſiderant ſecare fluctus, non aſtra ſpectant; ſed* CHORVM IVSTORVM INSPECTVM *eunt, ac eorum viuendi rationibus veſtigiiſque incumbentes quaſi compoſito gradu ſuam ipſorum vitam dirigunt.* *Iuſtorum vita ijs ſpectãda qui per huius mundi mare nauigant.* Idem.

Antiquos illos Patriarchas imitandos ita colligebat Arnoldus Abbas tract. de ſeptem verbis Domini in Cruce: *Quòd nomina Patriarcharum geſtat in humeris, ob recordationem eorum vtique ſit vt videns populus* PATRVM NOMINA *conſcripta in veſte Pontificis,* EORVM IMITETVR IVSTITIAM, *veniátque in memoriam fides Abrahæ, manſuetudo Iſaac, patientia Iſrael, caſtitas Ioſeph, diſciplina Moyſi, zelus Phinees, victoria Ioſue, Samuelis ſynceritas, Dauid humilitas.* *Antiqui Patriarchæ imitandi.* Arnold.

322. *Sanctorũ virtutes virtutibus æmulemur, vt viuis renaſci videantur qui abierunt.* Matth.23.

Honoremus Beatos, qui abierunt, vt tamen eorum virtutes virtutibus æmulemur, vt laudis reſtatione teſtemur ita illos beatos obiiſſe, vt venturi quoque eorum gloriam ſanctitatem exæquare Dei gratiâ poſſint. Reprehendit Chriſtus Phariſæos quòd ſepulchra Prophetarum ædificarent, & monumenta iuſtorum exornarent: *Væ vobis*, inquit, *Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum.* Nollem hâc comminatione quempiam noſtrûm tangi, nollem premi, ſed quale reponat hîc aliquis peccatum ædificare Beatorum ſepulchra, & ornare ædificata? quia ſtultitiæ non ferendæ eſt ſolis prædeceſſoribus honorem tribuere, nec putare tales vlteriùs naſci poſſe, quales illi fuerunt; ſcitè rem premebat ſanctus Eucherius hom. in ſanctum Petrum in hæc verba: *Stultiſſimus eſt, qui dum videt Prophetas, eos vituperat, poſt mortem verò eos veneratur, & monumenta eis ædificat,* NEQVE TALES VLTERIVS NASCI POSSE ARBITRATVR. Nemo igitur noſtrûm monumenta Patribus ædificet, nemo credat ita eos obiiſſe, vt in ſimilibus eos viuere non poſſint. Verus Sanctorum eſt cultor, qui Sanctorum qui præiuerunt, mores motibus exprimit, & vitam, vt ipſi ſibi ſuperſtites quodammodo ſit, dum ſanctitatis ſuæ ſe habent imitatores: quod præcipuè præſtandum eſt ab iis, qui in eucharisticâ menſâ ſanctitatis omnîs Auctorem ſinu ſuo excipiunt. S.Eucher.

Quàm orbi vtilis Sanctorum vita ſit, Sanctorum mores, explicari non poteſt; multa licèt volumina mundo dederint plures, plus nobis vnius ſancti viri exemplum profuit. Beatus Thomas à Villanouâ conc. de ſancto Martino Epiſcopo, ait: *Plus vtique vnius Sancti exemplum, & vita, quàm congeries numeroſa* LIBRORVM *contulit orbi; multitudo enim non* LIBRORVM, *ſed* SAPIENTIVM *ſanitas eſt orbis terrarum*; in poſtremis hiſce verbis reſpicit ad locum illum Sapientiæ c.6.v.26. *Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum*; altius nimirum animis inſcribuntur, quæ quis in aliorum moribus legit, quàm quæ in nudis codicibus. *Vnius ſancti vita plus mũdo prodeſt quàm multorum multa volumina.* B.Thom. Sap.6.

EXCVR

EXCVRSVS XXV.

Agni comedentium habitus, diuina beneficia ſeriò cogitanda docet, & Deo gratias agendas.

Comedentium habitus *diuinorum beneficiorum memoriam ſuggerebat.*

Beneficia diuina *obliuione non ſepeliri Deus curat.*

Altè menti beneficium *Agni euchariſtici debet inſidere.*

Hominem Deus fecit, vt haberet cui beneficia *conferret.*

Hominum ingratitudinem *Deus anteuertit.*

Dei beneficia *tunc maximè cogitanda, cùm euchariſtici Agni carnes edimus.*

Diu memoria diuinorum beneficiorum *in nos remanere debet.*

Iudæ par, qui inter beneficia *benefactorum non cognoſcit.*

Ad Deum nos ea vrgent, *quibus indigemus.*

Expeditus quiſque ſit ad agendas Deo gratias.

Superæ gratiæ lumen cùm apparet, in gratiarum actionem *reſilire mens noſtra debet.*

Præcipuè ob Euchariſtiæ beneficium *gratiæ Deo agendæ.*

Inſtauranda gratiarum *actio.*

Agendæ *& pro* gehennâ gratiæ *Deo ſunt.*

Non eſt hominis *ratione vtentis euchariſtici muneris* obliuiſci.

Viperæ *par, qui ingratus benefactori.*

Ingratitudinis *damna quàm magna.*

Iudæ *ſimiles, qui poſt ſacri Altaris epulas in Chriſtum inſurgunt.*

Ferre Dei beneficia *præ ſuâ leuitate homo nequit.*

Euchariſtia vires ſuppetit, quibus Dei dona *humiliter feramus.*

323. *Comedentium habitus diuinorum beneficiorum memoriam ſuggerebat.* S.Chryſ.

ITa eſt; eorum habitus, qui agnum comedunt, rectè clamabat altè menti Dei beneficia inſcribenda, non ingratâ obliuione ſepelienda: huc ſpectat & renum accinctio, huc pedes calceati reſpiciunt, & ritus alij. Peritè ſanctus Chryſoſtomus hom.23. in epiſt. ad Epheſ. OBLIVISCEBANTVR HEBRÆI BENEFICIORVM DEI, *itaque non tempori ſolùm alligauit Deus ſua beneficia, ſed etiam habitui comedentium, propterea enim nunc comedunt accincti, & calceati, vt ſi rogentur dicant: eramus parati ad iter, & eramus exituri de Ægypto in terram promiſſionis*; & hac ratione diuinorum beneficiorum memoria eis refricaretur.

Beneficia diuina obliuione non ſepeliri Deus curat. Abul.

Mirum, quàm curet Deus, ne beneficia in nos collata à memoriâ noſtrâ oblitterentur; vt aliò agni ritus, qui in Paſchate immolari iubebantur Exod.12. reſpexerit, huc præcipuè ſpectabat, ne Iudæi diuinorum beneficiorum obliuiſcerentur. Audiendus Abulenſis, qui in cap.26. Matth. q.10. inquirens quænam fuerit cauſa inſtitutionis ceremoniæ agni paſchalis, reſpondet: *Dicendum quòd inſtitutio poteſt haberi aliqualiter ex dictis, ſed origo eſt, quia Deus volebat apud illum populum Iudaicum, quem ad tempus inter cæteras gentes elegerat, quoad vſque veniret ſemen, cui repromiſſum erat, id eſt, Meſſias, ſicut loquitur Apoſtolus, quòd manerent in memoriâ beneficia, quæ illis præſtaret, quia erat populus obliuioſus, immemor, & duræ ceruicis; & ad hoc fecit, vt etiam ſi illi obliuiſci vellent, non poſſent, conſtituendo quaſdam ceremonias, & ſolemnitates obſeruandas ab eis ritu perpetuo, vt ſic quandiu manerent celebritates iſtæ, maneret memoria præſtitorum beneficiorum. Et quia ceremonias illas iubebat ritu perpetuo manere, oportebat quòd ſemper maneret memoria beneficiorum, & hoc modo in memoriam, quòd Deus paniſſet Iſraelitas quadragintâ annis in deſerto cibo cœleſti, & feciſſet eos ſine habitare in vmbraculis, iuſſit quolibet anno menſe ſeptimo celebrari feſtum tabernaculorum per ſeptem dies. Leuit.23. cap.5. Omnis qui de genere Iſraël eſt, manebit in tabernaculis, vt diſcant poſteri veſtri, quòd in tabernaculis fecerim habitare Iſrael cùm educerem eos de Ægypto. Sed in iſto tranſitu fecit Deus populo magnum beneficium: ideo voluit quòd maneret in memoriâ, & ad hoc inſtitui fecit feſtum iſtud Paſcha, & ceremoniam agni, vt ſingulis annis celebraretur ſemel illo tempore anni, quo acciderat hoc beneficium, etſi non poſſet deleri obliuione iſtud beneficium.*

Pergit, & rem ex alio capite confirmat, nempè anni computum Deum voluiſſe variari, vt altiùs menti beneficium inſideret; hæc Abulenſis ſunt verba: *Et vt magis appareat quantum vellet Deus manere in memoria beneficium hoc, fecit mutari temporum computationes. Nam ante illud computabantur anni alio modo, & incipiebat annus in Octobri, & finiebat in Septembri, quia talis videbatur fuiſſe habitudo creati mundi. Et ſeruata fuerit iſta conſuetudo, computandi à principio mundi vſque ad tempora illa per ſucceſſiones: & inter Ægyptios, & Hebræos ſic computabatur. Et facit etiam Deus interdum mentionem de hac computatione, vt Exodi 23. cap. ſcilicet ſolemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et ita ponitur ſolemnitas vna in fine anni, & eſt feſtum tabernaculorum. Leuitici 23. cap. & vocatur exitus anni, quando collecta eſt collectio vniuerſarum frugum, & hoc eſt in fine Septembris, vel quaſi. Ergo tunc erat finis anni. Et Exod.34. cap. dicitur, & ſolemnitatem, quando redeunte anni tempore vniuerſa conduntur, ſed condi omnia eſt recolligi fructus in horrea, & hoc fit poſt collectionem, ſcilicet in Septembri, & tunc dicitur redire annus. Reditus verò anni eſt, quando completo vno anno, redit principium alterius. ergo in Septembri erat finis anni, & principium alterius ſecundùm antiqua tempora, & hanc conſuetudinem tenebant Iudæi quandiu fuerunt in Ægypto. In illo autem anno quo exierunt, fecit Deus mutari conſuetudinem computandi annum, ſcilicet vt menſis ille, quo exibant, vocaretur primus, & de cætero ſemper eſſet primus. Erat tamen ille tunc menſis Martij, & vocatur menſis nouorum, id eſt, nouarum frugum. Et apparet, quia eo tempore quolibet anno Iudæi celebrant Paſcha. ſic dicitur Exod.12. c. dixit Dominus ad Moyſem, & Aaron in terrâ Ægypti, menſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni. Ex ratione ergo huius beneficij mutatâ temporis computatione inſtituit Deus ſeruari iſtam ceremoniam à Iudæis in perpetuum.*

Altè menti beneficium Agni euchariſtici debet inſidere. Abul.

Ob multa licèt hominem Deus condiderit, condidit & ob iſtuc, vt haberet quem ſuis beneficiis cumularet; hinc illud ſancti Irenæi contra hæreſes cap.28. *Non quaſi indigens Deus hominem plaſmauit Adam*, SED VT HABERET IN QVEM COLLOCARET SVA BENEFICIA; 324.

324. *Homin*[illegible] *Deus fecit vt haberet cui beneficia conferret.* S.Iren.

ſicque beneficus Deus liberalitatem ſuam proderet, & nos ad ſui amorem alliceret, & quodammodo raperet. Niſi quòd adeò decipimus, vt vel inter beneficia benefactoris obliuiſcamur: *Tunc maximè Deus*, inquit Lactantius 2. inſtit. diuin. c. 1. *è memoriâ hominum elabitur, cùm* BENEFICIIS *eius fruuntur.*

Lactant.

Hominum ingratitudinem Deus anteuertit.

Quærit igitur Deus hominum ingratitudinem anteuertere, quod in agni paſchalis celebritate ſignatè fecit, eo quippe temporis, loci habitus circumſtantiæ, & cæteræ cæremoniæ tendunt, vt Hebræi diuinorũ beneficiorũ recordarentur, id quod opportunè notauit etiam Oleaſter hîc ad illa verb. 1, *Menſis iſte vobis principium menſium*; ſic autem ille ſcribit: *Ferè totum caput hoc commendat nobis* MEMORIAM DIVINORVM BENEFICIORVM, *vt ſcilicet non ſolùm beneficia ipſa in ſe conſideremus: ſed tempus, & omnes alias eorum circumſtantias. Arguitur hic etiam noſtra ingratitudo, quæ tanta eſt, vt Deo opus ſit teſtes ad hæc vocare. Ad quid quæſo huiuſmodi annualis obſeruantia, niſi quia timuit pius pater, Iudæos huius tanti beneficij futuros immemores. Legimus enim Dominum Deum poſtquam filios Iſrael cœleſti pane in deſerto pauerat, Moſen præcepiſſe vrnam manna in arcam teſtamenti aſſeruare. Similiter Chriſtum duodecim cophinos, qui ſuperfuerant his, qui manducauerant, diſcipulos ſuos cuſtodire iuſſiſſe. Sed ad quid quæſo niſi,* VT BENEFICIVM, *cuius homines immemores eſſent, ad longum tempus teſtarentur, & ad memoriam reuocarent præſentiſſima beneficia ſummi Dei?*

Oleaſt.

325. *Dei beneficia tunc maximè cogitãda cùm eucharistici Agni carnes edimus.*

Et licèt omni tempore Dei beneficia cogitanda ſint, hoc tamen tunc maximè præſtandum cùm eucharistici Agni carnes edimus, adeò vt hîc diuinorum beneficiorum memoria quodammodo refricetur: ſancti Gaudentij verba ſunt tract. 2. in Exod. *Dicebat Dominus, niſi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis ipſis;* VOLVIT ENIM BENEFICIA SVA PERMANERE APVD NOS. & non permanſiſſent etiamſi nobis ſuam carnem, ſuum ſanguinem non porrexiſſet? Facilè à noſtri memoriâ deleta eſſent Dei beneficia, Deúſque ipſe, niſi nobis ſui corporis ſacramentum reliquiſſet: vix dixerat Dauid Pſalm. 21. v. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur*, de myſteriorum ſumptione, & communicatione loquens, cùm addit v. 18. *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum*; ac ſi priùs Dei, & ſalutis ſuæ memoriam amiſerint, quę ſacri panis eſu illis reſtituatur, ſui, & Dei immemores futuri niſi cœleſti nutrirentur.

S Gaud.
Ioan. 6.
Pſalm 21.

Diu memoria diuinorum beneficiorum in nos remanere debet.

Quòd per multos annos Ioſephi corpus in Ægypto permanſerit, hanc rationem Lyranus reddit vt beneficiorum eſſent memores, quæ ab ipſo receperant, frumentum copiam Ægypto prouidens, & alia in totius populi vtilitatem præſtans; ſic ille ſcribit in cap. 50. Geneſis: *Vt per hoc, quòd corpus Ioſeph remanebat in Ægypto,* MEMORIA BENEFICIORVM EIVS *diutiùs remaneret apud Ægyptios*; tantum puri hominis cadauer apud alienæ Religionis populos poſſe putabatur. Apud nos non hominis puri cadauer, ſed corpus Chriſti manet, qui Deus eſt; quidni igitur talis præſentia in memoriam nobis reuocet ab eo accepta beneficia, præſertim cùm non in lapideâ, aut æreâ arcâ iaceat apud nos ſepultum, vt Ioſeph apud Ægyptios, ſed cordis arcâ condatur? quis igitur patiatur Dei beneficia à memoriâ oblitterari? quis obliuioni tradet Dei dona, cui tantæ curæ eſt non tradi, vt ob id beneficia beneficiis cumulet, & donis dona?

Gen 50.
Lyran.

326. *Iudæ par qui inter beneficia benefactorem non cognoſcit.*

Et verò non ferendæ ingratitudinis eſt inter beneficia Deum non cognoſcere benefactorem, nec cogitare; Iudæis, & Iudæ par eſt, qui tali vitio laborat, quos ita premit S. Ambr. illis conferens, quin & præferens latronem, qui in cruce Chriſtũ cogitauit, Chriſtum in ſuis cruciatibus cognouit, quem in beneficiis non cognouerũt Iudæi, nõ cognouit Iudas in menſâ; hæc ſancti Patris verba in Pſalm. 39. *Ad iſtorum omnium perpetuam condemnationem latro crucifixus abſoluitur, quia ille Chriſtum in ſupplicijs agnouit ſuis,* QVEM ISTI IN BENEFICIIS NON AGNOVERVNT; *quia in Cruce ſuâ regnum Domini mente conſpexit, quod in conuiuio Chriſti Iudas videre non potuit*; quia ſcilicet noluit. Nemo Iudas audiat, nemo Iudæorum ingratitudinem æmuletur, vt inter beneficia Dei ſuî obliuiſcatur, & in eucharisticâ menſâ Deum non cognoſcat benefactorem.

S. Ambr.

Ad Deum nos ea vrgẽt quibus indigemus.

Cibauit ſuum populum Deus in deſerto cibo, qui quotidie è cœlo cadebat, manna, quod quotidie pluebat, ſed cur diebus ſingulis colligendum erat manna? An vt quotidiano beneficio cumulati, Dei obliuiſci non poſſent? In Exerptis Gemmaræ Sanhedrin cap. 5. hæc habentur, Hebraica verba omitto, quia pluſcula; *Quæſitum erat quare Deus in deſerto potius quotidie, quam ſel in anno manna voluerit dare? Reſpondetur, ſi filio per ſingulos dies victus ſtatutus ſit, neceſſe eſſe vt patrem adeat quotidie. Ita Iſraelitas* QVOTIDIANO BENEFICIO, *vt corda ad Deum diſponerent, admonitos fuiſſe*; ſic ibi, nos quoque petere quotidianum panem iubemur; *panem noſtrum quotidianum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*; Matth. 6. v. 11. vt quotidie benefici Dei recordaremur; ſed rurſus ad agnum redeamus.

327. *Expeditus quiſque ſit ad agendas Deo gratias.*

Renes iubentur præcingi, vt eſſet expeditus agni conuiua, promptus, & paratus; ad quid? ad agendas Deo gratias. Huc flexit & Philo lib. de ſacrificiis Abelis, & Caini, dum ait: *Expediamus igitur, &* EXPEDIAMVS NOS AD AGENDAS OMNIPOTENTI GRATIAS, *reddendúmque illi ſine morâ honorem debitum, præceptum enim eſt tranſeuntibus ab affectu ad virtutum meditationem; vt* ACCINCTI LVMBOS *Paſcha celebrent.* Ita Philo. Nullus torpeat, nullus cunctetur, & longas trahat moras, cùm gratiæ Deo agendæ pro quocunque beneficio ſunt.

Philo.

Superæ gratiæ lumen cùm apparet, in gratiarum actionem reſilire mens noſtra debet.

Diuinæ gratiæ lumen cùm vix incipiat apparere, & diuinæ beneficentiæ radij tunc ſtatim in gratiarum actionem erumpere cuiuſlibet pietas, & religio debet: *Buccinate*, inquit Dauid, *in neomenia tubâ in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*, Pſalm. 80. v. 4. Neomenia nouam lunam ſignat, cùm Solis iuſtitiæ radiis perfundimur, in gratiarum actionem exilire ſtatim debemus. Audiendus hîc Richardus lib. 1. de erudit. Interioris hominis cap. 13. qui licèt rem ad intelligentiæ donum coërceat, nos tamen eâdem ratione ad omnia Dei beneficia porrigere non alienè poſſumus; hæc eius verba: *Studeamus ſemper ſtatim in ipſo exortu reuelantis gratiæ: in ipsâ innouatione illuminatæ intelligentiæ,* DIGNA DEO LAVDVM PRÆCONIA REFERRE. *Buccinate in neomenia tubâ in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Neomenia noua luna; noua luna intelligentia innouata, & diuinitus aſpirata; ſcimus quòd luna lumen à ſe ipſa non habet, ſed à ſole accipit vt lucere poſſit. Sic ſanè humana intelligentia diuinitùs accepit, vt veri luminis radijs renitêre poſſit. Quoties igitur nouos dictæ illuſtrationis radios accipimus; & aliquid, quod humanam intelligentiam excedit ex dicta reuelatione cognoſcimus*

Pſalm. 80. 4.
Rich. Vict.

Digitized by Google

mus, debemus ſtatim in gratiarum actionem aſſurgere: & magnificentia tubâ in diuinæ bonitatis præconia reboare. Hactenus Richardus. Moræ igitur omnes auferendæ, citò Deo agendæ gratiæ ſunt; vt renes proinde præcingi iubeantur celeres & expediti in reddendis gratiis futuri.

328. *Præcipuè ob Euchariſtiæ beneficiū gratia Deo agenda.*

Porrò, vt omnibus Dei beneficiis reſpondere gratitudine, & gratiarum actione debeamus, id tamen potiſſimè in hoc euchariſtico nobis præſtandum eſt, quod omnium maximum, atque præcipuum eſt. Acutè notat Beatus Rupert. lib. 8. de glorif. Trinitatis cap. 10. ante huius ſacramenti inſtitutionem, expreſsè in Scripturâ non legi, aliquem Deo gratias reddidiſſe; Chriſtus primus in Euchariſtiæ inſtitutione gratias Deo Patri egiſſe perhibetur; vt & huius doni ſuper omnia alia magnitudinem colligeremus, gratias hîc Deo maximè agendas; ſed præſtat audire Rupertum, cuius hæc ſunt verba:

B. Rup.

Iſte ſeruus Domini primus eſt, QVI DEO GRATIAS EGIT, *ante quem non facilè quempiam inuenies ſiue in lege, ſiue in Prophetis, de quo manifeſtè ſcriptum eſt, quod Deo gratias egeris; nondum quippè impleta fuerant beneficia Dei, quorum omnium hoc ſummum eſt quòd illum ſeruum ſuum fecit Chriſtum Ieſum ſecundùm formam ſerui, pro quo facto nimirum gratiarum actio debetur illi.* Vt cætera Dei beneficia, ſi iſti comparentur, minima videantur, Chriſtus primus Deo gratias egit, hoc ſacramentum inſtituens, vt nobis gratiarum agendarum formam relinqueret, doceretque vt dignè agantur, Chriſtum ipſum imitandum.

Inſtauranda gratiarum actio.

Nullum Dei beneficium ſine gratiarum actione eſſe debet; ſed nimis abeundum eſſet, ſi hoc ſummum, quod in Altari accipimus obliuionis ſepulchro ingrati ſepeliremus. Olim in Altari ſemper ignis ardere Dei lege debebat Leuitic. 6. verſ. 12. quem ritum ad gratiarum actionem ſic vocat Philo lib. de offerentibus victimas:

Philo.

Quia, inquit, PERENNES DEI GRATIÆ *nec deficiunt, nec intermittuntur, ſed interdiu, noctûque fruendas ſe præbent hominibus, altaris ſacra flamma figurat ſemper inſtaurandam gratiarum actionem, ne quando extinguetur.* Nullibi deeſſe gratiarum actiones debent, cùm vbique Dei nos perpluant gratiarum dona, ſed minus deſiderari in Altari debent, vt agendarum gratiarum exemplum à templo ſe extra in omnes diffundat; ſed hæc res potiſſimum nos tangit, qui ex ſacro Altari euchariſticas epulas accipimus, adeò vt incongruum nimis eſſet, ſi tanti beneficij immemores gratiarum actione diuinæ largitati non reſponderemus.

329. *Agēda & pro gehennâ gratia Deo ſunt.* S. Chryſ.

Agendas & pro ſuppliciis, & pro gehennâ gratias eſſe, docet his verbis ſanctus Chryſoſtomus hom. 19. in epiſt. ad Epheſios. *Quod quæritur eſt, vt* GRATIAS AGAT, *qui eſt in afflictionibus. In doloribus, & in rebus ſecundis nihil dicas ante hoc verbum, Gratias ago tibi Domine. Et quid dico pro iis, quæ hîc ſunt afflictionibus?* PRO IPSA GEHENNA OPORTET DEO AGERE GRATIAS, *pro pœnis, & ſupplicijs, quæ ſunt illic; ea enim res valde iuuat eos qui animaduertunt. Pro fræno metus gehennæ imponatur cordibus noſtris*; cur non iuſtiùs agantur Deo gratiæ pro Euchariſtiâ, cuius virtute gehennæ euadimus flammas, & paradiſi nobis aditus aperitur?

Non eſt hominis rationis vtētis euchariſtici muneris obliuiſci.

Verè nō eſt ratione prædìti hominis tāto beneficio cumulari, & obliuiſci benefactoris; hoc diſcrimē inter aues, & alia animalia, quæ non volant, obſeruatum eſt, quòd aues cibo ſatiatæ erumpunt in cantum, ſed terreſtria bruta ferè dormire incipiunt; aues quæ volant in ſublime viros ſpirituales referunt, qui diuinis beneficiis parti, & præcipuè euchariſticis epulis in gratiarum actionem exiliunt, diuinas concinent laudes, exemplo Chriſti, qui poſt epulas hymnum cecinisse legitur, *Math.* 26. 30. at impij qui terræ, & terrenis hærent, terreſtribus animantibus ſignificantur, nam poſt diuina beneficia dormiunt; ſic ſatiatus Holophernes dormiuit, & occiſus eſt, *Iudith* 14. Siſara occiſus à Iahel cùm ſopore poſt lactis potum corriperetur, *Iudic.* 4.

Math. 26. 30.
Iudith 14.
Iud. 4.

330. *Viperæ par, qui ingratus benefactori.*

Feris, aſpidi, viperæ pares illi ſunt, qui cœleſtibus nutriti beneficiis in benefactorem ſæuiunt; lepidè ingratum hominem exprimit his verbis Gabrias:

Sinu fouebat quidam agricola viperam
Gelu rigentem: at hæc calorem, vt ſenſerat,
Ferit fouentem, móxque perimit vulnere.
Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

Ingratitudinis damna quàm magna. Caſſiod.

Huc ingrati euadunt, ſinu benefici fouentur, & virus in beneficum ſpargunt, mortem inferunt donorum largitori; ingrati, & ingratitudinis damnum his verbis exprimit Caſſiodorus lib. de amicitia: *Vide ne ingrata ſis,* INGRATITVDO *enim peremptoria eſt ſalutis, ipſa eſt flatus aſpidis, virus animi, vredo virtutum, veſtus peſtilens, & aura corrumpens ſtillicidia pietatis, rorem gratiæ, & miſericordiæ fluenta deſiccans.* Sic ille.

Iudæ ſimiles, qui poſt ſacri Altaris epulas in Chriſtum inſurgunt.

Et non tanquam aſpis, & vipera fuit Iudas, qui Chriſti beneficiis, velut ſinu receptus Euchariſtiæ ſacramento paſtus vt Benefactoris calorem ſenſit, ſtatim virus euomit, egreſſus foras Chriſtum vendidit, & carnificibus tradidit occidendum. Imitantur Iudam, qui poſt ſacri Altaris epulas inſurgunt in Chriſtum, & tanti beneficij prorſus obliti ad ſcelera currunt, in Deum ſuum criminibus irruunt.

331. *Ferre Dei beneficia præ ſuâ leuitate homo nequit.*

Recipimus in Euchariſtiâ Chriſtum, vt eius auxilio ferre diuina beneficia feramus, non ipſis beneficiis nimium efferamur. Adeò leuis homo eſt, vtpotè ex nihilo creatus, vt diuinorum beneficiorum ponderi humiliter ferendo non ſit, niſi ille innitatur, qui beneficia confert. Egregiè rem verſat B. Rupertus Abb. lib. 2. de victoriâ Verbi Dei cap. 12. vbi de homine, & Angelo loquens, ait:

B. Rupert.

Illum in apice celſitudinis angelicæ conſtituit; iſtum patrem multitudinis hominum, multitudinis ſanctorum, & Dei filiorum eſſe volens, in paradiſo collocauit: magna vtriuſque altitudo, illius in principatu Angelico, iſtius in propagando genere humano. Neuter pondus tanti honoris humiliter ferre potuit, vtpote vterque creatura leuis: vnde autem leuitas vtriuſque creaturæ? niſi ex propriâ conditione? Et vt manifeſtiùs dictum ſit, vnde vterque leuis, niſi quia de nihilo, vel de non exiſtentibus creata eſt? quia ergo tam Angelus, quàm homo de nihilo creatus creatura leuis eſt, & niſi ipſum, per quod creata eſt Verbum Domini, Verbum increatum per amorem ſuſcipiat, nullius ponderis eſt: NVLLVM DEI DONVM, SIVE BENEFICIVM FERRE POTEST HVMILITER.

Euchariſtia vires ſuppeditat, quibus Dei dona humiliter feramus.

Quærendus Deus eſt, quærendum Dei auxilium: exhibetur ille, exhibetur iſtuc in euchariſticâ menſâ, vt non ſit par beneficium illud obliuione ſepeliri, quo ferenda ſunt cætera beneficia Dei, ferendum minimè eſt donum illud obliuioni tradi, quo ferendis Dei donis idonei reddimur.

CAPVT

CAPVT XXX.

De calceis quædam antiquæ eruditionis rudera.

Aliqui olim mortificationis cauſâ calceos *ſibi non detrahebant.*

Clericis calceamenta *ſecularia deferre inhibitum.*

Sinarum calcei *quales, quibus ornamentis inſigniti.*

Aliquorum ſuperſtitio cùm calceos *induerent, aut exuerent.*

Sine calceis *incedere magnorum aliquot virorum mos.*

Quorum nam caligæ *aureis, aut argenteis clauis ornarentur.*

Vnguento *ab aliquibus pedes vncti antequam* calceos *induerent.*

Lacedæmonum pueri ſine calceis *incedebant.*

Flamminicæ calcei *ex pelle animalis ſponte demortui fieri non poterant.*

Calcei *protoneſtary quales.*

Deſpotæ calcei *quibus ornamentis inſigniti.*

Peculiares Imperatoris calcei.

Calceamentis *altioribus vtebantur, vt proceriores viderentur.*

Calcei *à luxu alieni.*

Quarundam Virginum vſus in calceis, *in lectis.*

Calceamenta noua *quando fratribus exhiberentur apud Floriacenſes.*

332. CALCEAMENTORVM mentio, quæ dum agni eſu ageretur facta eſt, à nobis facilè impertauir, vt nonnulla alia de calceamentis traderemus, quæ à nobis paſſim obſeruata, & ſunt iſta.

Aliqui olim mortificationis cauſa calceos ſibi non detrahebant. B. Beda.

Aliqui olim rigoris, & mortificationis ſectatores nec pedes abluebant, nec exuebant calceos, vt vel integros menſes, quin & annum geſtarent calceos; de S. Cudberto ita ſcribit venerabilis Beda in eius vita: *Vir Domini Cudbertus venientibus ad ſe fratribus, de ſua cella egredi, eiſque miniſtrare ſolebat. Quorum dum pedes aqua calida deuotus lauaret, coactus eſt aliquoties ab eis etiam ſe diſcalceare, ſuóſque pedes illis ad abluendum præbere, namque in tantum à cultu ſui corporis animum ſuſtulerat, atque ad animæ ſolius cultum contulerat, vt* SEMEL CALCEATVS *tibracis, quas pelliceas habere ſolebat, ſic menſes perduraret integros, aliquando etiam calceatus in Paſcha non niſi poſt annum, redeunte Paſcha tempore, propter lauationem pedum, quæ in Cœna Domini fieri ſolet, ſe diſcalceaſſe dicatur.*

Clericis calceamenta ſecularia deferre inhibitum. Cõc. Matiſc.

Clericis calceamenta ſæcularia deferre olim inhibitum reperio; Conciliũ Matiſconenſe I. canone 5. hæc habet in hanc rem, & vniuersè de aliis veſtimentis: *Vt nullus Clericus ſagum, aut veſtimenta, vel* CALCEAMENTA *ſecularia, niſi quæ religionem deceant, induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem clericus aut cum indecenti veſte, aut cum armis inuentus fuerit, a ſeniore ita coërceatur, vt 30. dierum incluſione detentus, aquâ tantùm, & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.*

Sinarum calcei quales, quibus ornamentis inſigniti. Nic. Trig.

In multis à nobis Sinæ diſcrepant, ſic & in calceis, & quo ad materiam, quibus fiunt, & quoad ornatũ, vt videre licet ex his, quæ habet Nicolaus Trigaut. lib. 1. cap. 8. IN CALCEIS *maximè a noſtris diſcrepant. Viri eos byſſinos, & boloſericos, varys è filo ſerico mæandris, & floſculis ita concinnant, vt etiam noſtratium Matronarum elegantiam ſuperent. Calceos è pedibus, non niſi fex vulgi geſtat; vt in ſoleas etiam vix pellem adhibent, ſed eas e conſarcinato panno conſuunt.* 333.

Aliquorum ſuperſtitio cũ calceos induerẽt, aut exuerent. S. Chryſ.

Olim hæc vigebat ſuperſtitio, vt putarent aliquam calamitatem portendi ſi calceum à ſiniſtrâ parte prius inducerent, aut ſi pede ſiniſtro exitum inchoauiſſent; quod tangit S. Chryſoſt. hom. 12. in epiſt. ad Epheſios, cuius hæc ſunt verba, morem iſtum irridentis: *Nunc ſeruus execrandus dans mihi* CALCEOS, *primum porrexit partem ſiniſtram, graues ſignificantur calamitates, probra, & contumeliæ. Ego ipſe exiens ſiniſtro priori proceſſi pede, hoc quoque eſt ſignum calamitatum.*

Sine calceis incedere magnorum aliquot virorum mos. Acta.

Vt à calceis, caligis deferendis abſtinuerit ſanctus Fulgentius cùm Epiſcopus eſſet conſecratus, his verbis explicat eius vitæ auctor, ſancto Epiſcopo Synchronos: *Orario quidem, ſicut omnes Epiſcopi, nullatenus vtebatur: pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur, ſic ſtudio humilitatis ambitionem veſtium corporalium fugiens, vt nec ipſa* CALCEAMENTA *ſuſcipiens Clericorum, aut vltimus caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æſtatis ſimpliciter vteretur. Intra monaſterium ſanè interdum ſoleas accipiebat, frequenter nudis pedibus mbulabat.*

Cur Cato minor ſæpè à prandio ſine calceis, quin & tunicâ in publicum iret, explicat his verbis Plutarchus in eius vitâ: *Hebro* SINE CALCEIS *& tunicâ procedebat à prandio in publicum, non quòd gloriam ex hac nouitate aucuparetur, ſed quò aſſueſaceret ſe ſe ob ſolam turpitudinem erubeſcere, & infamias contemnere reliquas.* 334. Plut.

De eodem Catone, qui Prætor iam creatus fuerat, hæc idem Plutarchus eodem loco multis interiectis: *In proximum annum Cato Prætor factus eſt, neque tantum habitus eſt magiſtratui maieſtatis, & faſtigy rectè adminiſtrando adieciſſe, quantum detraxiſſe, & deformaſſe, quod frequenter* SINE CALCEIS, *& tunicâ ad tribunal accederet, & de capite illius trium virorum diſpenſaret eo habitu iudicia.* Idem.

De Phocione prodit item Plutarchus, conſueuiſſe peregrè, & in bello ſine calceis, quin & nudus incedere; ſic iſte in vitâ illius num. mihi 1365. *Neque ridentem, neque plorantem quiſquam Atheenienſium temerè Phocionem vidit, neque in balneo publico lauantem, vt tradit Duris: neque extra pallium, quum amictus eſſet, manum eius exertam. Nam peregrè quidem, atque in bello* SINE CALCEIS *ſemper nudúſque incedebat, niſi gelu immodicum eſſet, & intolerabile: vt milites per iocum pro grauis brumæ notâ haberent, vbi eſſet veſtibus Phocion opertus.* Idem.

Lacedæmonũ pueri ſine calceis incedebant. Idem.

Pueri apud Lacedæmones ex Lycurgi inſtitutione ſine calceis incedebãt; indicat idemmet Plutarchus in eius vitâ: *Ætatis progreſſu exercitationem intendebant, radebant eos cute tenus,* SINE CALCEIS INCEDERE *conſueſaciebant.* 335.

Quarundam caligæ aureis, aut argenteis clauis ornarentur. Iuſt.

Olim caligæ eorum, qui in militiâ aliquem gradum meriti erant, aureis, argenteiſve clauis erant præditæ, licèt luxus rem ad alios quoque deuoluerit; quò ſpectabat Iuſtinus lib. 35. *Argenti certè, aurique tantum vt etiam gregary milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cuius amore populi ferro dimicant.*

Vnguento ab aliquibus pe-

Conſueuiſſe antiquos antequam calceos induerent,

des vncti antequam calceos induerent. Heſych.

duerent, vnguento pedes linire, oſtendunt Heſychij verba, quæ alibi produco.

Flamminica calces ex pelle animalis ſponte demortui fieri non poterant. Seruius.

Flamminicæ calceis cauebatur, ne ex ponte demortui animalis pellibus eſſent; diſco id ex Seruio, cuius hæc ſunt verba in lib. 4. Æneid. *Sanè Flamminica non licebit* NEQVE CALCEOS, *neque ſoleas morticinas habere, morticina autem dicuntur, quæ de pecudibus ſuâ ſponte mortuis fiebant: neque ſupra genu ſuccinctum eſſe.*

336. *Calcei protoneſtarij quales.* Cod.

De calceis protoneſtatiis ita ſcribit Georgius Codinus de offic. Conſtantinop. aulæ cap. 4. n. 5. CALCEI *eius praſini*: quales eſſent olim Deſpotæ calcei ita refert Georgius Codinus de offic. Conſtantinop. cap. 3. CALCEI BICOLORES, *coloris nempe purpurei, & albi, habéntque ad latera, & in vtroque calcaneo, ſeu calce, aquilas ex margaritis confectas. Siue ſupra ipſos calceos quaſi de muſiuis pictos.*

Deſpotæ calcei quibus ornamentis inſigniti. Idem.

Peculiares Imperatoris calcei. Idem.

Peculiares calceos geſtabat Imperator olim ad proceſſiones, & ſupplicationes; indicat iſtuc idem Codinus cap. 5. vbi ita ſcribit: *Eſt & alia ſpecies* CALCEORVM, *qui nominantur Tzangia. Inſigniuntur à lateribus ſecundùm tibias, & in calcaneis, aquilis ex lapillis, & margaritis, quos etiam induit Imperator ad proceſſiones, & ſupplicationes. Et qui hos calceos facit, non Tzangarius, ſiue ſutor, vt cæteri, ſed Tzangas, ſeu Tzankas appellatur.*

Calceamentis altioribus vtebantur, vt proceriores viderentur. Suet.

Calceamentis quandoque altioribus olim vtebantur ſi proceriores vellent videri. De Octauio Auguſto ita ſcribit Suetonius: *Calceamentis altiuſculis vſus eſt, vt procerior, quàm erat, videretur*; addit hoc quoque: *Forenſia autem*, ET CALCEOS *nunquam non intra cubiculum habuit ad ſubditos, repentinóſque caſus parata.*

337. *Calcei à luxu alieni.* Acta.

Ab omni luxu aberant calcei, quibus Beata Margarita Hungarorum Regina vtebatur; nam artis quippe eius apud Surium 28. Ianuar. ita legitur: *Habebat etiam* IN CALCEIS SVIS *clauiculos quoſdam ferreos, quorum acumina ita erant diſpoſita, vt quandocunque vel ambularet, vel ſubſiſteret, plantas pedum eius pungerent, atque cruentarent.*

Quarundam virginũ vſus in calceis, in lectis. S. Chryſ.

De quarundam virginum, alioquin mollium aſperitate in calceis, in lectis hæc habet digna ſcitu ſanctus Chryſoſtomus in cap. 4. ad Epheſ. hom. 13. *Has quidem adeò molles puellas audiui ſe ad tantam redegiſſe vitæ duritiem, & aſperitatem; vt aſperrimis cilicys nuda ſua corpora induerent, & molles illi* CALCANEI NVLLI ALLIGATI ESSENT CALCEIS, *& in toris cubarent gramineis, imò verò maiorem noctis partem vigilarent.*

Calceamenta noua quando fratribus exhiberentur apud Floriacenſes. Vet. conſuet.

Apud Floriacenſes, (vt hoc quoque notem,) ante feriam quintam hebdomadæ ſanctæ, feriâ ſcilicet quartâ calceamenta noua fratribus exhibebantur, recipiebantur vetera. Veteres eorum conſuetudines ſic habent: *Feriâ quartâ hebdomadæ ſanctæ cùm ventum fuerit, vbi legitur in paſſione, & velum templi ſciſſum eſt; deponatur cortina, & inter ianuas ferreas, & altare tantummodo his tribus diebus eſt expanſum velum, & à tertiâ vſque ad prandium remouetur ad partem meridianam quotidie à cuſtodibus Eccleſiæ.* Poſt hæc adiicit in rem noſtram: *Dum tertia cantatur,* NOVA CALCEAMENTA *à famulis camerary in capitulo apportantur; finito autem ſermone, iubente Domino Abbate ſurgit Camerarius, & ſuffraganeus eius, & per eos fratribus noua calceamenta erogantur, accipientes noua reddunt vetera, vt pauperibus tribuantur.*

CAPVT XXXI.

De calceis aliæ obſeruationes, ritus alij.

Calcei *olim* baptizatis *dabantur.*
Albis calceamentis *olim vtebantur, & mulieres, & viri.*
Poſt viri mortem mulieres nigris *vtebantur* calceolis.
Ægyptijs mulieribus calceamentorum vſus *cur interdictus.*
Calcei mulierum *Venetarum incredibilis magnitudinis.*
Subere in calceis *olim fœminæ vtebantur ſi paruæ, ſi grandiores caput in humeros demittebant.*
Barbarorum calcei *in acumen deſinebant.*
Puellarum calceamenta *in acumen deſinebant.*
Laxa *Monachorum* calceamenta.
Damnati Monachi qui in calceis *laxitudinem vitabant.*
Calceum ſibi detractum *in aliquem proijcere ſignum fidei non violandæ.*
Nimius luxus in calceorum *ornatu.*
Calceamentorum ſimplicitas *Chriſti exemplo probata.*
Superflua calceorum *longitudo ad luxum.*
Calcei Sycionij *quales.*
Lutum à calceis *auferre iubentur intraturi Synagogam.*
Facies, & manus abluebant *olim antequam* calceos *induerent.*
Detractis calceis *obuiam hæreticis itum aliquando à fidelibus.*
Per octauas terram nudo pede *contingere non licebat.*
Ex calcei *aluta luto conſpurcata vtile monitum.*
Ad vitæ probitatem caligæ *exemplo qui docemur.*

EX antiquis ruderibus alia de calceis exprompſimus, quæ hîc in omnium notitiam exhibemus; nec enim omnia quæ collegeramus coërceri ſuperiori capite potuêre, quin nec poterunt iſto; ſed ad alios ritus, quibus agnus comedebatur, ituri, à longiore huius argumenti tractatione abſtinebimus. 338.

Calcei olim baptizatis dabantur, ita habet B. Rupertus lib. 7. cap. 1. vbi de Baptiſmi ritibus agens, ita ſcribit: *Tertiò ſubmergitur, vt triduanæ morti Chriſti conformetur, & hoc mirabili pietatis officio viuus, & incolumis crucifixo, & mortuo, atque ſepulto configitur, commoritur, & conſepelitur. proculdubio calceamenta accipit in pedibus.* CALCEAMENTA *namque de mortuis animalibus ſunt, & hæc manifeſtè Dominicæ mortis inſignia ſunt.*

Calcei olim baptizatis dabantur. B. Rupert.

Albis calceamentis vti ſolemne olim fuit non mulieribus tantùm, ſed & viris. Apuleius lib. 7. *Calceis albis illis, & tenuibus indutus.* Appianus

Albis calceamentis olim vtebantur & mulieres, & viri. Apul. Appian.

Ouid. nus lib. 5. *Calceus albus atticus*, Ouidius lib. 3. art.

Pes malus in niueâ ſemper celetur aluta.

Herm. Ex noſtris Hermes viſion. 4. huc reſpexit; *Occurrit mihi virgo quadam tanquam de thalamo progrediens, tota in albis, & CALCEAMENTIS ALBIS circumdata*; licèt hoc in vita tantùm ipſi obiecta

Clem. Alex. aſſerat. Clemens Alexandrinus albos calceos mulieribus concedit, niſi iterum habeant, tunc vnctos adhibendos aſſerit lib. 2. pædag. cap. 11. vbi ait: *Sunt itaque* MVLIERIBVS ALBI CONCEDENDI CALCEI *niſi iter ineant, tunc autem eis vnctis vtendum eſt, neque enim fœminam decet pedem oſtendere.*

339\. *Poſt viri mortem mulieres nigris vtebātur calceolis.* S. Hieron.

Poſt viri mortem mulieres nigris vtebantur calceolis, auratos ſoccos, quibus antea vſæ fuetant deponentes; huc ſpectant ſancti Hieronymi verba epiſt. 9. quæ eſt ad Saluinam de ſeruanda viduitate; ait enim: *Tu verò, qua in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, qua lotam purpuriſſo, & ceruſſa faciem ſuper feretrum eius lachrymis diluiſti; qua pullam tunicam,* NIGROSQVE CALCEOLOS *candida veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, nihil habes neceſſe aliud, niſi perſeuerare in ieiunio.*

Ægyptijs mulieribus calceamentorum vſus cur interdictus. Plut.

Apud Ægyptios mulieribus, vt domi ſe continerent, calceamentorum vſum inhibitum lego. Plutarchus antiquæ eruditionis promus condos de præcept. connub. ita ſcribit: *Fœminis Ægyptijs, quò domi ſe continerent, non erat moris* VTI CALCEAMENTIS. *Pleriſque mulieribus ſi calceos detraxeris auratos, armillas peuſcelidas, domi manebant.*

Calcei mulierum Venetarum incredibilis magnitudinis.

Eódem ſpectant Venetorum mos, ſed ratione diuersâ, atque contrariâ; calceamentorum vſus nobilibus fœminis permiſſus, ſed ne facilè foras prodeant, huc, illúcque vagentur; nam tantæ magnitudinis calceamenta, & calones ſunt, vt fidem penè excedant; cùm autem aliquò publicè agerentur, de minuendâ tantâ ſoccorum magnitudine, huic rei hoc incommodo quidam vir magnus occurrit, & rem anteuertit, futurum vt minoribus calceis huc illuc ſe facilè matronæ nobiles conferrent, vt domi contineri non poſſint; ſicque factum, & eadem conſuetudo ſeruata ſit.

340\. *Subere in calceis olim fœmina vtebātur ſi parua, ſi grādiores caput in humeros demittebant.* Clem. Alex.

Apud antiquos ſi parua fœmina erat, ſubere in calceis vtebatur, alioquin ſi ſtaturæ grandioris extitiſſet, caput in humerum demiſſione aliis modis de longitudine aliquid detrahere. Clemens Alexandrinus lib. 3. pædag. cap. 2. ita ſcribit de hac re: *Eſt aliqua parua,* SVBER IN CALCEIS *inſuitur; longa eſt aliqua, tenuem geſtat ſcalam, caput in humerum demittens egreditur, hoc ei detrahit, de longitudine.*

Barbarorum calces in acumen deſinebant. S. Chryſ.

Barbarorum calcei in acumen deſinere olim conſueuerant; ſanctus Chryſoſtomus hom. 35. in Gen. *Sphaeroterem ſolent vocare* APICEM CALCEI, *qui in acumen deſinit, quo calceorum genere barbari conſueuerunt vti.*

Puellaris calceamenta in acumen deſinebant. S. Chryſ.

Puellarum quoque calceamenta ſuo æuo in acumen deſiiſſe indicat idem ſanctus Pater hom. 8. in epiſt. 1. ad Timoth. in hæc verba: *Quid autem* CVM CALCEVS *ipſa puella veſti ſubiectus, maiorem ſui decorem cernentibus præfert, atque ad imitationem antiquæ picturæ in acumen venuſtiùs deſinat?*

Laxa Monachorum calceamenta. Kildeb.

Laxa calceamenta monachorum erant; Kildebertus epiſt 61. *Cùm vagetur* PES LAXIORIBVS CALCEAMENTIS, *cùm caput in ampliorem radatur coronam, cùm loquuntur cætera monachi inſignia.*

341\. *Dānati Monachi qui in calceis laxitudinem vtebantur.* Cæſar.

Ab hac laxioris calceamenti conſuetudine abiit ille, cuius Cæſarius meminit lib. 4. cap. 12. in hæc verba: *Nobilis quidam monaſterium quoddam in Franciâ ſpoliauit; erat autem de ordine Nigrorum. Placuit Abbati, & fratribus, vt vnus ex Monachis ad Regem Philippum, qui tunc regnabat, mitteretur, per quem ei violentia militis exponeretur. Miſſus eſt iuuenis ſanguine nobilis tamquam qui apud Regem propter cognatos aliquid amplius poſſet impetrare, quam cæteri. Veniens ad Regem ait: Domine, vir ille nobilis multum indebitè monaſterium noſtrum damnis, & iniurijs vexat, ſæpè fratres, ac familiam noſtram minis, & contumelijs moleſtat; rogat maieſtatem veſtram humilis Conuentus noſter, quatenus intuitu diuinæ renumerationis, eundem nobilem ab iniurijs tantis compeſcatis, & ad ſatisfactionem condignam de oblatis compellatis. Conſiderans Rex geſtus, vel habitum monachi, ait: Domine quis, vel vnde eſtis? Cui cùm iuuenis diceret: Domine, filius ſum illius, (patrem ſuum nominans;) Reſpondit Rex: Benè nobilis eſtis. Cúmque Rex poſt hæc, neſcio quid diceret, monachus ſubiunxit: Verè, Domine, omnia quæ habemus rapit, etiam penè nihil nobis dimiſit. Ad quod reſpondit Rex; Verè, Domine,* APPARET IN CALCEIS VESTRIS; SI ALIQVID DIMISISSET VOBIS COREI, NON ESSENT TAM STRICTI: *quanto eſtis cæteris nobilior, tanto eſſe debetis humilior. Tunc volens poſt correctionem illum placare, adiecit: Non vos grauare debet correctio mea, quia ad bonum veſtrum factum eſt. Reuertimini ad clauſtrum veſtrum: de cætero non moleſtabis vos nobilis.*

Huc ſpectat & illud eiuſdem auctoris eodem lib. cap. 13. quod hîc illius verbis lectori offero, & ſunt iſta; *Philippus Rex Romanorum ſimile verbum, neſcio ſi habuerit à iam dicto Rege Francorum, in quemdam Abbatem Ordinis noſtri iaculauit, ad quem cùm Abbas in equo acceſſiſſet, de neceſſitate domus ſuæ cum illo loquuturus* REX EIVS CALCEAMENTA, QVÆ NIMIS ERANT STRICTA, *conſiderauit; quem cùm interrogaſſet vnde eſſet? Reſpondit ille, Domine, de paupere domo. & Rex: bene apparet in calceis veſtris, quòd domus veſtra pauper ſit: nam coreum ibi carum eſt. De quo verbo valdè confuſus eſt Abbas. Apollonius meritò ſuperbia confunditur.*

342\. *Calceum ſibi detractum in aliquem deijcere ſignum fidei non violandæ.* Oſor.

Calceum in aliquem proiicere ſignum fidei non violandæ apud nonnullos erat. Oſorius lib. 10. de rebus Emmanuëlis ita ſcribit: *Is ſibi continuò* CALCEVM DETRAXIT, *eúmque in illam coniecit. Hoc autem ſigno, vt in more gentis poſitum erat, ſe fidem, quam dederat, minimè violaturum eſſe confirmauit.*

Nimius luxus in calceorum ornatu. S. Chryſ.

Eò luxum deueniſſe, vt & calceos exornarent, teſtatur ſanctus Chryſoſtomus; & calamum in hunc morem acuens ait orat. in Kalendis habitâ: *Euſque mollitiei, luxúſque delapſi ſunt homines, vt etiam* CALCEOS EXORNENT, *& omni ex parte, æquè ac faciem ſuam alij componunt, variare ſoleant, quod animæ impuræ, ac deprauatæ ſignum eſt.*

Calceamentorum ſimplicitatem Chriſti exemplo probata. Clem. Alex.

Calceamenti ſimplicitatem, & ab omni curioſitate alienam Chriſtus exemplo ſuo nos docuit. Clemens Alexandrinus Pædag. 2. cap. 11. *Tenuis, ac ſimplicis* CALCEATVRÆ *teſtis ſufficit Ioannes, qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceorum Domini, non enim curioſos, aut ſuperfluos is habebat calceos, qui veræ philoſophiæ typum Hebræis oſtendebat.*

343\. *Superflua calceorum longitudo ad luxum.* S. Aug.

Superfluam calceamentorum longitudinem in luxum adhibitam damnat ſanctus Auguſtinus ſerm. 246. de Temp. *Impudicus*, inquit, *habitus corporis ſui in viris, ſuperflua, & inordinata capillatura, veſtimentorúmque muliebrium affectata ſimilitudo,*

CALCEA

CALCEAMENTORVM QVOQVE METAE NECESSITATIS EXCEDENS SIMVLATA LONGITVDO.

Calcei Sicyonij quales. Clem. Alex.

Ambigere aliquis poſſit, quid ſibi velit Clemens 2. pædag. cap. 11. cùm inſit: *Valere ergo iubendum eſt aureorum, ac gemmeorum ſandaliorum vanis artificijs, & crepidis Atticis, & Sicyonijs.* Cur hæc inter ſuperflua, & maximi pretij, ornatúſque refert Clemens? quia ſandalia, crepidæque Sicyoniorum affabrè factæ erant, & tunc temporis, & hoc nomine celebrati erant Sicyonij.

Cicer.

Ex his Ciceronis locum illuſtro. De orat. 105. *Si mihi* CALCEOS SICYONIOS *attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles, & apti ad pedem.* licèt ornatos, & pulchros maximæ extimationis calceos haberem, non induerem. Vides celebres illo tempore fuiſſe calceos Sicyonios.

Lutum à calceis auferre iubentur intraturi ſynagogam. Hebr.

Lutum vel à calceis auferre ſynagogam intraturis Hebræis, Hebræorum ſuadent ritus, & vniuersè ſordes à veſtimentis, ſic in שלחן ערוך tract. de ſynagogâ.

344. *Faciem, & manus abluebant olim antequam calceos induerent.* S. Chryſ.

Olim anteqoam calceos manè induerent manus abluebant, imò & faciem, quia nempè ventrem priùs exonerauerant; ſanctus Chryſoſtomus ſerm. de laudibus Monachorum ita ſcribit: *Simul ac è ſtratis attollimur, ad ſecretum accedimus egerendi gratiâ, deinde manus,* FACIEMQVE ABLVIMVS, *poſt hæc veſtem induimus, &* CALCEOS. Idem habet idem ſanctus Pater hom. 59. ad populum Antiochenum in hæc verba: *Nos ſimul ac excitati ſimus ad neceſſitatem abimus, mox faciem abluimus, & manus, poſt hæc indumenta ſumimus, & calceamenta, & multum abſumitur temporis. Illic verò tale nihil*; id eſt, apud Monachos illius temporis.

Detractis calceis obuiam hæreticis itum aliquando à fidelibus. Acta.

Detractis calceis à fidelibus obuiam hæreticis itum aliquando, vt hoc humilitatis ſigno eorum tumorem frangerent, ſuperbiam flecterent, obſeruatum à nobis eſt. In actis ſancti Dominici res in hunc modum peracta narratur: *Accidit vt celebris admodum diſputatio cum hæreticis inſtitueretur: ad quam cùm loci Epiſcopus multâ cum pompâ iturus eſſet, Dominicus prudenter decernens, filios ſuperbiæ non faſtu, elatione, & oſtentatione, ſed humilitatis ſtudio expugnandos eſſe,* DETRACTIS SIBI CALCEIS, *Epiſcopum vt idem faceret hortatus eſt. Aſſenſit Antiſtes, cúmque de itinere incerti obuium quendam hæreticum haberent, rati Catholicum eſſe, eius ſe ductui commiſerunt: qui eos in ſyluam quamdam callidè pertraxit, vbi ſpinarum aculeis grauiter ſauciati perfidi malitiam demum ſenſerunt. Tunc Dominicus nihil ea iniuriâ motus, Confidite,* inquit ad ſocios, *chariſſimi, quia certa nos de cœlo manet victoria, & triumphus, cùm peccata noſtra ſanguine expiantur. Cernens autem veterator ille tantam in viro ſancto patientiam illico abiuratâ hæreſi ſupplicem ſe Dominico ſanandum tradidit, exiſtimans fieri non poſſe, vt à tantâ vitæ integritate recta in Deum fides abeſſet.*

Per octauas terram nudo pede contingere non licebat. S. Aug.

Qui terram per octauas ſuas nudo contigiſſet pede grauiter corripiebatur, quod irridet, & damnat ſanctus Auguſtinus epiſt. 119. *Sed hoc,* inquit, *nimis doleo, quia multa, quæ in diuinis libris ſaluberrima præcepta ſunt, minus curantur, & tam multis præſcriptionibus ſic plena ſunt omnia, vt grauius corripiatur, qui* PER OCTAVAS SVAS TERRAM NVDO PEDE TETIGERIT, *quàm qui mentem vinolentiâ ſepelierit.*

345. *Ex calcei alutâ luto conſpurcata vtile monitũ.* S. Petr. Dam.

De calcei alutâ luto conſputeatâ, nec ob id aruinam admittente ita philoſophatur ſanctus Petrus Damianus epiſt. 15. *Sicut aluta* CALCEI, *poſtquam per limoſa luti fluenta tranſierit non admittit aruinam, ſic mens humana niſi ab humore fuerit curæ ſæcularis exuta, non percipit ſupernæ pinguedinis gratiam: pellis enim ſicca pinguedinem combibit, humefacta repellit, & humanum cor donec curarum ſæcularium madore turgeſcit, ſaginas internæ gratiæ non admittit, vnde & lex in monte Horeb data legitur, quod videlicet ſiccitas interpretatur.*

Ad vitæ probitatem caligæ exemplo quâ ducamur. S. Aug.

Ad vitæ probitatem caligæ, quæ pedi noceat; & hac de causâ reſpuatur, in hunc modum nos inhortabatur ſanctus Auguſtinus lib. hom. hom. 15. de anniuerſario Epiſcopalis ordinationis: *Quid,* inquit, *curram per ſingula? caligam non vis habere malam, & vis habere vitam malam?* QVASI PLVS TIBI NOCEAT MALA CALIGA, QVAM VITA MALA. *Cùm tibi caliga mala, & conſtricta nocuerit, ſedes, diſcalceas te, abijcis, aut corrigis, aut mutas ne digitum lædas, & calceas te. Mala vita eſt, quâ animam perdis.* mutanda ergo vita, ne nos perdat, ſi oon muterur.

CAPVT XXXII.

Cur baculus in agni eſu geſtaretur.

An hyperbolicè accipienda, quæ de baculorum *geſtatione dicantur.*
Baculorum *vſus iumentis ad iter vrgendis, & leuando itineris labore.*
Baculus *vnâ manu geſtabatur.*
Baculi *ad arcendos canes.*
Agnum comedens, huius mundi peregrinum *ſe putet.*
Cura paſtorali *præmittenda caſtitatis cura.*
Nemo remiſſè *operetur.*
Seniles mores *ad euchariſticam menſam deferantur.*
Infantiam exuat, *qui Euchariſtiæ particeps fit.*
Infantia *ſola hîc probatur, cui innocentia comes.*
Quibus diebus *ſacrificiorum reliquiæ infantibus exhiberentur.*
Virga *diſciplinæ in agni eſu.*
Baculum *in manu tenet, qui Dei* timorem *ob oculos habet.*
Nemo ſuis artibus *innitatur.*
Baculus *ſapientiæ inſigne.*
Sapientia *Spiritûs ſancti in Euchariſtiâ.*
Libri *nexus, &* Euchariſtiæ.
Aptus regendæ ſenectæ baculus *doctrinæ.*
Baculi *vſus.*

IN agni eſu baculi manibus geſtabantur, legis verba ſunt Exod. 12. *Tenentes baculos in manibus*; baculum in manibus tenebant ad feſtinationem, ac celeritatem; rem ſic explicat Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 33. 346.

An hyperbolicè accipienda, quæ de baculorum geſtatione dicuntur. Abul.

Dicendum, quòd iſte modus loquendi eſt per hyperbolem, quia iubere, quòd comedendo TENERENT BACVLOS *in manibus, erat ac ſi diceretur, tam citò receſſuri eſtis poſt cibũ ſumptũ, quòd neque vacabit vobis baculos accipere, quos manibus tollatis; & licèt nõ eſſet in veritate tanta feſtinantia, erat tamen conueniẽs ſecundũ prudentiam hoc dicere. Primò ad inſtruendum Iudæos; taliter enim rudes homines, & pigros inſtruimus, & monemus,*

non enim poſſunt moueri ſi eis vera ſola dicantur; vnde ad monendum eos ſub timore mali, oportet maiora mala prædicere, quàm ſint; & ad monendum ſub ſpe boni, oportet maiora bona prænunciare; ita ſi quis vellet oſtendere cauſam alicuius feſtinationis, non tantam praciſè dicere conueniens eſt, quia non mouebuntur, quantum oporteret, ſed multam magis dicendum eſt; taliter enim docet Ariſt. inſtruendos eſſe rudes in virtutibus, ſcilicet non trahendo eos ſolùm vſque ad rectitudinem neceſſariam; ſed vltra medium, quemadmodum tortuoſa lignorum dirigentes faciunt 2. Ethic. c. vlt. ſed Iudæi pigri erant, & tardi, ideo vt diſponerentur ad tantam celeritatem, quanta conueniens erat, oportebat, & maior eis prænunciaretur, quàm futura erat. Secundò ad faciendum quòd omnes res ſuas priùs diſponerent, ne poſtea turbati præ velocitate itineris, vel exitûs, res neceſſarias obliuiſcerentur, vel eas incompletas haberent, & verè accidit hoc Iudæis quantumcunque prænunciauit eis Deus celeritatem, quòd ipſi tam pigri, & obliuioſi erant, quòd maſſam ſaltem non fermentauerunt, ſed cùm recedendum fuit impoſuerunt ſuper filios, & filias maſſas non fermentatas, ligantes eas in pallijs, Exod. 12. cap. hoc tamen potuiſſent ipſi priùs facere ſi tardi, & obliuioſi non fuiſſent, cùm ante hoc de magna celeritate exitûs admoniti fuiſſent.

347. *Baculorum vſus iumentis ad iter vrgendis, & leuandi itineris labore.* Idem.

Verùm non hyperbolica hæc verba fuiſſe, ſed verè iuſſum, vt baculos tollerent, concors auctorum cenſio eſt; ita cenſent noſtri, ita Hebræorum Doctores, quin idemmet Abulenſis neceſſarios vrgendis ad iter iumentis, & abigendis canibus baculos fuiſſe, & hac de cauſâ illorum delationem iuſſam teſtatur; nam in cap. 12. Exodi exponens hæc eadē verba addit id etiam iuſſum, vt haberent, quò iumenta deferendis ſarcinis parata vrgerent ad iter, vtque ipſi viatores baculis, quibus innitebantur, itineris laborem minuerent; dabo hîc Abulenſis verba: *Tenentes baculos in manibus; hoc ad duo pertinebat. Primò, quia ipſi viatores* BACVLOS HABENTES *per viam, quibus innitentur, & ſic laborem ſubleuent, & in motu iuuentur. Secundò, quia ipſi Hebræi educentes omnia ſua de Ægypto portabant multos aſinos, quibus ea imponebant, & illos baculis dirigere debebant*; ſed fors in re tantâ, tantiſque myſteriis grauidâ diuina maieſtas demitti minus alicui videatur, quàm vt aſinos quoque ſpectaſſe in baculorum apparatu dicamus; verùm & ſanctus Gregorius Nyſſenus baculum geſtaniſſe indicat, vt canes arcerent, hæc huius ſancti Patris verba lib. de vitâ Moſis. *Accedit quòd edendi modum non remiſſum quendam tradit, vt in conuiuijs fieri ſolet, vbi conuiuæ ſedent manibus liberis, & pedibus non ad iter calceatis, & ad hac effuſis induti veſtibus, ſed contrà quaſi ad iter pedes iuſſit comedendo habere duris calceis calceatos, cingulo ſuſtineri, ac comprimi veſtem, ne effundatur, ac* IN MANIBVS BACVLVM *teneri, quo canes arceantur.*

Baculi ad arcendos canes. S. Greg Nyſſ.

Baculus vnâ manu geſtabatur. Abul.

Baculum vna dumtaxat manu tenuiſſe faciliùs nobis perſuaſerit, cùm comedendi munus, alteram ſaltem manum requirat expeditam. Abulenſis verba in cap. 26. Matth. quæſt. 33. ſunt iſta. *Conſiderandum eſt, quòd comedentes non debebant ſedere, ſed ſtantes comedebāt, & cum vna manu conficiebāt cibos,* ET CVM ALIA TENEBANT BACVLOS, *quia non poterant alio modo comedere tenentes baculos in manibus*, ſed quia hîc ſumus, vtilia aliqua monita ex hac baculorum geſtatione exprimamus.

348. *Agnum comedens huius mundi peregrinum ſe putet.* Guill. Pep.

Agnum comedens baculum geſtat manibus, vt vel habitu huius mundi peregrinum ſe eſſe ſignificet; hinc Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exod. *Debent* TENERE BACVLOS *in manibus, id eſt, profitentes ſe eſſe peregrinos in hoc mundo.* non ſe putat peregrinum, qui terræ, qui terrenis hæret, radicéſque hîc figit, nec cogitat de diſceſſu.

Baculus manu geſtabatur, ſed antè iubentur renes accingi; vt qui paſtorale munus ſuſcipit, quod per baculum ſignificatur, caſtitatis candore fulgeat, quæ vt in omnibus eſt commendabilis, in eis qui præſunt, maximè neceſſaria eſt; ſcitè ſanctus Gregorius hom. 22. in Euang. *Tenentes baculos in manibus. Quid lex per* BACVLVM, *niſi paſtoralem cuſtodiam deſignat? Et notandum quòd prius præcipimur renes accingere, poſtmodum baculos tenere; quia illi debent curam paſtoralē ſuſcipere, qui iam in ſuo corpore ſciūt fluxa luxuriæ domare, vt cū alijs fortia prædicantur, ipſi deſideriis mollibus eneruiter non ſuccumbant.*

Curæ paſtorali præmittenda caſtitatis cura. S. Greg.

Baculum in manibus tenet agnum comedens, qui non remiſſè operatur; ſancti Paulini hæc ſunt verba epiſt. 5. ad Seuerum: *Panis verus, & viuus Chriſtus eſt, quem non poteſt manducare piger operarius, quia idem eſt Paſcha noſtrum quod expediti, atque præcincti, & firmiter calceati, nec depoſitis* A MANV BACVLIS *(id eſt, operibus quibus nitimur numquam remiſſis) cum omni feſtinantiâ edere præcipimur.*

Nemo remiſſè operetur. S. Paulin.

Baculus geſtetur, ſeniles nobiſcum mores deferamus, nulla infantiæ ſigna exhibentes agnum manducaturi; SENVM MORE BACVLVM GESTANTES, inquit S. Gregorius orat. 42. canities adferenda non ætatis, ſed probitatis, & prudentiæ. 349.

Seniles mores ad eucharisticam menſam deferantur. S Greg Naz.

Bibere ex ſuo calice nos Chriſtus iubet, & in amoris cantico ſponſus; *Comedite amici, & bibite*; ſignatè *bibite*, non *ſugite*, vt infantiam exuendam innueretur. Vocari huc poſſunt verba Clementis Alexandrini lib. 1. pædag cap. 6. *Qui enim perfecti ſunt dicuntur bibere*, INFANTES *autem* SVGERE; dum ergo nobis dicitur, vt bibamus, rectè auocamur ab infantiâ.

Infantiam exuat, qui Eucharistiæ particeps fit. Clem. Alex.

Infantia illa hîc probatur, quæ ſpiritualis eſt, & innocentiam ſignificat, hinc illud B. Laurentij Iuſtiniani. *Nouiter conuerſis, & adhuc in* SPIRITVALI INFANTIA *conſtitutis cibus iſte ſapit, & ex illo veluti lacte aluntur, & creſcunt.*

Infantia ſola hîc probatur, cui innocentia comes. B. Laur. Iuſt.

Sacrificiorum reliquias ab infantibus olim ſumptas ſcitum eſt. Addo id non quocumque die factum, ſed ſignatè quartâ, & ſextâ feriâ, idque à ieiunis factum, reliquiáſque vino conſperſas. Diſco ex Concilio Matiſconenſi II. canon. 6. *Quæcumque*, inquit, *reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam Miſſam in ſacrificio ſuperſederint, quartâ, vel ſextâ feriâ* INNOCENTES *ab illo, cuius intereſt, ad Eccleſiam adducantur, & indicto eis ieiunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant.* Infantiam quiſque morum innocentiâ referat; & ſingulis diebus harum deliciarum particeps fieri poteſt.

Quibus diebus, sacrificiorum reliquiæ infantibus exhiberentur. Conc Mat.

Baculos tenere agnum comedentes iubebantur; *Vt* VIRGA DISCIPLINÆ CASTIGANTES CARNIS INTEMPERANTIAM *comedamus*, ait Beatus Algerius lib. 1. de ſacramento Altaris cap. 22. addit; *lex dedit* IN BACVLO DISCIPLINAM, *quâ perpetrata corrigamus.* 350.

Virga diſciplinæ in agni eſu. B. Alg.

Baculum in manu tenet, qui Dei timorem ob oculos habet, vt nihil agere audeat, quo diuina maieſtas lædatur; ſcitè Beatus Eligius hom. 14. BACVLOS, inquit, *neceſſe eſt manibus teneamus, vt in cunctis quæ agimus,* TIMOREM DEI *viuum præ oculis tenentes, ſecundùm ipſum opera noſtra dirigi poſtulemus.*

Baculum in manu tenet, qui Dei timorem ob oculos habet. B. Elig.

Baculos ille in manibus habet, baculiſque ritè innititur agnum comedens, qui ſuperæ innititur gratiæ, diuinóque auxilio, non ſuis viribus, ſuis lacertis, actibúſque ſuis. Quod tetigit Ioannes Ruſbrochius lib. de tabernac. cap. 122. *In* MANIBVS BACVLOS *habēdos eſſe Scriptura ait, & ſignificat*

Nemo ſuis actibus innitatur. Ioan. Ruſbr.

diuina

diuina gratia, & eius ADIVTORIO, *ac* SVSTENTATIONI *potius, quam cunctis actibus noſtris inniti nos debere.*

Baculus ſapientiæ inſigne. Sapiẽtia Spiritùs ſancti in Euchariſtiâ.

Baculus ſapientiæ, & philoſophiæ exſtitit inſigne, vt proinde à Philoſophis geſtaretur, vt notatum nobis alibi eſt. Rectè ergo agnum comedentes, baculum geſtant, vt non humanæ, ſed diuinæ, ſuperæque ſapientiæ fulcimento innitatur; certè hîc maxima Spiritûs ſancti elucet ſapientia; nam, vt ait ſanctus Thomas: *Ad* DEMONSTRANDAM SAPIENTIAM *Spiritûs ſancti ſub minimâ ſpecie ſacramenti facit eſſe facilè totum corpus Chriſti; hinc Spiritus ſanctus dicitur ſubtilis.*

S. Thom.

351. *Libri nexus, & Euchariſtia.*

Librum, quem vidit Ezechiel, & comedit, Euchariſtiæ figura ex aliquorum mente fuit; benè liber, quia in eo diuinarum myſteria leguntur, vt nullibi clariùs appareat, quantum diuina maieſtas hominem dilexerit; nullibi ferè diuini amoris inuentiones eluceant, vt hîc; liber eſt, qui ita nutrit dum editur, vt etiam ſuperâ ſapientiâ mentem impleat, ſupero lumine perfundat. Et verò in libro, qui oſtenſus Prophetæ fuit, ſcriptæ erant lamentationes, carmen, & væ: lamentationes, & væ indignè ſumentibus, carnem dignis conuiuis offeruntur.

Aptus regẽda ſenecta baculus doctrina.

Aptus regendæ ſenectæ baculus doctrina eſt, de quo illud illius,

Diſce, tua fiet BACVLVS *doctrina ſenecta.*
Auro egeas? vitam ſuſtinet illa tuam.

Probè vitã doctrina ſuſtinet, ſi ipſa quoque à probâ vitâ ſuſtineatur, ſi optimis moribus innitatur.

Baculi vſus.

De baculi vſu ſcitè & alius cecinit,

Cui natura oculos, aures animámque negauit;
Hic tamen eſt cæco DVXQVE REDVXQVE *via.*

EXCVRSVS XXVI.

Fidei baculus in euchariſtici Agni eſu neceſſarius.

Baculum *in manu tenet, qui* in fide *non nutat, non dubitat.*

Fidei baculo *imniti in euchariſtico agni eſu debemus.*

Fidei noſtræ *conſulere Chriſtus voluit cùm mortalis, & paſsibilis inſtituere hoc ſacramentum voluit.*

Mortis *nexus, &* inſtitutionis *huius ſacramenti expenditur.*

Pretioſiùs eſt, quod cum fide *quæritur.*

Mel *euchariſticum ſapit ſi adſit* palatum fidei.

Sub vmbrâ fidei *dulcis euchariſticus fructus.*

Sub Spiritûs ſancti vmbrâ *hoc ſacramentum perficitur, ſicut & virgineus partus.*

Spiritus ſanctus incubat, *& manet ſuper Euchariſtiam.*

Auis oua *fouentis ſimilitudine*, ſacramenti *huius veritas, quod Spiritus ſanctus fouet, explicatur.*

Euæ credulitatẽ *expiare quodammodo rectâ huius ſacramenti* fide *fideles ſtudeant.*

Huius ſacramenti inſtitutor Deus eſſe voluit, vt faciliùs illud crederemus.

Legitimis Eccleſiæ Doctoribus credere *debemus, non audire impios hæreticos, huius ſacramenti veritatem perfidè negantes.*

Vicini in agni euchariſtici eſu qui aduocãdi.

Fidei *hoc myſterium committitur, vt vberiorem gratiam in eius perceptione percipiamus.*

Fidem nutrit, *& fouet hoc ſacramentum.*

352. *Baculum in manu tenet, qui in fide nõ nutat, nõ dubitat.*

AGnum manducaturi baculum in manibus tenere iubebantur; vt ſcilicet ſcirent ſibi aliò feſtinandũ. nam baculus iter facturis exhibetur, vt tacitè innueretur eum, qui ad ſacram Euchariſtiam accedit, ita firmum in fide ſtare debere, vt non dubius nutet, animo titubet, & praué ſentientium fabulis quatiatur. non patiar hîc ſancti Gregorij Nazianzeni verba deſiderari, qui orat. 24. huc reſpiciens, ait: *Lex fulcientem baculum tibi præſcribit, necubi* ANIMO TITVBES, *dum ſanguinem Dei, & paſſionem, ac mortem audis, ac dum Dei patronus, atque defenſor videri cupis, impiè corruas; nec paſſionibus de carne fidem abrogans, nec ad eos qui de paſſion habentur, impingens. Innixus ſta firmus, & ſtabilis, atque ita comparatus, vt in nullâ re quatiaris ab aduerſarijs* Huc uſque ſanctus Gregorius. Baculum manu non tenet agnum manducans, qui nutat, titubátque de ſacramenti veritate ambigens, cùm tamen de veritate carnis, & ſanguinis, *non ſit relictus ambigendi locus*, vt loquitur ſanctus Hilarius.

S. Greg. Naz.

Fidei baculo inniti in euchariſtico Agni eſu debemus.

Abul.

In baculo etiam Abulenſis fidem notatam vidit, ſic enim ſcribit in cap. 26. Matth. quæſt. 33. *Ad Chriſtum autem pertinet hoc, vt ſumentes Euchariſtiam teneamus baculos in manibus, ſcilicet vi* FIDEI FVNDAMENTVM TENEAMVS, *nam baculus fidem notat, quæ eſt fundamentum, & prima omnium virtutum, quæ niſi præceſſerit, non poſſumus placere Deo, ad Hebr. 11. cap. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & ſicut ſuper baculum nitimur, ita ſupra fidem fundamur; in ſumptione autem corporis Domini nihil magis neceſſarium eſt, quàm fides, cùm nihil occurrat difficilius creditu quàm veritas corporis, & ſanguinis Domini ſub ſpeciebus ſacramenti, & ideo ad iſtam magnam difficultatem debet accedere magnitudo fidei, & ob hoc Pſalm. 22. vbi de corpore Domini aliquid tangi videtur, ſcilicet: Paraſti in conſpectu meo menſam, &c. ponitur de baculo, ſcilicet, virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt, ſcilicet fides conſolatur nos circa magnitudinem rerum credibilium, quia nihil eſt, per quod poſſimus in alta credibilia, niſi per fidei altitudinem.*

353. *Fidei noſtræ cõſulere Chriſtus voluit, cù mortalis, & paſſibilis inſtituere hoc ſacramentum voluit.*

Fidei noſtræ in hoc Chriſtus conſuluit cùm hoc ſacramentum eo tempore inſtituit, quo adhuc mortalis erat, erat paſſibilis, quum videbatur, cùm tangebatur, & præſens præſentes alloquebatur: difficiliùs hoc credituri eramus, ſi eo tempore eſſet inſtitutum, quo immortalis iam factus Chriſtus erat; denique & paſſio ipſa, quæ poſt inſtitutionem Euchariſtiæ ſecuta eſt, fidem noſtram nutrire potuerunt. Implãtanda hîc ſunt B. Laurentij Iuſtiniani verba, qui ſerm. de Euchariſtiâ, ita ſcribit: NE ERRARES IN FIDE, *& à veritatis ſemitâ deuians malè de Chriſto in hoc ſacramento ſentiret, ſe dedit in cibum, quum adhuc eſſet paſſibilis, quum videretur, quum tangeretur, quum agnoſceretur, cùm præſens loqueretur; non aliud quàm corpus meum, inquit, vobis trado, non in aliam mutatam ſpeciem, neque immortale, aut impaſſibile effectum, ſed de ſubſtantiâ veſtrâ aſſumptum, quod poſt paululum impiorum tradetur manibus ad ligandum, flagellandum, conſpuendum, crucifigendum, occidendúmque. tot tantáque Dei filium perpeſſus noſtrî causâ ab impijs eſt, vt etiam ab hoc capite probaret potuiſſe*, eundem amorem, qui illum ad tam immania tormenta patienda

B. Laur. Iuſt.

Mortis nexus, & inſtitutio-nis huius ſacramenti expenditur.

duxerat, ad ſuî corporis exhibitionem in euchariſtico ſactamento allicere; qui amore ardentiſſimo æſtuans, tam dita perpeſſus eſt, potuit eadem flammâ accenſus, & ſe ipſum exhibere in ſui amotis ſignificarionem.

354.

Pretioſius eſt quod cum fide quæritur.

S.Paſch.

Latet ſub panîs, & vini figurâ verum Chriſti corpus, verus ſanguis; & licèt impij, perfidique hætetici id negent, latet tamen: fatentut hoc Scripturæ, faretur Eccleſia, ſempérque faſſa, & ætetnum fatebitur, affirmant Doctores in æuo omni fide digni. Latête Chriſtus voluit, vt auidiùs quæteretur, & res celaretur infidis, & credentium meritum augeretur; quod habet etiam ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 13. in hæc verba: *Auidiùs requiritur quod latet, & pretioſius eſt*, QVOD CVM FIDE QVÆRITVR; *ideo quoque ſic debuit hoc myſterium temperari, vt & arcana ſecretorum celarentur infidis, & meritum creſceret de virtute fidei.* Proh quantum fidei palato hic cibus ſapir! quàm dulcis, quàm ſuauis ſub fidei vmbrâ! Amantis animæ verba ſunt: *ſub vmbrâ illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, Cant. 2. v. 3. ftuctus dulcis, quia illa ſub fidei vmbtâ conſederat, nec dubia de ſacramenti veritare fluctuauerat.

Mel euchariſticum ſapit ſi adſit palatum fidei.

S.Aug.

Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 95. ait ſpiritualia ſpectacula iucunda eſſe, *ſi tamen adſit palatum fidei, cui ſapiat mel Dei*; idem hîc dicendum: dulce, & ſuauis eſt cibus iſte diuinus, ſi tamen ſub fidei vmbrâ ſumetur, ſi palatum adſit fidei; nam & vmbram fidem ſignificare teſtatur eriam ſanctus Bernardus ſerm. 48. in Canr.

Sub vmbra fidei dulcis euchariſticus fructus.

Cant 2. 3.

S Bern.

Sub Spiritus ſancti vmbra hoc ſacramētum perficitur ſicut & virgineus partus.

S.Petr.Dam.

An ſub vmbrâ erat ſponſa cœleſtem fructum comedens, quia ſub Spiritûs ſancti vmbraculo, cui ſe ctedebat, & in quem credebat? obumbret diuinus Spititus ſpiritalem menſam, nil aliud requiratur, exſit curioſitas, adſit fides, etiam Virgo dum audit: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, Luc. 1. ſtatim credir, ſtarim acquieſcit; quid ſi & hîc idem Spititus ſanctus obumbret altare. Pulchrè ſanctus Damianus opuſc. 18. diſſertat. 1. cap. 1. *Planè*, inquit, *ſicut concipienti Deifica Virgini, non virile ſemen influxit, ſed virtus ſancti Spiritûs* OBVMBRAVIT, *ita nunc in Altari poſitum ſacramentum eadem ſancti Spiritus virtus eſt, qua viuificat.* Sic ille, ſub vmbra credidit Maria, & nos ab eadem vmbtâ ſimilia fieri credamus.

355.

Spiritus ſanctus incubat, & manet ſuper Euchariſtiam.

S.Baſil.

Nihil eſt, quod à diuino iſto Spititu fieti non poſſir; ſicut auis in mundi primotdio fouit, & omnia procteata ſunt, idem hîc fit, & non videmus oua, quæ auis cubat in carnem verti, & aliam naturam induete; auis vmbra, ac tegmen hoc poteſt, non poterit ſpiritus, qui incubat, qui myſteria hæc ſancta obumbtat? nimis perfidus audiet quod id neget, & quidem Spititûs diuini eſſe Euchariſtiam, incubare indicat ſanctus Baſilius, cuius hæc ſunt verba in Miſsâ: *Quàm reuerenda eſt hora illa, dilectiſſimi, cùm* SPIRITVS VIVVS, ET SANCTVS *è ſupernis cœlorum ſedibus, deſcendit, atque incubat, manétque ſuper hanc Euchariſtiam propoſitam.* Incubabat Spititus ſupet aquas, vt ex L XX. verſione habetur Gen. 1. fœcundans eos ad multorum corporum partus, idem nunc facit Spititus, incubat Euchatiſtiam, vt cœlo Sanctorum mulritudinem parturiat.

Auis oua fouentis ſimilitudine ſacramenti huius veritas quod Spiritus ſanctus fouet, explicatur.

B.Alb.Magn.

Sed in auîs metaphorâ oua incubantis, feſtiuè ſiſtir B. Albertus Magnus, credibile myſterium ex re quam oculis videmus adſtruens. ſic ille ſcribit ſerm. 12. de mirabilibus ſacræ Scriptutæ in hanc rem: Gen. 1. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, verùm* SICVT AVIS FOVENS OVA, *dicit Gloſſa, ergo ſi ponis ſub aue vnum, vel duo, vel plura oua, vertit ea per naturam interiùs in carnem, teſta manente exteriùs: quanto magis ſi ponas in Altari vnam hoſtiam panis, vel duas, ſiue centum, ſiue mille, vel plurimas manente panis exteriùs ſpecie, Spiritus ſanctus eas repentè interius in corpus Chriſti ſuâ virtute conuertit.* poterat illuſtrius!

356.

Eua credulitatem expiare quodammodo rectâ huius ſacramenti fide fideles ſtudeant.

B.Rup.

Credidit Eua ſetpenti Dei ſimilitudinem pollicenti, ſed decepta eſt, noſtræ matris lapſum eluere, & expiare certa fide credentes ſub ſpecie panis, & vini Chriſti corpus, ſanguinémque latere; Deus hoc affitmat, quis de veritate ambigat? nulla hîc ſetpentis fraus, nullus dolus, inſidiæ nullæ; crede vt impiam, & nimis leuem ptimæ matris credulitatem ſanctâ hac, & etrorem neſciente fide aboleas; explicans illa ſacti epithalamij vetba Rupertus, *Sum vmbrâ illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, cap. 1. per fructum intelligit Euchariſtiæ ſacramentum; ſic igitur Virginem loquentem adducit: *Vbi tempus venit huiuſcemodi fructus edendi, accipiens panem, & vinum benedicens, Accipite, inquit, & comedite, hoc eſt corpus meum, accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus; non vidiſtis ibi carnis, & ſanguinis ſpeciem; profectò nec Eua videbat promiſſam ſibi à ſerpente Dei ſimilitudinem; non vidiſtis niſi panem, & vinum, profectò nec Eua vidit niſi pomum viſu, vel aſpectu pulchrum: attamen illi credidit, quod non videbat, credidit, inquam, ſerpenti dicenti, nequaquam morte moriemini, ſed eritis ſicut Dij; magis quàm Deo dicenti, moriemini in quacunque die ex eo comederitis,* PLVS, *inquam,* SERPENTI, QVAM DEO CREDIDIT; *iuſtâ ergo lege, vt expietur ille reatus mala credulitatis* EXIGITVR FIDES, VT CREDATIS *id quod non videtis; credatis, inquam, Deo dicenti, Hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis, magis quam ſerpenti, qui per hæreticos dicit; Non eſt caro, & non eſt ſanguis, & eritis ſicut filij Dei.* Quis tam fatuus, ac demens, qui hæreticis credat, non credat veritatis Auctoti? ſerpentis, & Diaboli perſonam teferunt impij hæretici, qui ab huius diuiniſſimi ſactamenti fide fideles auertere contendunt. Abeant cum ſuis fraudibus ſatanici ſerpentes, illum habituri carnificem, cuius munus obeunt; nos Deo, Eccleſiæ, Patribus credimus, non eorum ſtupiditati, eorum vaſticiei ſatius erit ſi damnato ſuæ impietatis ertote, in veritatis ſinum ſe recipiant, & reiectâ petfidiâ teſipiſcant, nec decepti alios decipiant.

357.

Huius ſacramenti inſtitutor Deus eſſe voluit, vt faciliùs illud crederemus.

B.Laur.Iuſt.

Inſtituere Deus hoc ſacramentum voluit, noluit alicui creatutæ rem committere. Non Angeli, non Archangeli, non alij ſpiritus aduocati ſunt; ipſe ſuis manibus, ſuis verbis, virtute ſuâ euchariſticam hanc menſam parauit Chtiſtus; vt nimitum fidei noſtræ conſuleret, faciliúſque Deo credetemus in eo quod inſtitutum à Deo ſciremus; ægtè cteaturæ in te tantâ, & humanæ mentis captum ſuperante creatura crediſſet. Aduocanda huc ſunt ſancti Laurentij Iuſtiniani verba, qui de triumphali Chriſti agone cap. 4. ita ſcribit, ita ſentit: *Tranſitus de hoc mundo ad Patrem cœnam fecit, non ſicut Herodes funeſtus, vt innocentis ſanguinem funderet, ſed vt corporis, & ſanguinis ſui ſacramenta conficiendo miniſtraret principibus aula ſua, & primis aula cœleſtis, ad quod peragendum non Patriarchas, non Angelos, non Archangelos, non vel ſupremum cœleſtium legionum miſit, ſed ipſe per ſe implere curauit.* POTVISSET PLANE MENTIS ARIES INFIDELITATIS OBTENEBRARI CALIGINE, ATQVE AB ILLVMINATÆ FIDEI RESILIRE SPLENDORE, SI CREATVRARVM QVÆLIBET TANTI MYSTERII

FIERAT

Digitized by Google

FIERET INSTITVTOR, ABEGIT ITAQVE OMNEM DVBIETATIS OPINIONEM, OMNISQVE ARGVMENTVM ERRORIS, QVANDO PER SE IPSVM ID VOLVIT CONSVMMARI: *nihil hoc ſacramento verius, nihil certius credi poteſt, cuius inſtitutionis Deus auctor eſt.* Verè ita eſt, & damnandæ infidelitatis laborat morbo, qui Deo non ſe credit, non credit Deo. Negent ſacramenti iſtius veritatem impetitiſſimi iuxtà, ac iniquiſſimi noſtri æui, ſuperiorúmque hæretici, nos Deo credimus, qui fallere non poteſt, non illis, qui etiam falluntur, & fallunt.

Legitimis Eccleſiæ Doctoribus credere debemus, non audire impios hæreticos ſacramenti veritatem perfidè negantes. B.Rupert.

Nos veris Doctoribus credimus, quos iubemur in agni eſu tanquam proximos, ac vicinos accerſere; Apoſtolis credimus, viriſque Apoſtolicis, Martyribus credimus, qui & huius ſacramenti veritatem aſſererent ſuum ſanguinem fortiter fuderunt. *Quoties hunc agnum,* inquit B.Rupertus lib.2. in Exod. cap.7. *immolamus, rectè paucitatem noſtram confitentes in nobis, quia totum eius myſterium capere non poſſumus, aſſumimus vicinum, qui coniunctus eſt domui noſtræ, ſcilicet Apoſtolorum, & Martyrum chorum, qui* PER EANDEM FIDEM *propinqui ſunt familiæ Chriſtianæ. Denique ſine illorum inuitatione nunquam comedere præſumimus; dicimus enim, Communicantes, & memoriam venerantes in primis glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ſed & beatorum Apoſtolorum, & Martyrum ſuorum; quod idem eſt, ac ſi dicamus in eâdem fide nos immolare, & comedere agnum Dei, in quâ Virgo concepit, & peperit, quam Apoſtoli ſancti prædicauerunt, pro quâ beati Martyres paſſi ſunt; ita vicinis aſſumptis nos per Dei gratiam ad eſum agni ſufficimus; quia videlicet etſi totum eius myſterium comprehendere non valemus, ſatis tamen eſt, quia nihil de illo, quod Apoſtolicæ fidei ſit contrarium, ſentimus.* Abeant veræ fidei deſertores: hi non vicini, proximíque, ſed hoſtes ſunt; nos non audimus, non recipimus, ſuſpecta nobis ſemper eorum doctrina, & eorum verba non aliter accipimus, quàm ſi à Diaboli ore fluerent, cùm in illis ipſe loquatur, ſicut & in ſerpente olim Euam decepit.

358. *Vicini in Agni euchariſtici eſu qui aduocandi.* S.Cyr.Alex.

Aduocandi igitur vicini, qui eiuſdem fidei ſint, eiuſdem veritatis cultores, vt mutua inſtitutione diſcamus, quod ſoli à nobis non poſſumus: id quod premit etiam ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Glaphyrorum in Exodum, & exemplo Eunuchi à Philippo informati rem confirmat in hunc modum: *Accipiant vnuſquiſque agnum per domos. Nam Chriſtus perfectè habitat in vnoquoque per Spiritûs ſancti participationem, nec tamen diuiſus eſt, ſicut ait Paulus. Verùm ſi fuerint peccatores, quàm vt poſſint edere agnum, accerſent ad ſe proximum vicinum ſuum. Qui enim non habent ex ſe ipſis, vt ſoli per ſe poſſint perfectè intelligere Chriſti myſterium, nec ſufficiunt ad intelligentiam, quæ eſt de ipſo propter mentis ſuæ infirmitatem, tum itidem participes fient ipſius acceptis ad ſe fidelibus, tanquam cooperarijs, atque adiutoribus. Nam ſæpenumero fit, vt per mutuam inſtitutionem, maiores quàm per nos ipſos in ſenſu ſpirituali progreſſus faciamus. Sicut igitur ille verè ſapiens Eunuchus interrogabat Philippum prophetiam de Chriſto, quam audiens, dixit: Rogo te, de quo hîc loquitur Propheta: de ſe, an de alio aliquo? Vides quo pacto adhibuerit proximum vicinum (propinqui enim inuicem omnes ſumus quantum ad vnam, & communem fidei rationem attinet) & particeps ſpiritualis agni per hanc inquiſitionem ſit declaratus, confeſtim enim dignus redditus eſt baptizari, ſicut & baptizatus eſt.*

Fidei hoc myſterium committitur, vt vberiorem gratiam excipias, mentis, & fidei quippe ſinus magnus eſt, & tantum exciperes, quantum crederes. Pulchrè idem ſanctus Paſchaſius eodem libro cap. 12. *Hoc myſterium dum communicas, dilata ſinum mentis tuæ, emunda conſcientiam, & percipe non quantum mica exhibet, ſed* QVANTVM FIDES CAPIT, *quia in Chriſto plenitudo diuinitatis manet.* Sic ille. *Recedat ergo,* quod monet ſanctus Eucherius hom. 5. de Paſcha, *omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis, dicens: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus.* Quis tam impius, vt fidem veritatis Auctori non adhibeat. 359.

Fidei hoc myſterium committitur, vt vberiorẽ gratiam in eius perceptione percipiamus. S.Paſch.

Requirit hoc myſterium fidem, ſed & nutrit, fouétque adeò vt menſæ huius conuiuæ fidei clypeum arripiant, à menſâ diſceſſuri in fide fortiores. Iſaiæ verba ſunt cap. 21. *Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes, ſurgite Principes, arripite clypeum.* Adeò fortes à menſâ ſurgunt vt iubeantur arma capeſſere in hoſtes impetum facturi, clypeúmque arripere. Sed quem? opinor fidei, quo hoſtis ignea tela excipiantur, & extinguantur. Bonus menſæ, & clypei nexus, vt qui Dominicæ menſæ adeſt, tam abſit vt fidem abiiciat, vt etiam eâ contra infideles hoſtes vtatur. Ita ſanctus Hieronymus ad hunc locum: *Vt comedentes, & bibentes corpus, & ſanguinem Chriſti, vertantur in principes Eccleſiæ, arripiántque* CLYPEVM FIDEI, *in quo poſſint ignita Diaboli iacula eijcere.* Sic ille. Sederit ad menſam aliquis tamquam gregarius miles, ſurgere in Principem verſùs debet, fortiori animo, & ad maiora ſpirans, regiúmque pectus præſeferens, vt adeat contra Eccleſiæ hoſtes arrepto fidei clypeo pugnare.

Fidem nutrit, & fouet hoc ſacramentum. Iſa.21. S.Hieron.

EXCVRSVS XXVII.

Spei virga in euchariſtici Agni eſu neceſſaria.

Baculus *quo ſuſtentamur* ſpes *eſt.*

Qui euchariſtici Agni carnes comedit, ſpe confirmetur, *ne aduerſitatibus frangatur.*

Spes, *quæ perituris* innititur, *quàm caduca.*

Firma ſpes, *quæ in Deo figitur.*

In cæleſtia euolet, *qui ad ſacrum Altare accedit.*

Spei, *&* ambulationis *nexus.*

Spei ſpes *addenda.*

Qui in Chriſtum ſperat, *ſeparet ſe à perfidiorum conſortio.*

Fiduciæ *in mentis noſtræ horto ſemper adoleſcant.*

Spei *nexus cum* euchariſticis epulis.

Nudus Chriſti adſpectus *fortes nos reddere, & infractos poteſt.*

Latet in baculo ſpes, ſpem baculus ſignat. Beati Iſaiæ Abbatis hæc ſunt verba, orat. 22. *Per baculum ſpes indicatur, & fortitudo tendentium terram promiſſionis.* De baculo ab iis geſtando, qui agni carnibus veſcebantur, ita philoſophatur ſanctus Gregorius Nyſſenus in lib. de vitâ 360.

Baculus quo ſuſtentamur ſpes eſt. S.Greg.Nyſſ.

Moſis: BACVLVS *verò, quo & feras repellimus, & nonnunquam ſuſtentamur*, SPES EST. *Hac enim ſolâ inducimur, vt labores ſimul, & dolores ſufferamus; hac feſſos animos recreemus, hac fit vt ardentiúſque plerumque in latrantes canes, alienas videlicet à veritate beſtias, inſurgamus: hac armati longè illas ab ouibus noſtris arceamus.*

Qui eucharistice Agni carnes comedit, ſpe confirmetur, ne aduerſitatibus frangatur.

S.Cyr.Alex.

Agnum comedentes, virgam, baculum omnibus geſtare iubentur, vt ſpe confirmarentur, nec in aduerſitatibus caderent, qui eucharisticæ menſæ aſſident; VIRGA *autem, & baculus in manu*, inquit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib.1. Glaphyrorum in Exodum, *ſignificat* SPEM, QVÆ *nos confirmat, ac ſuſtentat, ſecundùm illud, quod in Prophetis habetur; ſperate in Domino, & fulcite vos in Deo*; reſpicit ad locum Iſaiæ cap.50. v.10. vbi ait: *Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.* Forerius vertit: *Confidite in nomine Iehoua, & innitatur in Deo ſuo*; LXX. plurali numero: *Confidite in nomine Domini, & innitimini ſuper Deo*; hàncque lectionem ſequutum eſſe ſanctum Cyrillum non eſt quod ambigamus.

Iſa.50.

Forer.
LXX.

Spes, quæ periturus innititur quàm caduca.

S.Aug.

Igitur eucharisticæ menſæ conuiua virgam habear, ſpei innitatur, ſed diuinæ, alioquin ſpes quæ in homines iacitur vt caduca eſt ſic ſuſtinere ſperantem non poteſt, & qui ita ſperat, expirat, & deficit; id quod feſtiuè voluit ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 36. *Heu ſpes caduca mortalium! ſperas in pecunia, ſperas in honore, & ſublimitate aliquâ poteſtatis humanæ, ſperas in aliquo amico potente.* IN HIS OMNIBVS CVM SPERAS, AVT TV EXPIRAS, *aut cùm vinis omnia pereunt, & in ſpe tuâ tum & ipſe deficis, ac cadis.* Spes illa firma, quæ in Deo figitur, non in homine; *In te ſperauerunt*, air Regius Pſaltes Pſalm.21. *& non ſunt confuſi*, quud ſic expendir idem ſanctus Pater hîc, *In te ſperauerunt: nec eos fefellit ſpes, non in ſe illam poſuerunt*; haud dubiè ſefelliſſet eos ſpes, ſi ſpem in ſe locaſſent.

Firma ſpes, quæ in Deo figitur.

Pſalm.21.
S.Aug.

361. Quid non in ſacrâ menſâ ſperemus, cùm in illâ Deus nobis ſe ipſum totum exhibear? qui ſe ipſum exhibet, cur & omnia alia non exhibeat? exhibebit ſi plenam ſpem attuleris: nullibi ram feliciter ſpes pulluler, & adoleſcat, quàm apud ſacrum Altare, in quo Chriſti corpus in cibum nobis porrigitur; verba illa Chriſti apud Matthæum cap.24. *Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Etiam de ſacrâ Euchariſtiâ exponi ſolent, vt alibi notauimus; ſed cur ad illud ranquam aquilæ aduolare debemus? An vt ima hæc deſerentes in ſublimia feramur, in cœlum mente euolemus: Hoc voluit ſanctus Chryſoſtomus hom.24. in epiſt.1.ad Corinth. *Ad hoc nos inducit ſacrificium illud formidandum & admirabile, quod iubet nobis, vt aquilæ in hac vitâ facti ad ipſum cœlum euolemus, vel potiùs ſupra cœlum, vbi enim cadauer, inquit, illic aquilæ; Aquilas autem appellat, vt oſtendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terrâ debere ei eſſe commune, neque ad inferiora trahi, & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſtitiæ intueri.* Benè, & cohærenter; ſed in aquilis ſpes commendatur quoque, ſpei ſymbolum Aquila eſt; hinc Iſaiæ 40. *Qui ſperant in Domino, aſſument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient*; igitur qui ad eucharisticas epulas pergit, ſpe aquilam referat, cum Domino ſperet, aquilæ pennas ſumens.

In cœleſtia euolet, qui ad ſacrum Altare accedit.

S.Chryſ.

362. Baculum in manu habent agni conuiuæ, & in ſpei ſymbolum, & in profectionis iudicium. Baculum habent aliò profecturi, Ægyptum relicturi: ſed quid ſpes cum abitione? cum ſpe cohæret iter, nam qui Deo ſuo ſpe plenus innititur, in virtutum viâ ambulare ſemper debet, ſempérque proficere; quid? quòd ſpes, fiduciáque magnam habet cum ambulatione agnationem? Micheæ 4.v.5. vbi ait: *Nos autem ambulauimus in nomine Dei noſtri in æternum*; Chaldæus vertit, *Nos verò* FIDVCIAM COLLOCABIMVS *in nomine Domini Dei noſtri in ſæculum*; ac ſi idem eſſet in Deo ſpem collocare, fiduciámque, & ambulare; quia ſcilicet, qui ſperet, in Deo, proficere in Dei viâ ſemper debet.

Spei, & ambulationis nexus.

Mich.4.5.
Chald.

Vel ſperare, & ambulare in vnum coëunt, quia ſpes creſcere ſemper debet, vt ſemper ad vlteriora ſperando nos extendamus; quod innuit Dauid, cùm dixit: *& in verbum tuum ſuperſperaui*, Pſalm. 118. v.114. *quod de eo dicitur*, inquit hîc ſanctus Ambroſius, *qui ſemper addit ad ſperandum, &* CVM SPERAVERIT *aliquid, iterum ſperat, & ſpe proficit, extendens ſe ſemper ad ſuperiora*; non igitur mirum ſi ſpes, ac fiducia cum ambulatione cohæreant, cùm ſemper ſpes progredi debeat, & proficere.

Spei ſpes addenda.

Pſalm.118.
S.Ambr.

Sed rem adhuc vrgeo; Agni epulatores baculum manu geſtant abeuntium habitu, & in fiduciæ ſignum, quia ſcilicet, qui in Chriſtum ſperat, eucharisticæ menſæ accumbens debet ſe ab impiorum conſortio ſubmouere, vt Ægyptum deſerat, improbóſque omnes; vix dixerat Dauid, *& in verbum tuum ſuperſperaui*, cùm ſtatim adiicit; *declinate à me maligni*; docens ægrè ſpem in Deum, Deíque auxilium cum malorum conſuetudine cohærere, & falli eum, qui temerè inter malorum occaſiones viuit, putans ſe ſpe in Deum poſitâ non caſurum; nemo ſibi de hac ſpe blandiatur, fugiat malos ſi poteſt, & in tuto ſe collocet, vt in Deum ſe verè ſperare malorum fugâ probet; opportunè adeſt ſanctus Ambroſius ad hæc verba, qui harum ſententiarum nexum expendens, ait: SI QVIS SPERAT IN CHRISTVM, SEPARARE SE DEBET A CONSORTIO PERFIDORVM, *ideo poſt illud, in verbum tuum ſuperſperaui, dicit, diſcedite à me maligni.* alioquin qui ſe in pericula conijcit inter præcipitia degens, cùm facilè ſe poſſit ab illis eximere, nimium ſibi fidit, parum Deo. *Lubrica ſpes eſt*, inquit ſanctus Cyprianus de ſingul. Cleric. *quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat.*

363.

Qui in Chriſtum ſperat, ſeparet ſe à perfidorum conſortio.

Pſalm.118.

S.Ambr.

S.Cypr.

Spes ergo diuina nos paſcat, dum diuinis epulis interſumus; ſpes diuina nos muniat, dum ſacræ menſæ aſſidemus; magna ſpei, & Euchariſtiæ cognatio eſt; ſpei baculus ab agni eſu non abeſt; ſpei ſymbolum eſt etiam lilium; quod indicauit etiam Chriſtus, cùm fidem noſtram erigeret, & veluti animaret, liliorum exemplum adducit, Matth. 6. v.28. *Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent: ſi autem fœnum agri Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?* quæ verba ſic illuſtrat ſanctus Paſchaſius lib.4. *Ergo fidei noſtræ inuiolabilem* CONFIDENTIAM *exemplorum auctoritate diuinitùs confirmat, vt nulli fas ſit ambigere, dum tam euidenti documento dubietas aufertur; ſi enim fœnum, quod hodie eſt, tanta viriditatis decore veſtitur, quanto magis eos veſtire poterat, quos æternæ ſocietatis participes fecit?* Sic ille. Vides vt fiducia in mentis noſtræ humo adoleſcat liliorum exemplum in medium adducit, hinc aperire poſſumus, cur in amoris Cantico Eccleſiæ venter aceruo tritici comparetur liliis munitus; ſic enim audis cap. 7. v. 2. *Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis*; tritici aceruo Euchariſtiâ, vt aliqui notauêre, poteſt etiam ſignificari; ſed huic aceruo adduntur lilia;

Fiducia in mentis noſtra horto ſemper adoleſcant.

Matth.6.

S.Paſch.

Spei nexus cum eucharisticis epulis.

Cant.7.

ne ſpem, atqne fiduciam, quæ lilio exprimitur, ab hoc ſacramento quis abiungeret, triticum liliis vallat, qui ſpe diuinâ refertus ad ſacram menſam ſe confert.

Oſeæ 14. Hanc noſtram mentem munit etiam Oſeas, cuius hæc ſunt verba cap. 14. *Iſrael germinabit ſicut lilium erumpet radix eius vt Libani, viuent tritico.* De Euchariſtiæ ſacramento hunc locum plerique

S.Cyr.Alex. exponunt, ſignatè ſanctus Cyrillus Alexandrinus, Tumanus, Ribera; ſcitè igitur antequam diceret, *viuent tritico*, dixit, *germinabit ſicut lilium*, vt ſpem atque fiduciam harum ſacrarum epularum eſſe veluti apparatum diſceremus.

364. *Nudus Chriſti adſpectus fortes nos reddere, & infractos poteſt.*

Aduerſa nos premant, hoſtes in nos ſæuiant, ſpes in Deum in nobis vigeat, ambit lilium euchariſticum frumentum, plenâ fiduciâ ad diuiniſſimum hoc ſacramentum accurramus, & omnia leuia fient, omnia æquo, fortíque animo feremus, robur inhalabit ſacra Euchariſtia; Chriſtus vt ſuos contra omnes perſecutiones animaret, his

Matth.10. illos verbis alloquitur, Matth. 10. v. 23. *Cùm perſequentur vos in ciuitate iſtâ, fugite in aliam; amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius hominis*; non promittit liberationem vllam, ſed nudam ſuam præſentiam ſpondet, *donec veniat Filius hominis*; cur non adiecit, ſe eos à perſecutionibus liberaturum? An quia ſola præſentia, ſolus eius aſpectus poterat eorum mentem ita firmare vt labores illis labores non eſſent, nec diſcrimina?

S.Chryſ. iſtuc idem vrget S. Chryſoſtomus hom. 35. in Matthæum: *Non dicit, eripiam vos à ſe perſecutoribus, & perſecutiones cunctas diſſoluam, ſed nequaquam explebitis ciuitates Iſrael, donec Filius hominis venerit; ſufficiebat certè ad ſedandos ipſorum labores* SOLVS ASPECTVS CHRISTI. Multo magis ſufficit non nudus aſpectus, ſed intima vnio, quâ per euchariſticas epulas animæ noſtræ quodammodo inſeritur; vt nihil ſit adeò durum, aſperúmque quod ſummâ fiduciâ pleni non feramus, euchariſticis delitiis paſti.

EXCVRSVS XXVIII.

Agnus euchariſticus comedentium fulcimentum, & fortitudo.

Fundamentum, *cui innitimur, Euchariſtia eſt.*
Euchariſtia nos ſuſtentat.
Columna *Chriſti caro.*
Nobis columna *Euchariſtia figura.*
Fortiores *nos reddit euchariſticus cibus.*
Fortitudine *maiori donatur, qui arctiùs Chriſto adhæret.*

365. *Firmamentum cui innitimur Euchariſtia eſt.* Abul.

FIrmamentum, cui innitimur, Euchariſtia eſt, cui rei ſignificandæ agnum paſchalem comedentes baculum geſtabant manibus, Exod. 12. Præclarè de hac re diſſerit Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 33. in hæc verba: *Per baculum deſignatur conditio Euchariſtia, quia ſicut* BACVLVS *eſt id, ſuper quod aliquis ſe poteſt appodiare & firmare; ita Euchariſtia eſt firmamentum noſtrum, quia eſt cibus noſter ſpiritualis, quo firmamur, ſicut firmamur in eſſe ſpirituali per firmitatem datam ex cibo panis, Pſalm. 103. panis cor hominis confirmet, id eſt, det vires, & fortitudinem, & ideo panis vocant baculum, Leuit. 6. cap. trademini in manibus hoſtium poſtquam confregero baculum panis veſtri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini; vocatur etiam panis firmamentum Pſalm. 104. vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis conticuit, ita & Euchariſtia eſt panis noſter, qui de cœlo deſcendit, Io. 6. cap. ideo ſignatur per baculum, quia eſt firmamentum eſſe, vel vita noſtra ſpiritualis.* Lodulphus Carthuſianus de vita Chriſti part. 2. cap. 56. *Euchariſtiam, ſuſtentamentum noſtrum*, vocat. *Euchariſtia nos ſuſtentat.* Lodulph. Carth.

Columna Chriſti caro. Columnæ caro Chriſti ſolet comparari, vt ſciamus omnibus fulciendis, & ſuſtentandis deſtinatam, non conterendis, premendíſque niſi volentibus, Eccl. 24. *Et thronus meus in columnâ nubis.* Eccl.24.
B. Alb. Magnus tract. de offic. Miſſæ, cap. 2. *Sedens*, inquit, *in nube aſſumpta carnis vt Dominus, quæ* CARO, & COLVMNA *eſt non inclinabilis ad aliquid conculcandum.* Erit hæc columna, non deficiet; quod vt vniuerſè de Chriſti carne dici poteſt, id tamen maximè verum in euchariſticâ menſâ, niſi quis immundus, & impurus accedat, tunc enim columna nubis in temerarios euadit fulmen, ſapientia ad menſam vocatur, columnas ſeptem excidit, vt ait Salomon, Prouerb. 9. hîc noſtra menſa non columnas tantùm habet, ſed columna eſt. Prou.9.

Aliquorum cenſio fuit nubis columnam, quâ 366.
Deus populum ſuum per deſertum ducebat, Euchariſtiæ figuram extitiſſe, quæ non ad terram promiſſam nos ducit, ſed ad promiſſum cœlum; nubis columna ignem nocte referebat; etiam Euchariſtiæ ſacramentum tanquam nubes à concupiſcentiæ æſtu nos defendit, & tanquam columna ignis, amorem illum prodit, quo Deus erga nos ardet, ſectatoréſque ſuos accendit, & inflammat. *Nubis columna Euchariſtia figura.*
Quod populo Hebræorum columna fuit ignis, nobis Euchariſtia eſt, de quâ loquens Marcus Vigerius chorda 7. cap. 40. *Eſt*, inquit, COLVMNA *igni antecedens per noctem, & fumus per diem, Dei populum dirigens.* Sed non dirigit nos tantùm hæc columna, ſed & ſuſtentat, fortioréſque nos reddit, lapſum ob laſſitudinem auertit. Marc.Vig.

Fortiores nos reddit euchariſticus cibus. Quanta ab huius panis eſu, ab huius ſanguinis potu virtus, & fortitudo manducantium, & bibentium mentibus ingeneretur, explicari non poteſt, vt vmbrâ, & figurâ aliquid nobis innuitur Deut. 37. vbi de Iuda hæc habentur: *Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit*, & Gen. 49. 8. *Iudam te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum suorum*; vnde illi tanta fortitudo, tantus præ aliis animi vigor? An quia ſubditur: *Laudabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vua pallium ſuum*, Gen. 49. 11. vt ita innueretur, vel euchariſtici ſacramenti vmbram magnam mentibus virtutem inhalare, qua vinci aduerſarij omnes poſſint; fulciunt hunc ſenſum, & firmant quæ affert B. Albertus Magnus diſt. 3. tract. 2. c. 2. huc flectens & illud, quod de Elephantis dicitur, 1. Machab. 6. ab ſanguinis vuæ conſpectu audaciam, animóſque mutuaſſe; non patiar hîc huius Auctoris verba, licèt plura, deſiderari, ſunt autem iſta: *Hoc ſacramentum nobis tribuit ſpem cuncta impetrandi, & cuncta vincendi, vnde dicitur Deut. 23. de Iudâ: Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit. Vnde autem iſta confidentia* FORTITVDINIS *ſibi euenerit, dicitur Gen. 49. Lauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vua pallium ſuum. Non enim ſtola conuerſationis in vino ſacramenti ſibi ſpiritualiter infuſo lauiſſet: hoc enim ſanguine benedicta vua Ieſu Chriſti pallium claritatis intinxiſſet, pro certo tantam confidentiam in Deo contra inimicos non habuiſſet. Hoc eſt quod dicitur primo* Deut.37. Gen.49. B.Alb.Magn.

Machab. 6. oſtenderunt elephantis ſanguinem vuæ & mori, vt acuerent eos in prælium, ex naturâ enim habet hoc animal, quòd audax, & bonæ ſpei efficitur, quando aliquid ſimile videt ſanguini; quia elephans propter caſtitatem, & fortitudinem virum ſanctum ſignificat, qui acuitur ſanguine Chriſti in prælium, qui de vuâ Chriſti, & moro, qui Chriſtum ſignat, propter ſimilitudinem peccati, quam ex nobis accepit, exprimitur: ille enim ſanguinis valdè nos facit audaces.

367. *Fortitudine maiori donatur, qui arctius Chriſto adhæret.*

Sumendus eſt Chriſtus; ſed vt fortitudine donemur, Chriſto adhærere debemus, & amoris illius cogitatione in illum quodammodo immigrare; in vltimâ cœnâ euchariſticis ferculis omnes Apoſtoli nutriti ſunt: at inter alios fortior exſtitit Ioannes vt recedentibus, fugientibúſque diſcipulis non fugeret, non recederet; quin iuxta crucem coram crucifixo cum matre ſtetit; & vnde hauſerat tantam fortitudinem? quia in euchariſticâ cœnâ ſuper Chriſti pectus recubuerat, ibi Chriſti amorem legerat, ſumpſit Chriſti corpus, ſed altiùs hoc myſterium cogitabat; vt non mirum ſi tam fortis, ſtrenuúſque à Chriſti ſinu euaſerit. *Alÿ diſcipuli*, inquit ille, *recumbebant ad menſam, Ioanni autem inſtar menſæ fuit pectus Ieſu, in quâ recubuit, & ex quâ* INCREDIBILEM FORTITVDINEM *contra inimicos crucis Chriſti accepit, vt incorruptus, & inuictus permaneret*; quàm magna fortitudo animæ communicabitur, quæ non recumbit tantùm ſuper pectus Ieſu, ſed Ieſum in ſinum ſuum recipit?

EXCVRSVS XXIX.

Crucis baculus cum Agno euchariſtico quî cohæreat.

Baculus crucem *ſignificat.*
Virga, & baculus de cruce.
In Moſis virgâ vt crux *lateret.*
Crux *non eſt ſerpens deuorans, ſed virga ſuſtentans.*
Crucis *baculus cum euchariſticâ menſâ.*
Baculus, quem geſtabant agni conuiuæ crucis *figura.*
Operatione ipſâ ſe quiſque crucis cultorem *probet.*
Noſter in crucem *cultus, opere prodendus.*
Aſſatio in vera crucis.
Nexus crucis, & Euchariſtiæ.
Vinum ex vuâ expreſſum ad crucis *memoriam nos vocat.*
Crucis, & euchariſtici panîs *nexus.*
Corpus Domini ſub crucis *titulo poſitum.*
In cruce *Chriſto commoriendum ei, qui Euchariſtiæ particeps ſit.*
In cruce *cum Chriſto crucifixi fuimus Euchariſtiæ virtute.*
Ablutus Chriſti ſanguinem *bibat.*
Ad euchariſticum calicem tanquam ad Chriſti latus *accedendum.*
Corpus Chriſti in euchariſticâ menſâ *præſtat, quod Chriſtum præſtitiſſe* in cruce *legimus.*

368. *Baculus crucem ſignificat.* S.Aug.

BAculus, qui teneri manducantium agnum manibus debebat, nos ad crucem vocat; baculum vniuersè crucis eſſe figuram non eſt quòd ambigamus; ſanctus Auguſtinus ſerm. 206. de tempore in Heliſæi baculo crucem notatam notauit his verbis: *Baculus ſine Heliſæo nihil valebat, quia crux ſine Chriſto nihil poterat. Venit ergo beatus Heliſæus, & aſcendit in cœnaculum, quia venturus erat Chriſtus, & aſcenſurus Crucis patibulum*; & ſerm. 79. *Iacob ad accipiendam vxorem exhibuit baculum, & Chriſtus ad redimendam Eccleſiam ſuam detulit crucis lignum*; & ſanctus Andreas Cretenſis de exaltat. ſanctæ crucis orat. 1. in eâdem Iacob virgâ crucem credit, dum infit: *Crucis typus fuit Patriarcha Iacob virga cùm tranſiuit Iordanem, ait enim: In virgâ meâ tranſiui Iordanem. Et paulo ante crucis ſignum oſtenſum eſt Abrahamo inter media arietis cornua expreſſum, quando typicum ſacrificium, crucifixi repreſentationem, per ouem myſticè peragebat.* Idem auctor hoc eodem loco ad crucem flexit virga Aaronis, quæ floruit: *Virga quæ nuces progenuit, nonne clarè* CRVCEM *depingit?*

Virga, & baculus de cruce. S.Andr.

In Moyſi virgâ crucem latêre aſſeruit ſanctus Auguſtinus ſerm. 86. de Tempore, *Per virgam*, inquit, *Ægyptus flagellatur, & per crucem mundus vincitur, & Diabolus ſuperatur.*

In Moſis virga, vt crux latêret. S.Aug.

369. *Crux non eſt ſerpens deuorans, ſed virga ſuſtentans.* B.Thom.

De colubro, qui caudâ apprehenſus in virgam vertebatur Exod. 4. rectè philoſophatur Beatus Thomas à Villanouâ, rem ad crucem flectens, hæc eius verba conc. 4. de vno martyr. *Fugiebat quondam magnus ille Moyſes a facie ſibilantis colubri. Sed Dominus ad eum: Apprehendit* (inquit) *caudam eius. Apprehendit, & ſtatim verſus eſt coluber in virgam. Quid fugis ô Chriſtiane? quid times* A FACIE CRVCIS? *non eſt ſerpens deuorans, ſed virga ſuſtentans. O puſille, apprehende, & videbis: quandiu enim eam non apprehenderis, experiri non poteris, ſerpens videbitur extra manum, ſed in manu virga eſt*; ſed ad euchariſticum Agnum, euchariſticam menſam accedamus.

Crucis baculus euchariſticâ menſâ. Pſalm 22.

Propheta Regius, dicturus Pſalm. 22. *Paraſti in conſpectu meo menſam*, quæ verba ad Euchariſtiam aliqui probæ notæ auctores flectunt, baculum, virgámque præmiſerat. *Verba*, inquiens, *tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*, crucem hiſce vocabulis rectè ſignificans, quo notabat ſanctus Baſilius hîc; *virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt; haud procul ab ſcopo aberrarit quis ſi* SALVTIFERAM CRVCEM *his nominibus inſignierit*; vt menſæ, & crucis nexu doceret crucem cogitandam, quin & amplectendam ei, qui Dominicæ menſæ particeps ſit.

S.Baſil.

370. *Baculus, quē geſtabāt agni cōuiuæ crucis figura.* Guill. Pep. *Operatione ipſâ ſe quiſque crucis cultorem probet.* B.Alb.Magn.

Sed & baculus ille, qui ab illis geſtabatur manibus, qui agni carnibus veſcebantur, crucem reſpiciebat, notabat crucem; ſcitè Guillelmus Pepinus in cap. 12. Exodi. *Tertium eſt memoria Dominicæ crucis, & hoc eſt tenere baculos in manibus*; ſignatè autem tenendus manibus hic baculus eſt, vt operatione ipſâ nos veros crucis cultores prodamus; opportunè Beatus Albertus Magnus ſerm. in Dom. Paſchæ Exod. 12. *Tenentes baculos in manibus, per quod datur intelligi, quòd corpus Domini accepturi debent recordari ſe peregrinos eſſe aduenas ſuper terram, & quòd* BACVLVM SANCTÆ CRVCIS *oportet eos in manibus operationum ſuarum iugiter deportare.*

Noſter in crucem cultus opere prodendus. Sophron.

Opere enim ipſo oſtendendus noſter in crucem cultus eſt, quod his verbis monebat Sophronius orat. de exaltat. ſanctæ Crucis. CRVCIS MEMORIA *agitur, quis hominum ſe ipſum non crucifixerit? Hunc enim Deus pro maximè legitimo, & germano*

Digitized by Google

mano adoratore agnoſcit, qui ſe ipſum mundo crucifixit, quique opere ipſo ſuum erga crucem cultum, & amorem comprobat.

Aſſatio in veru crucis. S. Cypr.

A noſtri agni eſu abeſſe crux non debet; *in veru crucis*, inquit ſanctus Cyprianus de cœnâ Domini, *boni odoris aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem.*

371. *Nexus crucis, & Euchariſtia.* S. Aug.

Hunc crucis, & euchariſticæ menſæ nexum ſignificauit etiam ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 100. *Nos* DE CRVCE DOMINI PASCIMVR, *quia corpus ipſius manducamus.* Proh quàm dulcis eſt cibus, cui crucis amaritudo commiſcetur! quo amatior Chriſti paſſio, Chriſti crux, eo dulciores amaritudines omnes reddit, ſapidioréſque.

Vinũ ex vuâ expreſſum ad crucis memoriam nos vocat. Honor. Aug.

Vini ex vuâ expreſſionem nos ad crucis memoriam vocare monuit etiam Honorius Auguſtadunenſis lib. 1. de antiquo Miſſarum ritu c. 53. dum ait: *Vua in prælo duobus lignis expreſſa in vinum liquatur, & Chriſtus duobus* LIGNIS CRVCIS PRESSVS, *ſanguis eius in potum fidelibus fundebatur.*

Crucis, & euchariſtici panis nexus. 3. Reg. 17. Theoph. Cer.

Crucis, & euchariſtici panîs nexum tectè & illa mulier ſignificauit, quæ ita loquuta perhibetur 3. Reg. 17. *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydriâ: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo*; bonus farinæ, & duorum lignorum nexus, illa Euchariſtiam ſignat, hæc crucem; quod acutè notauit Theophanes Cerameus orat. de cruce, dum ait: *Cæterùm farina carnis Dominicæ, quâ nutrimur, typum geſſit. Duo ligna indicant illa duo ligna ex quibus crux.*

372. *Corpus Domini ſub crucis titulo poſitum.* Conc. Turr.

Adeò cum cruce cohæret hoc myſterium, vt aliquando lege cautum ſit, *vt corpus Domini in Altari ſub crucis titulo componatur*; ſic enim ſancitur in Concilio Turonenſi II. can. 3. vt qui ad ſacrum Altare Chriſti corpus accepturus accederet, crucem corporis oculis videret, eandémque mente, & animo verſaret.

In cruce Chriſto commoriendum ei qui Euchariſtiæ particeps ſit.

Nemo crucem à pane cœleſti abiungat, nullus dum paſci iſto quærit, illam defugiat, ſed lubens amplectatur; meminerit qui Dominicum bibit ſanguinem, Dominicum edit corpus, ſibi quoque in cruce Chriſto commoriendum. Memini me alibi quæſiuiſſe, cur antequam cruci affigeretur Chriſtus, Euchariſtiæ ſacramentum inſtituerit, ac reſpondiſſe, id fors factum, vt nos quoque cum illo eſſemus; nam corporis, & ſanguinis eius communione in illum quodammodo immigramus, & in illo ſumus. Vt igitur nos quoque cum eo cruci affigeremur, nos ſuo pauit corpore, quo vnum cum illo priùs fieremus. Hæc cùm edidiſſem, tandem reperi mihi ſanctum Paſchaſium præiuiſſe; certè huc vocati eius verba poſſunt, quæ ille habet in epiſtola ad Fudegardum, quæ ſic

In cruce cum Chriſto crucifixi ſumus Euchariſtiæ virtute. S. Paſchaſ. Coloſ. 3.

ſe habent: *Cum ſuis antequam pateretur hoc verum manducaret Paſcha; quatenus per hoc antequam ſe daret in pretium, nos in illo, & ille in nobis vnum eſſemus corpus.* Et IDEO IN CRVCE NOS CVM ILLO SIMVL CRVCIFIXI SVMVS, *& in reſurrectione ſimul conreſuſcitati. Vnde ait Apoſtolus, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite.* Hucuſque Sanctus hîc. Ergo qui Chriſti ſacramentorum particeps factus eſt, fiat & crucis, ſimul cum illo cruci affigatur.

373. *Ablutus Chriſti ſanguinem bibat.* Ioan. 19.

Quid? quod etiam in cruce pendens nectere cum cruce Euchariſtiam quodammodo voluit; nam exiens ex percuſſo latere ſanguis, & aqua *Ioan. 19.* indicabat, ablutos ad Chriſti ſanguinem bibendum accedere; exiuit ſanguis, ſed ſimul & aqua, vt aquâ ſordes abſtergeret, qui ſanguinem erat bibiturus. Pulchrè Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 16. Exiuit ſanguis, & aqua, *Quia*, inquit, *qui ſanguinem crederent, aquâ lauarentur, qui aquâ ſe lauiſſent, etiam ſanguinem potarent.* nemo illotus accedat, nemo impurus. Interim habes in cruce ſacræ communionis formam quodammodo exhibuiſſe, & quidem ſanguinem bibens cogitare ſe illum velut ex Chriſti latere haurire, quod habet ſanctus Chryſoſtomus in Ioan. 19. *Quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipſo latere hauriens, accedas.* Tertull. *Ad euchariſticum calicẽ tanquam ad Chriſti latus accedendum.* S. Chryſ.

Corpus Chriſti in euchariſticâ menſâ præſtat, quod Chriſtum præſtitiſſe in cruce legimus. S. Paſch.

Præterea ſicut in cruce bono latroni Regnum Chriſtus promiſit, malo blaſphemanti iudicio addixit, & flammis; ſic & in Euchariſtiâ dignis conuiuis cœleſtis gloriæ, cuius hoc ſacramentum pignus, & aula eſt, regnum ſpondet; indignis, & impuris iudicium minatur, & flammas, quin iudicium ipſum ſibi manducant, & bibunt, dum corpus Domini non diiudicant, vt loquitur Apoſtolus 1. Corinth. cap. 11. Audiendus hîc ſanctus Paſchaſius epiſt. ad Frudegardum vbi ait: *Spiritus operatur in eo credentibus, & dignè percipientibus vitam, non credentibus verò, & indignè manducantibus verè iudicium damnationis; facit enim hoc corpus, & ſanguis quod ipſum feciſſe Chriſtum* IN CRVCE LEGIMVS; *dum vni eorum qui erant cum eo in patibulo confitenti paradiſi præſtitit regnum, alteri verò, ſcilicet blaſphemanti, mortis iudicium determinauit.* Tantum refert qualis quis huic menſæ aſſideat, hunc cibum ſumat, hiſce ferculis paſcatur, nimirum bonis ad vitam eſt, malis ad mortem; vt iudicantis tribunal ſacra hæc menſa eſſe videatur, in qua indignos morti adiudicat, dignos Regno.

CAPVT XXXIII.

De baculis & virgis quædam communi notitiæ exponuntur.

Romuli baculum *tanquam rem ſacram Romani ab hominum contactu, qui & conſpectu eximebant.*

Vt baculus *in Vrbe geſtari poſſet, ſtatam craſſitiem exeedere non poterat.*

Annulus ferreus *in baculo adhibitus.*

Argentei baculi *vſus in vniuerſitate Patauinâ.*

Baculus *idoneus via comes quis non ſit.*

Virga *in arcâ ſeruata memoriam diuinorum beneficiorum commendabat.*

Qui baculo *non corrigitur in ollam mittitur.*

Virga *vigilans beata Virgo genus humanum excitans.*

Qui per Mariam non excitatur, in gehennam *caſurus eſt.*

Virgæ, *hoc eſt*, diuinæ iuſtitiæ *ſummitas in aduerſitatibus non diſcutienda, ſed adoranda.*

Suum habet baculum *contemplatio.*

Citra errorem dirigenda vitæ negotia.

Sacra menſa particeps, virtutibus ſuper cæteros ita emineat, *vt cæterorum paſtor, & dux eſſe poſſit.*

Da

374. DE baculis quædam in ſchediaſmatis ſacro-prophanis dedi, alia præter ea mihi obſeruata ſunt, quæ hîc in lectotis notitiam implantabo.

Romuli baculum tamquã rem ſacram Romani ab hominum cõtactu, qui & conſpectu eximebant. Plut.

Romuli baculum tamquam tem ſactam ſetuari ab aſpectu hominum contactúque Sacerdotes eximebant. Plutarchus in Camillo rem narrat his verbis: *In moliendo, & purgando loco reperiunt ſub magno cumulo cineris* Romvli bacvlvm, *quo vti ad auſpicia ſolitus erat. It ab alterâ extremitate inflexus eſt. Lituum vocant. Huius in cœli regionibus deſcribendis vſus eſt auſpicantibus, ad quod ille augurandi peritiſſimus illum habuerat. Romulo deinde ex conſpectu hominum ablato, hunc baculum Sacerdotes à contactu hominum ſeruauerunt, vt rem ſacram. Eo tunc, amiſſis cæteris, integro inuento, læti ſpem conceperunt Romam hoc homine æternam ſignificari fore.*

Vt baculus in vrbe geſtari poſſet ſtatam craſſitiem excedere non poterat. Stat. Ferr. *Annulus ferreus in hac re adhibitus.*

Baculus ſtatam craſſitiem excedere non debebat, vt deferri per vrbem Fetrariæ poſſet; annulúſque ferreus ctaſſitiei menſurandæ deſetuiebat. In ſtatutis Fetrariæ lib. 3. num. 93. hæc ad verbum habentur: *Non audeat, vel præſumat quiſpiam portare per ciuitatem Ferrariæ, vel eius diſtrictum aliquem* bastonvm aptvm *ad nocendum alteri, adeò groſſum, qui ingredi non poſſit per annulum ferreum, qui infixus ad tribunal Poteſtatis hac de causâ demonſtratur, ſub pœnâ librarum trium marc. fiſco applicandâ: ſi quis autem cum eo aliquem percuſſerit, non condemnetur tamquam ſi cum armis vetitis percuſſerit, ſed alio fuſte.*

375. *Argentei baculi vſus in vniuerſitate Patauinâ.* Stat.

Vniuerſitas ſtudij Patauini argenteo vtitur baculo, de cuius vſu hæc habent illius ſtatuta lib. 3. cap. 4. Bacvlvm *argenteum noſtræ Vniuerſitatis per Bidellum generalem diligenter ſeruari præcipimus; præſtita tamen priùs per eum cautione, vt infra in ſtatutis de Bidello generali loquentibus, traditum eſt. Hunc autem baculum ad honorem, ac dignitatem noſtræ Vniuerſitatis Bidellus generalis in omnibus actibus publicis ſemper portet ante Rectorem aſſociatum cum Bidellis omnibus omnium Doctorum legentium, & hoc ſub pœnâ 25. ſolidorum ipſi Bidello generali, & quindecim ſolidorum alijs Bidellis ſpecialibus.*

Baculus idoneus viæ comes quiſnam ſit. S. Cryſ.

Baculus idoneus viæ comes eſt ille, quem nobis his verbis exhibet ſanctus Chryſoſtomus. *Cùm et in ianua veſtibulo, hoc priùs recole verbum: Abrenuntio tibi Satana, & coniungor tibi Chriſte, nec vnquam abſque hac voce fores exeas, hoc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis.*

Virga in arcâ ſeruata memoriam diuinorum beneficiorum commendabat. Lyr.

Virga eum manna ſeruata in arca eſt, nimirum acceptorum beneficiorum memores noua mererentur accipere; quò ſpectabat Lyranus: *Hoc factum eſt*, inquit, *in* memoriam *accepti beneficij, vt ea ſcilicet recordatione* alia denvo *mererentur accipere*; noua non metentut accipete qui acceptorum obliuiſcuntur.

376. *Qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur.* Hier. 1. S. Ambr.

Quòd Hieremias vigilantem virgam priùs viderit, deinde ollam ſucceuſam cap. 1. vtilis moniti mateтiam exhibuit ſancto Ambtoſio in Pſalm. 38. *Hieremias primum baculum vidit nuceum, deinde ollam feruentem, vt tabeſceret anima Prophetæ incipientis, quòd culpâ diſcederet, accederet gratia. Sed cur priùs baculum, poſtea ollam? Quoniam qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur, vt ardeat, & tabeſcat, & ideo ad Prophetam Ezechiel dicitur, Accipe ſartaginem, & accipies iniquitates domus Iſrael, & conſummabis.*

Virga vigilãs beata Virgo, genus humanum excitans. Rich. à S. Laur.

Hunc eumdem verborum ordinem expendebat & Richardus à ſancto Laurentio, niſi quòd virgam vigilantem de Virgine interpretatur; præſtat hîc eius verba inſeri, ſic enim ille ſcribit lib. 12. de laudibus Virginis: *Virgo vigilans, id eſt, ad vigilias excitans, eſt beata Virgo; videns ergo Deus totum genus humanum dormitare, miſit nobis virgam vigilantem, id eſt, beatam Virginem, vt precibus ſuis, meritis, & exemplis excitaret nos à ſomno peccati; quod ſæpè fit meditando de eâ, quam orando, amando, & ei ſeruiendo; nullus enim per alicuius Sancti meritum excitabitur, niſi per eam excitetur.* Claudit, & otdinem Ptophetæ pendens, ait: *Nota quòd poſtquam dixit Ieremias vidiſſe ſe virgam vigilantem, ſtatim ſubdit videre ſe ollam ſuccenſam ab Aquilone, quia qui non euigilauerit ad hanc virgam, caſurus eſt in ollam ſuccenſam, id eſt, in gehennam.*

Virga, hoc eſt, diuinæ iuſtitiæ ſummitas in aduerſitatibus non diſcutienda, ſed adoranda. Hebr. 11. 21.

Virga diuinæ iuſtitiæ rectitudo eſt, cuius ſummitas in aduerſitatibus, & tribulationibus, quas ſuis immittit, non diſcutienda, ſed adoranda eſt; ſicut & Iacob faſtigium vitgæ Ioſeph adorauit; ſic enim ſcribit Apoſtolus ad Hebræos cap. 11. v. 21. *Fide Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius*, quod flecti ad illos debet, qui diuinæ iuſtitiæ ictus ſentiunt, quorum eſt virgæ faſtigium adorare, non diſcutere. Peritè ſanctus Bernardus in ſententiis: *Aduerſitati ſunt opponenda Electorum agones, & anguſtiæ, quas patiuntur, qui piè viuunt. Redemptoris afflictiones, & moleſtiæ, quas ei ſæuiſſimi Principes intulerunt. Diſpoſitio moderatricis iuſtitiæ, cuius altitudinem, quaſi* virgæ ioseph *ſummitatem non diſcutere, ſed adorare debemus.* S. Bern.

Suum habet baculum & contemplatio. Rich. Vict.

Suum habet baculum, & contemplatio, cui innitatur; Richardus Victorinus lib. 2. de contemplat. cap. 12. ita loquitur: *Rectè hac contemplatio, quæ vt ad inuiſibilia aſcendat, baculo ſe corporeæ ſimilitudinis ſuſtentat, & quadam (vt ita dicam) corporalium proprietate ſcalâ ſe ad alta ſubleuat.* 377.

Citra errorem dirigenda vitæ negotia. Philo.

Ille rectè recto baculo vtitur, & vitgam geſtat in manibus, qui ſine errore vitæ huius negotia dirigit. Præclarè Philo lib. de ſactificiis Abelis, & Cain: Virgam, inquit, *in manibus habentes ad dirigenda citra errorem omnia vitæ negotia.*

Sacræ menſæ particeps virtutibus ſuper cæteros ita emineat, vt cæterorũ paſtor, & dux eſſe poſſit. Exod. 12. B. Rup.

Denique vt in agno definiam, cuius eſus huc nos duxit; agnum comedentes baculum tenebant in manibus, vt qui ad euchariſticam accedit menſam, iis vittutibus ſit præ aliis inſignitus, vt aliorum dux, & paſtot eſſe poſſit, nam paſtotalis ſolicitudinis inſigne baculus eſt. huc flectit B. Rupertus lib. 1. comment. in Exodum cap. 13. *Quid* lex, inquit, *per* bacvlvm, *niſi* pastoralem *ſollicitudinem deſignat?* nimirum ſacræ menſæ conuiua ita eminere vitæ innocentiâ, ſanctitate, & prudentiâ ſuper alios debet, vt paſtoris, & ducis munus poſſit exercere. Abeunt ab hac notâ, qui deſidiæ, & ſegniriei indormientes ab aliis in virtutum profectu ſe ſinunt vinci, & poſterior illis cura de virtutum acquiſitione eſt, cæteríſque non ſanctitate antiſtant, & ſolicitudine, ſed torpore.

CAPVT XXXIV.

Cum feſtinatione Agnus comedendus erat.

Cur feſtinanter *agnum comedere iuſſi Hebræi ſint.*

Qui agnum comedit, à legis diuinæ violandæ occaſione *ſe ſubducat.*

In peccati finibus *nemo ſiſtat, qui eucharistica menſæ particeps eſt.*

Promptè,

Promptè, alacritérque *ad Dei promiſſa quiſque currat.*

Segnis, *&* remiſſus *in operando agnum comedens non ſit.*

Qui agnum comedit, hîc radices *minimè figat.*

Feſtinatio *deſiderium vehemens deſignat.*

Nulla in Chriſti myſterio diſcernendo *adſit hebetudo.*

Auidè *Chriſti corpus comedendum.*

Spica nomen cum deſiderio *vt in Hebræo cohæreat.*

Euchariſticarum epularum pretium famem *accendere in nobis debet.*

Auidè *excipiendum Chriſti corpus vel ſepulchra docuerunt.*

Singulare exemplum *Euchariſtiam deſiderantis.*

378. *Cur feſtinanter agnum comedere iuſſi Hebræi ſint.* Exod. 12.

LEGIS verba ſunt Exod. 12. *Comedetis feſtinanter.* Cùm in aliis ritibus ad celeritatem, & feſtinationem reſpexerit, hîc apertiùs rem habet, & feſtinationem manifeſtè requirit in agni eſu. Lyranus ad hæc verba: *Per quod deſignatur*, inquit, *quod deberent ire expeditè, & velociter, non deſidiosè.* Abulenſis putat & colloquiis auocari, quæ ſeri inter comedendum à conuiuis ſolet: *Et comedetis feſtinanter, id eſt*, inquit, *non manebitis colloquentes ad menſam, ſicut in alijs cœnis facere conſueuiſtis, quando quieti eratis; nunc autem ad deſignandum egreſſum de Ægypto, qui fuit in feſtinatione, & pauore, vt patet hîc, & Deut. 16. oportet iſta agere.*

Abul.

Qui agnum comedit, à legis diuinæ violandæ occaſione ſe ſubducat.

Fors & ob hanc quoque cauſam feſtinanter edere agnum iuſſi Hebræi ſunt, ne ſi cunctanter id præſtarent, dum carnes, quæ oſſibus adhærent, comedunt, etiam ea, quæ intus latent vellent degustare, oſſáque contra legem frangerent; vt igitur ab hoc abſtinerent, celeriter, raptímque iubentur illum abſumere. Huc videntur poſſe vocari ſancti Gregorij Nyſſeni verba, qui lib. de vitâ Moſis hanc celeritatem expendens, ait: *In hac itaque diſpoſitione* FESTINANTER AGNVM COMEDERE *iubenter non operosâ coquorum arte præparatum, ſed igni vt contingit aſſum, & cum omni celeritate raptim illum abſumere, quouſque totum animalis corpus conſumptum fuerit; dúmque ex ijs, quæ oſſibus adhærent, comedunt quicquid eſculentum eſt, & ab eo quod intus eſt abſtinent*; vt qui euchariſticam menſam, in quâ verus Agnus ſumitur, frequenter ab omni culpæ, legíſque diuinæ violandæ occaſione ſe ſubducat.

S. Greg. Nyſſ.

379. *In peccati finibus nemo ſiſtat, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt.* S. Greg. Naz.

Agni euchariſtici cultor, atque conuiua, dum agnum edit, recolat in typico illo feſtinationem commendatam fuiſſe; vt ſtatim diſcat eundum illi ad vlteriora eſſe, nec in peccati finibus ſiſtendum; ſic enim rem verſat ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 42. húcque Loth hiſtoriam flectit, dum ait: FESTINANTER *quidem, ne in eam culpam incidamus, à quâ diuino interdicto Loth auocabatur, ne circumſpiciamus, ne ſtemus in omni circum iacente regione, in montem ſalutis causâ confugiamus, ne Sodomitico illo, & inſitato igne ſimul inuoluamur, nec propter noſtram in deterius conuerſionem, quæ ex cunctatione naſci ſolet, in ſalis ſtatuam concreſcamus.* Quod luculentiùs explicat eius ſcholiaſtes Nicetas eodem locu, dum ait: *Quod* FESTINANTER *eſſe comedendum ait, hoc nobis indicat eum, qui agni particeps futurus ſit, ſegnem, ac ſocordem eſſe non debere, nec in virtutibus remiſſum ac languidum, verùm ita animo affectum, vt promptè, & alacriter ad Dei promiſſa currat, atque eorum quæ retro ſunt, oblitus, ad ea quæ à fronte ſunt, ſe ipſum extendat, omniáque huius vitæ commoda pro falſis ducens futuram rerum veritatem exquirat: ne id in nobis contingat, quod facere vetitus eſt Loth à duobus illis Angelis, quos hoſpitio ſuſceperat. Hinc enim ita Sodomis fugere iuſſerunt, vt à tergo non reſpiceret, nec in omni circumiacente regione ſtaret, ſed in monte ſalutis causâ ſe conferret. Eodem igitur nos modo faciamus, ne circumſpiciamus (curioſus enim ad voluptatem, & concupiſcentiam affectus nobis perniciem affert) nec ſimel ad virtutem currere aggreſſi, in peccati finibus conſiſtamus, verùm ad montem, hoc eſt, ad virtutis cacumen excurramus, ne fortè nos ignis vindex, à noſtro igne alienus inſitato, & admirando impetu ruens, arripiat.*

Promptè, alacritérque ad Dei promiſſa quiſque currat. Nicet.

Feſtinatio iſta rectè clamat, ne ſegnes, & remiſſi ſimus in operando; quò reſpiciebat ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. Glaphyr. in Exod. 2. de hoſtiâ agni agens, ait enim: *Rurſum præcipit vt* AGNVM FESTINANTER EDANT, *quo oſtendit, ne ſegnis, aut* REMISSVS IN BENE OPERANDO *appareat is, qui Chriſti particeps factus ſit, ſed diligentiam, & ardentem ſedulitatem in ijs, quæ putet ſibi profutura, adhibeat.*

Segnis, & remiſſus in operando agnum comedens non ſit. S. Cyr. Alex.

380. *Qui agnum comedit hîc radices minimè figat.* S. Elig.

Cum feſtinatione agnum comedit, qui hîc radices minimè figit, huius mundi peregrinum ſe putat, finem vitæ cogitat, mortis memor eſt. Opportunè huc flexit Beatus Eligius hom. 14. dum ait: *Nec prætereundum eſt negligenter, quum dicitur, Comedetis feſtinantes. Feſtinantes namque Paſcha comedimus, cùm nos hîc non habere certam manſionem recolentes, quotidie* DE FESTINANTI, *& iam iámque imminenti fine ſuſpendimur, aſſiduè meditantes, quoniam incolæ ſuper terram, & peregrini ſumus.*

Feſtinatio deſiderium vehemens. S. Greg. Nyſſ.

In iſtâ feſtinatione famem, & deſiderium vehemens notabat ſanctus Gregorius Nyſſenus lib. de vitâ Moſis, dum ait: *Hæc non* IGNAVITER, *nec quaſi* COACTI PERTRACTARE *debemus, ſed vt fameſcentes comedunt, cum deſiderio ſcilicet, & libenter, vt ad bonam nobis hic cibus valetudinem animæ poſſit prodeſſe.*

Nulla in Chriſti myſterio diſcernendo adſit hebetudo. S. Cyr. Alex.

Sanctus Cyrillus Alexandrinus in collectaneis cap. 21. hanc feſtinationem paulo aliter verſat; ait enim per eam nos ab hebetudine, & eneruatione in Chriſti myſterio diſcernendo auocari: FESTINANTER, inquit, AGNVM *comedere, ſignificat nullam debere eſſe hebetudinem, neque diſſolutionem, & eneruationem in diſcernendo Chriſti myſterio.*

Auidè Chriſti corpus comedendum. S. Gaud.

Sanctus Gaudentius aliter hanc feſtinationem verſabat; tract. 2. ad Neophytos ita ſcribit: *Quòd autem dicit, cum feſtinatione, illud manducandum præcepit ne* LENTO *corde, & ore* LANGVIDO *ſacramentum Dominici corporis ſumamus, & ſanguinis, ſed cum omni* AVIDITATE *animi*; qui lentè comedit, auidè ſe non comedere indicat, & ſame non corripi.

381. *Spica nomen cum deſiderio vt in Hebræo cohæreat.* Oleaſt.

Auidus quiſque accurrat, auidus menſæ aſſideat, & vitæ panem comedat; nullus adſit cum nauseâ, nullus cum deſidia. Hebraicè ſpica *abib* vocatur, ſic Exod. 13. Leuit. 2. quod nomen Oleaſter ab abab, quod eſt *deſiderare* deducit; vnde addit: *abib ſpicam, quòd ſit* DESIDERATA, *ſignificat.* Deſideratur ſpica panis terreni conficiendi causâ, magis deſideretur ea ſpica, & panis ille cœleſtis, quæ omnes delitias continet, omnes ſuauitates.

ſuauitares. Auidè ſacræ huius menſæ .ſumamus epulas, quæ non minus valent, quàm valeat Deus ipſe.

Lamprid. *Euchariſticarum epularũ pretium famẽ accendere in nobis debet.*

Lampridius de Heliogabalo narrat, quòd amaret ſibi pretia maiora earum rerum, quæ menſæ parabantur, exponi, *orexim conniuij*, hanc eſſe aſſerens; nos ſanctiùs idem præſtare poſſumus, vt auiditatem, faméinque excitemus, cogitemus harum epularum, quæ nobis in euchariſticâ menſâ offeruntur, pretium, quod infinitum eſt. Regalis menſa eſt, cœleſtes epulæ ſunt, adſtant Angeli, & nos torpemus? Monentem audi ſanctum

S.Chryſ.

Chryſoſtomum hom.61.ad pop. *Conſidera, quaſo, menſa regalis eſt appoſita, Angeli menſa miniſtrantes, ipſe Rex adeſt, & tu* AOSTANS OSCITANS? Indignus hic epulis eſt, qui audiens regiâ magnificentiâ dignas, & infiniti eſſe pretij, eas negligit, eas contemnit nauſeabundus.

382. *Auidè excipiendũ Chriſti corpus vel ſepulchra docuerunt.* Math.27.

Domino moriente terra contremuit, & monumenta mortuorum apetta ſunt, ac petræ ſciſſæ, & multa corpora Sanctorum ſurrexerunt, Matth. 27. v. 52. ac ſi omnia certatim quærerent Chriſti corpus ſuis viſceribus includere; hoc expendens Rupertus lib.1. in Deut. c.6. *Corporibus mortuorum hoc expediebat, vt coniungeretur cum eis in ſepulchris corpus huius mortui, quod aſſerebat reſurrectionem mortuorum, & idcirco ad ſuſcipiendum illud* CERTATIM, ET AVIDE SE SE DILATAVERVNT; quaſi nobis hanc inuiderent felicitatem, qui corpus Domini cùm volumus excipimus; cur igitur id non auidè à nobis fiat? quid torpeſcimus? quid languor, noxiúſque ſomnus non occupat? non amat, quem excipit, qui auidè excipere non ſtudet.

Singulare exemplũ Euchariſtiã deſiderantis. Acta.

Præiuit in exemplum quicumque Chriſtum feriò amarunt; ſed inſignis in hac re fuit Beata Ida Louanienſis, de quâ proditur in eius vitâ c.9. quòd nimio communicandi deſiderio ac auiditate ſanguinem ex ore, naribúſque emitteret, qui non ſiſtebatur, donec ſe ad ſacram menſam ſiſteret, illum manducatura, quem ardenter amabat. O par nos auiditas corriperet, par fames euchariſtici cibi nos inuaderet, quàm ingentes fructus hoc deſiderium vehemens in nobis parturiret, quàm magnis bonis nos cumularet? Quid hîc illi, qui vrgendi ad hanc menſam ſunt, & pœnarum metu ad euchariſticas delitias ſtimulandi?

CAPVT XXXV.

Stantes an agnum manducarent, & cur?

Stetiſſe *in agni eſu Iudaos aliqui cenſuerunt.*
Hanc ſententiam cur alij *repudiauerint.*
Philo à notâ *exemptus, ſtantes agnum comediſſe veroſimilius.*
Cur Chriſtus ſtans *agnum non comederit.*
Standi *ritus, & iter habendi habitus, mortem cogitandam ſuadebat.*
Stantes *in agni eſu ne quis cadat.*
Perſecutionis igne ſuperior *eſt, qui Deum intra ſe habet.*
Stabili corde *ſit, qui euchariſticum agnum edit.*
In euchariſticâ menſâ erectus *per rectam vitam quiſque ſtet.*

IN dubium aliqui vocant, an Iudæi ſtantes agnum comederint; Philo Hebræorum diſertiſſimus lib. de ſacrificio Abelis, & Caini diſertis affirmat verbis rectis pedibus ſtetiſſe, hæc illius verba: *Stent rectis firmatis pedibus, diſciplinam habentes, virgam in manibus.* 383.

Stetiſſe in agni eſu Iudaos aliquos cenſuerunt. Philo.

Hanc ſententiam cur alij repudiauerint. Pererius.

Tradidiſſe hæc Philo & Pererius obſeruabat, ſed ſeuerius quàm par eſſet eum carpit, damnátque illius ſententiam, ea ratione, quòd Chriſtus Dominus in agni eſu accubuiſſe cum diſcipulis legatur, non ſtetiſſe Dabo hîc Pererij verba diſp.7. in cap.12.Exod. *In eo quòd ait Philo praceptum fuiſſe Hebræis vt ſtantes comederent agnum, videtur lapſus, vel incogitantiâ, vel obliuione eorum, qua pracepit Deus obſeruanda in eſu agni paſchalis, nuſquam enim in Scripturâ legitur pracepiſſe Deum,* VT AGNVM PASCHALEM HEBRÆI COMEDERENT STANTES. *Certè Dominus noſter in cœnâ paſchali, quam proximè ante mortem ſuam egit cum diſcipulis ſuis, proculdubio & legis pracepta, & ſolemnem Iudaorum morem ſeruando, dicitur accubuiſſe; hic enim oſtendunt verba illa Beati Ioannis cap.13. ſurgit à cœnâ, & ponit veſtimenta ſua; & paulo poſt: cùm recubuiſſet iterum, dixit eis. Sed Philo fortaſſè putauit colligi ex eo, quòd Hebrai iuſſi ſunt tenere baculos in manibus, & comedere feſtinanter; ſtatio enim in comedendo magis, quam ſeſſio, vel accubatio declarat feſtinationem comedentium, & ad profectionem properantium.* Huc uſque Pererius; quæ cenſura grauior eſt, quàm vt eâ percelli grauiſſimus auctor, & ſuarum rerum callentiſſimus debuerit: vereor vt lapſus Pererius ipſe ſit, dum lapſûs Philonem inſimulat.

384. *Philo à notâ exemptus, ſtantes agnum comediſſe veroſimilius.*

Et in primis vt Philonem ab omni notâ eximam, nam ait expreſsè dixiſſe Deum, aut ex ſacræ Scripturæ verbis apertè conſtare, Iudæos in agni eſu ſtetiſſe, ſed id nude præſtitum aſſerere, cùm aliunde ſciti id etiam potuerit, & ritus alij, qui obſeruari iubentur, id euincant; ſatis fuit Philoni id ab Hebræis ſeruatum. Præterea plures alij tum ex noſtris, tum ex Hebræis exertè, & abſque vllo dubitationis nubilo ſupponunt ſtetiſſe Iudæos dum agnum comederent; Abulenſis in cap. 26. Matth. quæſt. 33. *Conſiderandum eſt,* QVOD COMEDENTES NON DEBEBANT SEDERE, SED STANTES AGNVM COMEDEBANT; ſanctus Gregorius Nyſſenus idem antea ſignificauerat lib. de vitâ Moſis: *Accedit quòd edendi modum non remiſſum quondam tradit, vt in conuiuiis fieri ſolet, vbi conuiua* SEDENT *manibus liberis;* indicabat itaque illa ſtatio non remiſsè agnum comedendum; ſtantes agnum cômediſſe alij quoque tradidere, vt ex iis quæ ſubiiciemus, cùm flectemus ad mores, apparebit; igitur in vnum Philonem ſæuire non debebat Pererius, ſed in omnes, qui pares cum eo mentis, aut in nullos. Cenſeo itaque, non Philonis tantùm calculo, ſed & aliorum, cæteriſque ritibus, qui hîc recenſentur, opinionem quæ aſſerit ſtetiſſe in agni eſu Iudæis veriorem eſſe.

Abul. S.Greg Nyſſ.

Stantes agnum comediſſe Hebræos Hebræorum Doctores cenſent, & inter alios R. Iacob ait id inter alios prô comperto haberi, additque baculi geſtationem, alióſque ritus, de quibus mentio in agni apparatu fit, id neceſſariò exigere.

Cur Chriſtus ſtans agnum non comederit.

Illud, quod contra hanc ſententiam affert, ex ritu, quo Chriſtus agnum in vltima cœna manducauit deſumptum, bifariam ſolui poteſt. *Primò* ſtetiſſe quidem Iudæos illâ primâ vice, dum

agnum

agnum ederent, deinceps verò cùm eſſent extra Ægyptum, hunc morem ſicut & pleroſque alios non ſeruauiſſe, cùm tantæ feſtinationis cauſa non adeſſet; *ſecundò*, vt aliquo tempore ſtandi mos viguerit apud Iudæos, antiquatum tamen Babylonici exilij tempore; hoc ex Hebræorum monumentis notabat doctiſſimus Baronius ad annum Chriſti 34. num. 41. vbi ita ſcribit: *Verùm quo ad hanc agni cœnam ſpectat, hæc admodum aduerſari ea videntur, quæ lege ſtatuta eſſent, cùm* AGNVM IPSVM PASCHALEM A STANTIBVS, NON VERO A RECVMBENTIBVS ESSE COMEDENDVM IVBETVR; *ſed qui antiquum illum commentarium Hebræorum legerint, quem ritualem librum, ſeu cæremonialem appellāt, planè intelligent fuiſſe vſum illum intermiſſum, & antiquatum à tempore exilij Babylonici.* Chriſtus itaque ſe illi ritui cōformauit, qui eo tempore in vſu apud Iudæos erat, ne aliquid nouum, inſolénſque introducere videretur.

Baron. Hebr.

385. Porrò ſtandi ritus, & iter habendi habitus rectè inouebat dum in hac vitâ ſumus exitum nobis ſpectandum, ſpectandam mortem, nefas hîc deſiderari ſancti Gregorij Nyſſeni verba, qui lib. de vita Moſis cùm dixiſſet ſtantes agnum comediſſe, ſubdit ad morem flectens: *Quid enim ſi rectus, an ſedens? ſi vt ad iter calceatus, an aliter? ſi feſtinanter, an manere? ſi baculum manibus teneas, an non? Quid, inquam, ad virtutem colendam, aut fugienda vitia, quod maximè latores legum reſpiciunt, hæc afferunt? profectò nihil. Cur igitur iuſſit fieri? niſi ſpiritualem ſenſum ſequamur, nullam idoneam, ſufficientémque cauſam poterimus vnquam inuenire. Quare patet hoc viatoris habitu, & apparatu ſignificari quaſi quibuſdam inuolucris, planè cognoſcendam eſſe vitam noſtram,* QVOD NIMIRVM AD VISENDVM OBITER HOC ÆVVM ACCEDIMVS, ET SIMVLATQVE NATI SVMVS AD EXITVM NECESSITATE QVADAM COMPELLIMVR, *ad quem præparatos nos eſſe vult pedibus, & manibus, reliquóque ad iter apparatu.*

Standi ritus, & iter habendi habitus mortem cogitandam ſuadebat.
S. Greg. Nyſſ.

Stat in agni eſu, non ſedet, qui perſecutionum ictibus actus non deiicitur, non ſternitur, erectus manet, firmus, imperterritus; auctor viginti trium ſententiarum ſub nomine ſancti Auguſtini ſerm. 2. ita loquitur: *Et quòd* STANTES EDVNT, *forma eſt ne quis cadat, ſed ingenis animi robore contra perſecutionum prælia inuictus, id eſt, ſublimis, & erectus aſſiſtat.*

Stātes in agni eſu, ne quis cadat.
S. Aug.

Nihil nobis perſecutores officient, ſi nobiſcum ſit Deus; ſic nec rubum comburere flammæ potuere, quia in medio rubi Deus erat. Franco Abbas tom. 4. de gratiâ Dei ſic rem ad Eccleſiam flexit: *Moyſes in deſerto rubum ardêre, & non comburi miratur, quia nube clementiæ Dei in medio rubi conſiſtentis obumbratur; Domino enim in medio Eccleſiæ conſiſtente, quocunque igne perſecutionis inflammetur, non* COMBVRITVR, *ſed in ſimilitudinem auri camino tribulationis decocta, auro purior redditur;* quod ad quamcumque animam coërceri etiam poteſt, & præſertim ſi Euchariſtiæ in eſu Chriſto ſuo copuletur.

Perſecutionis igne ſuperior eſt, qui Deum intra ſe habet.
Franco.

386. Sic et euchariſtici agni conuiua, non ſinat ſe duris frangi, non ſinat ſe flecti; patientiâ firmum, ſtabilémque euchariſticæ menſæ participem requirebat his verbis ſanctus Vincentius Ferrerus ſerm. 4. de corpore Chriſti: *Non eſt conueniens, quòd nobilis liquor in vaſi* FRAGILI, & INSTABILI *ponatur; iſte cibus eſt huiuſmodi, debet ergo in corde ſtabili, & firmo per patientiam.*

Stabili corde ſit, qui euchariſticum agnum edit.
S. Vinc. Ferr.

Qui Euchariſtiæ delitiis fruitur, peccatorum cœno relicto, ita in bonâ vitâ, quam inchoauit, perſiſtat, vt ad pœnitenda ampliùs non labatur; huc ſpectabat & ritus corporis, quo agnus comedebatur; ſtare enim Iudæi iubebantur. Huc flexit Lodulphus Saxo Carthuſ. de vitâ Chriſti p. 2. c. 56. vbi de agni eſu, ritibúſque in eo ſeruandis agens, ait: *Quando filij Iſraël agnum paſchalem manducabant ſuccincti erant, &* STABANT; *ita communicantes debent eſſe ſuccincti per mentis, & corporis caſtitatem, debent etiam erecti ſtare in bonâ vitâ, quam inchoauerunt, & non ſe iterum reponere in lutum, de quo iam ſurrexerunt.* Qui in cœnum labitur, à quo ſurrexerat, euchariſtici Agni indignus eſt.

In euchariſticâ menſâ erectus per rectam vitam quiſque ſtet.
Lodulph.

CAPVT XXXVI.

Tranſitus illuſtratur, cuius in agni eſu mentio fit.

Tranſitus *Domini.*
Phaſe *quid, & cur hîc additum.*
Tranſitus *iſte quid ſignificet.*
Euchariſtiæ particeps, mente in ſuperna feratur.
Cum Chriſto ad patientiam tranſeundum.
Tranſitus, *cuius hîc mentio, figura illius, quo ad patrem Chriſtus tranſiuit.*
Agnum ita comedamus, ac ſi à mundo *ad Deum eundum.*
De diſceſſu *quotidie cogitent euchariſticæ menſæ conuiuæ.*
A mundana abeat vitâ *qui ad Euchariſtiam pergit.*
Cum Domino non tranſit *qui in ſæculi Ægypto hæret.*
Euchariſtiæ ſumptioni talis apparatus *præmittendus, ac ſi eundum in cælum eſſet.*
Anima in Deum transformari *in euchariſticâ menſâ debet.*
Qui Chriſti panem edit, Chriſti panis *fiat.*
Sacramenti huius conuiua migrare in Chriſtum *debet.*
Qui Chriſti ſanguinem bibit, Chriſti mores *imitetur.*
Dei filius fit *qui Agni ſui euchariſtici carnes edit.*
In cœlum migrare *debet, qui euchariſticis epulis veſcitur.*
Mente in cœlo conuerſetur, *qui euchariſticæ menſæ aſſidet.*
Iter ad gloriam *ſacra Euchariſtia.*
Chriſti hoſpitio in cœlum *exaltamur.*
In cœlum nos effert *hoc ſacramentum.*
Eccleſiam militantem *cum* triumphante *nectit Euchariſtia.*

TANTÆ celeritatis, cuius in ſuperioribus facta mentio eſt, rationem reddens lex, ait: *Eſt enim Phaſe, id eſt, tranſitus Domini,* ac ſi apertiùs diceret, vt Angeli percutientis tranſitum ſignificet, vos quoque abeuntis, & celeriter diſcedentis habitu agnum comedere debetis, ſummáque feſtinatione agni carnes traiicere; in Hebræo deeſt illud nomē *Domini,* quod ſubintelligitur, vt notabat B. Rupertus lib. 2. commēt. in Exod. 14. vbi nec eos 387.

Tranſitus Domini.
Exod. 12.
B. Rup.

hæc verba cum ſuperioribus, ait: *Cauſam faciendorum omnium, quæ hic præcepta ſunt, ita ſubiungit; eſt enim Phaſe, id eſt, tranſitus Domini, & percutiam per terram Ægypti nocte illâ, percutiámque omne primogenitum in terrâ Ægypti: idcirco, inquit, poſtes veſtros ſanguine agni ſignabitis, & hoc ritu carnes eius feſtinantes comedetis, carnes videlicet agni, ſubditur enim, quia phaſe eſt, id eſt, tranſitus Domini. Domini non eſt in verbo Phaſe, ſed interpretationi eſt additum, quia neceſſariò ſubaudiendum eſt; ſequitur enim, & dicit ipſe Dominus, tranſibo per terram Ægypti nocte illâ.*

Phaſe quid, & cur hic additum. Lyran.

Etiam verbum *tranſitus* ab Interprete eſt, vt obſeruauit Lyranus hîc, qui tranſitum & ad Angelum percuſſurum Ægyptum referendum cenſet, & ad populum ab Ægypto diſceſſurum; hæc huius Auctoris verba ſunt: *Iſtud, id eſt, tranſitus, non eſt in Hebræo, ſed eſt expoſitio huius nominis phaſe, quæ addita eſt à tranſlatore; dicitur autem hoc feſtum phaſe, quod ſignificat tranſitum, quia tunc filij Iſrael receſſerunt de Ægypto, vt tranſirent ad terram promiſſionis; item quia illâ nocte Dominus tranſiens per Ægyptum percuſſit Ægyptios, & calcauit Hebræos, & hoc eſt quod dicitur, & tranſibo per terram Ægypti.*

388. *Tranſitus iſte quid ſignificet.* Abul.

In hoc tranſitu duplicem hunc reſpectum notabat etiam Abulenſis, hoc inſuper addens hîc præcipuè illius tranſitûs habere rationem, quo tranſiturus percutiens Angelus erat per Ægyptum; nam id Dei verba euiocunt: *& tranſibo nocte illâ per terram Ægypti*, vbi verò de Ægypto exierunt, principaliter ſignabat velocem exitum de Ægypto. Abulenſis verba ad producta legis verba ſunt huiuſmodi: *Iſta eſt ratio omnium ſupradictorum, quare velociter fieri debebant, ſcilicet quia iſta immolatio, & comeſtio eſt Phaſe, id eſt, tranſitus, ſcilicet quia ſicut Angelus exterminator velociter tranſibat domos Hebræorum, tanquam viator, nihil ibi manens ad faciendum malum: ita ipſi omnia hæc ad ſignandum illud beneficium, ſcilicet quia liberabantur ab Angelo exterminatore, velociter hæc facere debebant. In ſuperioribus tamen referebamus hæc ad velocitatem viæ, qua exituri erant de Ægypto. Et verum eſt, quia illa immolatio ad vtrumque ſignandum referebatur, ſed diuerſimodè, quia iſta prima immolatio ſignabat vtrumque, ſed principaliter feſtinationem Angeli exterminatoris, tranſeuntis ſuper domos Hebræorum nihil percutientis, vt patet immediatè, cùm dicitur: Eſt enim Phaſe Domini, id eſt, tranſitus: tranſibo enim ſuper terram Ægypti nocte illâ, percutiámque omnem primogenitum in terrâ Ægypti, ab homine vſque ad pecus, ac pertranſibo vos, & non erit in vobis plaga diſperdens. ſignificat autem minus principaliter egreſſionem velociter de Ægypto. In futuris autem generationibus iſta immolationes, & comeſtio azymorum ſignabat principaliter exitum velocem de Ægypto: ſic patet Deut. 16. cap. Cùm Moyſes poſt 40. annos ab exitu de Ægypto hortaretur eos ad cuſtodiendas cæremonias agni paſchalis, dixit, Obſerua menſem nouarum frugum, & verni primi temporis, vt facias Phaſe Domino Deo tuo: quoniam in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Signabat autem minus principaliter tranſitum Angeli percutientis ſuper Ægyptios, & non percutientis Hebræos. Et hoc patet, quia in iſto cap. infrà Deus mandauit fieri iſtam obſeruationem ad memoriam huius tranſitûs Angeli percutientis ſuper eos; cùm dicitur: Et cùm dixerint vobis filij veſtri: Quæ eſt iſta religio? dicens: eis victima trãſitus Domini eſt, quãdo trãſiuit ſuper domos Iſrael in Ægypto percutiẽs Ægyptios, & domos veſtras liberãs.*

Ritè in euchariſtici agni eſu phaſe, & tranſitum celebrat, qui mente, ac deſiderio in cœlum, in cœleſtia fertur, vbi Chriſtus regnat. Opportunè huc nos vocat ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 22. vbi ait: *Eſt enim Phaſe, id eſt, tranſitus Domini. Putas ergo, chariſſime, quòd lateat Deum illius conſcientia, non dico ſi criminibus eſt obuoluta, verùm ignauiâ ſi torpeat?* PATET IGITVR QVOD NISI DESIDERIO COELESTIS PATRIÆ AD SVPERNA, VBI CHRISTVS EST IN DEXTERA DEI PATRIS FIDE PLENISSIMA, ET SPE CERTA, NEC NON CHARITATE NON FICTA FESTINVS TRANSEAT, DE AGNI CARNIBVS IVRE NON COMEDIT. Etiam Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit, ſciens, *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*, Ioan. 13. nos cum illo ſimiliter tranſire debemus; quod non præſtant, qui carnalium Hebræorum more ſuper ollas carnis reſident, & terrenis delitiis, & voluptatibus inhiant. Vnus S.Paſch. citato ſuperiùs loco hæc omnia his verbis habet. *Tranſit ergo Chriſtus in nobis de hoc ſæculo ad Patrem, tranſeamus & nos in illo, quia cum illo ſimus omnes ſi eius membra cõnumeramur, vna perſona, & vnum corpus ſumus. Qui autem adhuc reſident per deſidiam ſuper ollas carnium, & negligentiam, non verò illò tranſeunt, neque feſtinant ad patriam Idcirco nunquã Paſcha ritè celebrant, quia Paſcha à tranſitu nominatur.* Hucuſque S.Paſch. vbi vides non caſu factum, quòd tranſiturus ad Patrẽ Chriſtus, & ab hoc mundo in cœlum iturus, ſacramentũ corporis, & ſãguinis ſui inſtituerit, vt ſcilicet nos diſceremus à rebus terrenis mentem abiungere, & in ſuperiora euehere. 389.

Euchariſtia particeps menſe in ſuperna feratur. S.Paſch.

Cum Chriſto ad patriam tranſeundum. Ioan. 13. Idem.

Tranſitus Domini, cuius hic mẽtio fit, fuiſſe figuram illius, quo Chriſtus à nobis tranſiuit ad Patrem, cùm mortuus eſt, egregiè explicat B.Rup. lib. 2. comment. in Exodum cap. 14. vbi ait, *De illo tranſitu, qui per iſtum figuratur, dicit Euangeliſta ſanctus: Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus, quia eius hora venit, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Ille enim verè* TRANSITVS DOMINI, IMO OMNIVM NOSTRVM TRANSITVS EST. *Nam illo tranſeunte ex hoc mundo ad Patrem, tranſiuimus & nos eiuſdem Patris gratiâ de vinculis ad abſolutionem, de tenebris ad oculorum noſtrorum reuelationem. Tranſiuit ille de hoc mundo quidem, qui & ipſe quodammodo dicitur Ægyptus, tranſiuit per Ægyptum inferiorem, id eſt, infernum, qui ſecundùm nomen Ægypti verè iam tenebroſus eſt, & locus horridus. Et quoſcunque inuenit illic dignos filios Iſraël ſignatos fide ſanguinis ſui à iuſto Abel, qui primum in typum illius obtulit agnum, vſque ad latronem, quem ſanguine ſuo ſignauit in ipſâ horâ tranſitûs ſui cunctos liberauit, percutiendo primogenitum Pharaonis, id eſt, peccatum primæ præuaricationis, quod originale dicitur, quod perſuaſio Diaboli generauit. Igitur poſtes certatim ſignandi, & carnes agni feſtinanter edendi ſunt: tranſijt enim Dominus, vltrà non reuerſurus. Mortuus enim ſemel reſurrexit, & iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Iſto tranſitu eius contenti eſtote, & poſtes ſignate omnes filij Iſrael, alium enim tranſitum ſperare non licet. Veniet quidem idem Dominus, ſed per Ægyptum inferni non tranſibit amplius. Non vltrà pro illis, qui nunc in tenebris exire iuſſi ſunt, moritur.* 390.

Tranſitus, cuius hic mẽtio, figura illius, quo ad Patrẽ Chriſtus trãſiuit. B.Rup.

Nos quoque Agnum euchariſticum ita comedere debemus, ac ſi à mundo ad Patrem tranſeundum nobis eſſet; certè Iudæi agni carnes comedebant iter agentium habitu, vt hoc quod innuimus innuerent. Scitè Auctor operis imperfecti hom. 52. in cap. 25. Matth. *Propterea & Iudæi exituri de Ægypto, expediti, & præcincti, agnum iuſſi ſunt manducare: & ad* EXEVNDVM PARATI *oſtendentes* 391.

Agnum ita comedamus, ac ſi à mundo ad Deum eundum. Auct. op. imp.

oſtendentes nobis, quomodo quicunque noſtrûm, Agnum euchariſticum manducant, ita debent ſemper eſſe expediti, QVASI QVOTIDIE EXITVRI DE MVNDO.

De diſceſſu quotidie cogitent euchariſticæ menſæ conuiuæ.
Matth. 22.

Illi ad euchariſticum conuiuium ritè ſe præparant, qui diſceſſum quotidie cogitant, mortis memores ſunt, & vitæ alterius; hinc Matth. 22. illi præcipuè ad nuptiale conuiuium inuitari iubentur, qui in viarum exitibus reperti fuerint. *Ite,* inquit, *ad exitus viarum*; in exitu viæ eſt, qui finis ſui recordatur, & ſuæ mortis, quæ viæ vitæ terminus eſt; B. Alb. Magn. ſer. 74. verſans hæc verba, per quæ nuptias æternæ gloriæ gaudia intelligens, aiebat: *Illi, qui ſunt in exitibus viarum, mortem ſuam iugiter proſpiciunt, &* QVI SE CREDVNT QVOTIDIE MORITVROS; *& certè tales dignos ſe efficiunt, vt ad Chriſti nuptias intrare mereantur, quocunque enim mortis ſuæ efficaciter recordantur, ſtudent eſſe patientes, continentes, & obedientes.*

B. Alb. Magn.

392. *A mundana abeat vita qui ad Euchariſtiam pergit.*
S. Cyr. Alex.

A mundana abire vitâ debet, qui ad euchariſticam menſam pergit; ſiſtenda hîc verba ſancti Cyrilli Alexandrini, qui lib. 2. Glaphyrorum in Exodum, ita ſcribit, de hoſtiâ agni: *Non delicatum, neque diſſolutam videri vult eum, qui iam per Chriſtum eſt ſanctificatus, ſed lex eum tali induit habitu, qui viatoribus conuenit; hac nimirum duo ſtudioſè inſinuans, nempè quòd aut iſta, qua ſunt in typo, & vmbra poſita, tandem ad veritatem traducenda ſiat: aut quòd oporteat eum, qui ſemel communicauit Chriſto, quaſi incitato, ardentique animo, ad omnem virtutem contendere, & iſtam, quæ in mundo eſt, abominabilem voluptatem præterfugere. Continuò autem cauſam adducit quare oporteat Chriſtianum, qui iam à nobis deſcriptus eſt, talem videri, Phaſe, inquiens, Domini eſt, hoc eſt,* TRANSITVS. TRANSIMVS ENIM A VITA MVNDANA IN CONVERSATIONEM DEO ACCEPTAM.

Cum Domino nõ tranſit qui in ſaculi Ægypto hæret.
B. Alg.

De tranſitu ita philoſophatur Beatus Algerius lib. 1. de ſacramento Altaris cap. 12. *Eſt enim phaſe, id eſt, tranſitus Domini, quo ex hoc mundo* TRANSIVIT *ad Patrem, cum quo deſidiâ tardus, & ſuper ollas carnium in ſaculi Ægypto remoratus* TRANSIRE *non præualet.*

393. *Euchariſtia ſumptioni talis apparatus præmittendus ac ſi eundum in cœlum eſſet.*
Ioan. Euſeb. lib. 3 cap. 11.

Talis apparatus Euchariſtiæ ſumptioni præmittatur, qualis in cœlum ipſum ituro eſſet præmittendus, quin & maior ſi poteſt; docuit iſtuc Chriſtus, dum pedes diſcipulis ſuis lauit, cùm eſſent eius corpus manducaturi; à lotione verò abſtinuit, cùm eos ad montem duxit, in quo transfiguratus eſt, & quendam gloriæ guſtum illis exhibuit; quod ſic quidam auctor excudebat: *Tanta decet, & conuenit, ô amator Chriſti, huic myſterio,* VT MAGIS DECEAT CVRARE PVRITATEM, QVAM SI STATIM MORITVRVS ESSES. *Plus optes, plus te ſollicites præparare ad Euchariſtiam, quàm ad mortem: imò quadam fructuosâ ratione, pluſquam ſi in gloriam Dei ingreſſurus eſſes. Ieſus lauit pedes diſcipulorum, etiamſi mundi iam eſſent, cùm corpus ſuum conceſſurus erat illis: & tamen cùm eos miſit ſicut agnos in medio luporum, inſtantibus mortis periculis, & cùm aſſumpſit in Thabor ad gloriam transfigurationis, non ita curauit lauari; nec cùm manducauit cum illis poſt reſurrectionem glorioſus. Ad mortem conueniens præparatio eſſet, ſi fores in gratia Dei, nam etſi omnino non purificatus eſſes à pœnis, aut culpis venialibus, priuſquam coram Deo appareres, in Purgatorio mundareris penitus. Vtinam ante hoc ſacramentum ſuſcipiendum præceſſiſſet purgatorium. Sed quia non antecedit, oportet me diligentiſſimè diſpicere, præparare, & mundare omni culpâ leuiſſimâ, & debito cuiuſuis pœna, & diligentiâ, & amore ardenti ſupplere, quoad poſſim, purgatorij ignes: & quamuis ad intrandum in gloriam omnis purificatio requiratur, pœnæ, & culpæ, tamen non niſi operum, & præeuntis gratiæ ratio habetur; nec duplicatur diuina indulgentia ad diſpoſitionem, diſtinctamâ ratione meriti: at in Euchariſtiâ dabitur maius ius ad gloriam, etiam pro cuiuſque diſpoſitione, vltra id, quod pro meritis habetur, & qui magis diſpoſitus, & purior ſtudet accedere, tantò maiorem fructum reportabit, præter præmium operum bonorum.* Hactenus ille, digna verba quæ illorum mentibus inſerantur, qui adeò imparati ad euchariſticam menſam conuolant.

Conſecratione panis ſubſtantia in Chriſti ſubſtantiam vertitur, accidentia manent, in conſecrati verò panis ſumptione contrà fit, remanet animæ ſubſtantia, accidentia mutantur, quod in hunc modum explicat Biel lect. 86. *In conſecratione Euchariſtiæ fit transformatio, ſeu conuerſio panis in eſſentiâ ſuâ remanentibus accidentibus; in ſumptione verò ipſius Euchariſtiæ* CVM MENS IN DEVM TRANSFORMATVR, *remanet quidem eſſentia mentis, ſed accidentia noua ſuccedunt, per quæ anima in Deum transformatur.* 394.

Anima in Deum transformari in euchariſticâ menſâ debet.
Iac. Biel.

Noſter panis Chriſtus eſt, noſter cibus, nos quoque inuicem illius eſſe debemus, verè Chriſti pane veſcitur, qui Chriſti panis fit, in Chriſtum quodammodo migrat, & etiam in Chriſti corpus, & ſanguinem; ſcitè B. Algerius lib. 1. de ſacramento Altaris cap. 3. *Quia per vnitatem ſpiritualem ita concorporales, & conſacramentales ſumus Chriſto, vt dicamur panis Dominicus, dicamur etiam corporis Chriſti cibus, & ſanguinis eius potus, quia ſcilicet ſicut cibus, & potus* TEMPORALEM VITAM, *ſic vnitas Eccleſiæ confert æternam.*

Qui Chriſti panem edit, Chriſti panis fiat.
B. Alg.

Aqua vino miſcetur, & in ſanguinem tandem tranſmutatur, vt innueretur ſacramenti huius conuiuam in Chriſtum quodammodo immigrare, & vnum cum Chriſto fieri. Peritè Franco Abbas tom. 11. de gratiâ Dei: *Ideò,* inquit, *in ſacramento ſanguinis Chriſti aqua vino miſcetur, quia in ſacramento Chriſto coniungimur, adeò vt qui fideliter ſumit, ipſe quoque vnum cum eo fiat, ipſo atteſtante, qui de carne ſuâ ita pronuntiat. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eum. Ita fit vt patienti compatiamur,* MORIENTI COMMORIAMVR, *reſurgenti conreſurgamus, ſimúlque cum glorificato glorificemur.*

Sacramenti huius conuiua migrare in Chriſtum debet.
Franc. Abb.

Qui Chriſti ſanguinem bibit, Chriſti mores moribus imitetur, & vitam vitâ; olim lex Iudæis ſanguinis eſum prohibebat Deut. 22. ne ſcilicet pecudibus ſimiles homines eſſent; hinc illud ſancti Gregorij de cœnâ Domini: *Nam oportuit vt ſanguini humano ſanguis pecudum ſociaretur, quia* VITA RATIONALIS *hominis vita beſtiali conſociari non habet*; ergo dum Euangelium præcipit, vt Chriſti ſanguis bibatur, homines diuinæ vitæ Chriſti conſociari vult. 395.

Qui Chriſti ſanguinē bibit, Chriſti mores imitetur.
Deut. 22.
S. Cypr.

Dei filius fit, qui euchariſtici Agni carnes comedit; diſertè B. Albert. Magn. diſt. 3. tract. 1. cap. 8. Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: quoniam qui eum receperunt in ſacramento, ſpirituali manducatione* CONCORPORALES FILII SVI EFFICIVNTVR, *& ſic filij Dei ſunt, & dicuntur.*

Dei filius fit, qui agni euchariſtici carnes edit.
B. Alb. Magn.

Denique in cœlum migrare debet, terrenorum oblitus, qui euchariſtici Agni particeps fit; vtilis hic tranſitus, & multorum bonorum fons; *Non cœlum,* aiebat Anon. ille auctor, & ineditus, cuius ſuperiùs mentionem fecimus de præp. Miſſæ fer. 2. *tunc cogitatione aſcendit, non* COELESTIA *meditatur,*

In cœlum migrare debet, qui euchariſtico epulo veſcitur.
Anon.

dum delectabili tui patitur præſemia, tuo reficitur corpore?

396. *Mente in cœlo conuerſetur, qui eucharisticæ menſæ aſſidet.* S. Paulin.

Mente in cœlum conuerſari debet, qui euchariſticâ menſâ Chriſtum ſuum edit; huc voco illud ſancti Paulini epiſt. 9. *Chriſtus factus eſt nobis in eſcam, vt eo pane viuentes, & ſecundum eum* AMBVLANTES *peſſimus iuxta Apoſtolum dicere, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.*

Iter ad gloriam ſacra Eucharistia. Luc. 22.

Iter ad gloriam inſtituit Chriſtus, dum ſacram inſtituit Euchariſtiam; non caſu accidit, vt poſt cœnam euchariſticam ad montem oliuarum perrexit: Luc. 22. cùm panem in Chriſti corpus, vinum in ſanguinem conſecratum narraſſet, addit: *Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum*; non caſu id factum, ſed diuino conſilio, nimirum vt itio iſta innueret, per corporis Dominici ſacramentum patêre nobis ad gratiam aditum, & ad gloriam. Opportunè Vgo Carenſis: *Rectè poſt communionem aſcendit in montem Oliueti, vt ſic oſtenderet, quòd virtute Dominici ſacramenti* ASCENDITVR AD CVLMEN GRATIÆ, *& inde ad culmen gloriæ, quæ per oleum ſignificatur.* Vgo Car.

397. *Christi hoſpitio in cœlum exaltamur.* Matth. 11. S. Hieron.

De Caphatnaum hæc legimus Matth. 11. *Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cœlum exaltaberis*; alij legunt; *Quæ vſque in cœlum exaltata es*; ſed quî exaltata vſque in cœlum? Sanctus Hieronymus hîc ait exaltatam *Chriſti hoſpitio*; quid ille, qui Chriſtum corde excipit, & euchariſtici epuli delitiis ſaginatur?

In cœlum nos effert hoc ſacramentum. S. Chryſ.

In cœlum nos effert hoc ſacramentum, quin terram ipſam in cœlum vertit. Sancti Chryſoſtomi hæc ſunt verba hom. 26. in epiſt. 1. ad Corinth. *Dum in hac vitâ ſumus vt terra nobis cœlum ſit, facit hoc myſterium.*

Eccleſiam militantem cum triumphante nectit Euchariſtia.

Eccleſiam militantem cum triumphante nectit Euchariſtia, vt non aberrarit, qui eam illarum glutinum dixit. Dabo docti Doctoris verba: *Eccleſia militantis cum triumphante Euchariſtia ſuaue* GLVTINVM *eſt; nam ſi illa cœleſtis Ieruſalem poſſidet eum* IVCVNDIVS, *iſta poſſidet eum* MIRABILIVS; maiori lumine eum cœli habitatores ſpectant, nos maiori merito.

EXCVRSVS XXX.

Feſtinatio in agni eſu torporem excutiendum docet, inque Dei obſequio moras omnes, & cunctationes amoliendas.

Feſtinatio in eſu agni torporem *excutiendum docet.*

Moras *in bono amoliatur qui eucharaſticæ menſa adſidet.*

Procraſtinationes *amouendas Agnus indicat.*

Diligentiæ vela *expandat, qui euchariſticum Agnum excipit.*

Deſidia, *&* torpor *excutiendus in menſâ euchariſticâ.*

Quis edens ſomno *corriperetur.*

In euchariſticâ cœnâ minimè dormiendum.

Fœdè plerumque labitur, *qui* negligentiâ *corripi ſe ſinit.*

Celeriter *eundum ad Deum.*

Tarditas *in Dei obſequio cauenda.*

In ſalutis viâ cunctationes *vitandæ.*

Celeritas *in Dei obſequio.*

Expeditus *quiſque in Dei ſeruitute.*

Remiſſa vita *à viris Religioſis timenda.*

Perſtricti Religioſi torpore *correpti.*

Quàm cæteris noceant torpentes *Religioſi.*

398. *Feſtinatio in eſu agni torporem excutiendum docet.* Gloſſ. S. Greg.

FEſtinatio iſta in Agni eſu torporem damnat, & exſibilat. Benè Gloſſa hîc: *Feſtinanter Paſcha comedite, nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patriâ locum perdat*; quod ſumpſit ex ſancto Gregorio, qui hom. 22. in Euang. rem ſic expendit: *Benè autem ſubditur, & comedetis feſtinantes. Notate chariſſimi fratres, notate quod dicitur, feſtinantes. Mandata Dei, myſteria Redemptoris, cœleſtis patriæ gaudia cum feſtinatione cognoſcite, &* PRÆCEPTA VITÆ CVM FESTINATIONE IMPLERE CVRATE. *Quia enim adhuc hodie licet benè agere, ſcimus: verum cras liceat ignoramus. Feſtinantes ergo Paſcha comedite, id eſt, ad ſolemnitatem patriæ cœleſtis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patriâ locum perdat. Nemo moras ad appetenda ſtudia innectat, ſed cœpta perficiat, ne minimè liceat implere, quod inchoat.*

Moras in bono amoliatur, qui euchariſticæ menſæ adſidet. B. Rupert.

Feſtinatio in eſu agni, moras omnes in bono amoliendas innuebat, celeritatem commendabat. Pulchrè B. Rupertus lib. 2. comment. in Exod. c. 13. *Benè*, inquit, *ſubditur, & comedetis feſtinantes. Notandum & hoc, quòd dicitur, feſtinantes; mandata Dei, myſteria Redemptoris, cœleſtis patriæ gaudia* CVM FESTINATIONE COGNOSCENDA, *& præcepta vitæ cum feſtinatione implenda ſunt; quia enim adhuc hodie licet benè agere ſcimus, vtrùm cras liceat ignoramus.*

399. *Procraſtinationes amouendas Agnus indicat.* S. Cyr. Alex.

Moras, & procraſtinationes amouendas, dum bonum aliquod ſumus præſtaturi, ita colligebat etiam ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. Glaphyrorum in Exod. in hæc verba: *Poſt hæc præcepit legiſlator, ne quid de ipſis relinquatur vſque ad manè, figuratè, vt videtur, per hæc prohibens malas ad perfectè intelligendum* PROCRASTINATIONES. *Non enim ait, differatur, aut procraſtinetur perfecta, veraque Dei cognitio, nec vlli ſibi reſeruent intempeſtiuum tempus, quo Dei perfectè participes fiant cùm iam ſemel ei communicarint, aut in vniuerſum attigerint.*

Diligentiæ vela expandat, qui euchariſticum Agnum excipit. S. Chryſ.

Torporem omnem excutiat, omnia diligentiæ expandat vela, qui euchariſticæ menſæ particeps Chriſti corpus ſumit. Legimus in Euãgelio Chriſtum non ſemel aut ad diſcipulos, aut apud alios diuertiſſe, vt apud illos cibos ſumeret; hoc autem præcipuè præſtabat, vt qui tali honore afficiebantur, diligentiores, feruentioréſque redderentur. Sancti Chryſoſtomi hæc ſunt verba, hom. 28. in Matth. *Apud diſcipulos ſolebat diuertere, ſicut & apud Matthæum, quando eum vocauit, vt hoc ab eo affecti honore* DILIGENTIORES *ad omnia fierent*; tantum nudi Chriſti præſentia poterat, tanta præſtabat Chriſtus dum paſceretur, quid non efficiet in eorum cordibus, qui eius carnem edunt, ſanguinem bibunt? quàm diligentes, in eiúſque obſequio ſedulos nos fieri par eſt, qui euchariſticæ accumbimus menſæ, Agnum euchariſticum edimus?

400. *Deſidia, & torpor excutiendus in menſa euchariſtica.* S. Paſchaſ. Rodb.

Nemo diſſidiæ indormiat, nemo torpore corripiatur, illo præſertim, quem peccatum inuehit, aut qui peccatum foret; eadem nox (vt ab agno non abeamus,) quæ vitam Iudæis attulit, & ſalutem, Ægyptiorum mortem vidit: vnde iſtuc? An quia Hebræi agnum paraturi, ac manducaturi, vigilabant dum alto ſopore Ægyptij corriperentur? cùm de menſâ euchariſticâ

agitur,

agitur, nullus torpeat, nullus ſomno ſepeliatur, ne vltimum ſupplicium torpens ſubeat; à probo calamo hæc cautio, hoc monitum eſt. Sanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 21. hæc habet: *Comedetis illum feſtinantes, eſt enim phaſe, id eſt, tranſitus Domini. Alioquin* DESIDIA TORPENTES, *& hic in ſæculi actibus remorantes, non dignè comedunt paſcha, videlicet carnes agni: & ideo ſatis timendum eſt talibus, ne cum Ægypty nocte perimantur, dum* SAPORE PECCATI *premuntur.* Imminet torpentibus mors, imminet dormientibus exitium. Laude datum olim ſancto Dorotheo, quòd nunquam deditâ operâ dormierit, adeò vt dum ederet, panis ori admotus ex eius ore excideret, dum eo tempore ſomno corriperetur; rem his verbis tradit Palladius in hiſtoria Lauſiacâ, cap. 22. *Hi mihi dixerunt, quòd à iuuentute vitam ſuam ita inſtituit, nunquam deditâ operâ dormiens niſi quòd inter operandum, vel comedendum, aliquando conniuebat oculis deiectis, adeò vt ſæpe panis quoque ex eius ore excideret eius tempore propter nimiam dormitationem.* Quod ſummo vitio dandum eſſet, & ſummi diſcriminis res eſſet in eucharistici panis eſu, ſi quis adeò torpeſceret, & alto ſocordiæ ſomno correptus ſineret ſibi hunc panem excidere, re ipsâ cum Hebræis dicens: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.*

Quis edens ſomno corriperetur.
Pallad.

In eucharistico cœna minimè dormiendum.

401.
Fœdè plerumque labitur qui negligentia corripi ſe ſinit.

In Dei obſequio excutiendus torpor, excutienda negligentia eſt, miſerè qui torpet, labitur. præterita ſanctitas à labore nullum eximit, ſed ſemper prouocat ad nouos. In ſcalâ, quam vidit olim Iacob, non omnes Angeli aſcendebant, plerique & deſcendebant; vt rectè moneremur, Sanctos etiam fœdiſſimè labi, ſi à negligentiâ corripi ſe ſinant; quod tetigit etiam ſanctus Hieronymus epiſt. 34. quæ eſt ad Iulianum, vbi de hac ſcalâ loquutus, ſubdit: *Quotidie aſcenditur, atque deſcenditur, & Sancti enim corruunt ſi fuerint* NEGLIGENTES; *& peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus lauerint.*

S.Hier.

Celeriter eundum ad Deũ.
Pſalm. 41.

Celeriter eundum ad Deum docebat Dauid, cùm diceret: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus,* Pſalm. 41. Cur cerui potius, quàm alterius animalis ſimilitudine vſus eſt? an vt velocitatem nobis commendaret? *Quid eſt, vt ceruus?* inquit hîc ſanctus Auguſtinus, NON SIT TARDITAS IN CVRRENDO, *impigrè curre, impigrè deſidera fontem.*

S Aug.

Tarditas in Dei obſequio cauenda.

Tarditatem omnem Dei ſeruo amoliendam, amoliendam omnem cunctationem docuit exemplo ſuo Ioannes, qui naturæ virtutem anteuertens in vtero matris exultans, illâ exultatione Chriſtum adueniſſe oſtendens, quæ in populi ſui, & vniuerſorum ſalutem carnem in virgineo indueret ventre; mora quippe maximè abrumpenda, poſtquam Chriſtus ad nos vt gigas eucurrit. Huc auertenda ſunt verba ſancti Baſilij Seleuciæ Epiſcopi, qui orat. 34. Ioannem ita loquentem adducit: *Iuſſus præcurrere pedibus incedo, lenitudinem vereor, ne ſi naturæ terminos expectauero,* PRÆSTITVTO CVRRENDI ORDINE DEFICIAR. *Apparitor miſſus ſum, nolo in ſecundis per tarditatem conſiſtere. Stella namque ante ſolem exorta fulget: poſt ſolem ſi currat, luminibus offuſcatur.*

S.Baſil Sel.

402.
In ſalutis via cunctationes vitanda.
S.Hier.

Moras amoliendas ſalutis viam inituro probè ex Cornelij exemplo colligit ſanctus Hieronymus, cuius hæc ſunt verba epiſt. 3. quæ eſt de morte Nepotiani: *Mihi*, inquit, *non placent* DILATIONES ISTÆ *imperfectæ ſeruitutis Dei, & Centurionem Cornelium vt lego iuſtum,* STATIM *audio baptizatum.*

In Dei obſequio celeritatem neceſſariam indicat vel ſalutationis inhibitio, qua ſeruum à ſalutandi munere euocauit Eliſæus 4. Reg. 4. 29. *Si occurrerit tibi homo, ne ſalutes eum*; & ſuis diſcipulis Chriſtus Luc. 10. *Neminem per viam ſalutaueritis*, quæ verba ad noſtram mentem expendens ſanctus Ambroſius manſione 27. ait: *Nam opus Dei* PRÆPROPERAM ETIAM FESTINATIONEM EXIGIT, *maledictus enim, inquit Propheta, qui facit opus Dei negligenter.*

Celeritas in Dei obſequio.

4.Reg.4.

S.Ambr.

Iſtud idem inſinuat lumborum præcinctio, ait enim Chriſtus Luc. 12. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti*; vt ſcilicet, expediti ad curſum Dei ſerui ſint; hinc illud ſancti Petri Chryſologi ſerm. 24. ad hæc verba: *Cingulum quidem eſt propriè indicium ſeruitutis, quod* ET DISCVRSVS EXPEDITOS REDDAT, *& faciat obſequentes*; alioquin, *ſi volumus redire, currendum eſt*, inquit Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 4. de charitate; redit, qui non currit. Origenes hom. 4. in Geneſim, ſic Abraham, Abrahæque familiam à celeritate efferebat: *Ipſe Abraham currit, vxor feſtinat, puer accelerat,* NVLLVS PIGER *eſt in domo ſapientis*; prompti omnes, & expediti in hoſpitum obſequium.

Expeditus quiſque in Dei ſeruitute.
Luc. 12 35
S.Pet.Chryſ.

B.Laur.Iuſt.
Orig.

Denique vt definiam, & religioſius Religioſos vtili monito muniam, quo & mihi occino; ſuadeo vt teporem, vitámque remiſſam Religioſi viri deuitent; quod hoc exemplo innuebat ſanctus Godefredus, vt refert auctor illius vitæ num. 22. *Cum fratres*, inquit, *quidam* TEPIDI *de rigore Ordinis relaxando illi ſuggererent, vir ſanctus Dei ſpiritu plenus hac ſimilitudine reſpondit. Qui magnum fluuium nauigio tranſmeare proponunt, longè ſuperius à deſtinata ipſa nauigare incipiunt, quia violentia retorquentur inceſſabili, & velint nolint cum fluuio quodammodo deſcendere compelluntur. Ita & nos, fratres, qui hoc mare magnum, & ſpacioſum manibus pertranſire contendimus, vbi ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, adiungere aſcenſum noſtrum roboremus propoſitum, quia humanæ torpor negligentiæ ſemper in deſcenſu eſt.*

403.
Remiſſa vita à viris Religioſis emendanda.
S.Godefr.

Religioſos torpore correptos grauiter vrget, atque perſtringit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 13. cap. 11. Danielis verbis adductis, quibus Balthaſar à regni culmine deiiciendum prædixit, quia nempe minus habens inuentus eſſet, Danielis 5. Sed præſtat hîc ſanctum Patrem audire; ſic itaque ille habet: *Diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis. Si ergo regnum, ſimul & vitam illi Deus omnipotens abſtulit, non ob aliud crimen, niſi quia tam boni operis, quale Regem decuerat, in eo plenitudinem non inuenit; quid de bonis eſt ſentiendum, qui ſub profeſſione monaſticâ, & ſcandere perfectionis excelſa promiſimus, & adhuc tamen* SVE TORPORE DESIDIÆ *in imperfectionis noſtræ conualle iacemus?*

Perſtricti Religioſi torpore correpti.
S.Petr.Dam.

Nocent ſibi ſuo torpore Religioſi, nocent aliis, & iis præſertim, qui in nuperè religioſâ familiam nomen dedêre, quod aquæ, ignìſque ſimilitudine aptè explicabat Trithemius hom. 11. in hæc verba: *Sicuti aqua extinguit ignem cui infunditur, ſic nouitiorum ſanctum propoſitum exemplis tepidorum violatur.* Quod ſi altè Religioſorũ cordibus inſideret, pauciores haberemus tepidos, plures feruentiores.

Quàm cæteris noceant torpentes Religioſi.
Trith.

EXCVRSVS XXXI.

Tranſitus ad meliora, & perfectiora in euchariſticâ mensâ probatur.

Ad perfectiora *tranſeat, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.*

A vino *euchariſtico Chriſtianus diſcat in* virtutibus creſcere.

Sacerdotes quanto honore *digni.*

Chriſti præſentiâ proficere *debemus.*

Euchariſtico cibo ad meliora *eundum.*

Qui Chriſto communicauit, ad omnem virtutem *contendat, virtutúmque culmen.*

In Dei obſequio ſemper in bono proficiendum.

Bonis ſemper aliquid faciendum *ſupereſt.*

Nihil hîc in eodem ſtatu permanet, *proficere debet, qui deficere non vult.*

Non eſt noſtrum diu in eodem ſtatu *perſiſtere.*

Vt ſemper proficiamus *in bono, quotidie bonum nos inchoare putemus.*

Vnius operis finis *gradus ad aliud ſit.*

404. *Ad perfectiora tranſeat, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.* S.Cyr.Alex.

ITer habentium habitus, qui in illis requirebatur, qui agni carnibus veſcebantur, ad ſpiritalem tranſitum nos vocat, quo ad perfectiora tendendum eſt. Aduocanda huc ſunt ſancti Cyrilli Alexandrini verba, qui lib.17. de ſanctis feſtiuitatibus ita diſſerit: *Veſcuntur autem agno præcinctis lumbis, calceatiſque pedibus, & baculos habentes in manibus, &, vt ſemel dicam, iter facientium habitu: idque admodum rectè; accincti namque quodammodo* AD SPIRITALEM TRANSITVM, *& velut excedere ex huius mundi diſtractionibus properantes, & optima quæque tranſire parati, ſanctè, puréque Chriſti participes erimus.*

A vino euchariſtico Chriſtianus diſcat in virtutibus creſcere. S.Ambr.

Euchariſticum vinum qui bibit, à vino, quod vetuſtate perficitur, diſcat virtutibus creſcere, dum creſcit ætate; flecto huc verba ſancti Ambroſij ſerm. 22. poſt Epiph. qui de vino ita philoſophatur: *Rectè vino comparatur fidelis; ſicut enim ex cunctarum creaturarum ſubſcripta omnes res vetuſtate deperit, ſolum vinum proficit vetuſtate, ita ex omni genere hominum cunctis antiquitate pereuntibus,* SOLVS CHRISTIANVS PROFICIT VETVSTATE.

405. *Sacerdotes quanto honore digni.* Matth.2. S.Chryſ. *Chriſti præſentia proficere debemus.*

Tranſitum ad meliora faciat, qui Chriſti ſui carnem edit, amoris ſui ſanguinem bibit; Matth.2. Venientes Reges ſtella ducit, redeuntibus viam Angelus oſtendit; quanto Angelus ſtellæ præſtat, tantum præſtát Regibus Sacerdotes. S.Chryſ. hæc ſunt verba hom.6. in Matth. *Poſtquam adorarunt, & obtulerunt munera, quod Sacerdotum eſt munus, & tranquillitas ſubſecuta eſt,* NEC IAM STELLA EOS, SED ANGELVS SVSCIPIT; *quia ſcilicet adorando facti fuerant Sacerdotes*, æquè ipſis maiores, digni oréſque; quanto honore Sacerdotes proſequendi ſint; docet hoc exemplo Deus, cui Sacerdotes ſeruiunt. Verùm aliud etiam hinc exculpi poteſt, nimirum tantum Reges iſtos Chriſti præſentia profeciſſe, vt alij diſcederent, quàm venerint, quantúmque ſtellæ antiſtat Angelus, tantum ſibiipſis aduenientibus redeuntes antiſtare.

Euchariſtico cibo ad meliora eundum.

Rem ad euchariſticam menſam flectamus; hîc non videtur tantùm Chriſtus, non tantùm adoratur, ſed & editur. par eſt igitur eò nos virtutum, & perfectionis augmento ire, vt meliores abeamus à menſâ, quam menſam adierimus ad meliora, perfectioráque adſpirantes. Huc vocari poteſt ſanctus Gregorius Nyſſenus, qui hom.10. in Cant. ita loquitur: *Quod hic adhortatur, hoc tunc quoque factum eſt per diuinum illum cibum, & potum, & ſemper fit ſimul conueniente cum cibo, & potu* MVTATIONE, ET EXCESSV, *a deterioribus ad ea, quæ ſunt meliora.* S.Greg.Nyſſ.

406. *Qui Chriſto communicauit, ad omnem virtutē contēdat, virtutúmque culmen.* S.Cyr.Alex.

Habitus ipſe agnum comedentium ad perfectiora in virtutum curſu vrgendum eſſe tacitè clamabat; habitus ille iter habentium erat, vt ab vmbrâ ad veritatem pergendum Hebræis eſſet à ſe ipſis, diſcerent, nobiſque ad virtutum culmen poſt ſacram communionem euolandum; huc flecto verba ſancti Cyrilli Alexandrini, qui lib.2. Glaphyrorum in Exodum de hoc viatorum habitu ita philoſophatur: *Non delicatum, neque diſſolutum videri vult eum, qui iam per Chriſtum eſt ſanctificatus, ſed lex eum tali inducit habitu, qui viatoribus conuenit; hæc nimirum duo ſtudioſè inſinuans; nempe, quòd aut iſta, quæ ſunt in typo, & vmbrâ poſita, tandem ad veritatem traducenda ſint: aut quod oporteat eum, qui ſemel communicauit Chriſto, quaſi* INCITATO, ARDENTIQVE ANIMO *ad omnem virtutem contendere, & iſtam, quæ in mundo eſt, abominabilem voluptatem præterfugere.* Bonus iſte tranſitus, itérque percommodum, quo ad virtutes iter, virtutúmque culmen, quod vt vbique, omníque tempore fieri à nobis debet, opportunius tamen tempus, opportunior locus eſt, cum euchariſticæ menſæ accedemus.

In Dei obſequio ſemper in bono proficiendum.

Vniuersè in Dei obſequio nemo minimis ſit contentus, ad maiora ſemper adſpirandum; omnia perdet qui exiguis contentus, plura non adiicit, & magna ſe habere fruſtrà putat. Fatuarum virginum exemplum intuere, ac time; parum olei habebant, non penitus illo deſtitutæ, alioquin illud etiam ante ſponſi aduentum quæſituræ, quia & in ipſo quæſierunt, earum lampades non penitus extinctæ erant, lucebant quippe, dum omnino extingui potuerunt; ergo ſemper in bono proficiendum eſt, ne & illo priuemur, quod videmur poſſidere, & non habeamus quod habemus. Flecti huc illud poteſt, quod affert Saluianus lib.2. ad Eccleſiam Catholicam, vbi hanc Virginum parabolam ſcitiſſimè verſat, licèt ad miſericordiæ copiam ille reſpiciat; inter alia hæc habet: *Ego ſufficere parum neſcio, imò parum non ſufficere certè ſcio. Si aliter ipſa ſciunt, apud ſe ipſas ſciunt; ego vnum ſcio, quòd Deus dicis extinctas fatuarum Virginum lampades operum bonorum, oleum non habentes. Sed tu quæcumque es, habere te oleum abundè putas, & illæ profectò, de quibus dixi, ſtultæ Virgines, ſic putabant: niſi enim habere ſe credidiſſent, prouidiſſent vt haberent: nam cùm poſtea, vt ait Dominus, mutuari vellent, & omni ſtudio, atque ambitione perquirerent, abſque dubio etiam antè quæſiſſent, niſi eas habendi fiducia decepiſſet. Et tu itaque quæcumque virgo es, vide ne ſic non habeas, licèt habere te credas: eiuſdem enim nominis, cuius illæ, eiuſdem profeſſionis es. Tu virgo es, & illæ virgines erant: tu præſumis te eſſe ſapientem, & illæ ſe eſſe fatuas non putabant; tu lumen habere lampadam tuam iudicas, & illæ profectò lumen præſumptione futuri luminis perdiderunt, nam & ideo ſcribuntur, aptaſſe lampades ſuas, quia illuminandas eſſe credebant. Et quid plura? etiam emicuiſſe in eis quiddam luminis puto: cùm enim ipſæ, vt legimus, extinguendas* Saluianus.

fortè

fortè lampades ſuas reformidauerint, habebant profectò aliquid quod verebantur extingui: nec falſa opinio metuentium fuit: extincta ſiquidem, & obcæcatæ ſunt, nihil enim profuit illi integritati, quod in eâ lumen virginitatis apparuit, quod ſubſtantia olei non ſuppetente defecit, ex quo intelligimus, id quod parum eſt quaſi nihil eſſe: quia non ſatis prodeſt illico extinguendum lumen accendi, nec iuuat aliquid illuceſcere, quod in ipſo ortu habeat occaſum, & ad hoc tantummodo habere initium viuentis, vt poſſit finem habere morientis.

407. *Bonis ſemper aliquid faciẽdum ſupereſt.* S. Proſper.

Bonis ſemper aliquid boni faciendum ſupereſt; boni haud eſſent, ſi putarent nihil ſibi præſtandum ſupereſſe. Præclarè in hanc ſententiam ſanctus Proſper in Epigram.

Sẽper enim Sanctis ſupereſt, quo CRESCERE *poſſint,*
Et perfectorum gloria principium eſt.
Virtutem virtus pariat, de lumine lumen
Prodeat, atque omnis palma gradum faciat.

Nihil hic in eodem ſtatu permanet: proficere debet qui deficere non vult. Iob 14. S. Bern.

Ex Iobi mente, *nihil in eodem ſtatu permanere*, cap. 14. quod vt de labili hac vitâ verum eſt, rerúmque temporalium inconſtantia, ita & ad ſpiritualem vitam traduci res poteſt, poſſunt verba; hîc quoque nihil in eodem ſtatu permanet, aut enim proficiendum eſt, aut retro itur. Peritè ſanctus Bernardus ſerm. 2. in Purific. *In via vita non progredi regredi eſt, cùm nihil adhuc in eodem ſtatu permaneat*; iſtuc idem vrget epiſt. 91. huc affert viſionem illam Iacobi, qui Angelos per ſcalam deſcendentes, aſcendentéſque vidit, nullum autem ſtantem, nullum ſedentem; ſic igitur mellifluus Abbas loquitur: *Vidit Iacob in ſcalâ Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Nunquid* STANTEM *quemquam, ſiue ſedentem? Non eſt ſtare omnino in pendulo fragilis ſcalæ, neque in incerto huius mortalis vitæ quicquam in eodem ſtatu permanet.* emotæ mentis eſt immotum ſe ſtare poſſe, in eo ſtatu confidere, in quo nihil in eodem ſtatu permanet.

Non eſt noſtrum diu in eodem ſtatu perſiſtere. Ioan. Caſſ.

Non eſt noſtrum diu in eodem ſtatu perſiſtere, hoc Dei ſolius eſt, aut vlteriùs pergendum eſt, aut nemò eundum; quare aquarum ſimilitudine ſic explicat Ioannes Caſſianus collat. 6. cap. 14. *Neceſſe eſt enim vt aliquid adyci illis ſemper, aut minui, nulláque in omni creatura talis poterit eſſe perfectio, quæ mutabilitatis non ſubiaceat paſſioni, ſecundùm illud, quod in libro B. Iob legitur: Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat, natus de muliere? Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non ſunt mundi in conſpectu eius. Solum namque Deum immutabilem confitemur, quem tantummodo ſancti illius Prophetæ compellat oratio: Tu autem idem ipſe es. & ipſe de ſe: Ego ſum,* inquit, *Dominus & non mutor, quia ſcilicet ſolus ipſe ſit naturaliter ſemper bonus, ſemper plenus, ſemperque perfectus, cui nihil nec adyci poſſit aliquando, nec minui. Ideóque debemus ad virtutum ſtudia irremiſſâ curâ, ac ſollicitudine noſmetipſos ſemper extendere, ipſiſque nos iugiter exercitijs occupare, nec ceſſante profectu confeſtim diminutio ſubſequatur.*

408 *Vt ſemper proficiamus in bono, quotidie bonum nos inchoare putemus.* Pſalm. 76. S. Greg.

Adeò non ſtandum, vt ad culmen peruenerimus, tunc tandem inchoemus, ac ſi nihil boni præſtiterimus. Præiuit in exemplum Dauid, qui cùm multum pròfeciſſet, adiecit: *Et dixi, nunc cœpi*, Pſalm 76. v. 11. ſic enim hæc verba ad noſtram mentem expendebat ſanctus Gregorius lib. 22. moral. cap. 2. *Hinc Pſalmiſta*, inquit, *qui ad perfectionis iam culmen peruenerat, quaſi inchoans, dicebat: Dixi, nunc cœpi; quia videlicet ſi laſſeſcere ab inchoatis bonis nolumus, valdè neceſſe eſt vt inchoare nos quotidie credamus.*

Vnius operis finis gradus ad aliud ſit. S. Ambr.

Nemo in bono ſiſtat; vnius operis finis gradus ad aliud ſit, hoc terræ ipſius exemplo, quæ editis fructibus ad nouos ſe parat, explicat ſanctus Ambroſius lib. de Arcâ, & Noë cap. 23. *Quando*, inquit, *finit mens aliquod opus, non quaſi conſummato opere finiatur, ſed in aliâ recurrat opera, & ſemper* INCREMENTA VIRTVTIS *exerceat, quandoquidem videt, quòd in fructus ſuos terra renouetur*; hæc mens vt ſemper circumferenda eſt, præcipuè tamen eam haurire debemus, cùm euchariſticæ menſæ aſſidemus.

EXCVRSVS XXXII.

In euchariſtici Agni eſu à veteri ad nouam vitam tranſeundum nobis eſt.

Totus ſpiritualis *fiat, ſpiritualia altaris dona percepturus.*

Iugulandus homo vetus *in euchariſticâ menſâ.*

Nihil vetus *in illis remaneat, qui euchariſtico pane veſcuntur.*

Mundo moriatur, *qui Dominica mortis ſacramento paſcitur.*

In euchariſtico ſacramento mundo mori *debemus, vt Deo viuamus.*

Mutet vitam, *qui euchariſtico Sacramento vult accipere vitam.*

Renouetur *in ſpiritu, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.*

Euchariſtico pane homo inuiſibiliter renaſcitur.

Comedentium iuuentutem *Euchariſtiæ ſacramentum renouat.*

Nouos mores *induere debet, qui Euchariſtiæ particeps ſit.*

In malitiæ vetuſtate *perſeuerans, indignus euchariſtico vino eſt.*

Nouam *inſtituat* vitam, *qui euchariſticum panem edit.*

Vitam nouam *viuat, qui Chriſti corpus excipit.*

Homo in euchariſtica menſa renouatur.

Vt Aquila renouetur, *qui ad Chriſti corpus accedit.*

Aquilæ renouatæ *circa altare.*

In Chriſtum migrat, *qui Chriſtum ſumit.*

Vitæ nouitatem *exigit Euchariſtiæ ſacramentum.*

Euchariſtica menſa nos in ſe transfert.

Proba ad Euchariſtiæ ſacramentum diſpoſitio eſt, vitæ renouatio.

Animorum renouatio *in euchariſtica menſa.*

Vita nouitate *intus infans ſit, euchariſticum panem edent.*

TRanſitus ille, cuius in paſchalis agni eſu mentio fit, tacitè nos monet, vt Chriſti corpus ſumpturi, ſiccaturi ſanguinis calicem ita mentem noſtram paremus, ab hoc ſæculo, aut veteri vitâ ad nouam, ſpiritualémque tranſituri. Pulchrè 409.

Totus ſpiritualis fiat, ſpiritualia altaris dona percepturus.

S.Paſch.

ſanctus Paſchaſius lib. de corp. & ſang. Domini cap.10. *Sanè*, inquit, *Paſcha tranſitus appellatur, ad quod, qui vult venire, ipſe* TRANSSAT, *ſicut & Chriſtus tranſiuit de hoc ſaculo, vt totus iam* SPIRITVALIS *ſpiritualia iſta digne percipiat*.

Iugulandus homo vetus in euchariſticâ menſâ
Prou.23.

In euchariſticâ menſâ iugulandus homo vetus eſt, vt nouus homo Chriſtus in nobis viuat. Huc voco illud Salomonis Prou. 23. vbi ita loquitur. *Quando ſederis ad menſam potentis, ſtatue cultrum in gutture tuo.* ſi ad mortem ſibi inferendam eum adigere voluiſſet, non aliis vſus verbis eſſet; ſed quid iugulationis cum conuiuio. Potuit Herodis iuſſu præciſum Ioannis caput in conuiuium inferri, hîc præcidi in conuiuio ipſo caput præcipi videtur, dũ cultrum in gutture ſtatui ſtatuitur. Hæc menſa de euchariſticâ mẽsâ accipi à Patribus ſolet; iure iugulatio ſuadetur, qua ſcilicet vetus homo iuguletur, nouus in nobis viuat quem comedimus, Chriſtus; ſcitè Vgo Carenſis ad hæc verba. *Statue*, inquit, *cultrum in gutture tuo, vt* IVGVLETVR SCILICET VETVS HOMO IN TE, AC NOVVS, HOC EST, CHRISTVS, VIVAT. Cultrum ſtatue, vt te Deo mactes, Deíque victima fias, vt veteri homine mortuo per vitæ nouitatem Chriſto viuas, & Chriſtus in te.

Vgo Car.

410\. *Nihil vetus in illis remaneat, qui euchariſtico pane veſcuntur.*
Pſalm 127.

Vetuſtatem à ſacrâ menſâ amolitus eſt & Dauid, cum diceret: *Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ*, Pſal.127. quæ verba de euchariſticâ menſâ exponi ſolent; ſed quæri poteſt, cur filij *nouella* potius *oliuarum* dicantur, quam *oliuæ*; an id factum vt nihil vetus in illis remaneret, qui ſacræ adſtant menſæ, & cœleſti pane veſcuntur? ſuccinit ſanctus Chryſoſtomus hom.61. ad populum, vbi hunc locum de Euchariſtiâ explicans, ait: *Filij tui ſicut nouella oliuarum*; NIHIL VETVS, *immite nihil; tales enim nouella ſunt ad fructum idonea, fructum mirabile oliua dico, & fortes, ita vt ſiant in circuitu menſæ* nouellæ dici haud poterunt, qui vitæ vetuſtatem minimè exuerunt.

S.Chryſ.

Mũdo moriatur, qui Dominicæ mortis ſacramento paſcitur.
1.Cor.11 26.

Moriamur prorſus mundo, moriamur nobis, qui Dominicæ mortis ſacramento paſcimur, vt ita nouæ vitæ naſcamur. Hoc indicauit Apoſtolus, cùm diceret: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*, 1.Cor. 11.26. Nunciare mortem non poteſt niſi moriens, & veterem vitam exuens in nouam exurgat. Religio eſſet hîc ſancti Paſchaſij verba ſupprimere, qui lib. de corpore, & ſanguine Domini cap.21. ita ſcribit, huc reſpiciens: *Quem calicem cùm bibimus, quid aliud quam mortem Domini annunciamus?* IDCIRCO NECESSS EST VNVSQVISQVE PRIOR MORIATVR HVIC SÆCVLO; *quia ſicut nemo niſi ſepultus mortem nuntiat, ita nemo exinde vitam ſumit, niſi reſurgens in nouitate vitæ ambulet, & iam in Chriſto maneat.* ſic ille; non verè Chriſti mortem annunciat, niſi qui ſibi moritur, & huic ſæculo nequam.

S.Paſch.

411\. *In euchariſtico Sacramento mundo mori debemus, vt Deo viuamus.*
Oſe.14 8.
Chald.
Mutet vitã, qui in eucharistico Sacramento vult accipere vitam
Ioan.6.

Felix hæc mors, quam vitæ nouitas ſequitur, felix veteris hominis mors, quæ nouam vitam parturit, ac verè ſpiritalem: hinc Oſeæ 14. v.8. *Viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea*; quæ verba ſic extulit Paraphraſtes Chaldæos, *Viuent mortui, accreſcétque bonum in terrâ*; ac ſi idem eſſet *viuere mortuos*, & *viuere tritico*; & in Euchariſtiæ ſacramento homo, & mundo veterique homini moriatur, & Chriſto viuat.

Hanc vitæ mutationem, ac nouitatem ſignificauit & Chriſtus cùm diceret: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, Ioan. 6. nouam ſcilicet, & ſpiritualem, qui veterem hucuſque vixerant.

Audiendus hîc ſanctus Auguſtinus, qui ſerm.1. de Tempore; *Niſi manducaueritis*, inquit, *carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* MVTET ERGO VITAM, QVI VVLT ACCIPERE VITAM; *nam ſi non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam*; ſic ille. Hanc vitæ nouitatem probat etiam idem ſanctus Pater, Pſal.39. *Iam nos in luce ſumus, tenemus corpus Chriſti, tenemus ſanguinem Chriſti, ſi habemus nouam vitam cantemus canticum nouum, hymnum Deo noſtro.* Sic ille. S.Aug.

Nouam hanc vitam ſignificat tempus, quo agnus Paſchalis comedebatur, in menſe Niſan, qui ferè Aprili reſpondet, parabatur, cur non alio tempore, alio menſe? vt & menſis myſterio deſeruiret, verno tempore terra floreſcit, erumpunt germina, iuueneſcit humus, aliam faciem induit, aliam formam ab eo, quam hyemali tempore prætulerat, vt tacitè moneremur renouato ſpiritu, fideíque viroréque ſpectabiles ad has epulas nobis accurrendum Accerſenda huc Beati Ruperti verba lib. 2. in Exod. cap. 5. ſic autem ille ſcribit: *Ipſa menſis Niſan, id eſt, Aprilis verna temperies, cum tellus refloreſcit, totuſque poſt hyemem quaſi poſt ſenium rurſus iuueneſcit orbis, nónne hominem docet*, QVATENVS RENOVATVS SPIRITV MENTIS SVÆ, *fidei viridis, ſpe lætus, & charitate florens, epulis agni paſchalis interſit ſpiritualibus.* Horrido hyemis tempore agni paſchalis menſæ aſſidet, qui glaciali frigore correptus nullo innouationis ſigno edito iacet, & torpet, hyemis ſqualorem præferens. Vtinam talis tandem euadat, vt dici ei poſſit: *Iam imber abijt, & receſſit; ſurge amice, & veni.* 412.

Renouetur in ſpiritu, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.
B.Rup.

Non percipiebat Nicodemus, qui homo naſci denuò poſſet, & ad infantiam redire, quod in Baptiſmi ſacramento fieri docuit Chriſtus, Ioan. 3. ſed iſtuc idem ſuo modo panis euchariſticus præſtat; per illum quippè homo vitæ nouæ naſcitur, moritur veteri, intus infans inuiſibiliter fit; id quod voluit etiam ſanctus Auguſtinus tract.25. in Ioannem, dum ait: *Qui manducat hunc panem, inuiſibiliter* RENASCITVR, *intus infans eſt*; vetere homine omnino exuto, & prorſus prauæ vitæ proiecta ſenectute.

Euchariſtico pane homo inuiſibiliter renaſcitur.
S. Aug.

Verè comedentes renouat hoc ſacramentum; hinc quod noſter vocat Zach.9.17. *frumentum electorum*, alij vertunt, *frumentum iuuenum*, ſeu *adoleſcentum*, qui licèt & ſenum ſit, tamen quia ſenectutem ipſam reflorere facit, & renouat, iuuenum dicitur; ſcitè ille: *Frumentum electorum, vel, vt alij vertunt, frumentum iuuenum, ſeu adoleſcentium, quia ſpiritualem vigorem conſeruat, & comedentium iuuentutem renouat, ſicut Aquilæ, ne ſeneſcat, & pereat*; huc aduocari poteſt quod habet Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 2. de veritate Euchar. *cùm de die in diem nos* RENOVET, *ipſum veteraſcere nunquam nouit.* 413.

Comedentium iuuentutem Euchariſtiæ ſacramentum renouat.
Zach 9 17.
Lud. Pon. lib 4.exh.8.
Guitm.

Iſtuc idem euincit Apoſtoli locus ad Hebr. 10. 20. *Initiauit*, inquit, *nobis viam nouam, & viuẽtem per velamen, id eſt, carnem ſuam*; quem locum ſanctus Anſelmus, & ſanctus Thomas de Euchariſtiæ ſacramento interpretantur: initiauit nobis viam, *quam ipſe primus percurrit*, & primus omnium ambulauit, vt nos poſtea eius carne paſci per eandem ad cœlum pergeremus, nouam viam iniremus, nouos mores indueremus.

Nouos mores induere debet, qui Euchariſtiæ particeps fit.
Hebr.10. 20.
S.Anſelm.
S Thom.

Nouus exuto vetere homine homo eſſe debet, qui ſacræ Euchariſtiæ myſteria percepturus eſt Luc.5.37. *Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres*; ad euchariſticum vinum flecti hæc verba poſſunt, 414.

In malitia vetuſtate perſeuerans indignus euchariſtico vino eſt.
Luc.5.37.

ad

ad quod recipiendum homiues peccatorum vetuſtate laborantes minimè ſunt idonei. Benè Beda apud ſauctum Thomam in ſuâ catenâ: *Cuicumque animæ* NONDVM INNOVATÆ, *ſed in vetuſtate malitia perſeueranti nouorum myſteriorum ſacramenta non debent immitti*; vetus vter erat Iudas, vt perinde excepto boc vino medius crepuerit.

B.Beda.

Nouam inſtituat vitam,qui euchariſticum edit panem. Moyſis hæc ſunt verba: *Dabis Dominus vobis veſpere carnes edere,& manè panes in ſaturitate,* Exod. 16. 8. non caret tempus myſterio, carnes exhiberi dicuntur veſpere, manè panes; quia per carnes Iudaica ſacrificia, per panes euchariſticus panis intelligitur, cuius eſus nouam vitam requirit,vt veterem vitam vetera ſacrificia non repudiabant. Scitè B.Rupertus lib. 3. comment. in Exod. cap. 14. qui hæc verba expendens, ait: *Quid per veſperam,niſi vetuſtam vitam, quid per mane niſi nouam* NOVÆ VITÆ *charitatem intelligimus? Rectè hic per veſperam veterem vitam, in quâ carnes taurorum,& ſanguinem hircorum ſacrificauerunt Iudæi: per manè autem nouam vitam intelligimus, in quâ præcurrente ſummo Sacerdote Chriſto ſacrificant,& pane cœli ſaturantur Chriſtiani.*

Nouam inſtituat vitam, qui euchariſticum panem edit. Exod. 16. 8. B.Rupert.

Vitam nouam viuat, veteri exutâ, qui Chriſti corpus ſumit, Chriſti ſanguinem bibir; huc facit illud ſancti Auguſtini in Pſalm. 39. *Iam nos tenemus corpus Chriſti, tenemus ſanguinem Chriſti: ſi habemus* NOVAM VITAM, *cantemus canticum nouum, hymnum Deo noſtro.*

Vitam nouam viuat, qui Chriſti corpus excipit. S.Aug.

415. Dignâ corporis, & ſanguinis Dominici ſumptiooe hominem renouari aſſerit etiam Petrus Bleſenſis tract. de ſacrâ Euchar. cap. 14. dum canit,

His RENOVATVR *homo peccatis inueteratus,*
Hiſque reuiuiſcit fidei virtute renatus.

Homo in euchariſticâ menſâ renouatur. Petr.Bleſ.

Qui euchariſtico pane veſcitur, naſci vitæ nouæ debere indicant & illa verba apud Matth. 24. v. 28. *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*; flecti ad euchariſticas epulas hæc verba poſſunt, ad quas tamquam aquilæ aduolamus, ſi veterem vitam exuentes nouam induimus; nam aquilæ eſt ſenium deponere, ac renouari. Hugo Carenſis in hunc locum: *Sancti ſicut aquilæ carnibus veſcuntur, & in futuro* RENOVANTVR, *ſicut aquilæ poſt ſenium reuiuiſcunt*; parum eſt in futuro ſæculo renouari, renouantur & in præſenti. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 2. vbi ait: *Bona aquila eſſe cœpiſti, quæ cœlum petis, ſi terrena faſtidis. Bonæ aquilæ circa altare. Vbi enim corpus, ibi & aquilæ. forma corporis altare eſt, & corpus Chriſti eſt in altari; aquilæ verò vos eſtis,* RENOVATÆ *ablutionem delicti.*

Vt aquilæ renouetur, qui ad Chriſti corpus accedit. Matth. 24. 28. Vgo Car. *Aquilæ renouantur circa altare.* S.Ambr.

416. Ad hanc renouationem ſpectant etiam verba ſancti Paſchaſij lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 19. *Porrò*, inquit, *ſanguis eius potatur, quatenus anima, quæ in ſanguine peccati eſt,* RENOVETVR; nouam ſcilicet, tamquam recèns nata, vitam inſtituens. Idcirco & Chriſtus ait, in regno nouum vinum ſe bibiturum; *cùm illud,* inquit, bibam *nouum.* Chriſtus bibit, cùm nos bibimus, quia in illum bibentes, per vitæ nouitatem transformamur. Debemus acumen iſtuc eidem ſancto Paſchaſio, qui eodem libro cap. 11. ita loquitur. *Quoties nouum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Chriſtus illud ſe bibere fatetur, cuius nos membra ſumus, & qui bibimus. Conuiuæ verò, eo quòd cum illo epulamur* TRANSFORMATI IN NOVITATEM, *quia corpus eius ſumus, ex quo ſe in regno Patris illud nouum bibere teſtatur. Alioquin eum in illo regno futuro hunc potum corporeo guſtu, & hanc eſcam non bibiturum, nec percepturum credimus.* Hucuſque Sanctus hic. Ergo iuxta ſancti Paſchaſij mentem nouum vinum bibiturus eſt Chriſtus, quia nos in illum per vitæ nouitatem transformati illud bibimus.

In Chriſtum migrat, qui Chriſtum ſumit. Matth. 26. S.Paſch. *Vita nouitatem exigit Euchariſtiæ ſacramentum.* Idem.

Porrò quod in euchariſticâ menſâ nos in ſe transferat, & commutet Chriſtus fermenti ſimilitudine, quod totam maſſam fermentat, vt ait Apoſtolus, explicat Nicetas Choniates lib. 3. in Alexio Comneno in hæc verba: *Vt parum fermenti totam maſſam fermentat, & ſibi ſimilem, & parem reddit, vt D. Apoſtolus ait; ſic immortale pactum Dei corpus, cùm in noſtro corpore fuerit, totum id* IN SE COMMVTAT, *& transfert.* & ideo in illum transformati, iam nouæ vitæ genus inimus. Ergo ad ſumendam Euchariſtiam ita ſe quiſque præparet, quaſi tunc primum omnia nouiter peragenda eſſent,& tunc recèns nouæ vitæ vita nobis eſſet inſtituenda.

Euchariſtica menſa nos in ſe transfert. Nic.Chon.

Proba ad hoc ſacramentum diſpoſitio eſt mentis, & vitæ renouatio; hinc illud Ioannis Geſſen lib. 4. de imit. Chriſti cap. 1. *Nouâ ſemper* MENTIS RENOVATIONE *ad hoc diſponere te debes, & magnum ſalutis myſterium attentâ conſideratione penſare.* 417.

Proba ad Euchariſtiæ ſacramentū diſpoſitio eſt vitæ renouatio. Ioan.Geſſen.

Qui Euchariſtiam accipit, in nouum hominem renouari debet; hinc illud in Miſsâ ſancti Iacobi: *Dicit Diaconus, Domine, benedic. Sacerdos; Dominus benedicet, & dignos nos faciet, qui puris forcipibus igneum carbonem, & imponamus in ora fidelium ad purgationem, &* RENOVATIONEM *animarum ipſorum,& corporum nunc,& ſemper.*

Animarū renouatio in euchariſticâ menſa. S.Iacob.

Vitæ nouitate infans intus fit, qui euchariſtico veſcitur pane, ac ſi recèns in hanc vitam ederetur, qui hunc agnum edit. Pulchrè ſanctus Auguſtinus tract. 26. in Ioannem: *Qui credit,* inquit, *in Deum, manducat, inuiſibiliter ſaginatur, quia & inuiſibiliter renaſcitur,* INFANS INTVS EST, NOVVS INTVS EST, VBI NOVELLATVR, *ibi ſatiatur*; nouæ vitæ naſcitur, veteri mortuus, qui dignè manducat vitæ cibum.

Vitæ nouitate intus infans fit euchariſticum panem edens. S.Aug.

EXCVRSVS XXXIII.

Ad bellum tamquam milites parati ſint, qui Euchariſtiam ſumunt.

Agni balatus vt tuba *ad bellum excitabat.*

Militiæ noſtræ *ſtipendium ſacra Euchariſtia.*

Dona in natali Principum, & vrbium militibus *tributa.*

Ad pugnam *ſe accingat, qui Verbi Dei manna comedit.*

Qui Chriſti ſacramenta ſuſcipit, ad bellum *ſe paret.*

Ab agni eſu ad bellum *eundum.*

Δῶπνον quid, & vnde.

Militiæ,& euchariſticæ *menſa nexus.*

Panis à caſtris *repudiatus, aliter in Euchariſtiâ præſtandum.*

Panis fortium *quis, & cur ita diceretur.*

Fortitudinem *auget euchariſticus panis.*

Chriſtus Euchariſtia ſacramento ſuis militibus

bus vires *tribuit*, *vt fortes contra hoſtes reddantur, quid* ſanguinis *nexus*, *&* fortitudinis.

Satanicus hoſtis terretur *labra videns Chriſti ſanguine adſperſa.*

Armorum loco *Euchariſtiæ ſumptio.*

418 *Agni balatus vt tuba ad bellum excitabat.* B.Rup.

QVis crederet ſub agni mititate deliteſcere bellum, ad bellum vrgere nos agni balatu? vrgemur tamen, vt etiam hac de causâ tot ante dies domi parari agnum vellet Deus, vt eius balatu veluti tubâ ad prælium exituros ſe ſcirent, & pararent ſeſe. Pulchre B.Rup. lib. 2. comment. in Exod. cap. 1. ad illa verba: *Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius; cur? Vt quid tamdiu antè tolletis tanto tempore ſeruaturi? Videlicet, vt dum ille præſto eſt, cauſa quoque eius corda veſtra ſollicitet, ne ſitis immemores, vel imparati, quia tranſeundum eſt, dum ille tot antè diebus de profectione paranda vos admonet; quoties enim ille balatum emittit, toties* QVASI TVBÆ SONITV *exituras caſtrorum acies excitet*; vehementiùs nos ad bellum vrget Agnus euchariſticus, altè illè etiam tacens inclamat, vt bellum cum noſtris hoſtibus ſtrenuè ineamus.

Militia noſtra ſtipendia ſacra Euchariſtia. S.Baſil.

In hac menſâ tamquam milites ſtipendia quidem militiæ recipi, & regio cibo excipi, ſed tamen poſtea nobis bellum cum hoſtibus gerendum. *Miles*, ait ſanctus Baſilius ſerm. 1. exercit. *alimentum habet regium*; nóſque à regum Rege tegium cibum tamquam milites habemus, ſtipendiúmque militare accipimus in euchariſticâ menſâ, quò ſpectauit ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 8. vbi de hoc ſacramento loquens, ait: *cibum vitæ*, *& ſtipendium* MILITIÆ *noſtræ ſumimus.* S Paſch.

Dona in natali Principum, & vrbium militibus tributa. Paul. Aquil.

Quàm promptè, quàm animo liberali, & verè regio hoc donum, hoc ſtipendium militibus ſuis offert Chriſtus, quin & inuitat, vt ad illud excipiendum accurramus. Pletique ſtipendiis ac donis militibus tribui ſolitis fraudare milites ſtudent; hoc certè tentauit is, de quo ſcribit Paulus Aquilegienſis Diaconus lib. 11. hiſtoriarum, tem eius verbis dabo. *Cum veniſſet tempus, quo imperialia milites ſolent dona percipere, hoc enim agitur plerumque die Calendarum Ianuariarum, & natali principum, & vrbium regiarum, exquiſiuit quatenus eos ſimpliciter ex priſcâ cõſuetudine fallere potuiſſet. Iuſſitque vt vnuſquiſque ad manus Imperatoris accedentium, ab officijs admonitus, primum incenſum offerret, erat enim ante eum thus poſitum, & aram ſecundùm antiquam Romanorum conſuetudinem.* Vides dona plerumque Calendis Ianuariis, natalique Principum die, quin & vrbium tribui militibus ſolita. Vides & huius fraudem, milites decipere volentis. Non ita Chriſtus, qui nos ſemper inuitat, vt militiæ noſtræ ſtipendia recipiamus.

419. *Ad pugnam ſe accingat, qui verbi Dei manna comedit.* Exod. 17.

Tantùm qui ſtipendium accipit, & regio cibo paſcitur, meminerit ad bellum ſibi eundum contra hoſtes. Exod. 17. ſitibundo populo dulces ex petrâ propinauit aquas Moyſes, binâ percuſſione, ſed ſtatim additur: *Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech.* Itáne ab aquis ad bellum ſtatim itur, & potos ad arma ducit? Quid iſtuc ſibi vult? An poſt verbi manna, doctrinæque delitias ſciamus nobis arma ſumenda, ne torpeamus, deſidiæque indormientes hoſtium ludibrium fiamus? Hoc videtur ſpectaſſe Origenes, cuius hæc ſunt verba hom. 11. in Exodum: *Antequam manducaret panem de cælo, & biberet aquam de petrâ, non refertur populus pugnaſſe, ſed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis; & tu ergo cùm cœperis manducare manna, panem cæleſtem verbi Dei, & bibere aquam de petrâ, cùmque ad interiora doctrinæ ſpiritualis acceſſeris, ſperato pugnam; &* PRÆPARA TE AD BELLVM. Orig. Hactenus ille, ſed nos hæc nec alienè, ne coactè ad ſacram Euchariſtiam flectere poſſumus, vt hac re apertè nobis innuatur poſt ſuſcepta ſacramenta pugnam cum hoſtibus ineundam, adeò vt nemo torpeat, nemo imbecillis & elumbis prælium fugiat. Acurè in hanc rem ſanctus Auguſtinus ſerm. 93. de tempore. *Bibit de petrâ populus, & ſtatim bellum init contra Amalech. Videte, fratres, quia* POSTEAQVAM QVISQVE DE PETRA BIBERIT, ID EST, CHRISTI SACRAMENTA SVSCEPERIT, NECESSE EST ILLI AD PVGNAM PROCEDERE; *quiſquis ergo Chriſto coniungitur, non ad delitias, non ad voluptates, ſed ad prælium præparetur.* Chriſti miles audire non debet, & expungi è teſſera meretur qui poſt ſuſcepta ſacramenta non bellum cogitat, ſed vmbram, non laborem, ſed otium, & ſub deſidiæ vexillo militare ſatagit, cùm deberet virtutis, & laboris.

Qui Chriſti ſacramenta ſuſcipit, ad bellum ſe paret. S.Aug.

420. *Ab agni eſu ad bellum eundum.* Exod. 12. 17.

Vix agni paſchalis ritum explicauerat Dominus, cùm addit: *Obſeruabitis azyma: in eadem enim ipsâ die educam exercitum veſtrum de terrâ Ægypti*; Exod. 12. v. 17. Dixiſſet: *Educam vos; educam populum*, veſtrum, inquit, exercitum educam; cur meminit exercitus? an vt ſcirent, qui euchariſticum Agnum comederent, ad bellum eundum ſibi poſtea eſſe, nec enim marceſcere otio debent, ſanis hiſce epulis paſti; huc voco B.Ruperti verba, qui lib. 2. in Exod. cap. 15. rem ita expedit: *Signanter dicit, exercitum veſtrum, videlicet quia non ad* OTIA, *ſiue* LVDICRA *eximus de terrâ Ægypti, de domo antiqua ſeruitutis; ſed ad* PVGNANDVM *aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus huius mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*; nemo ſe fallat, vt poſt ſacræ menſæ delitias putet ipſi ſub vmbra ſegnitiei indormiendum; pugnandum eſt, & tunc magis, quo ſuperis delitiis magis onuſti, quibus Dæmones tamquam latrones inſidiantur. B.Rup.

ἄριστον, quid, & vnde. Didym.

Prandij, & laboris magnus nexus eſt, vt vel ipſo nomine monemur ſumpto cibo ad militares labores exeundum, rectè circa nomen prandij, quod ἄριστον dicitur, philoſophatur Didymus ad lib. 1. Odyſſ. *ſumitur prandium* ἄριστον, *quia eo ſumpto laborandum, ἐπὶ πόνον, & ad exercitia militaria redeundum.* Diceres hoc voluiſſe Salomonem, apud quem Prou. 9. verſ. 3. *Sapientia propoſuit menſam ſuam*, ſed miſit ancillas ſuas, *vt vocaret ad arcem, & ad mœnia ciuitatis*, vt exercitia militaria non deſereret, qui ad menſam euchariſticam inuitabatur; & ſciret ſibi cum hoſtibus pugnandum, qui ad euchariſticas epulas eſſet admiſſus.

Militia, & euchariſtica menſa nexæ. Prou 9.

421. *Panis à caſtris repudiatus aliter in Euchariſtia præſtandum.*

Obſeruo ignauiæ abolendæ cauſâ prohibitum aliquando in caſtris ne quis panem, aut aliquem coctum cibum venderet; hoc de Metello refert Saluſtius de bello Iugurthino his verbis: *Metellus edicto primum adiumenta ignauiæ ſuſtulit ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet, ne lixa exercitus ſequerentur*; vt alibi etiam tetigimus, aliò reſpicientes. Aliter in ſpiritualibus caſtris accidit; vt enim torpor omnis, & omnis ignauiæ cauſa ſubmoueatur, euchariſticus panis neceſſarius eſt, vt iure regius Propheta dixerit:

Pſalm 22. S.Chryſ.

dixerit: *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes, qui tribulant me*, Pſalm. 22. quæ verba ſic expendit ſanctus Chryſoſtomus hom. 71. in Matthæum, *Quis*, inquit, *facilius hoſtes fundere poteſt, quam qui comedendo trophæum erigit? ideo Propheta quoque dicebat: Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* Hæc ille.

Panis fortium quis, & cur ita dicere-tur. Pſalm. 78. 25. S. Aug. R. Dauid.

Fortitudinem auget hic panis, addit vires, ignauiam ſternit, diſſipatque, adeò vt panis fortium etiam dicatur. Pſalm. 78. v. 25. *Panem Angelorum manducauit homo.* Hebraicè לחם אבירים *lehem abirim, panis robuſtorum, fortium*; & quia requirit, & quia fortes facit quos recipit. hinc Deus ſancto Auguſtino, *panis ſum fortium*; fortis ſit, qui panem hunc manducat; à voluptatibus, terreniſque deliriis non vincatur, ne ſupinus mundo ſuccumbat. R. Dauid apud Pagninum in lexico per fortes, *cœlos* intelligit, vt panis fortium hîc panis dicatur, quia *manna deſcendebat de cœlis qui ſunt fortes*; ſed manducans hanc fortitudinem æmulari debet, vt ſcilicet nullis alterationibus ſuccumbat, ſuperior omnibus hoſtibus ſit.

422. *Fortitudinem auget euchariſticus panis.* 3. Reg 19. B. Laur. Iuſt.

Sed panis fortium dicitur euchariſticus, quia fortitudinem auget, animum firmat, corroborat; potuit ſubcineritius panis tãtas vires tribuere Eliæ Prophetæ 3. Reg. 19. cur non maiores vires conferat panis iſte cœleſtis? vt rectè arguit Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 4. *Si*, inquit, *ſubcineritius panis, & aqua potus Propheta tantas adhibuit* VIRES, *vt in ipſius cibi virtute gradiens diebus quadraginta, & noctibus totidem permaneret ieiunus, quid panis Chriſti, qui eſt panis vitæ, rectè ſumentibus ſpiritualiter fortitudinis conferre valebit?* Sic ille.

Chriſtus Euchariſtiæ ſacramento ſuis militibus vires tribuit, vt fortes contra hoſtes reddãtur. Anon.

Qui ergo cum viſibilibus, inuiſibilibúſque hoſtibus pugnans viribus deficit, ad euchariſticum panem accedat, vt vires augeat, pugnæque ſit par, victoriam conſequatur; inſerenda hîc ſunt Anonymi auctoris verba, qui non ſemel à nobis productus, in lib. de præp. Miſſæ fer. 2. ita de ſpirituali militiæ huius cibi vſu viribus recuperandis, diſſerit: *Ipſe eſt, qui* MILITES *eligit ſuos, eos faciens contra aereas poteſtates reſiſtere, & perſeueranter pugnare. Ipſe nempe eſt, qui ad ſe de ſpirituali prælio redeuntes fouet, & ſacramentalibus nutrit alimentis. O quàm ſaluberrima ſunt cibaria hæc! O quàm diuina ſunt munita præſidia. Si quis enim veneno diaboli perfuſus eſt. Si quis peccati morbo percuſſus, incunctanter ad refugium confeſſionis accedat; & ibi recipiet ſuorum medelam peccatorum. ſi quis verò media tabeſcit, vel fatigatus in prælio reparari viribus concupiſcit, ſacroſancta corporis Chriſti fideliter, ac deuotè ſumat myſteria, & ſtatim conualeſcet, in melius priſtinâ reſtauratâ ſanitate. Eſt quidem ſacramentum hoc tamquam cellarium quoddam, omnium aromatum in ſe continens pretioſitatem, & virtutem. In ipſum, qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec præſentis vitæ terminus finiatur; eſt etiam myſterium hoc quaſi ingens arbor virentibus referta foliis, ſub qua quicunque fugiunt laborantes, & peregrinantes proteguntur in ipſius vmbraculo ab diei æſtu à turbine quoque, & pluuiâ.*

423. *Quid ſanguinis nexus, & fortitudinis.* Oleaſt.

Magnam habet ſanguis cum fortitudine cognationem, vt idem penè nomen ambo aliquando ſortiantur. Iſaiæ 63. v. 3. *Et aſperſus eſt ſanguis eorum*; Hebraicè נצח *nazach*, quod *fortitudinem, ac potentiam, ac ſuperioritatem* ſignificat, *& exinde ſanguinem, quòd in eo ſit animalis fortitudo*, vt ait Oleaſter in huius loci commentario; noſtra fortitudo à Chriſti ſanguine eſt; *hic ſtatim animum irrigat, & magnam inducit quandam* VIRTVTEM, ait ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum.

Satanias hoſtis terretur labra videns Chriſti ſanguine aſperſa. S. Petr. Dam.

Explicari non poteſt, quantas habeat contra hoſtes vires hic ſanguis; olim vt hoſtibus eſſent terribiles, conſueuerant quidam coccineis veſtibus indui, vt alibi obſeruo; etiam hîc tartareus hoſtis terretur cùm rubentia Chriſti ſanguine labra videt, in fugam ſolo iuſſu conjicitur, quod notauit ſanctus Petrus Damianus in epiſtolà ad Blancam comitiſſam cap. 3. in hæc verba: TERRETVR ADVERSARIVS, *cùm Chriſtiani labra videt Chriſti cruore rubentia. Agnoſcit enim preſtò ſuæ perditionis indicium, & diuina victoria, quà captiuatus eſt, & obterritus non tolerat inſtrumentum.* Quis vitæ ſuæ ab hoſtibus timeat, cùm ſolius ſanguinis huius aſpectu abſterreatur?

Armorum loco Euchariſtia ſumptio. Greg.

Denique armorum loco Euchariſtiæ ſumptio haberi poteſt. hac mente ſcribebat Gregorius Papa VII. epiſt. 47. *Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi* ARMA *Deo fauente contuli, quod potiſſimum eſt, vt* CORPVS *Dominicum frequenter acciperes, indicaui; & vt certa fiducia matris Domini te omnino committeres, præcepi*; hinc probandus illorum Ducum, ac Principum mos eſt, qui in prælium ducturi exercitus, ſe, militéſque ſuos Dominici corporis communione muniunt, quæ & armant.

CAPVT XXXVII.

Expenduntur illa verba, *In cunctis Diis Ægypti faciam iudicia*; cum Agni euchariſtici eſu vitiorum idola non cohærent.

In diis Ægypti quæ iudicia *Deus fecerit.*

Idola Ægypti, *nocte quia agnum comederunt, deſtructa diuinitùs fuerunt.*

Templa *quoque ceciderunt.*

Mortificatis, & deſtructis vitiis, *guſtatur quàm ſuauis ſit Dominus ſub Euchariſtiæ velamine.*

Virtutum odor *cum euchariſtico melle.*

Virtutum fructu *veſcatur, qui euchariſticæ menſæ particeps futurus eſt.*

Paſſiones *perimendæ ab iis, qui ad euchariſticas epulas inuitantur.*

Mentem à vitiis *vacuam manna euchariſticum quærit.*

Ieiuni à vitiis, *euchariſticas delitias deguſtabunt.*

Qui ad ſacrum Altare pergit deponat vitia.

Manna euchariſticum ante vitiorum ardorem *corde excipiendum.*

Chriſti corpus refrigerium, *&* vmbra *contra* vitiorum *æſtum.*

Euchariſtiæ reſpectu vitia *à mente eliminanda.*

Cœleſti alimento reficitur animus, quum omne vitioſum *conſumptum eſt.*

Salutaris Euchariſtia cibus ſit inſalubris,

ſi

ſi vitiorum *humoribus refertam inueniat mentem.*

Virtutum *exercitÿs hic cibus quærendus.*

In agni Ægypti qui iudicia Deus fecerit. Exod. 12. 12. *Idola Ægypti, nocte quâ agnum comederūt destructa diuinitus fuerant.* Abul.

424\. NOCTE illâ, quâ agnum abituri Iudæi comederunt, idola omnia quæ ab Ægyptiis colebantur, diuinitùs ceciderunt, id quod refert Abulenſis hîc, explicans illa verba Exod. 12. *In cunctis Dÿs Ægypti faciam iudicia,* ait enim: *Non ſolum puniam Ægyptios, ſed etiam Deos eorum, faciendo in eis iudicia, id eſt, admirabiles punitiones; vel vt volunt Hebræi, iſta punitio Deorum fuit; quia omnia idola Ægyptiorum illa nocte ſubitò putrefacta, atque incinerata fuêre, metallica verò reſoluta, & fuſa in terram vt aurea, argentea, & ærea, vel ſtannea; lapidea autem vſque ad puluerem comminuta.* Idem habet etiam Lyranus ad hæc verba, *Dicunt Hebræi, quod illâ nocte omnia idola Ægypti lignea ſubitò fuerunt putrefacta, & omnia metallica reſoluta, & fuſa in terram, & omnia lapidea comminuta in deteſtationem idololatriæ;* Gloſſa addit, & templa cecidiſſe. *Ferunt Hebræi, quòd omnia idola Ægypti confracta ſunt nocte, & templa vel motu terræ, vel fluminis Nili inundatione.*

Templa quoque ceciderūt.

Mortificatis, & destructis vitÿs, guſtatur quàm ſuauis ſit dominus ſub Euchariſtiæ velamine. Pſalm. 45.

Hæc res tacitè nobis indicat in eſu Agni euchariſtici vitia, & vitiorum ſimulachra perdenda eſſe, ne nos perdant, alioquin guſtare non poterit quàm ſuauis Dominus ſit, quàm dulcis; quod voluit Regius Propheta, cùm dixit: *Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus,* Pſalm. 45. verba hæc de Euchariſtia exponit Incognitus, & alij; ſed vide quid antè præmiſſum: *arcum conteret, & confringet arma, & ſcutum comburet igni;* ac ſi diceret, vt quilibet guſtare poſſit quàm ſuauis in Euchariſtiæ ſacramento Dominus ſit, vitiorum diruat ſimulacra, vitia omnia abſcecet, & in puluerem reducat. Scitè Richardus in Canticum Canticorum cap. 1. *mortificatis plenitùs* VITIIS, *& ſopitis tentationibus, iuxta quod ſcriptum eſt; arcum conteret, & confringet arma, & tunc anima vacare poterit, & videre, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Ferè hanc ſuauitatem non guſtamus, quia adhuc vitiis innatamus, & paſſiones adhuc in nos crudeliter ſæuiunt.

Rich. Vict.

Virtutū odorem euchariſtico melle. Cant. 4.

425\. Vix dictum erat in Amoris Cantico cap. 4. *mel, & lac ſub linguâ tuâ,* ſacramenti huius ſumptione, quum ſtatim additur, *odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Libani;* quæ veſtimenta virtutes ſignificant, quæ odorem ſuum in omnem partem ſpargunt; igitur qui corporis Dominici mel libauit, vitiorum ſimulachra ita conterat, vt nuſquam appareant; abſint vt eas ampliùs colat, & veneretur, cadant omnia, & vitiorum loco, virtutum ſentiatur odor.

Virtutum fructu reſeatur, qui euchariſtica menſa particeps eſt futurus. Pſalm. 22. Euthym.

Antequam diceret Dauid Pſalm. 22. *Paraſti in conſpectu meo menſam,* euchariſticæ figuram, vt plures interpretes notauêre, præmiſerat, *in loco paſcua ibi me collocauit;* Euthymius legit, *in loco herbarum ibi me collocauit;* additque, *Per herbarum paſcua virtutes morales ſignificat,* quibus antequam ſacræ menſæ quis accumbat, ornari debet, abolitis vitiis, mortificatiſque paſſionibus.

Paſſiones perimenda ab ÿs, qui ad euchariſticas epulas inuitantur.

Macedones, vt refert Athenæus lib. 1. Gymnoſoph. cap. 11. in more habent, vt nullus diſcumbat inter conuiuas, niſi extra retia aprum interfecerit, tunc enim ſedere inter conuiuantes licebat; nobis ſanctiùs id præſtare licet; aprum confodiemus, ſi vitia, ſi paſſiones quouis apro, quouis ferâ ſæuiores, perimamus; & ſic iure euchariſticæ menſæ aſſidebimus; apri interfectionem præſeferunt Salomonis verba, cùm dicit, *Quando ſederis vt comedas cum Principe, ſtatue cultrum in gutture tuo;* Prou. 23. quia nimirum iugulandæ priùs propriæ paſſiones.

Quid? quod etiam manna ſacramenti huius figura non in Ægypto decidit, ſed in ſolitudine apparuit, Exod. 16. v. 14. vt ita diſceremus mentem à vitiis vacuam hunc cibum quærere, in quâ paſſionum idola corruerint, non ampliùs ſurrectura. Scitè Philo Hebræus lib. 2. allegoriarum: *Non vbique,* inquit, *apparet, ſed vbi deſertum eſt vacuum* VITIIS, *& affectibus;* quod iuſtiùs de euchariſticâ menſâ dicendum eſt. 426.

Mētem à vitÿs vacuam manna euchariſticum quærit. Philo.

A vitiis vacui, ieiuníque euchariſticas delicias deguſtabunt 1. Reg. 2. *Famelici ſaturati ſunt.* Quinam ſunt famelici? *à cibis vitiorum vacui, à tumore ieiuni,* ait ſanctus Gregorius lib. 2. cap. 1. in lib. Reg. réimque ad Euchariſtiam flectens ait: *Salutis quippe fructum non percipiunt in comeſtione ſalutaris hoſtiæ, qui ea, quibus ſe repleuerant,* FLAGITIA *portant in mente. Non ſatiantur ergo niſi famelici, quia à vitÿs perfectè ieiunantes diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.*

Ieiuni à vitÿs euchariſticas delitias deguſtabunt. 1. Reg. 2. S. Greg.

Vitia omnia ei ponenda, qui ad ſacrum Altare accedit, pulchrè, ſerpentis exemplo, docebat ſanctus Ambroſius ſerm. 33. *Serpens,* inquit, *cùm venerit ad bibendum aquam, priuſquam bibat extra fontem euomit* VENENVM *ſuum, & poſtea bibit: ita & nos quando ad Altare Domini communicaturi accedimus, deponamus venenum peſſimum, hoc eſt, iracundiam, auaritiam, cupiditatem, ſuperbiam, ſacrilegium, furtum, luxuriam, falſum teſtimonium, diſcordiam, periurium: hæc ſunt animarum venena. Iſta prius repellamus à nobis, & ſic ad Altare Domini corpore, & ſanguine eius ſatiemur.* 427.

Qui ad ſacrū Altare pergit, deponat vitia. S. Ambr.

Manna ante Solis exortum erat colligendum, & euchariſticus panis, cuius figura manna erat antequam auaritiæ, concupiſcentiæ æſtus, & aliorum vitiorum mentem corripiat, recipienda eſt; vt quod ad ſapientiam videtur flexiſſe Aponius, nos ad euchariſticas epulas flectamus; ſic ille lib. 2. in Cant. ſcribit: *Manna diluculo ſtatim colligendum, antequam ardor* AVARITIÆ, *atque odor* VANÆ GLORIÆ, *antequam ardor* LIBIDINIS *exhalet in nobis. Nam vbi hi æſtus increuerint mentibus noſtris, panem illum cæleſtem (in quo dixit Dominus hominem viuere) ad ſuam retractum naturam, fugant à nobis, nec intra noſtra viſcera eius virtus manebit.*

Manna euchariſticum ante vitiorū ardorem excipiendum. Apon.

A corpore vmbra fit, quâ æſtuantes refrigerium ſentiunt, perfectior, meliórque vmbra ex Chriſti corpore eſt, quæ refrigerium nobis contra vitiorum æſtum exhibeat; ſancti Thomæ hæc ſunt verba opuſc. 58. cap. 21. *De corpore Chriſti manat vmbra gratiæ, quæ nobis defenſaculum eſt contra* INCENTIVA VITIORVM, *& carnalis concupiſcentiæ.*

Chriſti corpus refrigerium, & vmbra contra vitiorum æſtum. S. Thom.

Habita Euchariſtiæ ratione, vitia in animo recipienda non eſſe probus quidam Auctor probè in hunc modum colligebat: *An doctus homo, aut integer mente, aut fidelis potuit eſſe, qui ex aureo Sacrario, deputato vt aſſeruetur ibi Euchariſtia, abieciſſet corpus Chriſti, vt loco illius deponeret lutum? Quomodo ſapiens eſt, qui ab animo, diuino Sacrario, expellit ipſam diuinitatem complacentem ibi, & ſubſtituit eius loco non ſtercora, ſed fœdiora* VITIA, *&* CONCVPISCENTIAS *ſordidiores?* 428.

Euchariſtiæ reſpectu vitia à mente eliminanda. Ioan. Euſeb. lib. 2. cap. 1.

Abſumptis epulis, quæ ex Ægypto detulerant Hebræi, panes illis è cœlo Deus promiſit Exod. 16. v. 14. *Ecce ego pluam panes vobis de cælo;* cur non antè? an vt rectè doceremur, mundana omnia

Cæleſti alimento reficitur animus, quum omnia vitioſam cōſumptum eſt. Exod. 16. 14.

priùs

priùs reſpuenda, vt cœleſtibus ſaturemur. Præclarè ſanctus Gregorius Nyſſenus in catenâ Græcâ: *Animaduertendum eſt*, inquit, *quòd cùm nihil ampliùs edulij populo ſupereſſet ex Ægypto, tunc cœleſtis panis influxit, vt moneamur, animum noſtrum refici cœleſti alimento, cùm quod eſt* HVIVS SÆCVLI VITIOSVM, *in itinere huius vitæ per veſtigia Chriſti conſumpſimus.*

S.Greg Nyſſ.

Noxius cibus eſt alioquin ſalubris, ſi ſtomachum inueniat noxiis humoribus repletum. idem accidit in cibo euchariſtico ſi mentem reperiat iniquitate, vitiiſque refertam; ſancti Chryſoſtomi hom. de proditione Iudæ, hæc ſunt verba: *Sicut corporalis cibus cùm ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, & ampliùs lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: ita & iſte ſpiritalis cibus, ſi aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſuâ naturâ, ſed accipientis vitio. Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia & ſacrificium purum eſt. Sanctam animam præparemus: & hoc non multo tempore, ſed vna corrigitur die. Nam ſi tibi contra inimicum tuum dolor eſt, ſolue iram, inimicitias laxa, vt remedium de menſâ percipias.*

Salutaris Euchariſtia cibus fit inſalubris ſi vitiorum humoribus refertam inueniat mentem.
S.Chryſ.

Euchariſticus iſte cibus virtutum artibus quærendus eſt, & bonorum operum editione edendus. Plerique etiam ſanctorum Patrum de illo illa verba intelligunt, quæ habentur Ioan. 6. v. 27. *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*; cur enim operari cibum iubemur, quem ille perfectum offert, qui cibus eſt? Bene ille, & verè: *Operandi verbo vſus eſt, vt intelligas operibus bonis, & præclaris* VIRTVTVM EXERCITIIS *hunc cibum tibi eſſe quærendum.* Arceri ab euchariſticâ menſâ debet, qui virtutes à ſui conſortio arcet, & vitiorum agmine virtutes, virtutúmque actus impugnat.

Virtutũ exercitijs hic cibus quærendus.
Ioan. 6. 27.
Ludou. Pon. exh. 3. §. 2. lib. 1.

CAPVT XXXVIII.

Aduena, & mercenarius cur ab eſu agni arcerentur.

Quis aduena, *quis* mercenarius *eſſet, qui hîc excluditur.*

Cur alienigena, *cur* mercenarius *excluſi ab eſu agni.*

Ab eſu agni excluditur, *qui* in fide *minimè ſtabilis.*

Mercenarius *poſt pacis oſculum nullus ſit.*

Lucris terrenis *totus haud inhiet, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.*

Arcetur ſacellis, *&* lucris *inhians.*

Tacti, *qui* lucra ſectantur *vt venator prædam.*

Lucra *non quærat, manna euchariſticum deguſtans.*

Cor excipiendo Chriſti corpori deſtinatum, diuitiarum cupiditate *non corripiatur.*

Diuitiarum *contemptor ſit, euchariſticæ menſæ particeps.*

A terrenarum rerum *tumultu ſe ſubducat, qui ad Euchariſtiam accedit.*

Terrenorum obliuio *in euchariſtico conuiuio commendatur.*

Sapit ei euchariſticus panis, *cui* terrena *deſipiunt.*

Temporalium rerum *ſolicitudinem exuat, euchariſtici Agni particeps.*

Quàm diues *panis euchariſticus.*

Extra mundum *quodammodo exeat, qui euchariſticam eſcam quærit.*

LEx ab eſu agni mercenarium excludit, excludit aduenam; ait enim, *Aduena, & mercenarius non edent ex eo.* Exod. 12. v. 44. quæ verba ſic exponit Lyranus hîc: *Aduena dicitur, qui ex alienâ gente veniebat ad manendum inter Iudæos; mercenarius dicitur Gentilis ſeruiens in domo Iudæi pro mercede, quòd ne crederetur, quod propter talem cohabitationem cum Iudæis poſſent recipi ad eſum agni paſchalis, ideo ſpecialiter excluduntur; & hoc intelligitur, quamdiu extra fidem, & ritum ſunt Iudæorum.* Abulenſis ſic interpretatur hæc verba: *Aduena dicebatur aliquis habitans inter Hebræos vt mercatores, qui venirent de locis diuerſis, & in multis locis faciunt habitationem, vt morentur; vbi enim non cogebantur circumcidi, mercenarius vocatur aliquis de Gentilibus, qui veniebat ad facienda aliqua opera Hebræorum, quia quantocumque iſte eſſet familiaris Hebræis, tamen non poterat comedere de agno paſchali niſi vellet circumcidi, quia tunc admitteretur libenter ad comeſtionem agni paſchalis inter eos; ſed non ſic dicitur de ſeruo, quia ſeruus cogebatur circumcidi, & comedere, mercenarius autem comedebat ſi volebat.*

429. *Quis aduena, quis mercenarius eſſet, qui hic excluditur.*
Lyran.
Abul.

Vtile eſt, quod hinc colligit B. Rupertus, hos ab eſu agni excluſos, quia alienigena, & aduena facilè ad Ægyptiacam ſuperſtitionem tranſiret, mercenariúſque nulli firmam ſedem habebat; hæc eius verba, lib. 2. comment. in Exod. cap. 22. *Quia alienigena dum liber eſt, poſtquam hodie comederit Phaſe, cras vel continuò, ſi volet, communicabit ſuperſtitioni Ægyptiæ, non diiudicans inter vtrumque*; quod in illos quadrat, qui ab euchariſticis deliciis, ad mundanas currunt. ad perituras pergit Beatus auctor: *Similitérque mercenarius, quia* STABILITATEM *in domo Iſraelitica non eſt profeſſus, & idcirco non habet, vt ad Phaſe ſemel guſtatum conſtringatur.*

Cur alienigena, cur mercenarius excluſi ab eſu agni.
B.Rup.

Non caret myſterio, & aduenam ab eſu agni excluſum; & quiſnam nomine aduenæ ſignificabatur? an ille, qui in fide minimè ſtabilis, vitáque & moribus fidei non reſpondet? Pulchrè ille. *Aduenam vocat eum, qui non eſt* IN FIDE STABILIS, *& intra Eccleſiam eſt non merito, ſed numero; qui dicit ſe noſſe Deum, factis autem negat*; is indignus prorſus eſt, qui ad euchariſtici Agni eſum admittatur.

430. *Ab eſu agni excluditur, qui in fide minimè ſtabilis.*
Ludou. Pont. lib. 6. exh. 27.

Prodigus filius mercenarius eſſe cupiebat, cùm pane careret, ſed poſt pacis oſculum formulam, quam meditatus fuerat, omiſit Luc. 15. Sanctus Auguſtinus lib. 2. quæſt. ſuper Euang. q. 33. ita ſcribit: *Non addit quòd in illâ meditatione dixerat; Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Cùm enim panem non haberet, vel mercenarius eſſe cupiebat: quod poſt oſculum Patris generoſiſſimè iam dedignatur.* hîc quoque in euchariſticâ menſâ, vbi non ſolùm pacis oſculum, ſed & pacis auctorem ſumimus, nullus mercenarius eſſe debet, & multo minus quærere vt ſit.

Mercenarius poſt pacis oſculum nullus ſit.
Luc 15.
S. Aug.

Qui terrenorum ſpe paſcitur, & nutritur, lucra terrena quærit dum laborat, cœleſtium oblitus, is euchariſticâ menſâ indignus videtur,

Lucris terrenis totus haud inhiet, qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur.
Ludou. Pont. lib. 6. exh. 27.

hinc ab agni paſchalis eſu mercenarius excludebatur Exod. 12.43. *Mercenarium autem appellat*, ait pius ille auctor, *qui pro ſolis* TERRENIS LVCRIS *laborat, nec æternam mercedem requirit, vnde ſolâ cohabitatione eſt in cœtu iuſtorum, à quibus longè moribus diſtat.*

431.
Aretur, ſacellus, & lucris inhians.
S.Cypr.

Mercenarios, & lucris inhiantes ab hac menſâ amouebat ſanctus Cyprianus de Cœnâ Domini, dum ait, *Abi retrò cum* SACVLIS *tuis, qui* LVCRIS *inhias, & mercedes ſectaris*; talis fuit Iudas, qui dum ſacculos deferens, ſacculis inhians, & lucris, huic ſe menſæ temerarius ingeſſit, mortem, exitium lucratus ſibi eſt.

Tacti, qui lucra ſectantur, vt venator prædam.
Prou.12.27.
Hebr.
R.Salom.

Plerique lucris adcò inhiant, vt non ſecus ac venator prædam ipſa lucra perſequantur; Prou. 12. 27. *Non inuenit fraudolentus lucrum*; pro lucro LXX. *venationes*, habent, Chaldæus, *non obuia fiet venatio viro doloſo.* Hebr. *non aduret fraudolentus venationem.* R. Salomon, *Non aſſabit fraudator venationem.* R. Aben-Ezra: *Non aſſabit doloſus, neque elixabit venationem ſuam, quia illi ſurripietur.* De iis, qui lucris inhiant, aiebat R. Pinchas:
R.Pinch.
Poſtquam multiplicati ſunt, qui lucra ſectantur, ſunt multiplicati, qui dicunt malum bonum, & bonum malum.

Lucrum non quærat, manna eucharisticum deguſtās.
Exod. 16.
S.Petr.Dam.

Lucris inhiare non debet, qui eucharisticas delitias deguſtat, rectè hoc Deus docuit, cùm vermibus manna ſcaturire voluit, quod in craſtinum ſeruabatur, *Exod.* 16. Præſtat hic audire ſanctum Petrum Damianum, qui ſerm. 6. ita rem verſat: *Iſraeliticus ſanè populus, ſicut ſacra teſtatur hiſtoria, cum manna colligeret, ſcaturiebat vermibus, atque computreſcebat; ſi quis infideliter agens, ex eo in craſtinum reſeruaret. Sic nimirum quiſquis ardore* CVPIDITATIS *accenſus, vt tamquam corpori ſuo alimenta prouideat, terrenam ſibi ſubſtantiam theſaurizat, huic ille vermis ebullit, qui conſcientiam fodiat, & arcana pectoris rodat. Enim verò ij ſollicitudinem vermes, quos* AVARITIA *generat, illos denuo vermes parant, de quibus ſcriptum eſt: Ignis eorum non extinguetur, & vermis non morietur: vt ignem ignis cupiditatis accendat, & vermis ex verme procedat. Quanquam & ſic non inconuenienter intelligi, quia ſicut ipſe Chriſtus, qui dicit, Ego ſum vermis, & non homo; prouenit alijs in ruinam, alijs in reſurrectionem, ita nihilominus verbum eius fit manna, melliſque dulcedo fidelibus, infidelibus autem, & prauè viuentibus vermis fit, non videlicet, qui animam reficiens alat, ſed qui conſcientiam terrendo, ac miniſtrando remordeat.*

432.
Cor excipiendo Chriſti corpori deſtinatum diuitiarum cupiditate nō corripiatur.
Marc.11.

Malè nobiſcum agitur, magnúmque nobis imminet non periculum tantùm, ſed & exitium, cùm cor excipiendo Chriſti corpore deſtinatum, auaritiæ famulatur, auri, & argenti menſa quodammodo fit. Marc. 11. 15. *Cum Ieſus introiſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes, & menſas numulariorum ſubuertit.* non proiecit foras menſas, aut iuſſit proijci, ſed euertit; quia nimirum, cùm menſæ in templo, quæ panibus propoſitionis ferendis, ibi menſæ numulariorum repertæ ſunt in auarorum obſequium, & famulatum, transferatur hoc ad cor, ad Euchariſtiam; cor Euchariſtiæ excipiendæ factum, auaritiæ pondere onerari non debet, ne euertat illud Dominus. Proh quot in orbe videmus pectus ſuum, quod euchariſtici panis menſa eſſe debebat, feciſſe menſam auaritiæ, auróque adfectu ferendo.

Diuitiarum contemptor ſit euchariſticæ menſæ particeps.
Pſalm.21.27.

Diuitiarum contemptor eſſe debet, qui euchariſticæ menſæ particeps futurus eſt. Regij Prophetæ verba ſunt, *Edent pauperes, & ſaturabuntur*, Pſalm. 21. 27. cur pauperes tantùm edere dicuntur; numquid diuites ab euchariſticâ menſâ repelluntur? An pauperes ſunt diuitiarum contemptores, qui idonei huius menſæ conuiuæ? Vgo Catenſis huc ſpectabat hîc: *Benè*, inquit, *dicit: Edent pauperes, quia non comedent eum ſpiritualiter, niſi* PAVPERES *contemptores diuitiarum.*
Vgo Cat.

A terrenarū rerum tumultu ſe ſubducat qui ad Euchariſtiam accedit.
Matth.26.

A terrenarum rerum tumultu ſe ſubducat, qui euchariſticæ menſæ particeps fit; vix Chriſtus ſacramentum ſui corporis inſtituit, cùm ab eâ domo diſceſſit, ſéque ad hortum Gethſemani contulit, vbi adueniente militum turba captus eſt; Matth. 26. ſed cur diſceſſit? *an quia, non conueniebat, vt ibi caperetur vbi cum diſcipulis manducauerat Paſcha*, ait, ex Origenis mente, ſanctus Thomas in ſuâ Catenâ; ſed quæri adhuc poteſt cur conueniens non fuerit, vt in cœnaculo caperetur. Bellè ille, & opportunè: *Ne locus tanto ſacramento ſacer læderetur irruente prophanâ turbâ, tumultu militum, & ſtrepitu armorum; quo facto nos docet ne ſinamus animum noſtrum* OBTVNDI INIQVARVM RERVM STREPITV, AVT SÆCVLARIVM CVRARVM TVMVLTV, *ad communionem accedentes.*
Io. Pin.
Ethol.474.

433.
Terrenorū obliuio in euchariſtico cōuiuio commēdatur.
Pſalm.22.
B.Alb.

Calix iſte, calix inebrians eſt, vt bibens ſui obliuiſcatur, & terrenorum, in eum immigrans, quem amat: *Calix meus inebrians quàm præclarus eſt*, inquiebat Dominus apud Prophetam Regium Pſalm. 22. rectè inebrians, *quia bibentes Domini calicem inebriabuntur ad obliuionem ſui, & terrenorum*; ait Beatus Albertus Magnus tract. 3. de Miſſa cap. 6. vbi explicat illa verba Zach. 9. Bibentes inebriabuntur quaſi vino; & tract. 3. de Euchariſtiâ cap. 1. citata Dauidis verba ſic explicat: *In eo quod dicit, calix inebrians; innuit humorem calidum, & dulcem, qui ſpiritualiter membra infundit ad ſui obliuionem, & tranſitum in diuinam delectationem in optimâ ebrietate.*

Sapit ei euchariſticus panis, cui terrena deſipiūt.
Cant.2.3.

Sapit Angelicus panis, cui terrena deſipiunt, qui terrenorum obliuiſcitur, etiam ſponſæ fructus illius, quem deſiderauerat, dulcis erat, vt ipſa fatetur Cantic. 2. verſ. 3. nil mirum, quia iam ſub vmbra ſederat; *Sub vmbra*, inquit, *illius quem deſideraueram*; quid inde? *& fructus eius dulcis gutturi meo*, quia grata illi vmbra, gratus & fructus fuit; *in vmbrâ*, ait Gillebertus Abbas ſerm. 1. in Cant. RERVM INVISIBILIVM OBLIVIONEM *accipe*; qui terrenorum obliuiſcitur, meditationis dulcedinem deguſtat, & multo magis fructûs euchariſtici delitias ſentit.
Gilleb.Abb.

Temporalium rerum ſollicitudinē exuat euchariſtici Agni particeps.

Cœleſti hoc pane qui veſcitur, terrenorum oblitus cœlo inhiet, & cœleſtibus, nulla periturarum rerum ſollicitudine tangatur; Oſeas Propheta de hoc cibo loquens, iuxta ſancti Cyrilli Alexandrini mentem, ait: *Conuertentur ſedentes ſub vmbrâ eius, & viuent tritico*, cap. 14. 16. ſignate dixit, *viuent*, vt vitalem panem eſſe colligeremus, ſed quid præmittitur hiſce verbis? *Germinabit ſicut lilium*; quis neſciat lilium cordis ab omni ſollicitudine rerum terrenarum imaginem eſſe, vt patet ex Chriſti verbis Matth. 6. monemur igitur ad euchariſticum panem acceſſurum, terrenarum rerum cogitatione corripi non debere. Pulchrè ille hæc verba, horúmque verborum nexum experiens: *Qui viuit hoc diuino tritico Euchariſtiæ, germinabit vt pulchrum* LILIVM, OMNI SEMOTA TEMPORALI SOLLICITVDINE;
Oſe.14.16.

ſpeus

ſpem ſuam in Deum ſolum iactans; iuxta illud, *Iacta cogitatum tuum ad Dominum, & ipſe te enutriet.* Pſalm.54.23.

434. *Quàm diues panis euchariſticus.* 3.Reg.17. S.Chryſ.

Elias Propheta ex illo pane ſubcineritio comedit, quem ei pauper vidua & parauit, & exhibuit 3.Reg.17. hunc paoem diuitem appellat ſanctus Chryſoſtomus; ſic enim ille ſcribit hom.in decollat. ſancti Ioan.Bapt. apud Metaph. *Ille cùm illum* DIVITEM *accepiſſet* PANEM *ſubcineritium, & guſtauit, & eius domum impleuit bonis;* vilis erat panis, ſed diues dictus eſt, quia ingentem bonorum copiam Dei Prophetæ exhibitus parturiuit; iuſtiùs diues panis dicatur euchariſticus, in quo cœleſtes theſauri latent, latet Deus.

Extra mundum quodammodo exeat qui euchariſticam menſam quærit. Ioan.17.11.

Diuina tantùm ſapere debet, qui ad euchariſticam accedit menſam, tactè docuit iſtue Chriſtus, dum paraturus hanc menſam, præmiſit ſe de hoc mundo non eſſe, Ioan.17.11. *Et iam,* inquit, *non ſum in mundo*; extra mundum ſe dicit cùm inſtituit Euchariſtiam; *quia*, (probi auctoris mentem dabo, dabo & verba,) *tantam puritatem requirit in ſumentibus, vt quodammodo* PRIVS DEBEANT EXTRA MVNDVM EXIRE, & amore, cogitationéque cœleſtibus ſe inſerere; in mundo minimè ſit, qui huic aſſidet menſæ, his epulis fruitur, vt mundana non quærat, non amet peritura.

EXCVRSVS XXXIV.

Fraternus amor euchariſticam exornet menſam.

Fraterna charitas *in agni eſu vt commendata.*

Chriſti corpus ſine pace *accipere nemo præſumat.*

Pacis, *&* euchariſtici panis *nexus.*

Extra caſtra, *&* tumultus *exeat, qui euchariſticum manna colligit.*

Panis *euchariſtici, &* pacis, *concordiæque cohærentia.*

Euchariſtia reſpectu mortis quoque diſcrimen pro fratrum amore *ſubeundum.*

Animorum vnitas *in euchariſticâ menſâ vt commendata.*

Ordinata charitas *in euchariſtica cella.*

Euchariſtia ſacramentum charitatis.

Vnitatis amator *ſit, qui ad euchariſticam menſam pergit.*

In euchariſtico ſacrificio concordia *dicitur.*

Concordiæ panis *euchariſticus, nec contentiones amat.*

Concordes *inter ſe conuiuas hoc conuiuium, quin & vnum.*

Vnitatem, *& grana frumenti commendant.*

Ignoſcat inimicis, *qui Chriſti myſterium, Euchariſtiam ſumit.*

435. *Fraterna charitas in agni eſu vt commendata.* Theod.

LEgalem agnum, qui euchariſtici figura fuit, manducaturi Hebræi iubebantur vicinos aduocare, ne ſcilicet aliquid ex eo remaneret, vtque fraternus amor ita fouèretur. Succinit Theodoretus quæſt. 24. in Exod. dum ait: *Præcepit*

quoque numero ſufficientes ad eſum agni ſimul immolare Paſcha, docens eos fraternam charitatem. Amat & euchariſtica menſa concordiam, amat pacem. *Indignus his epulis eſt, qui pacem odit, diſcordiarum ſator eſt.* Hioc illud ſancti Hieronymi epiſt. 62. ad Theophilum: *Ignoramus ſine pace communionem*; qood probat ex illo Euangelij: *Vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*, Matth.5. verſ.25. *Si munera,* inquit, *noſtra abſque pace offerre non poſſumus, quanto magis, & Chriſti corpus accipere?* Excludendus ab hac menſâ eſt, qui pacem non habet; etiam Regius Propheta pacem, & frumentum iungit Pſalm. 147. verſ. 14. *Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te*; priùs paranda pax, antequam hunc panem ſumamus; nam de Euchariſtiâ hæc verba plerique interpretantur, ſed pende quòd non ait, *poſuit in finibus tuis pacem*, ſicut Latinus loquendi vſus requirebat, ſed *poſuit in fines tuos pacem*, ad maiorem emphaſim, vt Genebrardus; nimirum cùm agitur de euchariſticâ menſâ non ſatis eſſe in finibus pacem eſſe, ſed fines in pacem ipſam mutari, vt ita dicam, debent, quæ ſi ad cor transferantur, intelligamus neceſſe nobis eſſe, vt omnia quæ circa nos ita pacem ſapiant, ac foueant, vt in pacem verſa eſſe videantur.

Chriſti corpus ſine pace accipere nemo præſumat. Matth.5.25. S.Hier.

Pacis, & euchariſtici panis nexus. Pſalm.147.

Quid? quòd nec manna in armis cadebat, ſed extra exercitum, extra tumultus, extra bellicos apparatus; cecidit è cœlo coturnix, & operuit caſtra, cecidit & ros, ſed per circulum caſtrorum, Exod.16. vt tacitè nobis innueretur relinquendum pugnæ locum, ac armorum ſtrepitum fugiendum cœleſte manna manducaturis, quod opportunè notauit Beatus Rupertus lib.3.in Exod.cap.15. dum ait: *De* CASTRIS *igitur illis exeundum ſibi eſt quicumque hoc minutum, quod detulit ros iſte, colligere contendit.* Pacificos collectores, & charitatis vinculo vnitos amat manna, amat Euchariſtia. 436.

Extra caſtra, extra tumultus exeat, qui euchariſticum manna colligit. Exod.16. B.Rup.

Melchiſedech, qui panem & vinum obtulit Gen. 14. Rex dicitur Salem, non caret myſterio nomen, *Salem* pax interpretatur, vt intelligamus pacem neceſſariam panem manducaturo, & vinum bibituro, quod verus Melchiſedech Chriſtus nobis parauit; hinc eſt, quod tunc occurrit Abrahamo, quando fraterno amore ductus Loth ab hoſtibus ſuis defenderat, non verò quando rixa erat inter eos, ambórumque paſtores, quæ licèt parui momenti eſſet, quippè quæ etiam in Sanctorum animas afflaret, tamen auferri eam Deus voluit, vt excipi à Melchiſedech Abraham poſſet panem, & vinum in ſacramenti huius figuram offerens.

Panis euchariſtici, & pacis, concordiæque cohærentia. Gen.14.

Tunc Abraham pane, & vino excipitur, cùm vitam ſuam, ſuorum in proximi ſui auxilium expoſuerat, cùm arma ſumpſit, vt Loth à ſuis hoſtibus eximeret; vt hinc colligeremus nos quoque ad ſacramentum Euchariſtiæ dignè accedere, cùm parati ſumus ob fratrum amorem animas pro fratribus dare; & non huc ſpectauit etiam Chriſtus, cùm monuit vt nos eius paſſionis recordaremur: *Hoc*, inquit, *facite in meam commemorationem*, 1. Corinth. 11. verſ. 24. ac ſi diceret, quotieſcumque ad euchariſticam menſam acceditis, quid in cruce pro vobis pertulerim, cogitate, & ad paria ſubeunda pro fratribus, ſi neceſſe ſit, vos parare; nam hæc paſſionis Chriſti memoria præſtat, vt maiori veneratione ad hanc 437.

Euchariſtia reſpectu mortis quoque diſcrimen pro fratrum amore ſubeundū. 1.Cor.11.

menſam accedamus; & parati ſimus, ſi opus ſit, pro fratribus ſanguinem fundere, vitam dare; ſuccinit ſanctus Anſelmus hic: *In meam commemorationem, id eſt, in memoriam paſſionis meæ, vt pertractetis, & conſideretis, quàm dignam, & ſanctam, & humanæ ſalutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex eius conſideratione tantæ ſanctitatis cum maiori veneratione ſacram Euchariſtiam percipiatis, & imitari paſſionem meam deſideretis, vt ſi opus fuerit* PRO SALVTE FRATRVM MORI PARATI SITIS. Sic ille. Abſit ab hac mente, qui vix ab euchariſtico conuiuio diſceſſit, cùm in omnes ſe armat, in omnes ſæuit, linguam acuit, hos maledictis lacerat, hos contumeliis proſcindit, in omnes ſæuus.

S. Anſelm.

Animorum vnitas in euchariſticâ mēſâ vt commendata. S. Chryſ.

Animorum vnitatem in euchariſticâ menſâ ita commendabat ſanctus Chryſoſtomus hom. de proditione Iudæ in calce: *Sanctum oſculum teneamus quod animas ſociat, reconciliat mentes, & vnum corpus oſtendit. Quia vnum corpus omnes videmur eſſe ſortiti, & ideo miſceamus nos in vno corpore: non corporum commixtione, ſed animarum* CHARITATE DEVINCTI, *vt ſic diuinæ menſæ poſſimus fructibus ſociari. Nam etſi multis bonis conſcientys abundemus, reconciliatione contemptâ nullum poſſumus ſolatium promereri.*

438\. *Ordinata charitas in euchariſtica cella.* Cant. 2.

Sponſa tunc in ſe ordinatam fuiſſe charitatem teſtata eſt, cùm in cellam vinariam eſſet introducta; illius hæc ſunt verba in amoris Cantico cap. 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*; bonus ordo, nec myſterio vacuus; ordinata charitas etiam ad inimicos extenditur; qui igitur euchariſticum vinum deguſtauerit, etiam inimicis amicitiæ, & adfectus ſinum apetiat, amore omnes complectatur, nam in cellâ vinariâ euchariſticum notant conuiuium plerique Patres, & inter alios S. Gregorius Nyſſen. ſanctus Paſchaſius, & alij; de ordinatâ autem charitate ita diſſerit Guillelmus apud Delrium: *Hoc vino potatam ſponſus adhuc alio cumulauit beneficio, ne non vt oportet, amaret, docuit eam quomodo in primis* DEVM *diligere debeat:* PROXIMVM, *vt ſe ipſam: denique, & hoſtem eatenus, vt malum malo non rependatur, ſed cum iniuriâ beneficium commutetur.*

Guillelm.

Euchariſtia ſacramentum charitatis. S. Thom.

Adeò nexa charitas Euchariſtiæ ſacramento eſt, vt ſacramentum charitatis dicatur, ſicut Baptiſmus fidei, quod notabat etiam ſanctus Thom. 3. part. q. 73. art. 3. ad 3. *Sicut*, inquit, *Baptiſmus dicitur ſacramentum fidei, quæ eſt fundamentum ſpiritualis vitæ, ita Euchariſtia dicitur* SACRAMENTVM CHARITATIS, *quæ eſt vinculum perfectionis.*

Vnitatis amator ſit, qui ad euchariſticam menſam pergit. Cant. 5.

Vnitatis amator ſit, qui ad ſacram Euchariſtiam accedit, vnanimes, & vnicordes conuiuas menſa hæc quærit; in amoris Cantico cap. 5. hæc leguntur: *Comedite amici, & bibite*; plures alloquitur, inuitat multos, & tamen reſponſio eſt ſingularis, ſubditur enim: *Ego dormio, & cor meum vigilat*; indicat hæc numeri mutatio huius menſæ cultores tales eſſe debere, quales primi æui fideles, quorum erat cor vnum, & anima vna. Appoſitè Gillebertus Abb. ſerm. 42. in Cant. expendens hæc verba, & horum verborum nexum: *Tunc erat*, inquit, *generalis inuitatio, hæc eſt reſponſio quaſi ſingularis; ibi plures inuitantur, hic vnus reſpondit. Quid mirum ſi ad communem inuitationem reſponſum redditur ſingulare? Multi chariſſimi, ſed* OMNIVM EST COR VNVM, ET ANIMA VNA. *Amor vnit, & amor inebriat.*

Gilleb.

439\. In ſacrificio euchariſtico diſcimus concordiam; in eo quippe offertur ille, qui ſe ipſum morti tradidit, vt nos Patri reconciliaret, & ſibi. Præclarè ſanctus Chryſoſtomus hom. de proditione Iudæ; *Ad ſanctum*, inquit, *ac terribile ſacrificium properas, erubeſcis oblationis arcana, occiſus propoſitus Chriſtus eſt, & cur occiſus eſt videamus: vt cæleſtia pacificet, vt in terrâ* RECONCILIET VNIVERSA, *vt amicum te conſtituat Angelorum, vt Deo ſociet habenti omnium poteſtatem. Animam ſuam pro te Dominus dedit,* ET TV INIMICVS CONSERVO PERDVRAS, *& cum hoc animo ad menſam pacis accedis? Ille ne mori quidem pro tuâ vtilitate recuſauit, & tu nec iram tuam conſeruo pro tuâ liberatione concedis?*

In euchariſtico ſacrificio concordia dicitur. S. Chryſ.

Adeò panis huius eſus concordiam requirit, concordiam fouet, concordiam exigit, vt *concordiæ panis* iure ſit appellatus. Sanctus Thomas in catenâ in cap. 6. Ioan. *Litigabant ergo Iudæi; quia panem concordiæ non intelligebant, ad inuicem litigabant; qui autem manducant talem panem,* NON LITIGANT AD INVICEM, *ſed per hunc Deus facit* VNANIMES *in domo.* Concordiæ panem manducare non videtur, qui diſcordias ſerit, ſerit rixas; ſanctus quoque Auguſtinus tract. 26. in Ioan. hoc eodem titulo hunc eundem panem vocat, ea quo ſcilicet illud accepit ſanctus Thomas, ait enim: *Litigabant Iudæi, quia* PANEM CONCORDIÆ *non intelligebant, neque ſumere volebant*; odia igitur ponat, ponat ſimultates, qui concordiæ panem edit.

Concordia panis euchariſtici, nec contentiones amat. Ioan. 6. S. Thom.

Sacramentum iſtuc adeò concordiam fouet, & nutrit, vt conuiuas non tam concordes inter ſe reddat, quàm vnum; vt multorum corporum ſit anima vna, ſicut de priſci æui fidelibus ſcribitur, Act. 4. 32. Scitè ille, & verè: *Hoc diuinum ſacramentum tam miram perficit* VNIONEM *inter iuſtos, vt aliquando videatur illis quaſi connaturalis, ac ſi plura corpora eandem haberent animam, ſicut de primitiuis fidelibus ait Diuus Lucas, quòd eorum erat* COR VNVM, *&* ANIMA VNA; & ſanctus Cyprianus de Cœnâ Domini, de huius ſacramenti eſu, vsúque loquens, ait: *Quibus vnus eſt panis,* VNVM EST CORPVS, *& omnium* VNVM COR, *&* ANIMA VNA, *vni Chriſto adhærens.*

Concordes inter ſe conuiuas hoc conuiuiū reddit quin & vnum. Act. 4.

S. Cypr.

Multa grana, quibus panis conficitur, vnitatem commendant, animorum concordiam docent, quæ in illis eſſe debet, qui euchariſticæ menſæ conuiuæ ſunt; porrò grana contrita adeò in ſe vniuntur, vt vnum ab alio diſcriminari non poſſit, quo monemur, tantam inter fideles eſſe debere concordiam, vt vnus in alium immigrare videatur, multorúmque ſit anima vna, vnum cor, vt de priſcis æui fidelibus legimus. Acceſſiri huc poteſt Franco Abbas, qui tom. 10. de gratiâ Dei ita de his granis philoſophatur: *Ex multis granis panis efficitur, & ex multis acinis vinum exprimitur: in tantam namque vnionem grana contrita, conſperſa atque confracta conueniunt, & ita vnum omnia fiunt, vt granum à grano diſcernere nequeas: & quid cuius fuerit, non viſus, non tactus, non guſtus indicio deprehendere valeas. Aſperitate enim paleæ cribri iudicio diſcuſsâ ita in eandem ſpeciem, in eundem ſaporem, atque in eandem omnia tranſeunt lenitatem, vt nihil in ſpecie appareat diſſimile, nihil in guſtu ſibi ſapiat contrarium, nihil in tactu à ſe ipſo ſentiatur diuerſum. Si ergo ita* VNIVNTVR, *atque indiuidua fiunt, quæ de terrâ oriuntur, quanto magis ea, quæ de grano euangelico, & ſemine diuinæ benedictionis naſcuntur.*

440\. *Vnitatem, & grana frumēti commendant.*

Franco.

Denique ſacræ huius menſæ particeps concordiam ſeruet, pacem amet, amicitiā foueat, ignoſcat inimicis,

Ignoſcat inimicis, qui Chriſti myſterium, Euchariſtiā ſumit. Ioan. Pin. Ethol. 455.

inimicis, iniuriam inferentibus parcat; in Euchariſtiâ iubemur paſſionis Chriſti memoriam recolere; nimirum vt patientem Chriſtum imitemur, qui in Cruce pendens pro crucifixoribus orauit. Benè bonus ille auctor: *Ideo myſterium crucis in Euchariſtiâ redditur, vt diſcamus Chriſtum in cruce pendentem imitari, qui quidem veniam pro inimicis poſcit, vt nos eandem manſuetudinem animi ebibamus, & facilè veniam condonemus*; digna verba, quæ illorum mentibus inſideant, qui læſi adeò difficilè iniuriarum memoriam ponunt, & nunquam ſiſtunt, donec lædentes repercuſſerint.

EXCVRSVS XXXV.

Diſſidia, rixæ, odia ab euchariſtici Agni menſâ exulent.

Tam grande malum odium vt malum *abſolutè dicatur.*

Euchariſtia ruinæ cauſa Iudæ fuit, quum eam impacatâ *accepit* mente.

Bellorum inſtrumenta *Deus. in ſacris auerſatur.*

A ſanguinis fuſu *ſit alienus, qui Chriſti ſanguinem bibit.*

Iniurias *inſepeliat, qui euchariſtiæ menſæ aſſidet.*

Arma *non amet, non* bella, *qui Chriſtum excepturus eſt.*

Extra diſſidia *euchariſtica menſa.*

Amicitia, *quæ vltra pocula non ſe porrigat, non admodum probanda.*

Rixas *euchariſticum vinum exſiccat, & aufert.*

Animalia in primâ ætate carnes non comedebant ob pacem, *quæ in arcâ ſeruanda.*

A menſâ *aſcetæ arcebantur, donec odia poſuiſſent.*

441. *Tam grande malum odiũ, vt* malum *abſolutè dicatur.* Rom. 13. 10.

EXſint à fidelium mentibus rixæ, exſint odia, foueatur mutuis obſequiis charitas, amor nutriatur; tam grande malum odium eſt, vt *malum* abſolutè dicatur, ac inter cætera mala hoc eſſet grauius; ſic capiendus, & explicandus Apoſtolus cùm dixit ad Rom. 13. 10. *Dilectio proximi malum non operatur*; per malum lites, & ſimultates intelligit, quæ dilectionem euertunt, vt hac appellatione quàm diligenter cauendæ ſint tectè monemur. Aduocanda huc verba ſancti Valeriani hom. 12. vbi ait: *Audite Apoſtolum dicentem: Dilectio proximi malum non operatur. Vultis ſcire quod ſit iſtud* MALVM, *quod gratiam fraternæ dilectionis excludit? odia, rixæ, ſimultates, lites, æmulationes: quæ omnem curſum vitæ præſentis infamant.* hoc verò malum maximè cauendum, cùm omnis boni fons euchariſticus panis editur, qui impacatam mentem auerſatur.

S. Valer.

Euchariſtia ruina cauſa Iudæ fuit, quum eam impacatâ accepit mente. Ioan. 13. 18. S. Aug.

Vt multorum vitiorum peſte infectus Iudas fuerit, hoc tamen in eo præcipuè Chriſto diſpiicuit, quòd panem non amauerit, ſed odio arſerit in magiſtrum; hinc illud Ioan. 13. 18. *Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum ſuum*, tamquam ſæuus hoſtis; ſanctus Auguſtinus tract. 6. in Ioannem; *Num enim mala*, inquit, *erat buccella, quæ tradita eſt Iudæ à Domino? Abſit. Medium non daret venenum. Salutem medicus dedit; ſed indignè accipiendo ad iudicium accepit, quia* NON PACATVS *accepit.*

Pacem Deus amat, amat concordiam, bellorum inſtrumenta maximè aduerſatur, idque præcipuè in ſacris; ſolus Dauidis gladius in Domini tabernaculo poſitus legitur, ſed ex peculiari ratione, in memoriæ, ſcilicet, memoriam. Procopius in lib. 1. Regum: *Non erat fas in tabernaculo Domini arma bellica reponere; hic autem gladius erat in memoriam victoriæ, Deo donum, qui victoriam gratis contulerat.* *Bellorum inſtrumenta Deus in ſacris auerſatur.* Procop.

A ſanguinis fuſu alienus eſſe debet; qui Chriſti ſanguinem ſumere in euchariſtico calice cogitat; à diſcordiarum, litigiorúmque tumultibus ſit liber, qui euchariſticæ menſæ in Dei templo adſidet. Dauid licèt alioquin ſanctus, innocénſque inhibitus eſt Templum Deo erigere, quia ſanguinem fuderat; vt orationem Deo fuſuri in Dei templo à cæde hoc exemplo auocarentur. Procopius in lib. 2. Reg. 7. *Domum orationis conſtruere Deus Dauidi non permiſit, docens humanitatem omnet, quotquot hoc in loco Deum erant inuocaturi; nam qui vident Prophetam non concedere Dauidi propter cædes, quantumuis iuſtas, vt Deo ædificet,* PVRAS MANVS A SANGVINE *habere docentur.* Iuſtiùs hæc ad euchariſticarum epularum eſum flectantur, in quibus alienior à cædibus, à rixis, diſcordiiſque recumbentis animus eſſe debet. 442. *A ſanguinis fuſu ſit alienus, qui Chriſti ſanguinem bibit.* Procop.

Iniurias omnes inſepeliat, omnibus ignoſcat, qui euchariſticæ menſæ adſidet; vniuersè conuiuium omne abſtergere à conuiuantium mentibus vindictæ maculas debet, cur non iuſtiùs euchariſticum debeat? de Ioſepho ad conuiuium fratribus ignoſcente ita ſcribit Petrus Cellenſis tract. de panibus cap. 1. *Vbique gratioſus Ioſeph; ſed in conuiuio magis, multóque ampliùs iucundus: in conuiuio etiam venditoribus non negat, negatam ſibi germanitatem: in* CONVIVIO NON RETINET INIVRIAM, *extendit munificentiam: in conuiuio iuxta ſcripturam cibando inimicum, extinguit inuidiam, & ſanat maleuolentiam.* *Iniurias inſepeliat, qui euchariſtiæ menſæ aſſidet.* Petr. Cell.

Euchariſticæ menſæ particeps arma non amet; non pugnas, non diſſidia; cecidit manna, ſed in caſtrorum circuitu, non in caſtra; quid? Centurio ipſe excepturus Chriſtum, cùm ad eius ſe domum Chriſtus inuitaret, ait: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*, Matth. 8. cur indignum ſe dixit, qui Chriſtum reciperet? quia pugnis, & bello addictus cum pacis amatore non cohæret; ſic illum loquentem adducit Origenes hom. 5. in diuerſos: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, alienigena ſum, gentilis miles* GLADIO ACCINCTVS, SANGVINEM FVNDENS, *ad prælium exiens, & ob id non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* *Arma non amet, non bella, qui Chriſtum excepturus eſt.* Matth. 8. Orig.

Exeſſe à diſſidiis euchariſtica menſa debet, non patitur ſciſſuras Angelicus panis; vindemiæ, & meſſis tempore olim cauſarum litigia actitari prohibebantur; rem his verbis habet ſanctus Petrus Damianus opuſc. 41. cap. 2. *Cùm legibus*, inquit, *cautum ſit, vt tempore meſſium, vel vindemiarum nequaquam cauſarum litigia ventilentur, ne* FORENSIA NEGOTIA *dirimantur, & temporum ratio fert, vt quidquid tunc in tribunalibus iudicum definitur, irritum cenſeatur*; quomodo eſt, ne à colligendo frumento, & vino homines auocarentur, litigia inhibebantur. 443. *Extra diſſidia euchariſtica menſa.* S. Petr. Dam.

cur non poriori iure lites omnes, omnes contentiones rollantur ab euchariſtieâ menſâ, cùm deceat id diligentiùs in hoc ſacramento fieri, quod factum in remotâ Euchariſtiæ materiâ.

Amicitia, quæ vltra pocula nõ ſe porrigat, non admodum probanda.
S.Greg Naz.

Amicitiam gignunt pocula, fouent calices amorem, ſed ſi vlterius non porrigatur affectus vt non magnâ laude dignus, ſic nec maximè probandus. Scitè ſanctus Gregorius Nazianzenus epiſt. 160. *Illud Theognidis*, inquit, *probo, qui cùm eam amicitiam, quæ vltra pocula, & ſocietatem minimè ſe porrigit, haudquaquam laudet; eam contrà, quæ in rebus elucet laudibus vehit, his verbis vtens.*

Ad CALICES *multi ſe profitentur amicos,*
Rebus at in dubijs rarus AMICVS *erit.*

Quàm ergo notâ digni, qui nec inter euchariſticos calices amicitiam amant, concordiam colunt, ſed diſſidia nutriunt, odia excitant!

Rixas euchariſticum exſiccat, & aufert.
Ludov. Pon. lib. 4 eth. 8.

444. Vinum ex terrenâ vite expreſſum rixas, contentioneſque excitare ſolet, diſcordias ſeminare; at euchariſticum RIXAS *non niſi contra peccata concitat, cum alijs potius pacem conciliat, & magnam efficit concordiam*; ait pius ille auctor.

Animalia in primâ ætate carnes non comedebãt ob pacem, quæ in arca ſeruanda.
Abul.

Quæri ſolet cur noluerit Deus animalibus carnem aſſignare in cibum, cùm fuère ab illo condita; obſeruo id factum vt in arcâ pacem inter ſe haberent. Scitè Abulenſis in Gen. 13. quæſt. 277. *Cur,* inquit, *Deus fecit, quòd animalia non comederent carnes in primâ ætate? Ratio principalis, atque vera videtur eſſe propter habitationem in arcâ; vt* POSSET ESSE PAX *debuit ſic fieri, quòd vnum animal non eſſet cibus alterius*; contrà in Euchariſtiâ, caro nobis exhibetur ad pacem nutriendam.

A mẽſâ aſcetæ arcebantur, donec odium poſuiſſent.
S. Ioan. Clim.

Qui violatâ pace, atque concordiâ in gratiam redire nolebant, nec reconciliationis ſinu excipi, olim apud probatos Aſcetas, à menſâ arcebantur donec odia ponerent: meminit huius ritûs ſanctus Ioannes Climacus ſuâ ſcalâ grad. 4. dum ait: *Quos ſi iniuriarum memores ſenſiſſet, congreſſum illorum, & impetum illi, qui proximas ab Abbate partes adminiſtrabat, ſignificauit, & ante Solis occaſum illos inter ſe componebat. Quòd ſi duriores medicinam non admitterent, neque reconciliari ſe paterentur,* AB MENSA TANTISPER ARCEBANTVR QVOAD POSITIS ODIIS AMICITIAM REDINGRARENT, *aut omnino è contubernio ſodalitatus eliminabantur.* Quàm iuſtius ab euchariſticâ menſâ amoueatur, qui rixas, & odia nata excitat, & nata non aufert?

EXCVRSVS XXXVI.

Qui euchariſtici Agni carnibus veſcitur, beneficentiæ memor ſit, pauperibus ſuccurrat.

Commutatio *conuiuarum effici non poterat, niſi agnus adhuc viueret.*

Miſericordia *in pauperes in agni eſu vt commendetur.*

Regium in benefaciendo animum *circumferat, qui euchariſticum panem edit.*

Beneficentia *euchariſticam menſam comitetur.*

Inuento theſauro in Agno euchariſtico, cætera facilè diſpertienda.

Pauperes *in defunctorum commemorationem conuocabantur.*

In euchariſticâ menſâ, *in qua mortis Chriſti commemoratio fit,* pauperes *vocandi.*

Qui à Chriſto paſcitur, & Chriſto nutritur, pauperes paſcat, *& nutriat.*

Pauperes *non deſpiciat Euchariſtiæ cultor.*

Miſericors *euchariſticam eſcam exhibet, vt nos quoque miſericordes ſimus.*

Qui tanta in vitâ iſtâ dedit, quid in aliâ ſuis *Deus ſeruauerit.*

Qui Chriſtum excipit, in pauperes *ſit miſericors.*

Miſericors in pauperes *ſit, qui à Deo impetrare miſericordiam vult.*

Quàm ingentia bona *in euchariſticâ menſâ nobis exhibentur.*

Facultates temporales *derelinquendæ i neuchariſticâ menſâ.*

Conuiuas noui Teſtamenti maior ſoliditas *comitetur, quàm Iudæos.*

IVbebatur, qui paſchalem parabat agnum, ſi quidem in domo eius tot non aderant, qui totius agni eſui eſſent pares, vicinos aduocare; ſic enim ſcribitur Exod. 12. v. 4. *Sin autem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum*; ex Hebræorum autem mente, vt hoc obiter notem, cùm computati eſſent qui comedere agnum debebant, nemo ſe inde eximere, nec nouus aliquis adiici poterat, niſi agnus adhuc viueret; nam agno iam mactato id ex Hebræorum mente non licebat; ita docet Midraſch, cuius verba referuntur in Raſſi-chatan. ſed ad vtiliora pergamus, nam eò nos verba producta vocant. 445.

Commutatio conuiuarum effici non poterat niſi agnus adhuc viueret.
Hebr.

Quòd conuocandus vicinus eſſet, ſuam habet moralem cauſam, & inter alias hæc fuit, vt beneficentiæ memores eſſent; ſic Theodoretus hîc, *Aſſumant*, inquit, *vicinum, hoc præcepit Deus, vt* ERGA PAVPERES MISERCORDIAM *illos doceret.*

Miſericordia in pauperes in agni eſu vt commẽdetur.
Theod.

Sed iuſtiùs fieri in euchariſticâ menſâ debet, vt pauperum non obliuiſcamur, ſed eis quantum facultas patitur, opem feramus; ſuas hîc diuitias exhibet Chriſtus, vt diues potiſſimum dicatur cùm panem euchariſticum offert; cur ergo & nos benefici non ſimus? Gen. 49. de Aſer: *Aſer pinguis panis eſius, & præbebit delitias.* S. Ambroſius de benedictione Patriarcharum cap. 9. hunc locum ſic extulit: *Aſer pinguis panis eius, & ipſe dat eſcam Principibus*; addit; *Aſer interpretatione latinâ ſignificat* DIVITIAS; *quis diues, niſi Dominus Ieſus?* & diuitem ſe prodidit cùm panem exhibuit. Sed quibus? Regibus, Principibus; quorum propria beneficentia eſt, vt ab eâ benefici vocentur. Et non & pauperibus datur hic panis? datur; ſed regiam mentem, regiámque munificentiam adeò induunt hîc pauperes, vt Reges, Principéſque dici poſſint, parati ſi haberent magna tribuere.

Regium in benefaciendo animum circumferat qui euchariſticum panem edit.
Gen. 49.
S. Ambr.

Magnus Euchariſtiæ, & beneficentiæ nexus eſt, adeò vt Apoſtolus 1. Cor. 11. de beneficentiâ diuitum in pauperes agens, ſermonem de ſacrâ Euchariſtiâ inſeruerit, indicans beneficentiam euchariſticam comitari debere; id quod vrget hîc ſanctus Chryſoſtomus: *Quaſi dicat*, inquit, *tuus Dominus omnes eadem menſâ eſt dignatus, licèt ea eſſet valde reuerenda, & longè omnium ſuperaret dignitatem! Tu autem eos hac tuâ paruâ, & vili indignos exiſtimas.* 446.

Beneficentia euchariſticam mẽſam comitetur.
1. Cor. 11.
S. Chryſoſt.

Theſaurum

Inuento theſauro in agro euchariſtico cætera facilè diſpertienda.

Theſaurum in Euchariſtia repetimus; cur ergo tanto theſauro reperto, omnia non relinquimus, omnia non contemnimus præ iſto? Euthycus Sabinus pranſus cùm eſſet conuerſus ad vxorem; Neſcio quid, inquit, boni mihi præſagit animus; atque è veſtigio cùm Romam properaret iter ingreſſus cùm de æſtu, déque itinere feſſus ſub arborem conſediſſet, animaduertit vetus ædificium, quod erat ſecundùm viam, paulò antè corruiſſe, factúſque ruinæ propior in ſcriniolum incidit argento plenum. ſic ferè Pontanus lib. 2. de fortuna cap. 12. itaque poſt menſam theſaurum reperit, nos etiam in ipſa, & in cœleſti cœleſtem, in ſpiritali ſpiritalem; cui ergo alia quælibet non diſpertiamus præ gaudio inuenti theſauri tam magni? non ſecus ac ille in Euangelio, qui inuento theſauro in agro *vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.*

Matth. 13. 44.

Idem hîc præſtetur: ingens in eucharistica menſa theſaurus eſt; vbi inuenerimus, omnia relinquere, aut certè pauperibus diſtribuere quæramus. Opportunè hîc aſſerenda ſancti Paſchaſij Radberti verba, qui lib. de corpor. & ſang. Domini c. 12. ad hoc, quod diximus, reſpiciens, ait: *In agro corporis Chriſti theſaurus abſconditus vernat floribus immarceſcibilibus, & redolet ſuauitate odoris; quem qui inuenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum iſtum. De quo ſanè agro panis vitæ, id eſt, carnis, & potus ſanguinis credentibus quotidie exuberat, & à fidelibus meſſuerat.* Felix qui hunc theſaurum quærit, felicior qui inuenit, & inuento omnia negligit præ iſto, omnia contemnit, & libens omnia demittit, vt illo potiatur.

S. Paſch.

447. Olim cùm defuncti fratris frater ſuperſtes commemorationem faceret, vel pater filij, ſolebat pauperes conuocare, & eleemoſynam illis elargiri; nos quoque in Euchariſtia defuncti Domini commemorationem agimus; ait enim ipſe apud Paulum 1. Cor. 11. *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine; hoc facite in meam commemorationem;* ergo hîc quoque conuocandi pauperes, diſtribuendæ opes. Feſtiuè ſanctus Chryſoſtomus hom. 28. vbi antiqui ritûs ita meminit, vt à ritu hoc monitum exſculpat, ait enim: *Commemorationem Chriſti facis, & pauperes deſpicis, nec horreſcis? ſed ſi filij, vel fratris defuncti facis commemorationem, terrore concuteris conſcientiæ, niſi conſuetudinem impleres, & pauperes conuocares; cùm autem Domini tui meminiſti, ne quidem menſam communicas;* quæ verba vtinam & noſtro æuo non conuenirent; quin tantum abeſt vt pauperes conuocemus, vt vltrò adeuntes reiiciamus; & non ſemel eorum ſanguinem quis auaritiâ bibat, poſtquam à menſa diſceſſerit, in qua Chriſti ſanguinem ebiberat.

Pauperes in defunctorum commemorationem conuocabantur.

S. Chryſ.

In euchariſtica menſa in qua mortis Chriſti commemoratio fit, pauperes vocandi.

Idem.

Igitur qui euchariſticæ menſæ adſidet, vicinos conuocet, pauperibus eroget, quantum poteſt, dúmque cogitat ſe à Chriſto tali cibo paſtum, communibus epulis pauperes paſcere non dedignetur. Olim duodecim panes ſuper menſam iugiter ab Hebræis exponebantur, quæ ob id *panes propoſitionis* dicebantur, iugis conuiuij ſignificatione, & forma, hi panes ita euchariſticam menſam referebant, vt ſimul etiam monerent Iudæis vt perpetuum Deo in pauperes eleemoſynam offerrent, vt ſicut à Deo iugiter paſcebantur, ſic ipſi viciſſim pauperes paſcerent, & nutrirent.

Qui à Chriſto paſcitur, & Chriſto nutritur, pauperes paſcat, & nutriat.

448. Demum, qui ad ſacrum Altare accedit, recolat ab eodem dictum, *hoc eſt corpus meum*, &, *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*; altaris pulchritudo nobis curæ ſit, ſed interim non negligatur pauper, non reiiciatur. Sanctus Chryſoſtomus ſic eos alloquitur, qui Chriſti altaria pulchris tapetibus ditabant, hom. 51. ad pop. *Vis Chriſti corpus honorare? ne nudum eum deſpicias, ne eum hic quidem ſericis honores veſtibus, extra verò gelu, & nuditate pereuntem contemnas; qui namque dixit, hoc eſt corpus meum, & verbum facto confirmauit, hic & dixit: eſurientem me vidiſtis, & non paviſtis me, & in quantum non feciſtis huic ex minimis, mihi non feciſtis*; quid hîc illi, qui nec altaria veſtiunt, nec pauperes; veſtiunt? ſpoliant potiùs, & illa & hos vellent ſi poſſent, plerumque volunt, quia non poſſunt.

Pauperes non deſpiciat Euchariſtia cultor.

S. Chryſ.

Euchariſticam hanc menſam Dominum hominibus daturum cogitans Propheta Regius aiebat, Pſalmo 110. *Miſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe*; non alio titulo erat inſigniendus, quàm miſericordis, miſeratoris, *nemo talem eſcam daret*, inquit hîc ſanctus Auguſtinus, *niſi miſericors & miſerator Dominus*; omnipotentis titulum omiſit, qui miſericors audit, vt eſcæ huius participes miſericordes in pauperes eſſent.

Miſericors euchariſticam eſcam exhibet, vt nos quoque miſericordes ſimus.

Pſalm. 110.

S. Aug.

Porrò cùm tanta bona hîc iuſtificandis peccatoribus Deus dederit, quid in alia vita daturus gloria donandis ſit, colligat, qui poteſt. Sanctus Auguſtinus citatus ita rem expendebat: *Miſericors & miſerator Dominus eſcam daret timentibus ſe? eſcam quæ non corrumpitur, panem qui de cœlo deſcendit, quem nullis meritis dedit. Etenim Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Nemo ergo talem eſcam daret, niſi miſericors, & miſerator Dominus. Quod ſi tantum dedit huic vitæ, ſi Verbum carnem factum peccator iuſtificandus accepit, quid in futuro ſæculo glorificatus accipiet.*

Qui tanta in vita illa dedit, quid in alia ſuis Deus ſeruauerit.

S. Aug.

De Zachæo Chriſti hoſpitio nobilitato, ait ſanctus Lucas cap. 19. *Excipit illum gaudens.* quid ab hac Chriſti receptione boni natum, quid ab hoc gaudio? quem fructum protulit Chriſtum recipiens? ſtatim miſericors effectus Zachæus eſt, & in pauperes liberalis. *Ecce*, inquit, *dimidium bonorum meorum do pauperibus*; exuerit ante miſericordiæ viſcera egenorum oblitus, induit recipiens Chriſtum; *vt primùm, Chriſtum Dominum non citra gaudium in domum excepit, ſtatim effectus eſt miſericors, ſtatim ſtudioſus pauperum curator*; miſericordiam eius menti affricauit miſericordis Domini præſentia; quàm liberalis, quàm in pauperes effuſus eſſe deberet, qui Chriſtum non murorum, & parietum ambitu excipit, ſed mentis ſinu, ſed pectoris domicilio, quod in ſacra Euchariſtia fit? 449.

Qui Chriſtum excipit in pauperes ſit miſericors.

Luc. 19.

Viſcera miſericordiæ induenda nobis ſunt, prodenda in pauperes beneficentia; denique humanitatem ſuam homo ad Deum prodat, vt Dei quantum capax eſt diuinitate donetur, quod egregiè explicat ſanctus Auguſtinus ſerm. 19. ex 40. qui nuper exierunt: *Si vis*, inquit, *impetrare miſericordiam Dei, eſto miſericors; ſi tu negas homini, cùm homo ſis, humanitatem, negabit tibi Deus & diuinitatem, hoc eſt, incorruptionem immortalitatis, qua nos facit Deus.*

Miſericors in pauperes ſit, qui à Deo impetrare miſericordiam vult.

S. Aug.

Ingentia bona in vno hoc ſacramento latent, latent omnium bonorum theſauri; vt hinc quiſque haurire poſſit, quo indiget. Aptè de hac re ſanctus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia: *Hoc ſacramentum frequentatur in Eccleſia, vt inſit gratiam, peccantibus veniam, debilibus robur, lætitiam mœſtis, diligentibus exultationem, nutantibus ſpem, credentibus pacem, victoriam certantibus, captiuis*

Quàm ingentia bona in euchariſtica menſa nobis exhibentur.

S. Laur. Iuſt.

 libertatem,

libertatem, atque defunctis conferat requiem. In ipſo autem theſauri reperiuntur plurimi, munera copioſa, ſpirituales deliciæ, mirabilia maxima, ſacra myſteria, Dei, hominiſque perſona. Cùm ergo in nos tam beneficus hîc Chriſtus ſit, cur nos eius amore in pauperes non ſimus?

450\. Vt vbique calcandæ diuitiæ ſint, vbique contemnendæ, id tamen maximè præſtandum in euchariſticâ menſâ; huc flecti poteſt quod habet B. Rabanus Maurus lib. 5. in Matth. cap. 15. expendens illa verba: *Præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram*, Matth. 15. v. 35. qui tamen antea iuſſerat vt ſuper fœnum diſcumberent, hoc verborum diſcrimine ſic ille verſat: *Et præcepit turbæ vt diſcumberet ſuper terram. Supra in refectione quinque panum, turba ſuper fœnum viride diſcumbebat, nunc vbi ſeptem panibus reficienda eſt, ſupra terram diſcumbere præcipitur. Quia per ſcripturam legis, carnis deſideria calcare & iubemur comprimere: Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos fœni. In nouo autem Teſtamento ipſam quoque terram ac facultates temporales derelinquere præcipimur.* Quod maximè præſtandum, cùm euchariſtico pane veſcimur. Pergit, & rem aliter verſat in hunc modum: *Vel certè, quia mons in quo turba Dominicis panibus reficiebatur, altitudinem, vt ſuprà diximus, Redemptoris noſtri ſignificat. Ibi ſuper fœnum, hîc ſuper terram reficitur; ibi enim celſitudo Chriſti propter carnales homines, & Hieruſalem terrenam carnali ſpe, & deſiderio tegitur. Hîc autem remotâ omni cupiditate carnali conuiuas noui Teſtamenti ſpei permanentis firmamentum tanquam ipſius montis ſoliditas nullo fœno interpoſito continebat.*

Facultates temporales derelinquendæ in euchariſticâ menſâ.
Matth. 15. 35.
B. Rab.

Conuiuas noui Teſtamenti maior ſoliditas continetur, quàm Iudæos.
Idem.

EXCVRSVS XXXVII.

Circumciſis, & purgatis Agnus euchariſticus exhibetur.

Purgatis, & circumciſis *euchariſticus Agnus exhibetur.*

Carnes agni non circumciſo *exhibens ipſe cum edente verberabatur.*

Pater filium *non circumcidens, aut* ſeruum, *ex agno edere non poterat.*

Baptiſmalis innocentia *ad euchariſticam menſam eſſet deferenda.*

Magno mentis apparatu *excipiendum Chriſti corpus.*

Quàm graue piaculum incircumcisâ mente *Chriſtum excipere.*

Eorum præcipuè peccata *notat Chriſtus, qui ad* Altare *impuri veniunt.*

Peccata *in euchariſtica menſa* numerantur.

In ſacris etiam mundus *ſi Deo approximat* immundum *ſe videt.*

451\. NOn promiſcuè omnibus agni carnes comedere fas erat, ſed dumtaxat circumciſis; ſic enim lege præcipitur Exod. cap. 12. Quæ res ſi ad euchariſticum Agnum transferatur, indicat, ſolis purgatis, & indulgentiæ lauacro ablutis percipiendi Chriſti corporis facultatem dare; quod eleganter notat ſanctus Auguſtinus, ſiue alius ſub eius nomine lib. 21. ſententiarum ſent. 2. de agni figuris; vbi hæc habet in hanc rem: *Non niſi circumciſis dabatur*, PVRGATIS *enim ſolis, & lauacro indulgentiæ cæleſtis expiatis percipiendi Chriſti corporis ſacrati cibi facultas porrigitur*; negatur incircumciſis, & pollutis, negatur immundis.

Purgatis, & circumciſis euchariſticus agnus exhibetur.
Exod. 12.
S. Aug.

Qui agni carnes non circumciſo exhibuiſſet edendas, & ipſe, & edens verberibus ſubiiciebatur; & triginta nouem ictibus culpam ſuam expiabat; ita tradit R. Moſes Ægyptius tract. de agno paſchali *perech* 9. & poſt eum alij, alij ante eum.

Carnes agni non circumciſo exhibens ipſe cum edente verberabatur.
R. Moſ.

Præterea Pater, qui filium, vel ſeruum circumcidendum haberet, eo tempore, quo agnus comedendus erat, cùm opportunum circumciſionis tempus aduenisſet, ex agno edere non poterat, non poterat filius, non poterat ſeruus; quod idem auctor eodem loco.

Pater filium non circumcidens, aut ſeruum ex agno edere non poterat.
Idem.

452\. Porrò ſicut circumciſio Baptiſmi figuram referebat, ita & hic Baptiſmi charactere inſignitus eſſe debet, quin & baptiſmalem, ſi fieri poſſet, innocentiam habere, qui Euchariſtiæ agni carnibus veſcitur, & veſtem in quâ quis renatus nuptialem induere. Accerſenda huc ſunt ſancti Paſchaſij verba, qui in prologo ad librum de corpore, & ſanguine Domini, ita ſcribit: *Quotienſcumque recumbis, inter Angelorum frequentiam admiſceris. Vbi ſponſus, & ſponſa dulcibus deliciarum fruuntur muneribus, & Rex totius creaturæ quotidie ingreditur, vt videat diſcumbentes*, SI VESTEM, IN QVA RENATI SVNT, HABEANT NVPTIALEM. Quòd ſi veſtis hæc iam amiſſa eſt per culpam, ſaltem per pœnitentiam, quantum fieri poteſt, reparetur.

Baptiſmalis innocentia ad euchariſticam menſam eſſet deferenda.
S. Paſch.

Vitæ ſanctitatem, humilitatem, cæteráſque virtutes ſecum deferat, qui ad euchariſticam menſam pergit; appoſitè ſanctus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 4. *Quod ordinatum eſt ſanctè, ſanctificatus accipe, vt ſanctificeris adhuc. Numquam qualis ſis, obliuiſcaris, ne tuæ infirmitatis immemor elatâ cordis ceruice diuina ſuſcipias. Optimum etenim ſuſceptionis remedium mentis humilitatem fore non dubites. Eo namque ad Euchariſtiam percipiendam eris dignior, quò corde humilior, mente mundior,* DILECTIONE FERVENTIOR, VIRTVTIBVS SOLICITIOR, ET VITA INVENTVS FVERIS SANCTIOR.

Magno mentis apparatu excipiendum Chriſti corpus.
B. Laur. Iuſt.

453\. Quàm graue piaculum ſit incircumcisâ mente Chriſti corpus percipere, in hunc modum explicat ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum Antiochenum: *Si Regiam contaminantes purpuram ſimiliter punientur, ſicut & diſcindentes: non eſt vero diſſimile Domini corpus* IMPVRA MENTE *ſuſcipientes eandem ſubire vindictam cum his, qui clauis ipſum diſciderunt.*

Quàm graue piaculum incircumciſa mente Chriſtum excipere.
S. Chryſ.

Omnia peccata punit Chriſtus, nulla impunita relinquit, ſed grauiores ſubibit pœnas, qui diuinis beneficiis dignatus, & præſertim hoc adeò ſingulari, quo nobis Chriſti corpus in cibum, & ſanguis in potum porrigitur, peccare non ceſſat. Plerique obſeruauère, quod populi Hebraici peccata, quæ in deſerto commiſit, grauiùs à Deo plectantur, fame ſcilicet, & morte, in terrâ promiſſionis leniùs puniebat, ignoſcebat faciliùs, cur ita factum? quæ huius diuerſitatis ratio? An quia in deſerto manna e cœlo demiſit, maioribúſque beneficiis populum cumulauit? grauiùs puniri debet, qui Dei beneficiis ſceleribus reſpondet: ſæuiret in donorum ſuorum contemptores, eos præſertim qui cœleſti paſcuntur mannâ, & terrenis inhiant, peccatorum omnium pondere grauantur. Hinc eſt, quod

Eorum præcipuè peccata notat Chriſtus qui ad altare impuri veniunt.

quod cùm Dominus peccata Ieruſalem,& abominationes, quæ fiebant in Templo, puniturus viſus fuerit, inter ſex viros habens atramentarium ſcriptoris ad renes ſuos, ſic enim refert Ezechiel ſe
Ezech 9.
vidiſſe cap. 9. v. 2. *Ecce ſex viri veniebant de viâ portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem, & vniuſcuiuſque vas interitûs in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes eius; & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æreum.*

Non ab re templum ingreſſurus ſcriptoris atramentarium habuiſſe legitur, vt omnium peccata notaret, & peccatores à iuſtis abiungeret, & ſecerneret: alibi patiatur malos bonis commiſceri; cùm de Altari agitur eos ſegregat, ne aliquis indignus
S.Paſch.
præſumat accedere. Pulchrè ſanctus Paſchaſius lib. de corp. & ſang. Domini cap. 8. *Ingreſſi*, inquit, *iuxta altare æneum, quod erat in atrio Templi, per quod nimirum præſens altare, quo cibum vitæ, & ſtipendium militiæ noſtræ ſumimus, manifeſtiſſimè deſignatur. Virum qui erat indutus lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis, Chriſtum intelligimus veſtitum in habitu Pontificis, & habet atramentarium ad renes ſuos, vt* OMNIVM PECCATA DESCRIBAT, *& Sanctorum à peccatoribus numerum ſegreget, maximè dum ad Altare veniunt.* Hæc ſanctus Paſchaſius.

454. Mulier quæ Eliam hoſpitio receperat, ad tanti viri præſentiam peccata ſua rememorata putabat,
Peccata in euchariſtica menſa numerantur.
vnde ait: *Quid mihi, & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorentur peccata mea*, 3. Reg. 17. Ad
3.Reg. 17.
nos non Dei vir, & Propheta, ſed Dei Filius Prophetarum Dominus ingreditur, qui non expaueſcat, & diligentiſſime ſua peccata numerari cogitet?

In ſacris etiã mũdus ſi Deo approximet immũdum ſe videt.
Nemo ita mundus ſit, qui ſe non expiet; alioquin nimis immundus eſſet, qui ſe mundum putaret, dum ſanctarum epularum particeps fit; expendo hîc illud, quod Num. 19. v. 9. habetur: *Colliget vir mundus cineres vaccæ, cùmque lauerit qui vaccæ*
Num. 19. 9.
portauerat cineres, veſtimenta ſua, & corpus, immundus erit vſque ad veſperum. Ita qui mundus acceſſerat, immundus fit? An cultum Deo exhibere quempiam inficit, inquinátque? Quid hoc ſibi
Rodulph.
vult? myſterium ediſſerit Rodulphus hîc, dum ait: *Omnis qui ſancta tractat, non exinde polluitur,* SED QVIA SE MVNDVM REPVTAT CVM DEO APPROXIMET, INTER IMMVNDOS, ET SVPERBOS IPSE REPVTATVR; quod maximè in euchariſticâ menſâ, quæ ſummam munditiem exigit, locum habet, immundus quippe maximè eſt, qui ſe exiſtimat mundum, & indignus eſt, qui ſe putat dignum eſſe.

CAPVT XXXIX.

De Paſchatis cultu quoad Hebræos.

De ritibus Paſchæ triginta dies *antè tractare iubentur Iudæi.*

A cœnâ Domini vſque ad Paſcha per forum, & plateam *deambulare Iudæis interdictum.*

Apium *ad cœnam Paſchatis Iudæi adhibent.*

Ab aſſi agni *carnibus cur Hebræi in Paſchate* nunc abſtineant.

Bibendi ritus *in primis diebus Paſchatis apud Iudæos.*

Ouum, *&* lactucas *apponunt menſæ in duobus diebus Paſchatis.*

Azymorum *numerus, & nomen in Paſchate.*

Sabbatum magnum *cur dictum illud, quod Paſcha antecedit.*

Cautio Iudæorum in emendis carnibus *tempore Paſchatis.*

In vigiliâ Paſchatis *cur* primogeniti *apud Iudæos ieiunent.*

In vigiliâ Paſchatis ieiunium ſolui *non poterat ante noctis initium.*

DE Paſchatis feſto pluribus in Schediaſmatis ſacro-prophanis egi; hîc nonnulla adiiciam, quæ apud Hebræos in vſu, quæ non adeò diſſita ab argumento, quod verſamus, vt tamquam coactè huc aduocata reiicienda omnino ſint. 455.

Triginta dies ante feſtum Paſchæ incipiunt Iudæi de Paſchæ ritibus agere, vt omnes de iis erudiantur, quæ illis diebus ſeruanda שלחן ערוך tract. de Paſchate hæc habentur: *Agitur de rebus, & ritibus Paſchæ triginta antè diebus.*
De ritibus Paſchæ triginta dies antè tractare iubentur Iudæi.
Hebr.

Olim Iudæis interdictum reperio ne à cœnâ Domini vſque in primum Paſchæ per plateas, aut forum deambularent. Childebertus Rex Francorum, vt habetur in Concilio Meldenſi, ita ſtatuit: *Iudæis à cœnâ Domini vſque in primum Paſcha per plateam, aut forum, quaſi inſultationis causâ deambulandi licentia denegetur.*
A cœna Domini vſque ad Paſcha per forum, & plateam deambulare Iudæis interdictum.
Childeb.

Ad cœnam in duobus diebus Paſchatis apium inter alia adhibent Hebræi, quod aceto immiſcere ſolent, hac vti formula illud comedentes: *Benedictus eſto tu Dominus Deus noſter Rex mundi creator, & productor fructuum terræ.*
Apium ad cœnam Paſchatis Iudæi adhibent.

In feſto Paſchatis abſtinent nunc Iudæi ab aſſis agni carnibus, ne ſcilicet ſacrificium offerre viderentur. In שלחן ערוך tract. de Paſchate ita ſcribitur: *Omni in loco prohibitum edere agnum aſſum.* Addunt nec licere eo tempore aliorum animalium carnibus aſſatis veſci in locis, vbi vſus non permittit.
Ab aſſi agni carnibus cur Hebræi in Paſchate nunc abſtineant.
Hebr.

In primis diebus Paſchatis Hebræi cùm ad cœnam recumbunt, licèt pluries ſiccare calices illis liceat, quod inter edendum fit quatuor vices præter alias bibunt, quatuor benedictiones, eáſque peculiares calici impertientes; tenentur autem ſinguli ex ſuo bibere, aut quidpiam vini deguſtare; poſt quartum autem calicem non licet amplius vinum bibere, ſed tantùm aquam; ſic in producto libro tract. de Paſchate, vbi hæc habentur: *Poſt quatuor calices non licet vinum bibere, ſed aquam duntaxat.* 456.
Bibendi ritus in primis diebus Paſchatis apud Iudæos.

In caniſtro imponunt Hebræi duobus diebus Paſchæ dum cœnaturi ſunt, tres azymos, herbam amaram, vt endiuiam, lactucam apium, & vnicum ouum; ſic in eodem libro tract. de Paſchate.
Ouum, & lactucas apponunt menſæ in duobus diebus Paſchatis.

In primis duobus Paſchatis Hebræi ad cœnam apponunt tres azymos in caniſtro, aut alio vaſe vni qui ſupremus azymo nomen imponunt כהן *cohen*; alteri qui in medio לוי *leui*, tertio, qui in imo ישראל *Iſraël*, quos ſigno aliquo etiam dum conficiuntur ſolent diſtinguere; tres itidem apponunt die ſecundâ Paſchæ ad cœnam eiſdem nominibus inſignitos, dum hi azymi fiunt, & ſeptimum formant, vt ſupplere poſſit, ſi aliquis ex ſex frangeretur, hunc autem vocant שומשום
Azymorũ numerus, & nomen in Paſchate.

tumum;

tumtum; quæ vox hermaphroditum ſignificat, quia ſcilicet hic neuter illorum eſt.

Sabbatũ magnum, cur dictum illud, quod Paſcha antecedit.

Sabbatum ante Paſcha גדול *magnum* vocant, rem & cauſam habes in שלחן ערוך tract. de Paſchate io hæc verba: *Sabbatum quod Paſcha antecedit, vocatur* שבת הגדול *Sabbatum magnum propter miraculum, quod in eo peractum eſt.* hoc autem miraculum fuit, quòd Hebræi agnum domi concluſerint, occiderint, & comederint ſpectatoribus Ægyptiis, qui eum venerabantur, nec ob id ioſurgere in Iudæos auſi fuère.

Cautio Iudæorum in emendis carnibus tempore Paſchatis.

457. Paſchatis tempote empturi Hebræi è macello carnes cauent, ne dicant ſe illas ob diem Paſchatis coëmiſſe, ne ſcilicet videantur adj ſacrificia illas deſtinaſſe; cautio hæc habetur io eodem libro tract. de Paſchate.

In vigilia Paſchatis cur primogeniti apud Iudæos ieiunent.

Apud Hebræos in vigiliâ Paſchatis ſoli primogeniti ieiunant, cæteri immunes à ieiunio ſunt, id autem fit, quia ipſi cùm Deus Ægyptiorum primogenitos abſtulit, Hebræorum primogeoitis pepercit, & iuſſit ſanctificandos illi eſſe primogeniros, ſanctificare autem Deo veluti victimas cenſent, eùm ieiunant, quaſi minuant ſibi ſanguinem; in lib. ſuperiùs aduocaro tract. de Paſchare, hæc habes in hanc rem: *Primogeniti ieiunant in vigiliâ Paſchatis; alÿ à ieiunio eximuntur*; de noſtrorum ieiunio aliquid babeo, quod omnium notitiæ offero, & caput obſigno.

In vigilia Paſchatis ieiunium ſolui non poterat ante noctis initium.
Capital.

Olim in vigiliâ Paſchatis ieionium ſolui oon poterat ante noctis initium, in Capit. Caroli Magni lib. 7. num. 333. hæc habentur: *Vt Sabbato ſancto, hoc eſt, in vigiliâ* PASCHÆ IEIVNIVM *ante noctis initium, niſi à paruulis, aut infirmis non ſoluatur. Nec Miſſa in Paraſceue, aut in eodem Sabbato ſancto, vel diuina myſteria his duobus diebus celebrentur: canonibus quippè iubentibus biduo iſto ſacramenta penitus non debent celebrari.* huc ſpectat & illud einſdem libri num. 204. *Quidam Sabbato ſancto ab horâ nonâ ieiunium ſoluunt, conuiuÿs vtuntur, & dum ſol ipſe eadem die tenebris palliatus lumina ſubduxerit, ipsaque elementa turbata mæſtitiam totius mundi oſtenderint, ieiunium tamen diei polluunt, epuliſque inſeruiunt. Et quia totum eundem diem vniuerſalis Eccleſia propter paſſionem Domini in mœrore, & abſtinentiâ peragit, quicumque in eo ieiunium præter paruulos, ſenes, & languidos ante peractas indulgentia preces perſoluerit, à paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis eius per abſtinentiam honerat.*

EXCVRSVS XXXVIII.

Virginis nexus, & Agni euchariſtici.

Paſchalis agnus *cùm pararetur aderat* virgo.

Maria *mulierum curam habebat* ad euchariſticam *menſam.*

In ea domo, *in qua inſtitutum ſacramentum,* Virgo *manſit, Chriſto abeunte.*

Euchariſtia memoria *quàm vtilis.*

Quotidie *ad Chriſti myſteria acceſſiſſe* Virginem *pium eſt credere.*

Mappa, *qua vſus Chriſtus, dum menſa accumberet*, à Mariæ *manibus prodÿt.*

Lilia *in ea inſerta.*

Gaudet Virgo *euchariſtico pane* nos *recreari.*

Lactans filium Maria, *lac in ſanguinem vertendum, quo fideles alerentur, gaudebat.*

Virgini debemus *quòd* euchariſtico pane *veſcimur.*

Euchariſtiæ ſumptione affinitatem *cum* Dei matre *contrahimus, quacumque alia maiorem.*

458. AB agni paſchalis tractatione Mariam abiungere integrum nobis minimè fuit, quæ dum agnus ipſe paſchalis in vltimâ cœnâ pararetur non aberat, vt aliqui obſeruauêre.

Paſchalis agnus cùm pararetur aderat Virgo.
Marc. Vig.

Paſchalis agnus dum pararetur aderat & Maria, quæ in agno ſpectabat, quid de filio futurum eſſet, quæque filius paſſurus; quod his verbis innuebat Marcus Vigerius chorda 7. cap. 11. *In hac cœnâ vidit Maria agnum pelle nudatum, aſſum, lacerum, deuoratum, figuram mente voluebat, & in filio figurato quid ea ſibi vellet examinabat.* Ab agno ibat ad agnum, agnum cum agno conferebat.

Maria mulierum curam habebat ad euchariſticam menſam.
B. Sim. Metaph.

In ædibus in quibus auguſtiſſimam Euchariſtiam Chriſtus inſtituit & Virginem adfuiſſe, quæ aliarum mulierum gereret curam, in diſcretis tamen cœnaculis cœnaſſe aliquorum ſententia eſt; inter alios Simeon Metaphraſtes orat. de vitâ Deiparæ ita ſcribit: *Videntur non adfuiſſe à tempore myſteriorum, ſed cum Apoſtolis minime accubuiſſe, fuiſſe tamen eius domus particeps. Nam Chriſtus diſcipulos habuit accumbentes,* MATREM AVTEM IVSSIT CVRAM GERERE MVLIERVM, *quæ ipſi miniſtrabant, tanquam per eam eas accipiens, & cùm eis veſtens, & ſic referens eis gratiam pro miniſterio.*

In ea domo, in qua inſtitutum ſacramentum Virgo manſit, Chriſto abeunte.
Marc. Vig.

Abeunte Chriſto in ea domo manſiſſe Virginem, in qua inſtitutum Euchariſtiæ ſacramentum fuit, aliqui cenſuère, vt hac de cauſâ hoſpes ne matrem deſereret, Chriſtus ſequutus minimè ſit. Marcus Vigerius in ſuo decachordo, chorda 6. ita ſcribit: *Egreſſus eſt (Ieſus) domum, in qua cœnauerat, vnde diſceſſit. Egreſſus eſt ciuitatem cum diſcipulis ſuis, vndecim Apoſtolis, qui cum illo cœnauerant; Matrem remanentem apud hoſpitem vt intelligamus, dicit Ioannes Dominum egreſſum cum diſcipulis ſuis. Non illum ſequutus eſt hoſpes, quantumlibet amicus fuerit, fortè* NE MAGISTRI MATREM MÆSTAM RELINQVERE VIDERETVR. Benè hoſpes iſte, qui Virginem non deſeruit, optimè & Virgo, quæ nullum alium locum repetit, in quo ſe contra tot aduerſa, quæ illi imminebant, muniret, niſi vbi Euchariſtiæ ſacramentum fuerat ioſtitutum; vbi vitæ Auctorem exceperat: cùm tanti myſterij cogitatio vires, virtutémque adiicere poſſit, duris, aduerſiſque quibuſque rebus ferendis.

Euchariſtia memoria quã vtilis.

Quotidie ad Chriſti myſteria acceſſiſſe Virginem piũ eſt credere.
Anon.

459. Quotidie & in Dei guſtum, & gloriam, in ſui profectum, cæterorúmque exemplum ad Chriſti myſteria acceſſiſſe Virginem, Virginis pietas, ſanctitáſque cuique facilè perſuaſerit; Anonymus apud Metaphraſtem ita ſentiebat: *Ad diuina* MYSTERIA QVOTIDIE *accedebat, & filÿ corpus, quod priùs in vtero geſtauerat, viſceribus inferebat.*

Mappa qua vſus Chriſtus, dum menſa accumberet à Maria manibus prodÿt.
Lilia in ea inſerta.

Mappam, qua vſus Chriſtus dum menſæ accumberet, Mariæ manibus fuiſſe elaboratam piè creduot plerique. hinc illud ad hanc mappam.

Hac in mappâ poſuit ſua fercula, & artis
Pro pretio, MARIÆ *ſat mihi noſſe manum.*

Fuiſſe acu pictam, liliáque inſerta habuiſſe, hæc carmina indicant.

Admirans aliquis textam admirabile, dixit
De MARIÆ *eximia texuit arte manus.*

Quàm

Quàm bellè depingit acu, quæ LILIA *nectit*
In Chriſti veſtes ingenioſa manus?

460. *Gaudet Virgo euchariſtico pane nos recreari.* Explicari non poteſt, quanto gaudio Maria perfundatur videns nos cœleſti eo pane nutriri, quem ipſa parauit. Dum turbis panis diuinitùs auctus exhiberetur, adfuiſſe & Virginem, quæ panem mulieribus diſtribueret, gauderétque ex earum guſtu aliqui cenſuere; in quam ſententiam inclinat ſanctus Bonauentura tom. 1. opuſc. lib. de vitâ Chriſti cap. 34. vbi ait: *Nunquid ibi fuit* DOMINA NOSTRA, *vt & ipſa de panibus libenter mulieribus porrigeret, & de ipſarum recreatione gauderet? Scriptura de hoc non loquitur*; pium eſt credere adfuiſſe, maximo quoque gaudio perfruitur, euchariſticis deliciis cùm quis fruitur.

S. Bonau.

Lactuas filiū Maria lac in ſanguinem vertendū quo fideles aleren-tur gaudebat. Virgini debemus quòd euchariſtico pane veſcimur.

Meditantur aliqui, & ſuum calculum facilè pius quiſque adiiciet, ſi modò animum aduertat, Dei matrem ſummo gaudio correptam, cùm lac Chriſto exhiberet, ſciens in ſanguinem eſſe vertendum, quo fideles ad vitam eſſent alendi. Debemus poſt Deum tuum, & tibi Virgo, quòd Chriſti corpus deguſtamus; nam & Chriſti corpori, quod noſter cibus erat futurus, exhibuiſti.

461. *Euchariſtia ſumptione affinitatem cum Dei matre cōtrahimus, quacumque alia maiorē.* Denique, vt definiam, (nam plura alia de hoc argumento conſultò ſupprimo) hoc quoque ex ſacræ Euchariſtiæ ſumptione boni conſequimur, vt cognationem quandam cum Dei Matre contrahimus; hinc illud pij Auctoris; *Nullus homo propinquior eſt affinitate alteri, quàm eſt ſibi coniuncta beata Virgo. Qui corpus Chriſti ſuſcipit in Euchariſtiâ, vnione quadam reali fit vna caro cum Chriſto, vt non ſit vnio alia, & coniunctio tam propinqua, & ſimilis inter homines, etiam inter virum, & vxorem. Quare etiam* DEBES TE PVTARE AFFINEM MATRI IPSIVS CHRISTI, *& reputare habere eandem carnem. Maior item eſt coniunctio phyſica, & realis inter Deum, & te, quàm inter te, & patrem tuum; qualis ergo erit affinitas, quam contrahis cum matre ipſius Dei?* Quis iſtius affinitatis cauſa auidè non feratur ad has delicias? quis non libens Chriſtum excipiat, tanto honore nobilitandus, vt Mariæ affinis audiat?

Ioan. Euſeb. lib. 2. cap. 4.

CAPVT XL.

Super ollas carnium ſedere quid ſit.

Sedere ſuper ollas *carnium quo ſenſu accipiendum.*
Hebræorum voracitas *notata.*
Super *pro* iuxta, *ſeu* ad.
Iuxta ollas, *& lebetes* ſedere *intemperantis habitus.*
Oculis *guloſi epulas vorare dicuntur.*
E nido epulas *voraces contemplantur.*
Ollas *olim apponebant.*
Ante focos *antiqui comedebant.*
על *quid.*
Oculis *epulas dare.*
Super flumina *ſedere quid ſit.*
Ad ollas carnium *redire nemo debet.*
Lebetes *Hebræorum pectora facta qui ſuper ollas ſedere cupiebant.*
Ollæ feruentis *ſimilitudine, à qua ignis amouetur*, gulam coërcendam *docetur ne corpus luxuriet.*

DE crudatum carnium eſu, quod locus explicandus exigebat, ſatis luculenter egimus, à propoſito argumento non longè abibimus, neque à noſtro Inſtituto ſi hìc explicemus quid in ſacris litteris ſit, *ſuper ollas carnium ſedere*, ſic enim loquuntur Hebræi, cùm ab Ægypto diſceſſiſſent Exod. 16. v. 3. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.* locus hic difficilior eſt, quàm prima facie præſeferat; parumper ad has ollas ſedeamus, non in gulæ luxum, ſed in lucem, quam non hùc dumtaxat immittemus, ſed etiam aliis eadem operâ. Explicandum igitur eſt, quid ſit ſedere ſuper ollas, & quæ horum verborum ſententia ſit, quo præſtito ad alia ſacræ Scripturæ loca aperienda aditum nobis faciemus. 462.

Sedere ſuper ollas carnium quo ſenſu accipiendum.

Exod. 16.

Hebræorum voracitas notata.

Plerique verba hæc ſimpliciter accipiunt vti iacent, & ſonant, vt ad carnis auiditatem, qua Iudæi corripiebantur, indicandam ſuper ollas ſederint, ne aliquis carnes ſubriperet, quo pacto & Rebecca ſuper idola ſedet ne à Patre ſuo Laban auferrentur, nam & guloſus ferculis vt Diis litare videtur, quippe cuius Deus venter ſit, vt de quibuſdam ait Apoſtolus. Hic ſenſus placuit Abulenſi quæſt. 2. in cap. 16. Exodi, cuius verba ſubiicio: *Dicebant ſe Hebræi in Ægypto ſediſſe ſuper ollas carnium, in quo eorum magna notatur voracitas, & deſiderium ad ſumendos illos cibos, quia non ſolùm carnes ad ſaturitatem comedebant, ſed etiam ſuper* OLLAS CARNIVM SEDEBANT AFFECTVOSE, *ne quid eis de cibo periret, & quantum ad hoc conquerebantur in deſerto nullas habere carnes.* Hucuſque Abulenſis; cuius ſenſui in eo non facilè ſubſignarim, quòd putat verè ſuper ollas ſediſſe Iudæos, ne quis carnes ſurriperet; hoc enim & inſolens videtur, & incongruum, quis vnquam ſuper ollas ſedit ob voracitatem? quin ſi nodè rem accipimus, qui ſuper ollas carnium verè ſedet, carnibus veſci non poteſt, quæ in illis deliteſcunt.

Abul.

Mihi cohærentior, atque ſimplicior, quin & opportunior ille ſenſus videtur, quo particula *ſuper* pro *iuxta* accipitur, vt nempe filij Iſraël dicent, ſe iuxta ollas, lebetéſque ſediſſe prius oculis carnes vorantes, quàm dentibus terentes; adeò vt hæc ab his verbis ſententia fluat; vtinam mortui eſſemus in Ægypto quando ſedebamus iuxta ollas, atque lebetes inſpicientes, præ auiditate dum carnes coquerentur, vt & viſu paſceremur, tantùm non manus iniicientes in ollas, & fors etiam iniicientes. 463.

Super pro iuxta, ſeu ad.

Multa ſunt, quæ nos ad hunc ſenſum allexerunt; eius in primis cohærentia, neque enim putandum eſt Iudæos adeò fœdos fuiſſe, vt ſuper nigras ollas, lebetéſque ſederent, ne carnes ſurriperentur, deinde quia nobis accinunt pleræque verſiones. Vatablus legit: *Quando ſedebamus nos ad ollas carnium.* Apertiùs Pagninus ex Hebræo, *quando ſedebamus iuxta ollam carnis.* quæ verſio ita noſtrum ſenſum firmat, vt vix aliò flecti res poſſit.

Vatabl.

Pagn.

Præterea de ollis loquitur, quæ ad ignem ebulliebant, vnde Lyranus hæc verba: *Quando ſedebamus ſuper ollas*, Ita exponit, *id eſt*, inquit, *quando nobis ſedentibus quietè, & pacificè ollæ plenæ erant carnium ad ignem pro nobis*; non ergo ſuper ollas ſedere poterant, alioquin non carnes comediſſent, ſed comediſſet eos ignis.

Lyran.

Et vt altiùs effodiamus, pleniúſque rem probemus 464.

Priſci ollas, & lebetes ſedere intemperantis habitus.

bemus, obſeruo olim ad ollas ſedere, ac iuxta lebetes intemperantis habitum fuiſſe, ita enim ſedebant, vt carnes contemplarentur, & ante oculis, quàm ore vorarent. Huc ſpectant Clementis Alexandrini verba lib. 2. pædag. cap. 1. vbi ſic ait in hanc rem. *Multum eſt. eſt autem inſipientiæ viſum ſeruire pulmentis. Quomodo autem non eſt inutile e ſedibus ſurgere propemodum faciem in ollas iniicientes, è ſedibus tanquam è nido proſpicientes, vt quod vulgò dicitur vaporem errantem excipiant per reſpirationem.* Hæc Clemens, quæ maximè & firmant, & illuſtrant ſententiam noſtram. Iuxta ollas igitur ſedebant auidè pulmentis inhiantes, proſpectu, & viſu deuorantes, quod reuoraturi poſtea erant, nam & oculis deuorare guloſi dicuntur, vt ait Seneca lib. 3. cap. 18. *Non ſunt ad popinam dentibus & ventre, & ore contenti, oculis quoque guloſi ſunt.* quod vtinam noſtris obiici non poſſet. Plautus quoque in Pſeudulo ait 5. ſcen. 4. Oculorum eſſe epulas aliquo pacto deuorare oſtendebat, dum ait, *Oculis epulas dare.*

Clem. Alex.

Oculis guloſi epulas vorare dicuntur.

Seneca.

Oculis epulas dare.

Plaut.

Pendo illud Clementis: *E ſedibus tamquam* E NIDO *proſpicientes.* Dicetes huiuſmodi lurcones Aquilæ rapaci eſſe ſimiles, quæ e ſede, & nido contemplatur eſcam. Iob 39. v. 30. *Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum; in petris manet, & in præruptis ſilicibus, atque inacceſſis rupibus; inde contemplatur eſcam, & de longè oculi eius proſpiciunt*; tales ſunt voraces homines, ad ima ſe demittunt, & velut è nido fercula contemplantur in ollis.

E nido epulas voraces contemplantur.

Clem Alex.

Iob 39.

465. Ex his apparet minimè coactum eſſe ſenſum, quem & produximus, & firmabimus; quod ſi quis pareet, iuxta ollas ſediſſe non proſpectantes duntaxat, ſed etiam manus in ollas iniicientes, carnes inde extrahentes, non valde repugnabo, præſertim, cùm olim vſitatum eſſet, vt manus in ollas iniicerent, ollâſque apponerent, quod tradit Syneſius de Regno, loquẽs de Carino ad Legatos: *Si quidem eſurirent vt manum vnà in ollam immitterent permiſſurum*; deinde addit: OLLAQVE *inſuper appoſita compranſores inuitet.* Potuerunt & hoc Iudæi præſtare, quod facilius probarem, quàm verè ſuper ollas carnis conſediſſe.

Ollas olim apponebant.

Syneſ.

Quid? quòd priſci æui mos erat ante focos comedere, hinc illud Ouidij 5. Faſtorum,

Ante focos olim antiqui comedebant.

Ouid.

> ANTE FOCOS *olim ſcamnis conſidere longis*
> *Mos erat, & menſa credere adeſſe Deos.*

Potuerunt igitur & Hebræi Ægyptiorum more ante ollas ſedere, nec longè à focis abeſſe.

466. Nec noua alicui videatur hæc vocis huius notio, vt *ſuper* idem ſit ac *iuxta*, nam etiam apud Hebræos על & iuxta ſignificat, & ſuper; & quidem Gen. 18. v. 2. ex verſione, quam habet ſanctus Auguſtinus, ita legitur: venerunt ergo tres viri ad Abraham, & ſteterunt ſuper eum, quod noſter vulgatus ita effert: *Apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum*; & Pagninus *iuxta eum.* LXX. *ſuper eum*; ex quarum verſionum varietate colligitur has duas particulas iuxta, & ſuper cognationem quandam inter ſe habere, vt vna alterius loco ſubſtituatur. Vnde auctor potius eſt ſancti Auguſtini ponderatio, qui expendens particulam illam *ſuper*, ita ſcribit ſerm. 70. de tempore: *Hoc ipſum videte quare ſit, quòd ſuper eum veniunt, non contra eum; ſubiecerat ſe voluntati Dei, & ideo ſuper eum ſtare dicitur Deus. Aſtiterunt*, inquit, *ſuper eum, non contra eum, ad repellendum, ſed ſuper eum ad protegendum.* ſed hæc animaduerſio ſubtilis potius eſt, quàm neceſſaria, & firma. nam *ſuper* in ſacris litteris ſæpè iuxta ſignificat, quod hic factum non dubito, præſertim cùm vulgatus non ſuper habeat, ſed *iuxta.*

על quid.

Gen. 18. 2.

Pagn.

Sic expunendum etiam eſt illud Pſalm. 136. *ſuper flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus*, ſenſus eſt iuxta flumina, ad ripas Babylonis ſedimus; vnde & Pagninus ex Hebræo ad hanc mentem transfert: *Iuxta flumina Babel ibi ſedimus.* Vatablus, *ad flumina.* Agellius noſter, *propter flumina Babylonis*; quod in idem recidit; nam *propter* non rarò *iuxta* ſignificat; vt alibi & obſeruo, & probo.

Super flumina ſedere quid ſit.

Pſalm. 136.

Pagn.

Vatabl.

Agell.

Et verò eundem eſſe Dauidis ſenſum in citato locu, ac Moſis in eo, quem produximus, & explicauimus, indicat Petrus Bleſenſis, qui ita hos duos locos inter ſe comparat, & nectit ſerm. 42. in Synodo: *Nos vero per antitheſim facimus ſeſſiones iſtis contrarias; cùm enim deberemus ſedere ſuper flumina Babylonis, ſedemus ſuper ollas carnium in Ægypto.* Igitur cùm ſuper flumina ſedere interpretandum ſit iuxta flumina, conſequens etiam eſt, vt ſuper ollas carnium ſedere, ſit iuxta illas; ſed quia hic ſumus, & verſamus ollas, ex ollis vtile aliquod monitum hauriamus.

Petr. Bleſ.

Ab illis Ægypti ad eremi manna vas inuitat Guarricus Abbas ſerm. 4. de aduentu Domini: *Felicius*, inquit, *te paſcet eremus manna, id eſt, pane Angelorum, quàm Ægyptus* OLLIS *carnium*; & Petrus Bleſenſis cautil. de lucta carnis, & ſpiritus iterum ad ollas carnium deplorans, infit: 467.

Ad ollas carnium redire nemo debet.

Guarr.

Petr. Bleſ.

> *Profeſſus Euangelium*
> *Abit in viam gentium.*
> *Qui ſancta pacis otium elegerat,*
> *Redit* AD OLLAS *carnium.*
> *Regale Sacerdotium*
> *Ad carnis improperium degenerat.*

Lebetes iam facta illorum pectora, qui ſuper ollas, lebetéſque ſediſſe ſe recordabantur, ita explicat ſanctus Petrus Damianus opuſcul. 25. cap. 3. *Lebetes plenè illorum erant pectora qui ſuſpirabant manna, eſuriebãt pepones, inhiabant cepas, & allia; an lebetes non erant qui feruentes clamabant, quia ſedebamus* SVPER OLLAS *carnium. Illa quippè corda lebetes ſunt, in quibus edacitas regnat, & per cupiditatis æſtum excoquuntur edulia, & copia diuerſa ciborum.*

Lebetes Hebræorum pectora facta qui ſuper ollas ſedere cupiebant.

S. Petr. Dam.

Ollæ bullientis ſimilitudine, quæ ligneis amotis, deferueſcit, ſubductis gulæ delitiis corpus luxuria non ita diffluere, & ebullire, in hunc modum explicabat ſanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 5. in die Cinerum art. 1. *Subtractis lignis* OLLÆ *ceſſat feruor: remota cauſa, remouetur effectus: non poteſt ſine anima moueri corpus; non ſine ſole radius; non ſine mari fluuius; non ſine fonte riuulus; non ſine radice ramuſculus. Sic nec ſine gula, rebelle eſt corpus.* Huc nos ollæ duxerunt, quibus Iudæi inhiabant, iam pergendum eſt ad alia loca illuſtranda, quibus viam nobis ſtatuimus per illa, quæ allata hucuſque ſunt de vi particulæ *ſuper.*

Olla feruentis ſimilitudine, à qua ignis amouetur gulam coërcendam docetur, ne corpus luxuriet.

S. Bernardin.

CAPVT XLI.

Aliis ſacræ Scripturæ locis lux immiſſa.

Super aquas *pro iuxta aquas.*

Particulæ ſuper *notione multis ſacræ Scripturæ locis lux immiſſa.*

Super camelos ſtare *quid ſit.*

Populum

Populum ſuper Moyſem *ſtare quid ſit.*
Particula iuxta, & ſupra *vt confundantur.*
Super, pro ad.
Nonnullis ſacræ Scripturæ locis *lux immiſſa.*
Mala in malos *ſæuiunt, bonis obſequuntur.*

468. *Super aquas, pro iuxta aquas.* EX his, quæ hucuſque diximus, non erit ab re, ſi nubem, quæ alia ſacræ Scripturæ loca obumbrat, eadem eiuſdem particulæ notione, diſpellamus, & verà facilioribus inchoemus, huc vocandus eſt Ezechiel cap. 32. (Ezech. 32.) dum ait: *Iumenta eius, quæ erant ſuper aquas plurimas*; id eſt, *iuxta aquas*, vt ſentit etiam Iſidorus (Iſid. Clar.) Clarius hîc. Dauid Pſalm. 22. verſ. 2. (Pſalm. 22. 2.) *Super aquam refectionis educauit me*, ſcilicet *iuxta aquas*, quod probat, & format doctiſſimus noſter Agellius (Agell.) hîc dum ait: *Ad eiuſmodi igitur aquas, & propè eiuſmodi fluenta educauit me, ac pauit.* Sic ille.

(*Particula ſuper notione multis ſacræ Scripturæ locis lux immiſſa.* Iſa. 32. 20.) Nec aliter exponendus Iſaias cap. 32. verſ. 20. dum ait: *Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas*; nullus, opinor, ignorat, ſemina non iaci ſuper aquas, vt naſcantur; explicandus igitur eſt ex eadem phraſi, O vos felices qui iuxta aquas ſeminatis, vt aquarum abundantia, quibus ſata irrigari poſſunt, copioſus prouentus ſperari poſſit; ſuccinit etiam Vatablus (Vatabl.) dum legit: *O vos felices, qui ad omnes aquas ſeretis.* Non diſplicet quod addit in ſcholiis num. 35. *In omni loco aquoſo.* A quo non abit Pagninus (Pagnin.), qui legit: *Beati eſtis, qui ſeritis ſuper omnem locum aquoſum.* Sic ille.

Vnde monitio illa Lyrani hiſtoricum ſenſum reſpuentis, & ad metaphoricum flectentis hæc verba, minimè neceſſaria eſt; *ſuper omnes aquas*, inquit Lyranus (Lyran.), *id eſt, ſuper omnes populos Gentiles, & Iudæos, Apocal. 17. Aquæ multæ, populi multi. Patet autem quod Propheta loquitur hic metaphoricè, quia ſemen materiale non ſeminatur ſuper aquas materiales.* Sic ille. Sed hiſtoricum ſenſum hæc verba admittere ex his, quæ diximus, dilucet, nec eſt neceſſe ad tropologiam confugere, vbi ex verbis etiam ſua ſponte litteralis, & hiſtoricus ſenſus naſcitur, & fluit. Hebraicè eſt על כל מים *ſuper omnes aquas*; particula autem illa על frequenter non *ſuper* ſignificat, ſed *iuxta*. Hinc Pſalm. 1. v. 2. (Pſalm. 1.) *Et eris ſicut lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*; Hebraicè eſt על. Vnde Arias Montanus (Arias Mont.) in Biblia Pagnini legit, *ſuper riuos aquarum*; eadem ratione exponendus Ieremias cap. 51. (Ierem. 51.) dum ait: *Qui habitas ſuper aquas multas locuples in theſauris*, id eſt, iuxta aquas; loquitur enim de Babylone, quæ erat propè Euphratem.

Et antequam ab aquis abeamus, explicandus eſt etiam alter regij Prophetæ locus; Pſalm. 103. (Pſalm. 103. Iſid. Clar.) *Super eas volucres cœli habitabant.* Iſidorus Clarius, *Iuxta eas, ſcilicet aquas, & fluuios volucres cœli habitabant.* Hæc omnia illuſtrari poſſunt ex illo Num. 24. v. 6. (Num. 24. 6.) vbi cùm noſter habeat: *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael, & valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui*; ſanctus Ambroſius (S. Ambr.) lib. 6. epiſt. 37. ita legit, *Quàm ſpecioſa tabernacula tua ô Hebræorum militia, tabernacula tua ſicut nemora obumbrantia, ſicut paradiſus ſuper fluuium*; id eſt, iuxta, vt Vulgato concinat, qui ita legit.

Ita capiendus eſt etiam Ioannes cùm ait: *Sedebat ſic ſupra fontem*, cap. 4. v. 6. (Ioan. 4. 6.) id eſt, iuxta, vnde verſio Syriaca (Syr.) habet, *ad fontem; ſic enim ſedere cum diſcipulis ſuis conſueuerat Chriſtus cum comederet, vt prope aquam haberet ad bibendum.* Quid quòd ſanctus Auguſtinus (S. Aug.) à nobis ſtat, nam tract. 15. in Ioannem hunc locum ita legit, *iuxta puteum ſedet.* Ita explico & Lucam cap. 4. v. 39. (Luc. 4. 39.) *Stans ſuper illam imperauit febri*, id eſt, iuxta illam.

469. *Super camelos ſtare quid ſit.* (Gen. 24. 30.) Ex his illuſtratur lectio LXX. Geneſ. 24. verſ. 30. quæ negotium aliquibus faceſſiuit. Sic ipſi efferunt: *Venit ad hominem ſtante illo ſuper camelos*; quod noſter habet, *Venit ad virum, qui ſtabat iuxta camelos*; congruunt hæ duæ verſiones, nec ſibi aduerſantur, cùm *ſuper* vſitata ſacrarum litterarum phraſi etiam *iuxta* ſignificet; vnde immeritò carpit LXX. (LXX.) Auguſtinus Eugubinus (Aug. Eug.) hîc, dum ait, *iuxta camelos* על הגמלים *vbi præpoſitio eſt, quæ modò ſupra, modò propè ſignificat, eratque hic locus vertendus, vt vertit Hieronymus; ideò LXX. non rectè* ἑστηκότος αὐτοῦ ἐπὶ τῶν καμήλων*, ſtante illo ſuper camelos, eſtque ortus error ex præpoſitione* על *quæ non ſuper, ſed iuxta hoc loco ſignificat, vt ipſa indicat ſententia.* Hæc Eugubinus, quæ cenſura digna cenſura videtur, & in hoc ipſo errat, in quo alios aberraſſe contendit. nam LXX. non aduerſantur vulgatæ lectioni, ἐπὶ enim Græcè, & Latinè *ſuper*, etiam propè, ac iuxta ſignificat; alioquin etiam malè vertiſſent illud LXX. *Super flumina Babylonis*, & multa alia loca, quod minimè dicendum eſt.

(*Populum ſuper Moyſem ſtare quid ſit.* Exod. 16. 13. Oleaſt.) Fruſtrà eſt & Oleaſter, qui illud Exodi 16. verſ. 13. *Populum, qui aſſiſtebat Moyſi*, ita vertit, & explicat; *Stabat populus ſuper Moyſem. Notat hic textus populi importunitatem, qui quaſi aues ſtabant ſuper eum.* Ego ſimpliciùs, & minus coactè, *ſuper Moyſem*, expono *iuxta Moyſem*, quod voluit fideliſſimus, ac doctiſſimus Vulgatus, dum vertit, *aſſiſtebat Moyſi*, id eſt, ſtabat iuxta Moyſem, nam hîc vox על propè, ac iuxta ſignificat.

470. *Particula iuxta, & ſuper vt confundantur.* (Pſalm. 138. LXX.) Illud Pſalmi 138. verſ. 38. quod LXX. dixerunt ἐπὶ σοῦ σκοτισθήσονται, *non obſcurabuntur a te.* Symmach. dixit ἐπάνω σοῦ *ſuper te*: alius verò quiſpiam interpres reddidit, παρὰ σοὶ *apud te, penes te*, vt videas has particulas inter ſe cognationem quandam habere, vt alterius notionem habeat; quod Pſalm. 44. verſ. 4. nos habemus; *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum*, ſanctus Auguſtinus (S. Aug.) habet, *iuxta femur*; quæ verba ſic in hunc modum verſat orat. contra Iudæos: *Accingere gladio tuo iuxta femur: quòd in carne eſſet hominibus locuturus. Per gladium quippè ſermo, per femur caro ſignificatur, quia ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.* Sic ille.

(*Super pro ad.* S. Aug.) *Super* pro *ad* ſumi oſtendit ſanctus Auguſtinus lib. 2. locutionum in Exodum: *Quod dictum eſt de Pharaone, Ecce ipſe exijt ad aquam, Græcus habet, ſuper aquam*; & paulo pòſt: *Verbum graue referebat ſuper Moyſem, ſic enim habet Græcus, quod Latini interpretati ſunt, ad Moyſem.*

Sed ad loca magis cæca, & obſcura pergendum eſt, quæ ab his quæ diximus, ſuam lucem mittant; ſed in re difficili coniecturam hîc meam interpoſuerim, liberum cuilibet relinquens calculum ſuum apponere, vel contrà; neque enim ſolemne meum eſt, quemquam in meam ſententiam adigere, niſi patefacta veritas, & rationum pondus ad hoc lectorem meum adigat. Sed ad rem.

(*Nonnullis ſacræ Scripturæ locis lux immiſſa.* Iſa. 6. 2.) Offert ſe in primis locus Iſaiæ cap. 6. verſ. 2. vbi hæc habet: *Seraphim ſtabant ſuper illud*

Hebr. *ſex alæ vni, & ſex alæ alteri*; in Hebræo videtur ſermo referri ad Deum, non ad templum; vt ſit ſenſus, *Seraphim* ſuper illum (Dominum,) ſed
LXX. hîc *ſuper* ſignificat *iuxta*, quæ reſpexerunt LXX. qui legunt: *& Seraphim ſtabant in circuitu eius*;
S.Hier. vidit hoc, & notauit ſanctus Hieronymos in huius loci Commeotatio, vbi hæc habet, LXX. *tranſtulerunt κύκλῳ αὐτοῦ, id eſt, in circuitu eius, vt non ſuper templum ſtare Seraphim, ſed in circuitu Domini deſcribantur*. Ita ſanctus Hieronymus. Nec aliud
S. Dionyſ. Areop. videtur voluiſſe ſanctus Dionyſius Areopagita, cap. 13. de cœleſti Hierarchia, qui ad hunc Iſaiæ locum reſpiciens ait: *Subſtantias illas ſub Deo, & poſt Deum, & circa Deum collocatas vidit Theologus*; nunquam *ſupra eum*, itaque ſupra eum idem eſt,
Vatabl. ac iuxta eum; etiam Vatablus *ſuper* pro *iuxta* accipit, ſiue ad Deum, ſiue ad ſolium ſermo referator, ſic enim ille io ſcholiis habet, num. 4. *Stabant iuxta illum, ſub Angelum; vel iuxta illud ſolium, quod in Deum ob ſplendorem non poſſent intendere oculos*. Itaque eò *illud* ad ſolium refert, non ad templum, quod ooo diſplicet.

471. Sed ad alium locum calamum flectamus, qui fors maiorem lucem ab his, quæ diximus, accipit, licèt ſolius coniecturæ nomine hîc quid
Dan. 3. 47. opiner interſeram. Daniel cap. 3. verſ. 47. de Babylonica illa fornace loquens, ait: *Effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem*. Libens his verbis hunc ſenſum dederim, vt *ſuper* hîc *iuxta* ſignificet, ad latus, propè: alioquin quid hoc ad eos, qui illa flamma peruſti ſunt, neque enim ſi ſe in altum flamma extuliſſet eos, qui circa fornacem eraot, combuſſiſſet.

Theod. Sententiæ noſtræ accinit etiam Theodoretus hîc. *In tantum*, inquit, *ignis è fornace effuſus eſt, vt ad quadraginta nouem cubitos extra fornacem ſparſus, omnes, quos in eo ſpatio Chaldæos reperit, ad vnum combuſſerit*; non ergo ſupra ſe extulit flamma, ſed circum circa. Idem ſignificat Euthymius in expoſitione Cãtici trium puerorum, dum ait: *Cùm effuſa eſſet flamma per terram, & repertos ibi Chaldæos incenderet, ſigna huius flammæ impreſſa in terra, in quam effuſa eſt, ad totidem cubitos commenſurata eſt*. Sic ille. Ergo cubitorum numerum collegerunt, ex eorum diſtantia, qui circa fornaces erant, & igne abſumpti ſuot. Sanctus Baſilios hom. 5. de ieiunio, à nobis quoque ſtare videtur, hæc eius verba: *Nihil aliud ingentem illam flammam ſuſtinebat, quàm maphsa, pix, & ſarmenta, quæ ita eos alebat, vt ad quadraginta cubitos diffunderetur, & circumcirca omnia depaſcendo multos etiam ex ipſis Chaldæis conſummaret*. Hæc ſanctus hic: *Quadraginta cubitos* dixit, cùm noſter *quadraginta nouem* poſuit, quod facit etiam S. Hilarius, quem infrà produco.

Mala in malos ſæuiunt, bonis obſequuntur. Sed hîc mihi pende, quod Chaldæi, qui flammas fugiebant, flammis comburuntur; pueri, qui ardentem fornacem non refugiunt, ſed læti flammas ingrediuntur, rorem ſentiunt intus flantem, nimirum qoi ærumnas vitat grauiores ſentit, ei qui libens amplectitur, ærumnarum flammæ in conſolationis rorem conuertuntur. Pulchrè ſanctus Hilarius ſerm. 2. de
S.Hilar. nuptiis, qui huc reſpiciens, & firmans etiam quæ diximus, hæc habet: *Quantum lætitia in præſenti obtinent merita religionis, & priuilegia ſanctitatis? Ecce horrendum neſcio quid anhelantes globi, & per quadraginta cubitos ebullientes extrinſecus ſæuiunt, intrinſecus parent extra fornacem ſapiens ignis iraſcitur, & intus in fornace famulatur*. Mala io fugientes ſæuiunt, non fugientibus obſequuntur.

CAPVT XLII.

De ollis quædam adnotantur.

Ollarum figuli *promethei dicti*.
Ollæ *aurita*.
Olla ſine igne *Solis calore ebulliens*.
Ollæ in tectis *ad noctuas abigendas*.
Pueri in ollis *expoſiti*.
Olla in caput *paraſiti fracta*.
In aræ dedicatione *olla vſus*.
Ollæ *non ſuſpendebantur*.
Ollæ, & lebetes in præmium *exhibita*.
In ſpiritali officina non olla *perficienda, ſed* anima.
Ollæ bullientis certamen, *& victoria*.
Ollæ veſtigium *in cinere non eſſe relinquendum quid innuat*.
Iræ veſtigium *in nobis relinquatur*.
Abeunte ſole cor ira *non æſtuet*.
Tota fellea anima, *in qua* iracundia *reſidet*.
Anima olla ebullit *cùm diuino amore æſtuat*.
Ollæ vſus in pauperibus *famæ confectis ſubleuandis*.
Antiquus mos circa ollam.
Volupruarij, *&* libidinis *mancipia ſuper ollas ſedent*.
Carnalibus vitiis *inquinati ſuper ollas ſedent*.
Mundi, & Ægypti delitias cum lachrymis *nectuntur*.
Cibi Ægyptij *quinam, & quales*.
Ebrij hominis *fulgur*.
Iræ diuinæ *fulmen in menſa delitijs Hebræi ſenſere*.
Ob gulæ *intemperantiam quot mala & pœnas perpeſſus fuerit Hebraicus populus*.

QVID ſit ſedere ſuper ollas hucuſqoe expoſuimus, immiſſa interim aliis locis ſua luce, qua deſtitui videbantur; hîc aliqua de ollis nectenda ſunt, vt pleniùs 472.
Exodi locum, quem illuſtrauimos, illuſtremus, & quædam antiquitatis rudera lectori inſpicienda offeramus, quæ ex variis auctoribus effodimus, & niſi exponerentur, facilè deperirent.

Et io primis obſeruo apud Athenienſes ollarum figulos prometheos dictos fuiſſe. Didici ex Luciano contra eum qui dixerat: *Prometheus es in verbis*; vbi ita ſcribit: *Cæterùm etiam ipſi Athenienſes figulos* OLLARVM, *& furnorum constructiones, & quicumque circa lutum verſantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor & ad illam, quæ fit in igne, vaſorum aſſaturam*. Sic ille. *Ollarum figuli promethei dicti.* Lucian.

De

Ollæ aurita. Plato.

De ollæ forma, figura, & magnitudine hæc habet Plato in Hippia maiore: *Si* OLLA *à perito figulo ficta fuerit, lanis, & rotunda, & commodè cocta (quales ſunt ollæ quedam vtrinque aurita, atque perpulchre, quæ ſex choas capiunt.)* Sic Plato.

Olla ſine igne Solis calore ebulliens. Seuer. Sulp.

In Ægypto adeò feruebat ſol, vt ollæ cum oleribus ſine igne feruerent. Huius rei oculatus teſtis fuit Seuerus Sulpitius dial. 1. cap. 7. dum ait: *Ibi vidi*, (ſcilicet in Ægypto) *ollam ſine oleribus ſine igne feruere, tanta vis Solis eſt, vt quibuſlibet coquis etiam ad Gallorum pulmenta ſufficiat.* Ita Seuerus.

473. *Olla in tectis ad noctuas abigendas.* Suid.

In tectis ollas collocari ſolitas ad noctuas depellendas, indicat Suidas ad illud: *Ollam alere; in tectis,* inquit, OLLAS *collocabant, ne accederent noctuæ.* quod quomodo præſtitum, adhuc quæro.

Pueri in ollis expoſiti. Heſych.

Pueros qoandoque io ollis expoſitos indicat Heſychius his verbis: *Chytriſmus dicebatur ab ollis denominatione ſumpta.*

Olla in caput paraſito facta. Plaut.

Ollas in caput paraſiti derìdiculi cauſa frangebant, quod innuit his verbis Plautus in Capt. act. 1. ſcen. 1.

Et hic quidem herclè, niſi qui colaphos perpeti
Potis paraſitus, frangique OLLAS IN CAPVT.

Nam colaphis etiam cædi ſolitos paraſitos alibi obſeruaui.

In ara dedicatione ollæ vſus. Suid.

Olim cùm aras, aut Dei alicuius ſimulachrum dedicaturi erant, ollis, in quibus eſſent legumina, vtebantur, quod tradit Suidas verbo χύτραν ἱδρύσιν. *Ariſtophanes: quid aliud, niſi vt pacem* OLLIS *ſanciamus? Aras enim dedicaturi, aut ſimulachra Dei alicuius, legumina elixa pro primitijs offerebant dedicatis, ob memoriam grati animi de primo victu. Ariſtophanes in Danais: Teſtor Iouis Hercei* OLLAS, *cum quibus ara dedicata eſt olim.* Ita Suidas.

474. *Ollæ non ſuſpendebantur.* Seru.

De ollis ait Seruius in lib. 7. Æneid. *Ollas non ſuſpendebant, ſed poſitis circum circa ignem adhibebant.*

Ollæ, & lebetes in præmium exhibita. Virg. Homer.

Ollas, ac lebetes in præmium olim datas, aut donatas reperio. Virg. 5. Æneid.

Tertia dona facit gemina ex ære LEBETAS.

Et Homerus Odyſſ. 15.

Dabit autem aliquid vnum feſſi
Aut aliquod Tripodum bene aratorum, aut LEBETVM.

In officina ſpirituali nõ olla perficiẽda, ſed anima. S. Chryſ. Idem.

Pulchrior, ac vtilior olla eſt, quam in ſpirituali officina ſibi quiſque format. Feſtiuè ſanctus Chryſoſtomus hom. 42. ad populum. *Igitur, & tibi ſit æraria ſpiritualis, non vt* OLLAS *facias, aut lebetes, ſed vt tuam perficias animam, quod & ærario, & aurifice multo melius eſt.* Hoc idem, ſed pleniùs habet hom. 16. in acta Apoſtol. inquit enim: *Scitis mulieres ſi qua vos neceſſitas facit ire in agrum, vel ad vigilias progredi, quomodo per totam noctem vigilant. Et tibi igitur officina ſit ſpiritualis, non vt* OLLAS, AC LEBETAS, *ſed vt animam tuam pares, quæ ærario fabro, & aurifabro melior: veterem illam factam impone in conflationem confeſſionis, folles à ſummo deduc, hoc verba condemnantia, accende ignem ſpiritus.*

475. *Ollæ bullientis certamen & victoria.* Philipp. Sol.

Ollæ bullientes, & certamen, & victoriam nobis his verbis exhibet Philippus Solitarius ad Callenichum monachum lib. 4. cap. 17. LEBES *ab initio aquam frigidam capiens, continet eam quamdiu frigida fuerit. Cùm autem ferueris, & ob ignem adiacentem bullierit, tum mihi duorum contrariorum quaſi certamen, & victoriam inſignem, & ex certamine imperium vide, quomodo deterius meliori ſenſim cedens quamquam volens, ſine tuba reddat ſonitum: ſtrepitum bullitionis.*

Ollæ veſtigiũ in cinere non eſſe relinquendum quid innuat. Clem. Alex.

Pythagoras ollæ veſtigium in cinere non eſſe relinquendum monens tacitè docuit omne iræ veſtigium auferendum, & omnem iniuriarum memoriam oblitterandam; ſcitè Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum: *Rurſus Pythagoras* OLLA AB IGNE *ſublata præcipit non relinquere figuram in cinerem, ſed eam confundere, & qui ſurgunt è cubili conturbare ſtragula. Tacitè enim ſignificabat, non ſolum eſſe delendum faſtum, & ſuperbiam, ſed ne iræ quidem eſſe relinquendum veſtigium, cùm ebullire ceſſauerit, eam eſſe componendam, & omnem eſſe delendam iniuriæ memoriam.* Hactenus ille.

476. *Iræ veſtigiũ in nobis ne relinquatur.* Matth. 6.

Iræ veſtigium non eſſe relinquendum docuit Christus, dum orare nos docens formulam præſcripſit, qua plurali numero Deum alloqueremur, *Pater noſter; dimitte nobis; panem noſtrum; & ne nos inducas, ſed libera nos à malo*, Matth. 6. Poterat ſingulari oumero orationem aptare, ſed noluit, vt charitatis amarores diſcordiam diffugeremus, cuius ne veſtigium quidem in cordibus noſtris exſtaret, id quod opportunè habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 20. in Matthæum his verbis: *Plurali vtique numero non vtique docens, vt proximis per cuncta placatis ne veſtigium quidem in nobis iracundiæ relinquamus.* Sic ille.

S. Chryſ.

Abeunte ſole tur ira non æſtuet. Epheſ. 5.

Ollam ſine igne feruere, & Solis calore ebullire in Ægypto ſuperiùs diximus; ira in cordis olla ſaltem abeunte ſole deferueſcat, vt locum in nobis habeat illud Pauli monitum: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram,* Epheſ. 5. ira cor non æſtuet, oon ebulliat ſole abeunte.

Tota fellea anima in quà iracundia reſidet. S. Aug. Ariſt.

Olla hæc iræ, ac furoris amaritudinis plena eſt, nec ſinit mentem quieſcere, 4. Reg. 4. 40. dicunt illi clamantes, *Mors in olla vir Dei,* ſic illi ad Eliſæum; etiam in iracundiæ olla mors, & vt in illa amaritudo, ſic in ira æſtuante dulce nihil, nihil qoietum, vt clamet ſanctus Auguſtinus ſerm. 255. de Temp. *Quale gaudium poteſt habere anima, quæ* IRACVNDIÆ *furore ſuccenditur, ſuperbia amariſſimo felle replet.* nullum, tota fellea eſt, & amaritudine plena. Quare Ariſtoteles 4. Ethic. cap. 5. ait: *Amaros autem illos eſſe, qui cum difficultate placantur, & longo tempore ſunt ſub ira, detinent enim illam, & niſi vltrà ponunt iræ modum, longo tempore opus eſt vt ita in ſe concoquatur,* (in cordis olla.) Exiſtimo ollam hanc iræ ſimile quicquam habere, ac illa Salomonis, vt nempe ſub ſe ſpinas habeat, Eccleſ. 77. *Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla*, etiam ſpinæ amaritudinem ſub iracundi corde; & Pſalm. 57. 10. *Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ Rhamnum ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos*; quod ita legunt Pagn. & Vatabl. *antequam ſentiant* LEBETES *veſtri ignem Rhamni ſicut caro cruda, ſic ira, vt turbo perdat eum.* hæc ſymbolo pythagorico illuſtrando dicta ſint, ad alia vocor, vt tamen extra ollas non abeam, dum his teneor.

477. *Anima olla ebullit, cùm diuino amore æſtuat.* S. Bern.

Rectè animæ olla ebullit, cùm diuino amore incaleſcit, adſtatque verbum quod ſuo igne ebullire eam facit, alioquin ſi abeat, frigida iacet, in ea ſalientis affectus motus quodammodo ſubſidunt. Feſtiuè rem habet ſanctus Bernardus ſerm. 74. in Cantic. vbi poſtquam aduentantis verbi delitias, & eius præſentiæ vtilitatem explicauerat, ſubdit: *Verùm quia hæc omnia vbi abſceſſerint verbum, proinde ac ſi* OLLÆ BVLLIENTI, *ſubtraxeris ignẽ quodã illico lãguere torpẽtia, & frigida*

iacere incipiunt : atque huc mihi ſignum abſceſſionis eius, triſtis ſit neceſſe eſt anima mea, donec iterum reuertatur, & ſolito recaleſcat cor meum intra me. Hæc ille, & alia plura.

Ollæ vſus in pauperibus fame cōfectis ſubleuandis. S.Greg.Naz.

Qui ollas proponens pauperum, & deficientium famem leuauerit, ſanctus Baſilius his verbis habet. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. in eius laudem : *Nam cum eos quos fames vulnerarat, in vnum coegiſſet, nonnullos etiam ſpiritum ægrè trahentes, viros, fœminas, puerulos, ſenes omnem ætatem commiſeratione dignam omnia ciborum genera quibus fames depelli ſolet corrogans, atque* OLLAS PVLMENTARIORVM *ſalsique noſtratis obſonij atque ad leuandam pauperum famen accommodati plenas proponens.* Hactenus ſanctus Gregorius.

Antiquus mos circa ollam. S.Hieron.

De olla huoc morem recenſet ſanctus Hieronymus lib. 1. aduersùs Iouinianum cap. 29. *In Lepti vrbe ſemibarbara, poſita in ſolitudine, moris eſt, vt nurus altera die ſocrum* OLLAM *mutuum poſtulet. cui illa ſtatim negat : vt ſcias illud verum eſſe Terentij, quod conſultò ambiguè extulit : Quid eſt hoc ? omnes ſocrus aderunt nurus.*

478. *Voluptarij, & libidinis mancipia ſuper ollas ſedent.* S.Nilus.

Quinam ſint, qui ſuper ollas carnium ſedent, docet his verbis ſanctus Nilus in aſceticis : vbi voluptatis mancipia coërcens, ait : *Voluptatis ſtudium oſtendit Scriptura cùm de illis loquitur, qui corde in Ægyptum reuertebantur, ſic inter ſe colloquentes : Meminimus, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus carnes ad ſaturitatem. Verè* SEDENT SVPER OLLAS CARNIVM HOMINES VOLVPTARII, *& libidinoſi, humido, & perpetuo calore ſuas incendentes cupiditates.*

Carnalibus vitijs inquinati ſuper ollas ſedent. Ger.Zutph.

Sedent ſuper ollas carnium, qui carnalibus vitiis inquinantur; Gerardus Zutphanienſis lib. de reformat. animæ 9. ita philoſophatur : *Alij quidem ſimpliciter in Ægyptum mundanæ conuerſationis redeunt; & quidam eunt vt creſcant, & proficiant in hoc ſeculo : & hi ſunt quos mouet pes ſuperbiæ, appetitus honoris, & alti ſtatus. Nam ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Quidam autem vt ſedeant* SVPER OLLAS CARNIVM, *& comedant pepones, & allia. & hi ſunt, qui computreſcunt ſicut iumenta in ſtercore ſuo, vitiis videlicet carnalibus.* Tu vide ne numerum augeas, hiſce perditis hominibus par.

479. *Mundi, & Ægypti delitias cum lachrymis neſtuntur.* Num.11.5.

Non ollas duntaxat deſiderabat Iſraëliticus populus, ſed porros, allia, & cepas; hæc eorom expoſtulatio Num. 11. 5. *In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepa, & allia*; ita ne lachrymas hæc res portendit, quas cepæ prouocant, & tacitè innuunt, qoi ollis, & carnibus inhiat ad lachrymas ſe ire, nam ferè terrenæ deliciæ, corporis voluptates lachrymas parturiunt, in luctum deſiount; vt verus fuerit Salomon cùm dixit : *Extrema gaudij luctus occupat.* Quærunt Ægyptiacas ollas Hebræi, & cum ollis cæpas, vt hoc vinculo vel oolentes ſignificent, carnis voluptates in pœnitudinis lachrymas deſinere.

Cibi Ægyptij quinam, & quales. Vgo Vict.

Pulchrè Vgo Victorinus lib. 3. de clauſtro animæ cap.8. *Sunt*, inquit, *& alij* CIBI ÆGYPTII, *hi ſunt cibi noxij, allia videlicet, cæpa, & porri. Hæc filij Iſrael in deſerto cum ollis carnium ſuperabant, quæ tamen comeſta grauiter inflant, ventoſitatem generant, lachrymas prouocant;* & paulo pòſt. *Hæc prouocant pœnitentiæ lachrymas, ſi ante mentis oculos in manu diſcretionis ponas.* Quis tam fatuus, vt epulas illas quærat, quæ lachrymas generant, & delicias veras eas eſſe putet, quæ lachrymis grauidæ, parturiunt tandem lachrymas ? Hoc idem premit ſanctus Petrus Damianus, qui carnium, & cæparum nexum expendens ita ſcribit epiſt. 15. *Cùmque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & animi afflictionem, quæ tamen afflictio duras, ac reprobas mentes & ipſa delectat, dum non modò delitiarum ſuauitate, ſed & laboris oblectantur acredine; hinc eſt, quòd Iſraelitæ ſtimulo gulæ prurientes illecti non modò ſibi deeſſe ollas carnium, piſciúmque delitias, ſed & porros, cepas conqueruntur, & allia, quæ nimirum ſpecies dum vi naturalis acredinis mundent fancium guſtum, lachrymas prouocant oculorum.* Hactenus ille. S.Petr.Dam.

480. Tacit.lib.14. *Ebrij hominis fulgur.* Petr.Cell.

Ferunt in Neronis menſa excuſſo fulgure fulmen illapſum eſſe, quod prodigium ingenti illum pauore affecit; ſed magis inſtiúſque terrorem incutere debet homo epulis, & vinis inoatans, vt iure dixerit Petrus Cellenſis lib. 3. epiſt. 10. dum ait : *Mari commoto quid tempeſtuoſius, excuſſo fulgure quid formidabilius, nullum tamen horum nequius, quàm homo ebrius.* Herodem cogita vino madidum in Ioannem ſæuire, an non fulmen magis refert, quàm homioem, ſtatim innoceotem Ioannem percuſſit?

Iram diuinæ fulmen in menſa delitijs Hebræi ſenſere. Pſalm.77.

Fulmen ebrius eſt, ſed diuinæ iuſtitiæ fulmen etiam exſpectet; ſeoſit hoc fulmen populus Iſraëliticus, nam ſcriptum eſt; *adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos*, Pſalm. 77. Itaque dum ollis inhiabat, in lachrymas deſiuit, & ollæ fletus parturierunt, parturierunt montem, adeò vt viſus Deus ſit magis in populum gulæ deditum ſæuire, quàm in idololatriam, cùm quatuordecim millia periiſſe legantur, qoòd ollas, cepáſque ſuſpiraſſent, & Ægyptiorum ciborum recordationi murmurationem addidiſſent, id quod expendit etiam Petrus Bleſenſis ſerm. 14. in Dominica Lætare, ait quippe : *Recolite de ſepulchris concupiſcentiarum, cum in mentem veniſſet populo* OLLÆ CARNIVM, *allia, & pepones, quibus abundarat in Ægypto, & murmuraſſent, perierunt ex eis quatuordecim millia. Quid eſt quòd maiori pœna punita eſt recordatio ciborum cum murmure, quàm idololatria? Horrenda eſt ſententia, non diſcutienda.* Sic ille. Petr.Bleſ.

Ob gulæ intemperantiam quot mala, & pœnas perpeſſus fuerit Hebraicus populus. S.Iſid.Pel.

Denique quòd in deſerto tot tormenta ſuſtinuerit, tot calamitatibus, & tentationibus afflictus fuerit hic populus, præcipuè eius intemperantiæ, ac gulæ tribuendum eſt; quod indicat etiam ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 69. Saulis, & Eſau exempla adiiciens, hæc eius verba : An non ſatietas Eſau primogeniorum iure ac libertate ſpoliauit ? Ao non ſuperfluus boum, & pecudum eſus Saulem & regno, & vita exterbauit ? an non carnium, & ollarum cupiditas Iſraëlem in deſerto commorantem innumeris tormentis, & tentatiooibus confecit? Sic ille.

CAPVT XLIII.

Conuiualia quædam verba explicantur.

Epulandi *verbum feſtiuitatem quandam notat.*

Deficere *pro fame perire.*

Accipi,

Digitized by Google

Accipi,& accipere *verba conuiuialia.*
Cœnate *aues olus,aliud.*
Menſam deferculati *quid ſit.*
Edendi *verbum* , & pugnandi *vt cohæreant.*
Acici *nexus,& conuiuij.*
Signo dato ad cœnam *inferendam miniſtri vocabantur.*
Vis verbi nutriendi.

481. Q VIA de menſis, & conuiuiis agimus, non erit ab re ſi conuiuialia quædam verba explicemus, quorum notio non trita, & obuia; ſic enim eadem opera quibuſdam ſacræ Scripturæ locis ſua luce donabimus.

Epulãdi verbum feſtiuitatem quandam notat. Pſalm.41. *S.Auguſt.* Et in primis obſeruo epulandi verbum non de cibis tantùm dici, vt ſit cibis, epuliſque indulgere, ſed exultare, ac feſta celebrare, vnde Pſalm. 41. v.4. quod noſter habet, *ſonus epulantis*, Græcè eſt ἤχου ἑορτάζοντος, *ſoni feſtiuitatem celebrantis*, ſicut vertit etiam interpres, quem ſequitur ſanctus Auguſtinus.

Deficere pro fame perire. Iſa 4. LXX. *Deficere* ad cibos pertinet, vt de fame laborantibus dicatur Iſaiæ 4. *Ambulabunt, & non deficient.* LXX. apud ſanctum Hieronymum ſic extulerunt: *Gradientur, & non exurient*; vt deficere ſit eſurire, ac fame perire. Eodem loco v. 30. *Deficient pueri.* LXX. *Eſurient enim viuentes.* Ex hoc *Ier.2.11.* interpretor illud Ieremiæ Thren. 2. v. 11. *Cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi*; id eſt, cùm eſuriens fame periret, nam ſtatim ſequitur v.12. *Matribus ſuis dixerunt, Vbi eſt triticum, & vinum?* *Amos 8.4.* Et Amos 8. v.4. eodem ſenſu, *Deficere facitis egenos terræ*; id eſt, fame rabeſcere, ac perire, *Matth.15.32.* Matth. 15. v. 32. *Ne deficiant in via*, fame ſcilicet preſſi, cùm iam triduo Chriſtum ieiuni ſuſtinuerint.

482. *Accipi,& accipere verba conuiuialia.* Accius. Plaut. Terent. Seru. *Accipi*, & *accipere* conuiuialia ſunt; paſcere enim, aut paſci ſignificant. Accius, *Rectè perfectis ſacris vult accipi.* Plautus, *Ita in prandio nos lepidè, ac nitidè accepiſti.* Terentius in Eunucho: *Accipit hominem nemo meliùs prorſus, neque prolixiùs.* Seruius hoc idem fouebat dum ait: *Hoſpes tam qui* ACCIPIT, *quàm qui accipitur.* Hinc ortum habet ille Italiſmus, qui pleriſque inſolens atque adeò obſcurus videbatur, cùm quempiam ad cibum, aut potum inuitantes quæruot an accipi velit, *Vi piace d'eſſere ricenuto.*

Cœnare aues olus, aliud. Horat. *Cœnare* tranſitiuam etiam habet ſignificationem, vt cœnare aliquid ſit comedere. Horat. 2. Satyr.2.

Nos COENAMVS *aues.*

Idem 2.epiſt.2.

Emptum COENAT *olus.*

Plaut. Plaut.in Aulul.act.5.ſcen.2.

Æcaſtor COENABIS *hodie, vt te dignum eſt, magnum malum.*

Eodem ſenſu,& ſacri Luc.17.v.8. *Para quod cœnem*; propriè quod manducem.

483. *Menſam deferculari quid ſit.* Acta. *Menſam non deferculari* quid ſit, elucebit, ſi Pomeranorum morem, quem in menſæ paratura ſeruant, exhibebimus. Menſa apud Pomeranos ferculis ſemper onuſta eſt, nunquam aliquid ferculorum menſæ detrahitur; parata ſemper eſt menſa, nunquam vacua, hoc igitur eſt, *Menſam haud deferculari.* Ritus huius hac eadem phraſi meminit auctor, qui acta ſcripſit ſancti Othonis, nam lib. 2. cap. 40. de Pomeranis loquens ait: *Mirum dictu, menſa illorum nunquam* DISARMATVR, *nunquam* DEFERCVLATVR, *ſed quilibet paterfamilias demum habet ſenſim mundam, & honeſtam tantum refectioni vacantem. Illic menſa cum omnibus, quæ bibi, aut mandi poſſunt, nunquam vacuatur; ſed alijs abſumptis alia ſubrogantur, vt mappa mundiſſima fercula teguntur comeſturos expectantia, quacumque igitur hora reficere placuerit hoſpites ſint, domeſtici ſint, omnia parata inueniuntur intromiſſi ad menſam.*

Edendi verbum, & pugnandi vt cohærcant. Pendo illud: *Menſa illorum nunquam diſarmatur*; ac ſi fercula arma eſſent. ſunt, quibus comedentium pectus, & mens petitur, & arietatur; Hebræis comedere, & pugnare ab eadem radice eſt, quia ex cibo, potu pugna oritur, & ad rixas nimius potus, dapulaque vrgent, ſed & epulæ ipſæ cum iis pugnant, à quibus digluriuntur, & non ſemel, quos hoſtilis gladius non peremerat, peremit gula, epulæ peremerunt.

Aciem enim conuiuio cohærere Paulus Æmilius cenſuit apud Plutatchum in eius vita in hæc verba: *Atqui oblectabant hæc quoque eum quòd in tanto apparatu, & ſplendore ſuauiſſimum eſſet ipſe oblectamentum, & ſpectaculum conuiuis. At deſexis induſtria ſine admiratione, eiuſdem mentis dixit eſſe* ACIEM *ordinare rectè, &* CONVIVIVM *hoc, vt quam gratiſſimum imitatis, illam, vt quam horrendiſſima hoſtibus eſſet.* 484. *Aciei nexus & conuiuij.* Plut.

Signo dato ad cœnam inferendam miniſtri vocabantur. Seneca. Olim ſigno dato miniſtri ad cœnam inferendam vocabantur, non ſecus ac milites ad prælium vocarentur; ad hunc ritum reſpicit Senec.epiſt.95. *Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtrorum, per quos* SIGNO DATO *ad inferendam cœnam diſcurritur. Dij boni quantum hominum vnus venter exercet.*

Vis verbi nutriendi. Foter. De nutriendi vi ex Hebraico fonte ita habet Foterius: *Enutrini; verbum propriè magnos facere notat, vt Ioſue 4. magnificauit Iehoua, vt celebre fieret nomen eius: hoc tamen verbo Hebræi etiam educationem, ſeu nutricationem ſignificant, nam pueri dum nutriuntur, augmentum capiunt; vt 2. Reg. 10.* מגדלים *id eſt, educantes.* Hactenus ille. Poſſem huc alia verba vocare, eorúmque notionem illuſtrare, quæ conuiuia ſpectant, ſed libare hoc argumeotum volui; non tractare.

CAPVT XLIV.

Cœna pura quæ diceretur, quæ menſa pura.

Cœna pura *apud antiquos.*
Cœna pura, *qua ſine cruentis dapibus.*
Sal *pro obſonio.*
Panis,& ſalis *nexus.*
Pani *ſal ferè adſpergebatur.*
Candidi ſalis *vſus.*
Sal *pro* obſonio *apud noſtros.*
Hyſſopum *pro condimento adijcere delicatorium erat.*
Centeſimæ cœnæ *qua dicerentur.*
Splendidus cœnæ *apparatus.*

485. *Cœna pura apud antiquos.* Tertull. COENÆ puræ frequens apud antiquos authores mentio eſt; inter alios de ea Tertullianus antiquiſſimus auctor aduersùs Marcionem lib. 5. cap. 4. dum ait: *Dies obſeruatis, & tempora, & annos, & ſabbata, vt*

opinor,& COENAS PVRAS, *& ieiunia,& dies magnos.* Sic ille.

Cœna pura, quæ ſine cruẽtu dapibus. Dubium hic eſt quid per cœnas puras auctor iſte, aliique intelligant, nam res in dubium à pleriſque reuocatur. Ego putarim puram cœnam fuiſſe, quæ ſine dapibus cruentis eſſet, ſine cæde, ſine ſanguine, & ciborum aridorum vſum tantùm admitteret. Philo. Illuſtre eſt ad hanc rem Philonis teſtimonium in libro, quem inſcripſit de vita contemplatiua, vbi hæc leguntur: *Menſa pura eſt à cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, pro condimento hyſſopus.* Huc ferè reſpicit etiam Tertull. Tertullianus lib. de pœnitentia cap. 9. dum ait: *Paſtum, & potum* PVRA *noſſe non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa.* Apul. His conſona ſunt, quæ habet Apuleius in Aſclep. in fine: *Hoc*, inquit, *optantes, conconuertimus ad* PVRAM, *& ſine animalibus cœnam.*

Feſtus. Etiam Feſtus puræ cœnæ meminit, ſic enim ille ſcribit in verbo, *penem. Penem antiqui caudam vocabant, a qua antiquitate etiamnum offa porcina cum cauda in* COENIS PVRIS *offa penita vocatur.* Sed cum offa porcina in cœna pura dicatur appoſita, ad Iudæos, quibus hoc nefas, res non pertinet.

486. *Sal pro obſonio apponebatur.* Philo. Porrò quia hîc ſumus, expendendum eſt, quod ait Philo in citatis verbis, *ſal pro obſonio*; nec enim inſolens hoc alicui videri debet, cùm antiqui ſale obſonij loco vterentur, quod ne in dubium vocetur ex probæ notæ auctoribus id firmabimus, quod eò lubentiùs præſtamus, quo nobis aditum ad ſacra illuſtranda facturi ſumus. Et in primis vel Varronis æuo id apud antiquiores in vſu, ſic Plin. enim refert Plinius lib. 31. cap. 7. *Varro*, inquit, *etiam* PVLMENTARII VICE *vſos eſſe* (ſale) *veteres, auctor eſt; eſitaſſe enim ſalem cum pane, & caſeo, vt prouerbio apparet.* Hoc idem ſignificauit Lucian. Lucianus in Timone. *Haud ignoras*, inquit, *offam mihi in cœnam ſat eſſe, tum obſonium ſuauiſſimum cepe, aut naſturtium, aut ſi quando lubeat lautiùs epulari,* PVSILLVM SALIS. Vbi obiter vides etiam naſturtium obſonij loco fuiſſe.

Panis & ſalis nexus. Plut. Magnus panis, & ſalis eſt nexus; olim communi Phano Neptunus, & Ceres colebantur, vt auctor eſt Plutarchus 4. ſymp. quæſt. 4. quod ille ſalem, Ceres panem dediſſent, quódque panem cum ſale antiqui ferè ederent.

Pani ſal ferè adſpergebatur. Iob 7. 6. LXX. Fors ad hunc ritum reſpexit etiam Iob c. 7. v. 6. *Aut poterit comedi inſulſum quod non eſt ſale conditum?* LXX *Numquid poteſt ſine ſale edi panis, aut eſt ſapor in ſermonibus vanis?* In catena Græca hæc verba ſic exponuntur: *Quemadmodum panis cui nihil eſt ſalis adſperſum edi nequit, ſic ieiuni, inanéſque ſermones à ratione, & probabilitate remoti perſuaſionem audientium animis admouere non poſſunt.*

Horat. Horatius lib. II. Satyr. II. ſalem pulmentarij loco adhibitum oſtendit cùm ait:

——— *cum* SALE *panis*
Latrantem ſtomachum benè leniet.

Sed ferè tenuiorum hic cibus erat, quod indiPerſius. cat Perſius Satyra 5.

Vare regustatum digito terebrare SALINVM
Contentus perages.

Candidi ſalis vſus. Lucian. Candido autem ſale ferè opinor vtebantur, quod colligo ex Luciano de mercede conductis, vbi ita ſcribit: *Habes amice primum illud, ſcilicet & ſuauiſſimum conuiuium, quod mihi quidem haud quàm ſuauis ſit cepis, candidóque ſale, liberè cùm velim ex his, & quantum velim edendi.* Huiuſmodi autem ſal candidum ſemper ad eſum adhibitum non auſim affirmare. Sed ad noſtros venio.

Theodoretus in hiſtoria ſanctorum Patrum de Iuliano hæc habet: *Cibus erat ei panis hordeaceus, obſonium autem ſales.* Hozomenus lib. 1. eucharisticæ hiſtoriæ cap. 13. ſancti Antonij abſtinentiam ita deſcribit: *Erat ei cibus panis ſolus, &* SAL, *potus autem aqua. Oleo vngi, balneis, & ſimilibus rebus vti recuſauit.* Sanctus Hieronymus epiſtola 15. ad Mercellum de laudibus Aſellæ: *Pane*, inquit, SALE, *& aqua frigida concitabat magis eſuriem, quàm reſtinguebat*; adeò parca etiam in vilibus iſtis erat. Baſilius Monachus in Aſceticis huc quoque ſpectauit: *Quidam*, inquit, *pane, & ſale veſcuntur.* 487. *Sal pro obſonio apud noſtros.* Theod. Hozom. S. Hier. Baſil.

Ex his, & aliis, quæ huc conuehere poſſemus, apertè conſtat, ſalem loco pulmentarij, ac obſonij olim fuiſſe. Huc libens voco illud, quod habetur lib. 1. Eſdræ cap. 4. v. 14. *Nos autem memores ſalis, quod in palatio comedimus*, de ipſiſſimo, quod obſonij loco adhibebatur, id intelligo, nec libens audio eos, qui aliò hæc verba torquent, cùm enim de antiquo vſu conſtet, non eſt, quòd alio Scripturæ ſacræ verba verborum ſenſu repugnante flectamus. 1. Eſdræ 4. 14.

Dixerat Philo ſuperiùs aduocatus præter ſalem etiam hyſſopum condimenti loco adhibitum; ſed hoc delicatorium erat; ſic enim ille monet lib. de vita contemplatiua: *Septimum diem vt feſtum ſacratum honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt, ſicut iumento relaxantes laborem continuum in cibatu vtuntur pane ſimplici,* SAL VICEM SVPPLET *obſonij, qui delicatiores ſunt,* HYSSOPVM PRO CONDIMENTO *adijciunt*; habes condimenti loco adhibitum hyſſopum, habes ſal obſonij vicem ſubiiſſe; ſed antequam finiam, alia de cœna adiicio. 488. *Hyſſopum pro condimento adijcere delicatorum erat.* Philo.

Centenariæ cœnæ quænam eſſent, diſces ex his Tertulliani verbis in Apolog. cap. 6. *Video & centenarias cœnas* A CENTENIS *iam ſextertijs dicendas.* *Centeſima cœna quæ dicerentur.* Tertull.

De cœnæ ſplendido apparatu ita apud Plutarchum in vita Luculli: *Soli cœnanti quum vna menſa, & cœna parata modica eſſet, accitum ſeruum qui ſuper his erat, obiurgauit. Vbi is cauſatus eſſet, nemine vocato, non ratum ſe requiri ab eo aliquem ſplendorem. Quid ais, inquit, neſciebas hodie apud Lucullum cœnaturum Lucullum.* *Splendidus cœnæ apparatus.* Plut.

CAPVT XLV.

De menſæ benedictione priſci quidam ritus.

Formula *menſæ benedicendæ apud Hebræos* tempore *Paſchatis.*

Qui menſæ accumbit Deum laudet.

In conuiuijs Dei laudes *recenſendæ.*

In conuiuio iuſtorum nemo ſanctorum virorum benedicere calicem *audeat præter Dauid; Hebræorum dictum.*

Quid præſtare debeat, qui obliuione correptus benedictionem *non perfecit apud Hebræos.*

Vitam contrahendæ cauſa benedictionis omiſſio *ex Hebræorum mente.*

Panis fragmenta *cur in menſa relinquant Hebræi, non panem integrum.*

Gratias Deo acturi, cultrum *à menſa auferunt, aut operiunt.*

Preces

Preces *ante cibum, & cibo ſumpto ſundebant Eſſæni.*

Idem à noſtris *præcipitur.*

Sublatis *in cælum* manibus *ante conuiuium Deum precabantur.*

Diſcumbentium ordo.

Hymnus *poſt cœnam canebatur.*

Faciem in cœlum *erigebant orationem ante cibum futuri.*

Oratio *præmittenda vt prægustatio.*

Prægustator *quis.*

Etiam Gentiles Deos ſuos inuocabant *ante cibum.*

Execrandus Manichæorum *mos in cibis benedicendis.*

Beatica benedictio *quænam eſſet.*

Quantæ virtutis *ſit cibi, & potus* benedictio.

Cibi in menſa benedicti *ratio habenda.*

Quis Deum in omni tempore *benedicat.*

489. *Formula mẽſa dicenda apud Hebræos tempore Paſchat is.* Lib.Rit.

LICET in menſis vſitata apud Hebræos eſſet quædam communis benedictionis formula, in conuiuio tamen paſchali peculiaris quædam erat, vt ex antiquo rituali Hebræorum libro apertè colligitur, vbi hæc præter alia ferè leguntur. In paſchali ſecunda menſa poſt illam benedictam, cùm diſtribueretur torta azyma, hæc verba paterfamilias dicebat: *Iſte eſt panis ærumnæ, quem comederunt patres noſtri in terra Ægypti; quiſquis eſurit accedat, & comedat Paſcha*; poſt hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis, *Benedictus es Domine, qui fructum vitis creaſti; ſicque delibatum poculum tradebat proximo, ille ſecundo, & ſic deinceps*; hæc ferè ex rituali veteri Hebræorum libro.

Qui menſa accumbit Deũ laudet. Ariſt.

Et vniuersè cibi benedicendi legem à Moyſe habuiſſe indicat Eleazarus apud Ariſteam lib. de 72. interpretibus in hæc verba: *Etenim vt a menſis, poculiſque incipiamus, rectè iuſſit, tum Deum laudare cùm menſæ accumbimus.* Sic ille.

In conuiuijs Dei laudes recenſenda. Pſalm. 115.

Inter calicem, atque conuiuia Dei laudes celebratas, Deíque beneficia indicat etiam Regius Pſaltes, Pſalm. 115. v. 4. dum ait: *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, id eſt, eius nomen cum laude commemorabo; ſed præſtat hîc eruditum Agellij noſtri commentarium ſiſtere, vbi addit apud Hebræos olim in ore ſolum Dauidem dignum futurum, qui in iuſtorum conuiuio benedicere calicem audeat, quod ad Chriſtum flectendum eſt; hæc eius verba: *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, id eſt, conuiualem, ac lætum calicem eleuabo, ſimul commemorans ſalutem a Deo mihi datam, & laudes eius recenſebo. quem calicem ſalutaris appellabant, velut indicem, ac teſtem diuinæ opis, & ſalutis acceptæ. Mos enim erat apud illos, qui etiam hoc tempore ab ijs ſeruatur, vt in veſpera Paſchæ ad calicem commemorent ſalutem acceptam, ideóque is calix, ſalutarium appellatur: quo tanquam figura propemodum expreſſa calicis noſtri Saluatoris, & noſtræ ſalutis indicabatur, vt veriſimile ſit ad eius ſimilitudinem, & ea ipſa nocte qua mos eiuſmodi ſeruabatur, Dominum noſtrum ſanguinis ſui myſteria tradere voluiſſe, quem etiam Apoſtolus calicem benedictionis appellat. Non prætereundum videtur, Hebræos veteres in morem Caiphæ prophetantes dixiſſe, in conuiuio iuſtorum fore, vt nemo ſanctorum virorum calicem benedicere audeat, niſi ſolus Dauid, nempè is Dauid ille Chriſtus futurus erat, qui cœnantibus illis accepit calicem, & benedixit.*

Agell.

In conuiuio iuſtorũ nemo ſanctorum virorum benedicere calicem audeat præter Dauid. Hebræorum mos.

Apud Hebræos, benedictionem non perfecit, & aliquid in os iniecit, ſi recolat tunc ſe omiſiſſe, iubetur ex ore extrahere, quod ſumpſit, ſi res eſt, quæ ſtomachum iniicere ſpectatoribus nequeat, alioquin in oris partem reiicere debet, donec benedictionem faciat, & tunc deglutiat, quod accepit; ſic in שלחן ערוך tract. de iis, quæ ſeruari in menſa debent.

490. *Quid præſtarè debeat, qui obliuione correptus benedictionem non perfecit apud Hebræos.*

R. Iehuda inter alia, quæ abbreuiare vitam cenſet, hæc duo commemorat, nempe, *ſi quis oblato libro legis in illo legere contemnat*; ſecundò, *ſi quis benedictionem in menſa proferre negligat.*

Vitam cõtrahenda cauſa benedictionis omiſſio ex Hebræorum mente. R. Iehuda.

Abſoluta menſa Hebræi fragmenta panis relinquere in ea debent, cùm ſuper olla quoque benedictio cadat, non tamen licet integrum apponere panem, ne ſcilicet menſam idolis ponere viderentur; ſic habetur in שלחן ערוך tract. de iis, quæ in menſa ſeruari debent. *Is qui ſuper menſam panis fragmentum poſt prandium, & cœnam non relinquit, non videt vllum ſignum benedictionis, vt tamen panis relinquatur, non debet panem integrum afferre, ne videatur Dijs menſam parare.*

Panis fragmẽta cur in menſa relinquãt Hebræi, non panẽ integrum.

Poſt menſam gratias Deo acturi Hebræi canent ne cultelli in menſa relinquantur, aut ſi relinquantur, debent operiri; in Sabbato tamen, & aliis feſtis id licet; ſic in שלחן ערוך tract. de iis, quæ ſeruari in menſa debent, vbi hæc leguntur: *Mos eſt cultrum operire, dum menſæ benedictio poſt menſam fit in gratiarum actionem.*

491. *Gratias Deo acturi cultrũ à menſa auferunt, aut operiunt.*

Eſſæni, quorum ſecta religioſior apud Hebræos putabatur, ante cibum orationem fundebant, idémque præſtabant cùm comediſſent: hæc de illis ſcripſit Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico cap. 7. *Ante cibum preces fundebat Sacerdos, & cibum ante precationem guſtare nefas, poſteaquam pranderunt Sacerdos rurſus precatur, ſicque & cibi ſumptionem incipientes, & finientes, Deum tamquam alimenti largitorem venerantur.* Digna res, quæ in noſtrum exemplum eat. Hoc idẽ ſuadet S. Baſilius in inſtitutione Monachorum, quam ſancto Gregorio Nazianzeno conſcripſit. ſic enim ille ait epiſt. 1. ad Gregor. *Orationes ante cibum fiant Dei muneribus dignæ, quæque nunc tribuit, & quæ in futurum ſeruauit. Orationes item poſt cibum facienda, quæ & pro exhibitis gratias referant, & ea, quæ promiſſa ſunt, petant.* Hoc obſeruabant Therapeutæ, quos Chriſtianos, ac religioſos viros fuiſſe conſtat; hi manus, oculóſque in eodem eleuabant, preces conuiuio præmittentes. Ita diſertè teſtatur diſertiſſimus Philo lib. de vita contemplatiua, *Priuſquam*, inquit, *diſcumbant, ſtantes vnà ſerie decentes, ſublatiſque in cœlum manibus, atque oculis* PRECANTVR, *vt Deo placeat hoc conuiuium; abſolutis precibus, ſeniores diſcumbunt, ac mox alij, pro cuiuſque dignitate.* Sic ille, vbi obiter etiam habes, ordinem in diſcumbendo ſeruatum, vt priùs ſeniores diſcumberent, & mox alij pro cuiuſcumque dignitate. Addit Philo ex antiquis vatibus deſumptum, *Tunc ille*, inquit, *aſſurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens à ſe compoſitum, aut deſumptum ab aliquo veterum vatum.* Hucuſque Philo.

Preces ante cibum, & cibo ſumpto fundebant Eſſæni. Ioſeph.

Idem à noſtris præcipitur. S. Baſil.

Sublatis in cœlum manibus ante cõuiuium Deũ precabantur. Philo. *Diſcumbentium ordo.*

Hymnus poſt cœnam canebatur. Philo.

Quod ille ait de oris in cœlum erectione dum manducaturi orationes funderẽt antiquius exemplum afferre poſſumus; Danielem, cùm ab Habacuc Propheta cibum meſſoribus præparatum accepiſſet in cœlum faciem erexiſſe Deo gratias acturum, indicat Prudentius hymno 4. Catemerino,

Faciẽ in cœlum erigebãt oratiorẽ ante cibum futuri.

rino, dum gratias Deo perſolmas his verbis docet: *His ſumptis Danielus excitauit in cœlum faciem, cibóque fortis amen reddidis, alleluia dixit.* Ex hoc infert Prudentius: *Sic nos muneribus ſuis refectus largitur Deus omnium bonorum, gratos reddimus, & ſacramus hymnos.* etiam Chriſtus benedicturus, & acturus gratias in cœlum ſuſpicere ferè cohibet.

492. *Oratio præmittenda vt prægustatio.*

492. Præmittenda igitur oratio guſtationi ciborum, tanquam prægustatio quædam ad Deum, quod habet Tertullianus in Apologet. cap. 39. *Non prius diſcumbitur, quàm* ORATIO AO DEVM PRÆGVSTETVR. Inſipidæ, & inſuaues epulæ ſunt, quas prægustatio iſta non præceſſerit. Olim prægustatores aſſignabantur, quorum hoc, vt de magnorum cibis nonnihil priùs deguſtatent, vt eus à veneno tutos eſſe bona fide, ſuóque diſcrimine probatent; hinc illud ex antiqua inſcriptione.

Prægustator quis. Vet Inſt.

Ti. Claudius Flamma Clauſius Ti. Augusti PRÆGVSTATOR.

Etiam Gentiles Deos ſuos inuocabant ante cibum.

Hîc à Græcis, προγεύστης dicebatur, vt ſcribit Athenæus lib. 4 nam & προγεύεσθαι, prægustare ſignificat. Hîc bunus prægustator eſt, qui ante menſam, & epularum oppeſitiooem orationem præmittit; optimè ille, qui inter menſam ad ſingulas buccellas tacitè vel Deum, vel Sanctū quempiam implotant; præſtitiſſe hoc Petrum Caniſium vitæ illius auctor Radetus refert, lib. 3. cap. 3. digna res, quæ in exemplum eat.

Execrandus Manichæorũ mos in cibis benedicendis. S. Cyr. Ieroſ.

De Manichæis eſt quod referam in nefandæ rei deteſtationem; hi quoque cibos benedicebant, ſed execranda etat eorum benedictio, ac prorſus blaſphema, de iis ita ſcribit ſanctus Cyrillus Ieroſolymitanus catech. 6. *Cùm aliquis illis panem affert: Paululum, inquit, extra ſubſiſte, &* BENEOICAM TIBI; *deinde in manus recipiens panem, Ego te (dicit Manichæus) pani non feci, & execrans proiicit in altum, & maledicit ei, qui fecit illum, atque ſic factum comedit.* Poterat magis abominanda maledictio proferri? *Si demi*, ſubdit Cyrillus, *habes gratiam, cur factorem, & opificem omnium* BLASPHEMAS?

493. *Beatica benedictio quando eſſet. Conc Barc.*

493. Beaticæ benedictionis mentio alicubi fit; Canone IX. Concilij II. Barcinenſis, vbi de pœnitentibus ſermo eſt, hæc habentur: *Iubemus verò in infirmitate poſitis,* BEATICAM BENEDICTIONEM *percipiant*; porrò beatica benedictio hîc ea reconciliatio eſt, quæ Euchariſtiæ ſumendæ poteſtatem faceret; vt etiam alij notauere. redeo ad communem communis menſæ benedictionem.

Quantæ virtutis ſit cibi, & potus benedictio. Acta.

Quantæ virtutis ſit cibi, potúſque beoedictio, ex hoc etiam colligi poteſt, quod in vita ſancti Odonis lib. 1. narratur in hæc verba: *Accerſito Epiſcopo conſecrare eum fecit Sacerdotem; de quo videlicet Epiſcopo narrare ſolet Pater Odo, quia* BENEDICTVM *ab eo* CIBVM *nullus canis audebat comedere; quod ſi caſu contigiſſet, mox canis ille moriebatur veluti pro cibo aliquid guſtaſſet venenatum.*

Cibi in menſa benedicti ratio habenda. Acta.

Magna cibi in menſa benedicti ratio habenda eſt, quod colligi ex hoc poteſt, quòd in vita ſancti Corbiniani Epiſcopi auctor tradit his verbis: *Quadam die vir Dei beatus Corbinianus cum præfato Principe recumbens ad prandium, appoſita menſa, ſalutifero Crucis Chriſti ſigno cum laude ſuperpoſitam conſignauit alimoniam. Prædictus verò Princeps ex menſa dilecto ſibi cani panem per iniuriam proiecit. Quod vbi vir Dei conſpexit, dextro pede tripodi calcem impegit, & menſam euertit, ita vt argentea vaſcula per pauimentum huc, illúcque ſpargerentur; & ex ſcamno proſiliens aiebat eum tanta benedictione indignum, quam cani non veritus eſſet proiicere: domúmque illius egreſſus, dixit ſe ab eius curia omnino ſe abſtrahere, & nequaquam cum eo vlteriùs panem communem ſumere velle.*

Quis Deum in omni tempore benedicat. S. Aug.

Denique vnioetsè de benedictione, qua quilibet omni tempore benedicete Deum debet, rectè ſenſit ſanctus Auguſtinus enarrat. in Pſalm. 33. *Sed tu qui cantas tibi, Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo; & quando iſta dat, benedic; & quando iſta tollit, benedic. Quia ille dat, ille tollit, ſed ſe ipſum a benedicente ſe, non tollit. Quis eſt autem qui benedicit Dominum in omni tempore, niſi humilis corde? ipſam enim humilitatem docuit Dominus noſter in corpore, & ſanguine ſuo, quia cùm commendaret corpus, & ſanguinem ſuum, humilitatem ſuam commendat.*

CAPVT XLVI.

De menſa ſacra.

Menſa cum aris *ſacrata.*
Deorum ſimulachris *ſacræ fiebant menſæ.*
Salinum *quid, & eius vſus.*
Deorum ſimulachra *in menſis.*
Epulis noſtris *Chriſtus interſit.*
Fercula Deum ſapiant.
Hercules *menſæ tutela.*
Signorum ſactorum *intuitus ſobrietatis ſpiritum inhalabat.*
Sub Chriſti faciem *ſumendus cibus.*
Dulces *epulæ &* ſanctæ *qui reddantur.*
In menſa Diis *libabant.*
Aquam è phiala fundentes Diis libabant *Ægyptij.*
Sinæ *vini pateram vt Deo libent.*
Libatio etiam in fine *menſæ.*

ANTIQVIS menſa pro ara fuit, & quiddam ſacrum; hinc ſicut diis libabatur, ita & menſæ, & pleru mque quo die conſecrabatur templum, conſecrabantur & menſæ, quod obſeruauit Seruius lib. 8. Æneidum: *Apud antiquos*, inquit, *inter vaſorum ſupellectilem etiam menſam cum aris mos erat conſecrari, quo die templum conſecrabatur.* hæc & alia Seruius. 494.

Menſa cum aris ſacrata.

Seru.

Deorũ ſimulacris ſacræ fiebant menſæ. Arnob.

Quo autem ritu menſa ſacraretur, indicat Arnobius lib. 2. aduerſùs Gentes: *Numquid ſacras facitis menſas* SALINORVM *appoſitu, &* SIMVLACRIS DEORVM? quod erat priùs in vſu, licèt tunc abolitum eſſet.

Salinum quid & eius vſus. Horat.

Quod de ſalino ait, concinit cum illo more, quo ſalinum ioter vaſa ſacra cenſebatur, quod benè norat interpres vetus ad illud Horatij,

Splendet in menſa tenui SALINVM.

Salinum propriè eſt patella, in qua Diis primitiæ cum ſale offerebantur.

Deorũ ſimulacra in menſis. Arnob. Athen. Ouid.

Deorum verò ſimulachra in menſis apponi ſolita & apertè oſtendit Arnobius, & Athenæus lib. 8. cap. 13. ad hunc, opinor, morem reſpexit Ouidius Faſtorum dum ceinit,

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat, & MENSÆ CREDERE ADESSE DEOS.

Stat.

Et Statius in Syluis,

—— *Numen venerabile* MENSIS.

Hercules menſæ tutela.

Hinc *Epitrapezÿ* tamquam menſæ præſides dicebantur.

Stat.

cebantur. Herculis Epitrapezij meminit Statius in Syluis, quem menſæ turelam vocant,

——*Caſta genius* TVTELAQVS *menſa.*

495. *Signorum ſacrorum intuitus ſobrietatis ſpiritũ inhalabat.*

Signorum ſacrorum intuitus ſobrietatis, ac temperantiæ ſpiritum inhalare perſuadebant ſibi idolorum cultores, hinc illud Libanij tom. a. orat. 19. *Ex eo quòd quis inſpiciat* SIMVLACHRA DEORVM, *continentior efficitur hoc ſpectaculo.*

Liban. *Epulis noſtris Chriſtus interſit.* S.Chryſ.

Sanctiùs hic mos ſeruari apud nos poterit, ſi epulis noſtris adeſſe putemus Chriſtum, qui veræ menſæ tutela ſit. Opportunè ſanctus Chryſoſtomus, cuius eſt hoc monitum hom. 16. ex variis in Mathæum locis: EPVLIS VESTRIS INTERSIT CHRISTVS, IN FACIE PRANDEATVR AVCTORIS. Hoc ſi fieret, abiret à menſis nimius luxus, abiret ingluuies, & ebrietas, quæ menſis innatant, à quibus Chriſtus abeſt: Influat in pateras Chriſtus, vt ſacra, & ſancta menſa ſit, abſiot ab ea verba inhoneſta, atque ſimilia.

Fercula Deũ ſapiant. Prud.

Scitè Prudentius hymno 3. ante cibum,

FERCVLA NOSTRA DEVM SAPIANT
Chriſtus & influat in pateras
Seria, ludicra, verba, iocos,
Denique quod ſumus, aut agimus,
Trina ſuperat, regat pietas.

Sub Chriſti faciem ſumẽdus cibus. Prud.

Sub Chriſti faciem qui & in tutelam, & in ſalutem conuiuiis ſit ſumendum cibum idem indicat, dum eodem hymno ait:

Huc nitido precor intuitu
Flecte ſalutiferam faciem
Fronte ſerenus, & irradia,
Nominis vt ſub honore tui
HAS EPVLAS *liceat capere.*

496. *Dulces epulæ, & ſanctæ qui reddantur.* Idem.

Sic verè excluſa Gentilium ſuperſtitione ſacra menſa erit, dulces epulæ, & ſanctæ, quas fides ſanctificet, alioquin inſipida omnis ſuauitas erit, & dulcedo omnis amara. Pergit Prudentius ad hanc mentem,

TE SINE *dulce nihil, Domine,*
Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula ni prius, atque cibos
Chriſte, tuus fauor imbuerit;
Omnia ſanctificante fide.

In menſa Dijs litabant.

Sacra præterea menſæ dicebatur, quia in ea Diis libabant, quod frequens, ac ſolemne apud antiquos. ſpectat huc illud Valerij Antiatis apud Liuium lib. 39. *Facinus ſæuum & atrox inter pocula, atque epulas, vbi* LIBARE DIIS DAPES, *vbi benè precari mos eſſet ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis mactatam humanam victimam eſſe, & cruore menſam reſperſam.* Hæc obiici Herodi quoque poſſent, qui cùm menſæ aſſideret, adeſſétque meretricis ſaltatricula filia, Ioannem caſtitatis victimam mactauit.

Liu.

497. *Aquã è phiala fundentes Dijs litabant Ægypty.* Heliod.

Ægyptiis familiaris libatio, qui ex phiala meram aquam fundentes Diis libabant. Diſco id ex Heliodoro in Æthiopicis, vbi ſapientem Ægyptium accubiturum inducit in hunc modum: *Sed primum a nobis pro Ægyptiorum ſapientum diſciplina* LIBETVR DIIS IMMORTALIBVS. *Hæc locutus effundebat ex phiala meram aquam, & libo, dicebat Dijs huius terra, & Græcis, & ipſi Apollini delphico.* Hocuſque Heliodorus.

Sinæ vini pateram vt Deo libant. Nic.Trig.

Sinæ extra aulam vultu ad Auſtrum conuerſo inclinatione præmiſſa vini pateram Deo libant, quod refert Nicolaus Trigautius lib. 1. de expedit. Sin. cap. 7. *Ex aula,* inquit, *in atrium egreditur, & inclinatione prius exhibita hanc vini pateram vultu ad Auſtrum conuerſo* COELI DOMINO AFFERENS *in ſolum effundit.* Sic ille.

Apud pleroſque libatio non ſolùm in principio menſæ fiebat, ſed & in fine, illam quidem bonæ fortunæ, hanc Ioui ſeruatori. Hoc notat Scholiaſtes Ariſtophanis in ranis, dum ait: *Solere fieri libationem bona fortuna in principio menſarum, in fine Ioui ſeruatori*, ſed ad alia quoque eundum nobis eſt. *Libatio etiam in fine menſa.* Schol. Ariſt.

CAPVT XLVII.

Olera ægrotantium cibus.

Olera infirmorum *cibus.*
Olera, & legumina dono ſibi mittere *conſueuerant.*
Olera amici ab amicis *poſtulabant.*
De oleribus *Hebraeorum prouerbium.*
Olera *in faſciculis cocta.*
Olera *quàm pretioſa fiant ægrotis, & peregrinis diſtributa.*
Vaporoſa *ſanitas.*
Paſſiones ſubiici *ſapienti debent vt olera ruſtico.*
Ad olera cum charitate *vocari quid ſit.*

OLIM ægrotos oleribus curari ſolitos inſolens alicui videatur, eſt tamen verum. Huc facit illud Plauti in Captiuis, vbi ita loquitur: 498. *Olera infirmorum cibus.* Plaut.

He. Aſper meus victus ſanè eſt. Par. Sentis ne eſitas.
He. Terreſtris cœna eſt. Par. Sus terreſtris beſtia eſt.
He. Multis OLERIBVS. *Par. Curato* ÆGROS *domi.*

Ex hoc lucem ſuam nanciſcitur Pauli locus ad Romanos cap. 14. verſ. 2. vbi reſpiciens ad hunc morem, ait: *Qui autem infirmus eſt,* OLVS *manducet.* Rom. 14.

Olera Monachorum ægrotantium cibum olim fuiſſe indicat Baſilius Monachus in aſceticis in hæc verba: *Stomacho* INFIRMO, LANGVENTIQVE OLERA *cocta cum pane adhibenda, aceto etiam addito, & nonnunquam oleo.* Sed quia hîc ſumus, alia de oleribus adiiciam. Baſil.

Olera, ac legumina ſibi dono mittere antiqui olim moris fuit, hinc illud Roricij Epiſcopi lib. 2. epiſt. 41. *Gratias ago quòd noſtri vnam gerere, & nouitate* OLERVM, *quæ libenter habere nos noſtis nos reficere tanti habuiſtis, ideóque redeunte puero veſtro;* & epiſt. 43. quæ eſt ad Ambroſium Epiſcopum, ait idem auctor: *Pro cœleſtibus epulis, quas nobis & ſermone vino, & Patrum tractatibus miniſtratis,* LEGVMINA *marina tranſmiſimus.* 499. *Olera, & legumina dono ſibi olim mittere conſueuerant.* Ruric.

Olera autem ſibi mitti ab amicis petere conſueuerant; hinc illud ſancti Gregorij Nazianzeni epiſt. 12. Amphilochio ſcribens ait: *Ne graueris ad nos* OLERA MITTERE *plurima, aut certè quantum potueris, nam exigua quoque pauperibus magna ſunt;* & epiſt. 13. ad eundem reſpiciens: *Quàm parcè,* inquit, *à vobis ad nos* OLERA VENIVNT, & quid aliud quàm aurea olera. *Olera amici ab amicis poſtulabant.* S.Greg.Naz.

Hebræorum prouerbium eſt de oleribus: *In vrbem* OLERIBVS *abundantem olera venalia importa;* quia ſcilicet ſæpè accidit, vt cariſſima ſint, & magno pretio ibi res vendantur, vbi earũ magna eſt copia, cùm ferè ad alia loca eas omnes exportent. *De oleribus Hebraeorum prouerbium.*

Olera in faſces ad Vrbem portata indicat Virgilius in Moreto, dum ait: *Olera in faſciculis cocta.*

Venales OLERVM *faſces portabat in Vrbem.*

Illud

S. Hier.

Illud minus obſeruatum, in faſciculis cocta, quò ſpectabat ſanctus Hieronymus in epiſt. ad Pammachium, his verbis: *Mundant* LEGVMINA, *oleum faſciculos in feruentem ollam deyciunt.*

500.

Olera quàm pretioſa fiant ægrotis, & peregrinis diſtributa.
Caſſiod.

Oleta, & vniuersè omnia quæ tellus gignit, quàm pretioſa fiant ſi peregrinis, & ægrotis offerantur, explicari vix poteſt. Caſſiodorus de diu. lect. cap. 28. cùm dixiſſet agriculturæ ſtudia terrenos fructus producere, ſubiicit: *Hæc tamen cum peregrinis, & ægrotis præparantur fuiſſe* COELESTIA, *quamuis videantur eſſe terrena.*

Vaporea ſanitas.

S. Aug.

Portò vt vtili aliquo monito caput iſtuc obſignem, addo & æquo animo ferendas infirmitates, nec à ſanitate tumoris auram hauriendam; ſanitatem, qua quis in hac vita fruitur, *vaporem* vocat ſanctus Auguſtinus ſerm. 34. ex 40. nouis. *Quanto ardore deſiderat paucorum dierum* VAPOREAM SANITATEM; inſanus eſt, qui ſanitati nimium fidens mortem non cogitat, ſed imbecillitatis ſui oblitus in omnium vitiorum genera miſer labitur.

Paſſiones ſubiici ſapienti debent vt olera ruſtico.
S. Ambr.

Quâ premendæ paſſiones ſint, & rationis imperio rationi ſubiiciendæ, ita explicat ſanctus Ambroſius lib. de Noë, & arca c. 25. *Irrationabiles paſſiones ita debent menti ſapientis, vt* OLERA *ruſtico eſſe ſubiecta.*

Ad olera cum charitate vocari quid ſit.
Prou. 15. 17.
B. Raban.

Illa verò Salomonis: *Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio*; Prouerb. 15. 17. ſic exponebat Rabanus Maurus lib. 2. cap. 15. comment. in hunc librum: *Omnis qui bonorum operum exempla proximis quæ immittentur, oſtendit, quaſi ad epulas quibus reficiantur conuinas vocat. Melius eſt autem vocare ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. Quia nimirum multo eſt vtilius ſimplicis vitæ innocentiam, cum charitate ſeruare, quam maioribus virtutum miraculis foras effulgere, & interiora mentis ab odiorum ſorde non expurgare.*

CAPVT XLVIII.

De menſis, & menſarum apparatu aliqua offeruntur.

Sinæ mappis *menſas non inſternunt.*

Menſarum pedes *in animalium ſpeciem formati.*

Menſa maculis adſperſa *quanti facta.*

Quanti *euchariſtica menſa fienda, quæ maculas aufert.*

Plures in menſa nodi *pretium augebant.*

Diuerſo triclinio *togati, ac ſagati recipiebantur.*

Menſæ magnitudo *&* ornatus *apud Sinas.*

Vacuam *abſentis* cathedram *menſæ apponere quando Hebræi ſoleant.*

Menſæ *apud Iaponios variarum* rerum figuris *inſignitæ.*

Fucatis cathedris *conuiuæ vtuntur.*

Vaſa *quibus vtebatur in menſa ſanctus Auguſtinus qualia eſſent.*

Quâ pœnâ *puniretur* aſceta *qui à menſa ſine cauſa abeſſet.*

Mundus *vt menſam referat ferculis onuſtam.*

Magni conuiuÿ apparatus *in rerum molitione.*

In menſa non tantùm fercula, *ſed* Dei verba *ore verſanda.*

Dei menſa *dicitur, in qua de Deo conuiuæ loquuntur.*

Quàm diuitem menſam *ſperare in cœlo debeamus euchariſtica menſa nos docet.*

501.

Sinæ mappis menſas non inſternunt.
Nic. Trig.

SINÆ mappis menſas non ſternere notatum ab aliis eſt. Nicolaus Trigautius rem, & cauſam habet lib. 1. de expedit. Chriſt. apud Sinas cap. 3. in hæc verba: *Alterum eſt bitumen quoddam (conſimile lacti) ex arboris cuiuſdam cortice expreſſum, ac inſtar picis glutinoſum, ex eo conficiunt ſandaracham quandam. hoc Luſitani ciatonem, Sinæ cie vocant, eo menſas, lecticas, ſupellectilem, domos ipſas, & nauigia inficiunt, varióque ad libitum colore; quæ omnia deinde ad inſtar ſpeculi ſplendent, & nitore ſuo oculis, leuitate etiam manibus, cum æquali maieſtate blandiuntur, & multam ferunt ætatem. Hinc fit vt Sinarum, Iaponiúmque ædes ita ſplendeant, intuentibúſque arrideant: hoc enim velut pigmento, cuiuſlibet ligni colorem cum ſplendore metiuntur. Hanc etiam ob cauſam Sinæ minus quam reliqui populi, apud quos eſt huius bituminis vſus, mappis inter edendum menſas non inſternunt, nam ſplendentes ac velut cryſtallina menſa, ſi quid ex eduliorum adipe de ſplendore deperdiderint, exiguæ purioris aquæ inſperſione leuiter afflicta inſtaurantur, leuis enim illa duráque ſuperficies cuiuſuis rei permiſtionem excludit.*

Menſarū pedes in animalium ſpeciem formati.
Iuuen.

Menſarum pedes aliqoando in animalium ſpeciem formati olim videbantur. Iuuenalis Satyr. 11. huc ſpectabat.

——— *Latos niſi ſuſtinet orbes*
Grande ebur, & magno ſublimis PARDVS *hiatu.*

Menſa maculis adſperſa quanti facta.
Tertull.
Quāti euchariſtica menſa fienda, quæ maculas aufert.

Menſa quæ maculis adſperſa, quanti facta, indicat his verbis Tertullianus lib. de pallio cap. 5. *Adigo cauterem ambitioni qua M. Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit, quæ bis tantum Aſinius Gallus pro menſa eiuſdem Mauritaniæ numerat à Heu quantis facultatibus æſtimauere ligneas* MACVLAS; quanti æſtimando illa menſa, quæ maculis caret, quin maculas à mentis tabula abradit, hoc enim euchariſtica præſtat.

502.

Plures in mēſa nodi pretium augebant.
Seneca.

Plures in menſa nodi menſæ augebant pretium. Diſco ex Seneca, cuius hæc ſunt verba de benef. lib. 7. cap. 9. *Video iſtic, & æſtimatum lignum cenſu ſenatoris, eò pretioſius, quò in plures* NODOS *arboris infelicitas torſit.*

Diuerſo triclinio togati, ac ſagati recipiebantur.
Suet.

Diuerſo aliquando triclinio, atque conuiuio togati excipiebantur, ac ſagati; iſtuc obſeruauit Iulius Cæſar, de quo ita ſcribit Suetonius cap. 48. *Conuiuatum aſſiduè per Prouincias duobus tricliniys; vno quo* SAGATI, *palliatique; altero, quo* TOGATI *cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent.*

Mēſa magnitudo, & ornatus apud Sinas.
Nic. Trig.

Sinarum menſis, earúmque magnitudine, & ornatu hæc litteris tradidit Nicolaus Trigautius lib. de Chriſt. expedit. apud Sinas cap. 7. SINGVLIS SVA MENSA *aſſignatur cubitos aliquot longa, latáque, ſed ferè longior; nonnunquam etiam vni duæ menſæ aſſignantur, altera ante alteram. hæ menſæ pretioſo aliquo panno dependente, vt ferè aræ noſtræ ſolent, exornantur omni ex parte. Ipſæ quoque ſedes pellucido illi ſuo bitumine non ſplendent ſolùm, ſed etiam varÿs picturis, & auro condecorantur.*

Si

Vacuam abſentis cathedram menſa apponere quãdo Hebræi ſoleant.
Hebr.

Si acicidat patrem à menſa abeſſe, eius cathedram vacuam menſæ apponere aliquando Hebræi ſolent, præcipuè ſi ſapiens, & inſignis vir ille ſit.

Menſa apud Iaponios variarum rerum figuris inſignita.
Ioan. Petr. Maff.

503. Menſæ apud Iaponios variarum rerum figuris maximè ſyluestrium exornari ſolent; ita refert Ioan. Petrus Maffæus lib. 6. hiſtoriarum Indicarum, addeos propriam ſingulis menſam parari, aut vnam binis: *Conuiniorum ratio eſt talis. Inuitantur multi* PROPRIA *ſingulis menſa, aut ſummum binis, apponitur ex ligno ad inſtar ebeni ſplendidiſſimo,* VARIIS SYLVESTRIVM MAXIME RERVM FIGVRIS, *ac certis linearum ductibus (quo in genere Sinæ admodum excellunt) capriolatim ex argento, vel auro diſcurrentibus. Ea pictura nitórque pro mappa eſt.*

Fucatis cathedris conuiuæ vtuntur.
Idem.

Fucatis cathedris conuiuas apud Iaponios vti, locuples teſtis eſt Ioan. Petrus Maffæus lib. 6. hiſtoriarum Indicarum ita ſcribit: *Conuiuæ* FVCATIS CONSIDENT CATHEDRIS, *præmolli, vt apud nos, culcitra, ad gratiorem quietem obductis.*

Vaſis quibus vtebatur in menſa ſanctus Auguſtinus qualia eſſẽt.
Poſſid.

De vaſis, quibus in menſa vtebatur ſanctus Auguſtinus, ita ſcribit Poſſidonius in eius vita: *Cochlearibus tantùm argenteis vtens, cætera vaſa, quibus inferebantur cibi, vel* TESTEA, *vel* LIGNEA, *vel* MARMOREA *erant: non tamen neceſſitatis inopia, ſed propoſito voluntatis, id quod inſidere omnium præſulum mentibus deberet.*

Qua pœna puniretur aſcetas, qui à menſa ſine cauſa abeſſet.
S. Baſil.

Olim apud Aſcetas abeſſe à menſa non licebat, niſi abſentiæ cauſam indiceret, alioquin ieiunus remanebat. Auctor qui libri pœnarum, qui ſancti Baſilij operibus inſerantur num. 23. ita habet: *Si quis* ABSIT A MENSIS *non dicta cauſa, maneat ieiunus.*

Mundus vt menſam referat ferculis onuſtam.
Petr. Cell.

504. Mundus iſte, quem videmus, egregiè paratam ſuis partibus menſam refert; præſtat hic ſiſti Petri Cellenſis verba, qui lib. de panibus cap. 2. ita loquitur. *Terram fundatam animaduertere poteſt, quaſi* MENSAM POSITAM, *cælum ſuper, & circumpoſitum quaſi mappam circumtectam; firmamentum tanquam candelabrum, & in candelabro duo magna luminaria, ſolem, & lunam, ſublucentibus ſtellis, tanquam candelis, aërem nimbiferum, tanquam lauatorium, & infuſorium, rurſus ſerenum tanquam offerentes manutergium, mare velut omnium ſordium emundatorium: terram, panem, & vinum, carnem, & pigmentum, & aliud vitæ luminis ſufficiens ſuſtentamentum naturæ ſubinferentem ex moderatione ſpiritus cuncta regente.*

Magni conuiuÿ apparatus in rerum molitione.
Procop.

Magni conuiuij apparatum in rerum molitione notabat eleganter Procopius in Geneſim in hæc verba: *Quæ hactenus commemorauimus, ſimillima ſunt magni epuli apparatui, primùm locus mundatur, ne quæ ſordes conuiuas offendant, dein conuiuium paratur, & inſtruitur, deinde lucernæ accenduntur, poſtremò, via qua conuiuæ veniant, præcedentibus ſeruis, & miniſtris, nempe brutis animalibus nouiſſimè accedit,* AD IO EPVLVM, *quaſi Dominus, & rex rationalis creatura, nempè homo.*

In menſa non tantùm fercula, ſed Dei verba ore verſanda.
Hebr.

In menſa non fercula tantùm traiicienda, ſed & Dei verba ore verſanda, alioquin cenſeri poſſet, tanquam is qui menſæ prophanæ, ac mortuorum, idololatrarúmque ſacrificiis adſtaret. Pulchrè R. Simeon in Pirke-auoth cap. 3. lib. 7. vbi hæc habet: *Tres qui ſuper menſam comedunt, nec dicunt ſuper eam legis verba, neque de illis diſputant, idem præſtant ac ſi mortuorum ſacrificia comederent.*

Dei menſa dicitur in qua de Deo conuiuæ loquuntur.
Hebr.

In menſa loquendum de Deo eſt, & Dei verba proferenda, talis quippè Dei menſa diei poteſt, hinc ſcitum illud R. Simeonis in Pirke-auoth cap. 3. *Tres qui menſæ adſident, déque rebus diuinis diſputant dum edunt, videntur* DEI MENSÆ *accumbere.*

Quid poſt hãc vitam ſperare debeamus Euchariſtia nos docet.
S. Pet. Chryſ.

Qui nobis tam nobilem, diuitémque menſam in exilio parauit, oſtendit quid ſperare in patria debeamus. Scitè ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 95. *Qui ſe nobis hîc manducandum dedit, quid ſuum denegare poterit in futurum, & qui tantum nobis viaticum præparauit ad victum, quid in illa nobis perpetua manſione non parabit?* explicet qui poteſt.

CAPVT XLIX.

De ferculis quæ menſis inferebantur nonnullæ obſeruationes.

Menſa Imperatoris *qualis.*
Semina, *quæ terræ mandantur, cur in cibum non ſumerent qui Deorum matrem colebant.*
Cibi auro *conſperſi.*
Quinquies in anno *Imperator cum officialibus ſuis cibum ſumebat.*
Plures gallinæ *in menſam non inferebantur.*
Pondus *ciborum ad luxum.*
Ferculorum ordo *inuerſus aliquando.*
Etiam parandi difficultas *cibis pretium faciebat.*
Menſa ferculorum copia *in modum caſtelli ſurgunt apud Sinas.*
Vaccæ, & taurorum *eſus rarus in Ægypto.*
Vilior conuiuÿ apparatus *acquirendi regni impedimentum.*
Regis eſt conuiuium diues *exhibere.*
Ciborum lautitiæ *non quærendæ.*
Pretioſa fercula *non quærit, qui Chriſtum amat.*
Menſæ conuiuæ pauperes, *& cum pauperibus Chriſtus ſit.*
Hominis proprium *vt omnes paſcat.*
Sacræ lectionis in menſa *fructus.*

Menſa Imperatoris qualis.
Luitpr.

505. MENSA Imperatoris qualis eſſet in diebus feſtis, & præcipuè in Domini natiuitate, ſcitè explicat Luitprandus, varióſque ritus indicat, nam lib. 6. rerum per orbem geſtarum ita ſcribit: *Eſt domus iuxta Hippodromum Aquilonem verſus miræ & altitudinis, & pulchritudinis, quæ de cannea cubita vocatur. quod nomen non ab re, ſed ex apparentibus cauſis ſortita eſt: Δέκα enim Græcè, Latinè decem, ἐννέα nouem; cubita autem à cubando inclinata, vel curuata dicere poſſumus. Hoc autem ideo, quoniam quidem 19. menſæ in ea, quæ ſecundùm carnem eſt D. N. Ieſu Chriſti natiuitate apponuntur. In quibus Imperator pariter, & conuiuæ non ſedendo, vt cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur. Quibus in diebus non argenteis, ſed tantùm aureis vaſis miniſtratur. Poſt cibum autem aureis vaſis tribus ſunt poma delata, quæ ob immenſum pondus non hominum manibus, ſed purpura tectis vehiculis ſunt allata. apponuntur autem duo hoc modo: In menſa per foramina laquearis tres ſunt* funes

ſunes pellibus tecti, cum annulis aureis depoſiti, qui anſis, quæ in ſcutulis (lege ſcutellis) prominent, impoſiti, adiuuantibus inferiùs quatuor, aut eo amplius hominibus, per vertibile, quod ſupra laquearium eſt, regalium in menſam ſubuehuntur, eodémque modo deponuntur.

Semina, quæ terræ mandãtur, cur in cibum non ſumerent qui Deorum matrem colebant.
Iul.

Cur ſemina, quæ terra condebantur, non adhiberentur in cibum ab iis, qui Deorum matrem colebant, explicat his verbis Iulianus orat. 5. *Caſtimoniæ porrò finem euectionem animarum eſſe ſtatuimus. Quæ quidem in primis ſemina illa quæ conduntur humo, veſci prohibet. Eſt enim rerum omnium nouiſſima terra; vbi & compulſa mala verſari Plato dixit: & eam paſſim in oraculis Dij ſordes, ac quiſquilias nominant; atque vt inde fugiamus, non rarò cohortantur. Quamobrem genitalis ac prouida illa Dea ne ad ipſa quidem vſque corporis alimenta, ijs quæ terra obruuntur, vti permittit, eáque re cælum ipſum, vel potiùs ſupra cælum reſpicere nos admonet.*

Cibi auro cõſperſi.
Ioan. Petr. Maff.

506. Cibos auro conſpergere Iapones ſolent, de illis ita ſcribit Ioannes Petrus Maffæus lib. 12. hiſtoriarum Indicarum: *Cibi confecti in pyramidem extruuntur*, AVRO CONSPERSI, *cupreſſinis ramulis ad gratiam prominentibus; nonnunquam etiam roſtro, pedibúſque inauratis aues integræ nobilibus patinis inferuntur.*

Quinquies in anno Imperator cum officialibus ſuis cibum ſumebat.
Georg. Cod.

Imperator olim quinquies in anno cibum coram ſuis officialibus in triclinio cibum ſumebat; quod his verbis refert Georgius Codinus de offic. aulæ Conſtantinop. cap. 7. num. 37. *Cùm Imperator* QVINQVIES IN ANNO *cibum ſumat in triclinio, vniuerſis aulæ proceribus adſtantibus, indutiſque ſua ſcaramica, & cabbadia, nempe in feſto natiuitatis Domini, luminum palmarum, magna Dominica Paſchatis, & ſancti Spiritus.*

Plures gallinæ in menſam nõ inferebantur.
Tertull.

Lex ulim, ne in menſam plures gallinas inferrent, ſed vnam, eámque minimè ſaginatam; Tertull. hæc ſunt verba in Apologet. c. 6. *Quoniam illæ leges abierunt, ſumptum, & ambitionem comprimentes, quæ centum æra, non ampliùs in cœnam ſubſcribi videbant; nec amplius quàm* VNAM INFERRI GALLINAM, *eámque non ſaginatam?*

Pondus ciborum ad luxum.

Volucres, & piſces in conuiuiis ponderabantur, ac ſi delicatiores eſſent, ſi grauius eorum eſſet pondus. Ammianus lib. 28. *Poſcuntur etiam in conuiuijs aliquoties* TRVTINÆ *vt adpoſiti piſces, & volucres ponderentur, & glires, quorum magnitudo ſæpiùs delicata non ſine tædio præſentium, vt antehac inuſitata, laudatur aſſiduè; maximè cùm hæc eadem numerantes notarij propè triginta adſiſtant cum thecis, & pugillaribus.*

Ferculorum ordo inuerſus aliquando.
Seneca.

507. Cœnarum lautitia in hoc quoque oſtenſa olim apud antiquos, vt ciborum ordinem inuerterent, vltimo loco menſæ inferrentur, quibus locum primum conſuetudo dabat, & ea primum ex luxu ſortirentur locum, quæ poſtremum ex vſu obtinuerant. Diſco id ex Seneca epiſt. 114. verba ſunt iſta: *Deinde ad cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex nouitate, &* SOLITI ORDINIS COMMVTATIONE *captatur, vt ea quæ cludere cœnam ſolent prima ponantur, vt quæ aduenientibus dabantur, exeuntibus dentur.*

Etiam parādi difficultas cibis pretium faciebat.
Seneca.

Etiam à raritate, parandíque difficultate pretioſitas ciborum colligebatur, quod tangit Seneca, & deplorat, dum lib. de conſolat. ad Heluiam inclamat: *O miſerabiles, quorum palatum niſi ad pretioſos cibos non excitatur; pretioſos autem non eximius ſapor, aut aliqua faucium dulcedo, ſed* RARITAS, *aut* DIFFICVLTAS *parandi facit.*

Menſa ferculorum copia in modũ caſtelli ſurgunt apud Sinas.
Nic. Trig.

Apud Sinas cùm nullum ferculum menſæ appoſitum in toto conuiuij curſu à menſa non tollatur, inde fit vt in caſtelli modum menſæ ſurgant. Nicolaus Trig. de expedit. Chriſti apud Sinas, lib. 1. cap. 7. ita ſcribit: *Nullum porrò ferculum* SEMEL *appoſitum toto conuiuio tollitur; itaque menſæ non applicent modò, ſed diſcos aliis alios ita ſuperponunt, vt caſtellorum ſpeciem referant.*

Vaccæ & taurorum eſus rarus in Ægypto.
S. Hier.

Vaccæ, & taurorum eſus rarus in Ægypto, & Palæſtina fuit, rem & cauſam habet ſanctus Hieronymus lib. 2. aduerſùs Iouinianum, cap. 6. vbi ait: *In Ægypto, & Palæſtina propter boum raritatem, nemo* VACCAM *comedit*, TAVRORVMQVE *carnes, & boum, vitulorúmque aſſumunt in cibis, at in noſtra prouincia ſcelus putant vitulos deuorare: vnde & Imperator Valens nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, vtilitati agriculturæ prouidens, & peſſimam iudaizantis vulgi emendans conſuetudinem, pro altilibus, & lactentibus vitulos conſumentes.*

Vilior conuiuij apparatus acquirendi regni impedimentum.
Luitpr.

508. VVidonem in Regem minimè aſſumptum legimus, quòd viliori apparatu eſſet contentus, quam deceret Regem: rem his verbis narrat Luitprandus lib. 1. hiſtoriarum cap. 6. *Fertur hac occaſione Francos VVidonem Regem ſibi non aſſumpſiſſe. Nam dum ad Metenſem venturus eſſet vrbem, quæ potentiſſima in regno Lotharij claret, præmiſit Dapiferum ſuum, qui alimenta illi more regio præpararet. Metenſis verò Epiſcopus dum cibaria ei multa ſecundùm Francorum conſuetudinem miniſtraret, huiuſmodi reſponſa à Dapifero ſuſcepit. Si equum ſaltem mihi dederis, faciam vt tertia obſonij huius parte ſit Rex VVido contentus. Quod Epiſcopus audiens: Non decet, inquit, talem ſuper nos regnare Regem, qui decem dragmis vile ſibi obſonium præparat. ſicque factum eſt, vt VVidonem deſererent: Odonem autem eligerent.*

Regis eſt conuiuium diues exhibere.
Caſſiod.

Regis eſt, conuiuium ita dapibus refertum exhibere vt omnia poſſidere videatur; cur non idem Chriſtus præſtiterit in euchariſtica menſa? præſtitit, vt ſignarè dixerit Euangeliſta; *Sciens quia dedit ei omnia Pater in manus*; de Regia menſa ſic loquitur Caſſiodorus lib. 12. epiſt. 4. *Menſa regalis apparatus ditiſſimus non paruus reipublicæ probatur ornatus, quia tanta Dominus poſſidere creditur, quantis nouitatibus epulatur. Priuati eſt habere, quod locus continet.* SIC DECET REGEM PASCERE, *vt à Legatis gentium credatur penè omnia poſſidere.*

Ciborum lautitia non quærenda.
4. Reg. 4.
S. Hier.

509. Ciborum lautitias nnn quærebat Heliſæus, qui cùm filios Prophetarum ad prandium inuitaſſet, agreſtes herbæ ex more appoſitæ cùm eſſent, & inclamantibus conuiuis ob amaritiem mortem in olla eſſe, 4. Reg. 4. non eos reprehendit, qui tales cibos parauerant, ſed dura in coquos verba contorſit, ſed farina in ollam immiſſa eius amaritiem temperauit, nimirum hæ erant viri Dei ex more epulæ, electos cibos non quærens; præclarè ſanctus Hieronymus epiſt. 22. quæ eſt ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, qui huc ſpectans ait: *Heliſæus filios Prophetarum inuitat ad prandium, & herbis agreſtibus eos alens conſonum prandentium audit clamorem: mors in olla, homo Dei:* NON IRATVS EST COQVIS: *lautioris enim menſæ conſuetudinem non habebat, ſed farina deſuper iuncta, amaritudinem dulcorauit, eadem ſpiritus virtute, qua Moyſes mutauerat amarum in dulcedinem.*

Pretioſa fercula nõ quærit qui Chriſtum amat.
S. Hier.

Pretioſa non quærit fercula, qui Chriſtum amat; hinc illud ſancti Hieronymi epiſt. 13. quæ eſt ad Paulinum: *Sit vilis, & veſpertinus cibus, olera, & legumina: interdúmque piſciculos pro ſummis ducat* DELITIIS. *Qui Chriſtum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnopere de quam* PRETIOSIS CIBIS *ſtercus conficiat. Quidquid*

poſt

poſt gulam non ſentitur, idem tibi ſit, quod panis, & legumina.

Menſa conuiua pauperes & cum pauperibus Chriſtus ſit. S. Hier.

Diues, & ſacra illa menſa eſt, cui cum peregrinis, & hoſpitibus adſidet & Chriſtus, aut certè in illis, hinc illud ſancti Hieronymi monitum epiſt. 2. quæ eſt ad Nepotianum: *Menſulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis* CHRISTVS CONVIVA *nouerit.*

510. Hominis hoc proprium, vt tribuat, & paſcat, in hoc cæteris præſtanti animantibus; quod expendebat ſanctus Ambroſius lib. 3. offic. cap. 3. hiſce verbis: *Hoc præſtamus cæteris animantibus, quod alia genera animantium conferre alioquin neſciunt: feræ autem eripiunt, homines tribuunt: vnde & Pſalmiſta ait: Iuſtus miſeretur, & tribuit; ſunt tamen quibus & feræ conferant: ſiquidem collatione ſobolem ſuam nutriunt, & aues cibo ſuo pullos ſatiant ſuos:* HOMINI AVTEM SOLVM TRIBVTVM EST, VT OMNES TANQVAM SVOS PASCAT.

Hominis proprium vt omnes paſcat. S. Ambr.

Sacra lectionis in menſa fructus. Acta.

Dum in menſa ſacra lectio haberetur, ſi quid inſigne occurreret, dignúmque quod altius memoriæ inſideret, repeti quandoque iubebatur; hoc præſtitiſſe ſanctum Hugonem refert auctor illius vitæ Guido, his verbis: *Habebat quippè lectorem, à quo ſanctos codices, quorum non paucos ſcribi fecerat, & alibi præcipuè ſibi ad menſam legi faciebat, vt duplicatis delitiis ſe ſe, ſuóſque ſaginaret. Cúmque lectori de Diuinis, vel ſeueritatibus, vel miſerationibus aliquid occurriſſet inſigne, id ipſum bis, aut ter dicere compellebat. nec mora ſpiritali per Scripturam voluptate guſtata, concuſſis ab imo viſceribus, tantis lachrymarum infundebatur irriguis, vt voluptatem ventris, & gutturis, & ſibi funditus tolleret, & in ſociis temperaret.*

CAPVT L.

De cibis, ferculíſque alia obſeruatione digna hiſce chartis conſignantur.

Carnis, & vini abſtinentia *puniti qui à Rege vocati ire contemnebant.*
Nummum *placentæ immiſcere Kalendis Ianuariis aliquorum mos.*
Farina candida *in arboris ventre.*
Virgines *à conuiuio abdicatæ.*
Euchariſticum vinum virgines *generat.*
Poſt victoriam *conuiuium inſtitutum, quod ſi primum tenue, aliud exhibebatur ditius.*
Menſa ad conciliandam amicitiam *opportuna.*
Locuſtis *aliquos veſci ſolitos.*
In menſa vitreum vas *cinere repletum quis habeat.*
Gulæ, & Veneris *nexus.*
Cur poſt diluuium *carnis eſus admiſſus.*
In cœlo viuere *poſt Euchariſtiam debemus.*
In manna cur nihil ſuperfuerit, *ſuperfuerint panum fragmenta, quos Chriſtus multiplicauit.*
Cibi tanquam medicamenta *ſumendi ſunt.*

511. CARNIS, & vini abſtinentia punitos repetio, qui à Rege honoribus inſigniti ad condictum placitum non veniebant; Caroli Magni Capitula lib. 3. n. 69. ita præcipiunt: *Quicunque homo noſtros habens honores in hoſtem bannitus fuerit, & ad condictum placitum non venerit, quot diebus poſt placitum condictum veniſſe comprobatus fuerit,* TOT DIEBVS ABSTINEAT A CARNE ET VINO.

Carnis, & vini abſtinentia puniti qui à Rege vocati ire contemnebant. Car. Capit.

Apud pleroſque hic mos viget, vt Kalendis Ianuariis nummum placentæ immiſceant, viſuris cui ex ſorte in placentæ diuiſione obtingat; huc ſpectabat Benedictus Iouius in epigr. cui titulus Kalendis Ianuariis.

Nummũ placentæ immiſcere Kalendis Ianuariis aliquorum mos. Bened. Iou.

Sic mihi fauſta precor Iani fortuna Kalendis
Donec & INSERTAM *ſecta placenta* STIPEM.

In Tarnate inſula Æquatori proxima ad Arcticum polum vergente arborem quandam naſci perhibent, in cuius meditullio natura candidam farinam producit ad illius inſulæ homines tenuiores alendos, quod refert Cluſius lib. 1. Exoticorum cap. 3. Diceres hîc ſimile quidpiam accidere, panis ligno crucis nectitur, adeò vt à Cruce euchariſticus panis excipiendus, inquiebat ille: *mittamus lignum in panem eius*, Ierem. 11. 19. id eſt, panem in lignum eius.

Farina candida in arborum ventre. Cluſ.

512. Romani innuptas virgines à conuiuiis amouebant, quod hæc Varronis oſtendunt verba: VIRGO DE CONVIVIO *abdicatur ideo, quòd maiores noſtri Virginis acerba aures Veneris vocabulis indui noluerunt.* Periclitatur in conuiuiis puritas, & caſtitas, & inter vina facile naufragatur. Aliter in Chriſti conuiuio accidit; non admittuntur tantùm virgines, ſed etiam fiunt, germinant, pullulant, vt iure Zacharias cap. 9. *Vinum germinans virgines*, dixerit, quò reſpiciens S. Paſchaſius lib. de corp. & ſang. Dom. cap. 21. *Felix* inquit, *fructus vbertatis, ex quo* VIRGINITAS *germinatur, nam in hoc noſtri germinis vino caſtitas corrumpitur, & ab iſto virgines procreantur;* nõ ſeruat tantùm virgines hoc vinũ, ſed etiã facit.

Virgines à conuiuio abdicatæ. Varro.

Euchariſticũ vinum virgines generat. S. Paſch.

Poſt victoriam prandium inſtitui ſolebat, quod ſi tenue ac parcum, aliud largius quandoque præbebatur, recte hoc præſtitit Iulius Cæſar, de quo ita Suetonius: Adiecit epulum, ac viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia; nam cùm prius parcè neque pro liberalitate ſua præbitum indicaret, quinto pòſt die aliud largiſſimum præbuit.

Poſt victoriã cõuiuium inſtitutum, quod ſi primum tenue, aliud exhibebatur ditius. Suet.

Menſam ad amicitiam conciliandam opportunam eſſe cenſebat Cato, de qua ita ſcribit in eius vita Plutarchus: *Menſam in primis putabat eſſe* AMICITIÆ CONCILIANDÆ *aptam, ac frequens illic laudatio egregiorum virorum introducebatur, frequens etiam malorum, & improborum obliuio, nec vituperationi eorum, vel commendationi permittebat in conuiuium ſuum Cato acceſſum.*

Menſa ad conciliandam amicitiã opportuna. Cato.

513. Locuſtis aliquos populos veſci narrat his verbis Agatharchides cap. 7. apud Photium in Bibliotheca: *Exiguo interuallo*, inquit, *diſiuncti ſunt Acridophagi, gens cæteris breuior: tenui enim & macilento ſunt corporis habitu, & extra modum nigri. Appetente Æquinoctio verno, inenarrabile locuſtarum prægrandium agmen, & terris nondum peruestigatis vnà cum ventis aduolat, & vi quidem volatus ab auibus parum variant, ſed corpore permultum. Ex hoc inſecti genere quouis tempore aluntur, cùm aliis modis, tum etiam in ſalitura præparato. Venantur eos, fumo ex aere ad terram degrauatas*; ex quibus verbis firmari ea poſſunt, quæ alibi diximus de veris locuſtis loquutum Euangeliſtam,

Locuſtis aliquos veſci ſolitos. Agath.

cùm dixit Ioannes cibum mel ſilueſtre, locuſtáſque fuiſſe.

In menſa vitreum vas cinere repletum quis habeat.

Abaſſinus Imperator Pretejannes dictus, inter edendum ex veteri conſuetudine ſolitus fuit ante oculos habere vitreum vas cinere plenum, cuius aſpectus diem extremum obiiceret comedenti, vt ea territus memoria, rectam inter epulas teneret RATIONIS *ſemitam*, ita ferè apud Nicolaum Godinum lib. 1. de Abaſſinorum rebus cap. 6. optimum hoc intemperantiæ amuletum, & luxûs frænum.

Nic.God.

Gula, & Veneris nexus.

Cum cibo, potúque agnationem maximam habere Venerem, ſcite poëta ille his verſibus ſignificabat.

Ipſa meas potes in VENAS VENVS *alma venire·*
Huc ante,& BACVLVS *venit,& ante Ceres.*

514. *Cur poſt diluuium carnis eſus admiſſus.*

Caro in cibum oblata homini poſt diluuium, cur non antè? non id Adamo conceſſum, ſed Noë, & ſuis; *omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*; fortior cibus exhibetur nunc homini, quia latiùs laboris ſui ſemina ſpargenda; maior terræ pars excolenda, quàm Adamo. Huc ſpectabat Tertullianus lib adu. Pſychicos, dum ait: *Quia iam non paradiſus cuſtodiendus, ſed* MVNDVS *totus fuerat excolendus,* ROBVSTIOR CIBVS CARNIS *offertur: ne minus redderetur robuſtior cibus, quo refecti ad opera marceſcerent*; ſed poſt animalium carnem. datur nobis Chriſti caro, quia non iam totus mundus nobis excolendus, ſed mundo maiores in cœlo conuerſari debemus, in cœlo viuere.

Tert.

In cœlo viuere poſt Eucharistiã debemus.

In manna cur nihil ſuperfuerit, ſuperfuerint panũ fragmenta quos Chriſtus multiplicauit.

Datum olim manna populo legimus, ita tamen vt nihil ſineretur ſupereſſe vſque ſuaue Exod. 16. ſed ſtatim euaneſceret; exhibuit & Chriſtus nobis panes in deſerto, & tamen fragmenta remanere voluit; cur ita? An' quia illius miraculi miniſter ſeruus erat, hîc verò ipſe Dominus eſt, cuius eſt largitatem, & munificentiam ſuam maximè oſtendere. Pulchrè ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 33. *Magna*, inquit, *res erat tot millibus quinque ſolos panes fuiſſe ſatis, tantam verò ſupereſſe reliquiarum copiam: non diſcipuli dumtaxat miraculi recordationem ingenerabat, ſed & eius qui patrarat, virtutem extrahebat in lucem. De cœlo manna Iſraelitis dabatur, ſed quia miraculi adminiſter ſeruus erat, neceſſitati quoque domum ſeruiebat, quódque* RESIDVVM EVANESCEBAT, *& manus lectione manna nequibat expleri, deſulciebátque.*

S.Baſil.Sel.

Cibi tãquam medicamenta ſumendi ſunt.

Cibi tamquam medicamenta ſumendi ſunt, vt ita concupiſcentiæ medeantur; ſanctus Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 31. *Hoc me docuiſti, vt quemadmodum* MEDICAMENTA, *ſic* ALIMENTA *ſumpturus accedam*; medicinam vertit in venenum, qui ferculorum copia ita ſe onerat, vt luxui liter, & cupiditati.

S.Aug.

EXCVRSVS XXXIX.

Vtilia quædam fercula.

Deo *mens* ſaturetur.
Salubris, & ſuauis cibus virtutes *ſunt.*
Caſtitas *Chriſti cibus, Diabolus libidine ſaginatur.*
Sermonum *conuiuium.*
Spes in Deum, *& Deum adeſſe cogitare aſſis carnibus præferendum.*
Salubris cibus ſcientia, *ſi charitatis calore concoquatur.*
Dulce ferculum puritas cordis, *& innocentia.*
Sapientiæ cibus *corporali collatus.*
Moleſtiæ, *&* aduerſitates *animum nutriunt.*
Diſcrimen inter ſpiritalem *cibum, &* corporalem.

Corpori noxium eſt corporis epulis carere, 515.
animæ ſi Deo ſuo careat, Deique delitias miſera faſtidiat. Pulchrè ſanctus Proſper in epigram.

Deo mens ſaturetur.
S.Proſp.

Vt perdunt propriam mortalia corpora vitam,
Si nequeunt ESCAS *ſumere corporeas:*
Sic animæ, niſi delitijs rationis alantur
Dum verbi æterni pane carent, pereunt,
Nam quid erit, quòd dira procul faſtidia pellat,
Cùm ſe ipſo refugit mens SATVRARE DEO?

Salubris, & ſuauis cibus virtutes ſunt.
Cant.1.6.

Salubris, & ſuauis cibus virtutes ſunt, ſanctitas eſt; placet iſte cibus cœleſti ſponſo. Cant. 1. 6. ait ſponſa: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes.* cur de loco quærit, non de cibo? An quia hoc dubium non erat, cùm ſatis conſtet puritatem, cœteraſque virtutes, quæ ſanctitatem nutriunt, aut etiam operantium gratum ſponſi cœleſtis cibum eſſe; eleganter ad hanc mentem hæc verba expendebat Philippus Abbas Bonæſpei lib. 1. in Cantic. Cant. cap. 23. *Quia fortè ſatis nouit quo ille pabulo delectatur: certum habens illius cibum eſſe, munditiam, iuſtitiam, veritatem, & cætera huiuſmodi, quæ veram operantur efficaciter ſanctitatem. Verùm vbi hæc ſanctitas veraciter, & firmiter habeatur, quis nouit niſi qui ab ipſo, qui docet hominem ſcientiam, doceatur. Cùm neſciat homo quid ſit in homine, nec dignè de altero iudicetur; cuius, etſi apparet facies, tamen conſcientia non videtur? Vult igitur virgo exteriori hominum facie non ſeduci, ſed in ipſum veritatis velut cubiculum introduci: & ad locum in quo ſponſus gaudet, paſcuam, & requiem inuenire, ipſa non pede materiali, ſed ſpirituali oculo peruenire.*

Philipp.Abb.

Caſtitas Chriſti cibus, Diabolus libidine ſaginatur.

Caſtitas cibus eſt Chriſti, cibus Diaboli impudicitia eſt. Aponius lib. 4. in Cantic. aiebat: *Sicut Diabolus cruenta iracundia & execrando cœno libidinis* SAGINATVR, *ita Chriſtus Dei filius miſericordiæ, manſuetudinis, vel caſtimoniæ lilijs* PASCITVR.

Apon.

Sermonum conuiuium.

Conuiuium in ſermonibus quoque reperimus, hinc Cynulcus apud Athen. lib. 7. cap. 1. SERMONVM *etiam* CONVIVIVM *exhibetur.*

Athen.

Spes in Deũ, & Deum adeſſe cogitare aſſis carnibus præferendum.

Bonam ſpem, & cogitationem Deum adeſſe aſſis carnibus præfert Plutarchus lib. contra Epicuri ſententiam in hæc verba: *Neque vini copia, vel* ASSÆ CARNES *diffundunt in feſtis animum; ſed bona ſpes, ſed exiſtimatio adeſſe Deum propitium, libentique animo delata ſibi admittere.*

Plut.

Salubris cibus, & ſcientia eſt, ſi tamen cha- 516.
ritatis calore concoquatur, alioquin in noxios humores conuertitur, & morbos graues parit; indigeſta doctrinæ fercula nil proſunt, officiunt potiùs. Audiendus hic ſanctus Bernardus ſerm. 36. in Cantica, qui de hac re ita philoſophatur: *Cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, non nutrit, ita &* MVLTA SCIENTIA *ingeſta ſtomacho animæ quæ eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit,*

Salubris cibus ſcientia, ſi charitatis calore concoquatur.
S.Bern.

Digitized by Google

fuerit ; & ſic per quoſdam artus anima , mores ſcilicet, atque actus transfuſa , atque digeſta , nónne illa ſcientia reputabitur in peccatum , tanquam cibus conuerſus in prauos , noxióſque humores. Hactenus ſanctus Bernardus. Quod fœdiſſimi eorum lapſus fitmanr , qui ſcientia pleni cùm charitate deſtituerentur , in hæreſim , aliaque vitiorum genera eeciderunt. Ergo ne noxius ſcientiæ cibus ſit, charitatis calore eoneoquatur.

Sapientia cibus corporali collatus. Vgo Vict.

Sapientiæ cibum ita cum corporali conferebar Vgo Victorinus cap. 78. in Pſalm. CIBVS CORPORALIS CARNEM REFICIT, SAPIENTIA MENTEM PASCIT. *Cibus corporalis tria habet in ſe , ſaporem , nutrimentum , maſſam. Sapor delectat , nutrimentum ſuſtentat , maſſa onerat; ſapor quodammodo ſpiritualis eſt , & ideo ſolummodo delectat , non grauat ; gula percipit ſaporem , ſtomachus nutrimentum , & maſſam , alterum ad refectionem , alterum ad grauamen. Inde eſt , quod fames in faucibus ſatiari nunquam poteſt , quia ibi nec appetitus menſuram habet, nec delectatio finem.*

517. *Dulce ferculum puritas cordis, & innocentia.* S.Ambr.

Dulce ferculum eſt puritas cordis, dulcis innocentia, de quo ita ſcribit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 45. *Quis* , inquit , *puritate, & ſimplicitate pectoris dulcior fructus , quis* CIBVS SVAVIOR, *quàm is, quem animus bene ſibi conſcij, & mens innocentis epuletur.*

Moleſtia & aduerſitates animum nutriunt. S.Anſelm.

Optimus eibus aduerſitas, & moleſtia eſt , hoc anima eo meliùs nutritur , quò grauiùs caro premitur; ſancti Anſelmi hæe ſunt verba lib. 1. ep. 44. *Cùm audio , quòd frequentibus , & grauibus moleſtiis ferè vſque ad mortem caro veſtra atteritur, contriſtat me humana meſtitia , meus affectus ; ſed cùm conſidero , quia per hac anima veſtra* AD ÆTERNITATSM NVTRITVR, *conſolatur me ſpirituali lætitia veſter profectus.*

Diſcrimen inter ſpiritualem cibum, & corporalem. S.Bonau.

Cibum ſpiritualem à corporali ita diſerimabat ſanctus Bonauentura in Pſalm. 33. explicans illa verba: *Guſtate , & videte , quoniam ſuauis eſt Dominus* ; vbi ait : *Nota cibus corporalis , cùm non ſumitur places : & in principio ſumptionis auidè ſumitur : in fine autem generat faſtidium , & diſplicet , vnde dicitur : Omnia flumina tendunt in mare, & hoc : Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint , &c. Nam extrema gaudij luctus occupat.* CIBVS AVTEM SPIRITVALIS EST, *cùm non ſumitur diſplicet : quia amarus eſt Deus malis : ſed ſumentibus placet : & quanto quis magis ſumit de illo cibo . tanto magis ei placet.*

EXCVRSVS XL.

Laboris, & cibi cohærentia.

Quod cibus *vita, hoc &* labor *eſt.*
Cibi, *&* obſonij *loco viris labor eſt.*
Generoſos animos labor *nutrit.*
Quis calor *huic cibo concoquendo neceſſarius.*
Amoris, *&* laboris *nexus.*
Labores manuum manducare *quid ſit.*
Cibi, *&* laboris *cohærentia.*

518. *Quod cibus vita , hoc & labor eſt.* Philo.

QVod cibus vitæ , hoc vitæ labor eſt , viuere non videtur qui non labotar ; ſcitè Philo lib. 3. de ſacrificiis Abelis , & Cain. *Sicut à* CIBO *tota vita pendet vnà cum ſuis actionibus , & affectionibus , ita etiam à* LABORE *pendet quid* *quid in rebus bonum eſt ; ergo quemadmodum qui vitam ſibi prorogare cupiunt , alimenta non negligunt : ita quotquot qua bona ſunt concupiſcunt , laborem magnificant* ; alioquin tamquam neceſſario eibo deſtituti deficienr. Gratus eſurienti eſt cibus; gratus & forti ſit labor ; & quidem cibi loco laborem hominibus eſſe etiam aliis cenſuere, hinc magiſtratus Lacedæmoniis ſtatuit , vt ſi quo cibo egerent eiues, non aliunde quàm à labore mutuarent , ita Maximus Tyrius diſſert. 7. hae eadem mente Xenophon lib. 7. Pædias Cyri, dum ait : *Bonis viris* LABORES OBSONII LOCO *ſunt* ; quis tam fatuus , vt has epulas repudiet , laborem vitet ? Hinc & vetus illud dictum.

Cibi, & obſonij loco viris labor eſt.

Max.Tyr. Xenoph.

OBSONII LOCO LABORES *ſunt viris.*

Vir eſſe non videtur , cui labores obſonium non videntur.

519. *Generoſos animos labor nutrit.*

Sapit hie cibus prudentibus , ſapit fortibus, & ab inerti otio alienis ; atque adeò in probæ vitæ ſanguinem bic cibus vertitur ; vt labotantes nutriantur ; nutrire etiam Seneca cenſuit, dum ait epiſt. 31. *Generoſos animos labor nutrit* ; otium enecat , & perimit ; ex Seneca hoc quoque videtur ſumptum,

Seneca.

Animos generoſos NVTRIT , *& firmat* LABOR.

Quis calor huic cibo concoquendo neceſſarius.

Porrò ſicut labor neceſſarius eſt , vt quod in ventrem traiicitur , in comedentis ſubſtantiam conuertatur ; ita hie quoque ſuus ealot neceſſarius , vt ad vitam ſit labor ; eharitas & amor caloris munus obit ; non prodeſt , quin officit ſi quis ſtomachi calore deſtitutus , ſalubrem alioquin cibum eomedat ; idem hîc fit , non ſatis eſt aliquem laboribus obrui , niſi charitatis, & amoris diuini calorem habeat , quo hunc eibum digerat ; quod ſæpè diuinæ litteræ nobis inculcant , ſancti Patres aſſerunt , explicant , & probant Theologi ; verus ille : *Caloris naturalis vi cibus traiectus in ſtomachum digeritur , &* AMORIS *ſuperi virtute opera , qua* LABOR *præſtat, concoquuntur.*

Amoris, & laboris nexus.

Cibus ei , qui debili calote eſt præditus , oneri eſt , eomedentem obruit ſi ealorem exeedat ; ſie quoque ſi amoris calor laborandi deſit , ſi exiguus amor ſit , labor tamquam cibus mentis eius ſtomachum grauabit ; qui alioquin leuis eſſet , ad vitam, ad ſalutem. Pulchrè vniuerſè de amore , ae labote Venantius Fortunatus lib. 5. epigr. 37.

Venant.Fort.

Quiſquis AMORE *venit , neſcit ſe ferre* LABOREM.

Nemo LABORE *iacet , quiſquis* AMORE *venit.*

Amanti labor non labor eſt , non amanti labor quilibet licèr exiguus grauis , & non ferendus eſt ; oueratur hoe cibo, non reficitur, non recreatur, nec amiſſas vires reſtituit , ſed & illas exiguas quas habet obruit, & premit.

520. *Labores manuum manducare quid ſit.* Pſalm. 127. B.Bellarm.

Er quidem labores viri ioſti epulas eſſe , cibúmque ſapidiſſimum , quibus alantur , indicat etiam Propheta regius , cuius verbis per hæc quæ hucuſque diximus ſuam lucem immittemus. Pſalm. 127. verſ. 2. ita loquitur : *Labores manuum tuarum quia manducabis , beatus es , & bene tibi erit* ; ſeio per labores manuum ea bona paſſim intelligi , quæ labore manuum acquirunt , quibus fruitur , & reficitur vir iuſtus , otij & torporis oſor; vbi tacitè eorum inſania tangitur qui idcirco laborant , vt labore parta recondant , & diuitias augeant ; Dei ſeruus ſuos labores

non auaritiæ ſacrat, ſed vitæ ſuſtentandæ; verum illuc; ſed ad alium quoque ſenſum vocare hæc verba poſſumus, vt viri iuſti labores iuſtum nutriant, quia nuda laborum cogitatio laborantes reficiunt tamquam epulæ ſuauiſſimæ; hinc illud doctiſſimi Roberti Bellarmini in huius Pſalmi commentario. *Senſus huius verſiculi erit: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, id eſt, nunc manducabis* LABOREM, *id eſt, de gaudio laboris reficieris; poſtea verò de fructu vero laboris, id eſt, de præmio bonorum operum ſagiaaberit, & ideo nunc beatus es in ſpe*; nemo igitur hos cibos reſpuat, repudiet has epulas, nemo à laboribus ſe ſubducat, nemo eximat.

Cibi, & laboris nexus.

Laboris, & cibi magna cohærentia eſt, & nexus magnus. qui ſapit animæ cibum laborem putauit, quo illa nutritur, & ſaginatur; nequeo hic præterire verba Philonis, ſic ille ſcribit de ſacrificio Abel, & Cain: *Equidem exiſtimo* LABORIS, CIBIQVE EANDEM ESSE VIM. *nam ſicut à cibo tota vita pendet, vnà cum ſuis actionibus; ita etiam à labore pendet, quidquid in rebus bonum eſt. ergo quemadmodum, qui ſibi vitam prorogare cupiunt, alimenta non negligunt. Ita quotquot quæ bona ſunt concupiſcunt, laborum perpeſſionem magni faciunt; ſicut enim cibus ſe habet ad vitam, ſic ille ad honeſtatem.*

Philo.

EXCVRSVS XLI.

Laudis fames, & alienæ famæ deuoratio.

Laudibus exhibitis aliqui ſaginantur.
Fami *laudis vt aliqui conſulant.*
Eſuriendi libido *anguſtiorem terminum habet quàm detrahendi.*
Per alienas laudes *ad gloria culmen haud eundum.*
Idololatram vt referat detractor.
Detractoribus *detrahendi materia miniſtranda non eſt.*
Detractionis *fuga.*
Quàm noxia lingua *maledica.*
Detractionis *mala.*
Maledici *audiendi minimè ſunt.*
Singulari laude dignus qui aliorum ſcelera *non traducit.*
Maledica linguæ ſæuities.

521. *Laudibus exhibitis aliqui ſaginantur.* Ioan. Caſſ.

A Cibis plerique abſtinent, quos exhibitæ laudes ob ieiunium nutriunt, & ſaginant; ſcitè ſanctus Macarius apud Ioannem Caſſianum collat. 5. cap. 11. *Abbas Macarius cuidam percunctanti cur* FAME *ab hora tertia in eremo pulſaretur, qui in cœnobio hebdomadibus integris refectionem ſæpè contemnens non ſenſiſſet eſuriem? reſpondit: quia nullus eſt hic ieiunij tui teſtis,* QVI TE TVIS LAVDIBVS NVTRIAT ATQVE SVSTENTET; IBI AVTEM TE DIGITVS HOMINVM, ET CœNODOXIÆ REFECTIO SAGINABAT.

Fami laudis vt aliqui conſulant. Plut.

Laudis, & gloriæ fame laborantes ita cum famelicis conferebat Plutarchus lib. contra ſententiam Epicuri: *Vt ex fame corpora, quando cibus ad manum non eſt, coguntur* ALIMENTVM *ex ſe ipſis petere; par malum in animus* GLORIÆ SITIS *efficit, vt cum laudis fame laborantes eam non aſſequuntur ab alio, ſemetipſi extollere compellantur.*

Eſuriendi libido anguſtiorem terminum habet, quàm detrahendi. Saluian.

Qui detrahit, carnes fratris proximique manducare ita videtur, vt gulæ libidinem hac fame, hoc eſu vincat, cùm ſatietur fercula edens, non ſaturetur fratrem comedens. quod iuſtè damnabat Saluianus lib. 3. de Gubern. Dei, in detractores ſæuiens, ait quippè: *Eſuriendi libido terminum habet, detrahendi libido terminum non habet; nam ſemper admodum* CIBO, NVNQVAM DETRACTIONE SATVRAMVR.

522.

Detractio, quæ in omnes ſæuit, omnium calamorum ſæuitiem ſentire debet, vtilis ita ſæuities eſt, præſertim cùm vitium tangat, non perſonat, ne eadem opera fiat, quod damnatur.

Per alienas laudes ad gloria culmen haud eundum. S.Hier.

Fugienda detractio, nec per aliena probra ad laudis culmen eundum. Præclatè ſanctus Hieronymus, cuius in hac re hoc extat monitum in epiſt. 14. quæ eſt ad Celantiam, ait enim: *Nulli vnquam omnino* DETRAHAS, *nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis, magiſque vitam tuam ordinare diſces, quam alienam carpere, ac ſemper Scripturæ memor eſto, dicentis: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci admodum ſunt, qui huic vitio renunciant: raróque inuenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienam; tantaque huius mali libido mentes hominum inuaſit, vt etiam qui procul ab alijs vitijs receſſerunt, in iſtud tamen, quaſi in extremum Diaboli laqueum incidant.*

523. *Idololatram vt referat detractor.* Hebr.

Idololatra refert, qui linguam non coërcet, linguâ in omnes ſæuit, carpit, quin & lacerat, omneſque proſtituit. Pulchrè rem vrgent Hebræi, ſic enim in libro præceptorum negatiuorum n. 9. *Delator,* DETRACTORQVE *idem eſt ac ſi Deum negaſſet.*

Pariant Hebræi detractorem idololatræ, adeò vt putent inter eos, qui & in hoc mundo, & in altero daturi ſunt pœnas, annumerandum; præſtat hìc eorum verba dare, quæ in libro præceptorum negatiuorum n. 9. habentur; ſunt autem huiuſmodi; *Tria ſcelera punitur homo & in hoc ſæculo, & in futuro, & ſunt iſta, idololatria, adulterium, & ſanguinis effuſio; ſed* MALA LINGVA *his tribus reſpondet, & peior eſt.*

Detractoribus detrahendi materia miniſtranda non eſt. S.Hier.

Non eſt noſtrûm, vt nobis alij non detrahant, nemo aliorum linguis dominatur, noſtrûm eſt occaſionem auferre, ne iure detrahant; quod faciendum monebat ſanctus Hieronymus epiſt. 14. quæ eſt ad Celantiam, in hæc verba. *Hanc adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, ne malæ mentes occaſionem inueniant* DETRAHENDI, *ne ex nobis ſcintilla procedat, per quam aduerſus nos ſiniſtræ famæ flamma conſletur. alioquin fruſtrà iraſcimur obtrectatoribus noſtris, ſi eis ipſis obtrectandi materiam miniſtramus.*

524. *Detractionis fuga.* Acta.

De ſancto Hugone ita ſcribit Guido vitæ illius ſcriptor; *Aures, & linguam cùm a cæteris illicitis, tamen quam maximè ab* OBTRECTATIONIBVS *frænans, aiebat ſufficere vnicuique peccata, nec eſſe neceſſe, vt alienis ſuam vel audiendo conſcientiam, vel loquendo contaminet linguam. Rumores nec interrogabat, nec facilè referebat.*

Quàm noxia lingua maledica. Hebr.

Vrbibus, regniſque plurimum maledica lingua nocet, nocent delatores, detractoréſque, ſi delatio abſit delatores exterminentur, ſperari bonum poſſet. Notant Hebræi tempore Achab, licet eſſent idololatræ, eos tamen in bellis victores fuiſſe, quia nempè maledicæ linguæ aberant.

non

non erant, delatores. Pulchrè auctor libri præceptorum negatiuorum num. 9. *Scriptum eſt, quòd in diebus Achab erant victores, quia non erant* DETRACTORES, OELATORESQVE, *qui non accuſauerant Prophetam, qui tot ſeruauerant; & tempore Saul, quo mala lingua ſæuiebant, à victoria excidebant.*

Detractionis mala.
B. Ioan. Clim.

Grauiter in detractionem inuebitur ſanctus Ioannes Climacus gradu 10. dum ait: DETRACTIO *eſt odij partus, ſubtilis morbus, craſſa tamen, ſed latens, & occulta hebetudo, quæ charitatis ſanguinem exhaurit, & abſumit: amoris ſimulatio, & cordi ſordes, & conſcientia graue onus conciliat, caſtitatémque abolet.*

Maledici audiendi minimè ſunt.
R. Iochan.

525. Detractoribus nemo vacuas aures præbeat, præſertim illi, qui clauum tenent, & alios regunt; tuta hæc ad culmen via aures à maledicis auertere, quin & vultum; hinc illud R. Iochanan apud Hebræos doctiſſimi: *Cur meruit Ieroboam filius Ioas Rex Iſraël, vt poſt Iuda Reges cenſeretur, Iſaia 1. quia non accepit delationem* OETRACTORVM, *maledicámque linguam*; quod colligit ex ſacra Scriptura, vt videre apud ipſum eſt.

Singulari laude dignus, qui aliorum ſcelera non traducit.
B. Ioan. Clim.

Nemo facilè aliorum vitia carpat, etiamſi inter illos ſit qui vitiis non obſidentur tantùm, ſed obruuntur. Loth iuſtus, innocénſque inter impiiſſimos viuebat; oullius tamen crimen legimus traduxiſſe, nullius ſcelus publicaſſe, quid ni iuſtitiæ laudem ſit conſequutus, & tamquam iuſtus ab iniuſtis Angelico nomine ſeparatus? Hinc illud Beati Ioannis Climaci in ſua ſcala grad. 4. *Attendant*, inquit, *ſtudioſi virtutis, ne dum alios ignauos iudicant, præ illis damnentur. Ex hinc, arbitror*, PATRIARCHA LOTH IVSTITIÆ LAVOEM OBTINVIT, QVOO IN MEOIO IMPIORVM VARSATVS, NVNQVAM TAMEN AVOITVS SIT QVEMQVAM ILLORVM DAMNAVISSE; ab hac laudis notâ illi abeunt, qui bonorum labeculis venantur, vt in lucem publicam producant, linguas in omnes armant, nulli parcunt, atque adeò nec cibi, per aliorum infamiam adeuntes ad interitum; maledicæ linguæ, inque alieno ſanguine ludentis ſæuitiem quidam auctor hiſce verſibus exprimebat quos ſubiicio.

Maledica lingua ſæuities.

——Grauior terras infeſtat echidna
Cum ſua VIPEREÆ *iaculantur toxica* LINGVÆ;
Atque homini ſit homo ſerpens; ô prodiga culpæ
Germina, naturaque vtero fatalia monſtra!
Queis nimis innocuo volupe eſt in ſanguine rictus
Tingere, fraternáſque fibras cognataque paſci
Viſcera, & arroſa deglubere funera famæ.
Quæ morum iſta lues? quænam tam dira nocendi
Prurigo? nec ſæua tigris cum tigride miſcet
Prælia, nec furibundus aper dentem aſperat apro;
Cede hircana tigris, Erimanti bellua cede;
Túque genas natura tuas obnube pudori,
Lauius ingenium eſt homini grauioraque fata
Lingua cruenta ferens non vno in funere ludit.

CAPVT LI.

De Euchariſtiæ nominibus.

Cœleſtis cibus *Euchariſtia.*
Euchariſtia Sacramentum ſacramentorum.
Panis ſanctificatus *Euchariſtia* dicebatur.
Hoc myſterio fideles ſanctificantur.
Euchariſtia munus ſanctum.
Sanctum Domini *de Euchariſtia.*
Salutis holocauſtum *vocata Euchariſtia.*
Euchariſtia ſacramentum charitatis *dicta.*
Laudis ſacrificium *de Euchariſtia.*
Memoria ſanctitatis *Euchariſtiæ titulus.*
Diuinum pabulum *Euchariſtia.*
Sanctum *antonomaſticè Euchariſtia.*
Dominica ſatutitas *Euchariſtia.*
Bonum *abſolutè de Euchariſtia.*
Omnia bona *ex ſacra Euchariſtia prodeunt.*
Sacramentum pietatis *euchariſticum ſacramentum.*
Euchariſtia ſacramentum vnitatis, *vinculum pacis, honoris delatio dicta.*
Euchariſtica menſa mentis nerui.

ADEO diues argumentum eſt, qood verſamus, vt licèt multa de illo dicantur, plura tamen ſuperſint dicenda, itaque ne ieiuna tractatio ſit, quæ circa tam fœcundam materiam occupatur, ſinet Lector nos & augendæ notitiæ, & nutriendæ pietati alia de Agno euchariſtico proferre, quæ aut non ita obuia, aut non ita ab aliis obſeruata; & in primis de quibuſdam titulis diſſeremus, quibus inſigniri Euchariſtiæ ſacramentum ſolet; ſed manum operi admoueamus. 526.

Cœleſtis cibus Euchariſtia.
S. Cypr.

Cœleſtis cibi nomine ſacramentum corporis Chriſti circumſcriptum repetio; ſanctus Cyprianus ſerm. 5. de lapſis: *Sanctificata ora* COELESTIBVS CIBIS; qui in cœlum eius mentem euehunt, qui illis nutritur ad vitam, terræ hærere non debet, non terrenis cœleſtibus paſtus.

Euchariſtia Sacramentum ſacramentorum.
B. Alb. Magn.

Euchariſtiam *Sacramentum ſacramentorum* vocat Beatus Albertus Magnus in prologo ad tractatos, quos de illa compoſuit: *Hoc eſt*, inquit, SACRAMENTVM SACRAMENTORVM, & cap. 1. tract. 1. *Hoc eſt* SACRAMENTVM SACRAMENTORVM *Euchariſtia omnis gratiæ contentiua, edulium vegetans ad vitam æternam; quidquid in omnibus ſacramentum, & virtutibus ſparſim in gratijs colligitur, totum ſimul hoc in vna gratia inuenitur.*

Panis ſanctificatus Euchariſtia dicebatur.
S. Cypr.
Hoc myſterio fideles ſanctificantur.
Cabaſil.
Euchariſtia munus ſanctum.
Steph.

Panis ſanctificatus hoc ſacramentum appellatur à ſancto Cypriano in cœna Dominica, ait enim de Iuda loquens: *Vbi ſceleratum os* PANIS SANCTIFICATVS *intrauit, præceps cucurrit ad proditionem*; ſanctificatus eſt panis, qui comedentes qoоqoe ſanctificat; de hoc myſterio loquens Cabaſil. cap. 1. de ſacrific. ait: *Myſteriorum finis eſt, vt per ipſa fideles ſanctificantur.* Sacram Euchariſtiam MVNVS SANCTVM olim dictam reperimus. Stephanus X I. epiſt. 4. quæ eſt ad Pipinum Regem ita loquitur: MVNERA SANCTA, *id eſt, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſuis contaminatis vaſibus, quos folles vocans, miſerunt.*

Sanctum Domini de Euchariſtia.
S Cypr.

Auguſtiſſima Euchariſtia *ſanctum Domini* dicebatur. aliquando ſanctus Cyprianos ſerm. de lapſis: *Cùm quædam arcam, in qua* SANCTVM DOMINI *fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere*; vides qooque in arca ſeruatum Chriſti corpos, & ignem emiſſum ad auertendum mulierem, quæ manibus indignis aperire arculam tentabat. 527.

Digitized by Google

Salutis holocauſtum vocata Euchariſtia.
B Rup.

Euchariſtiam *ſalutis holocauſtum* vocat Beatus Rupertus lib. 6. de Trin. cap. 32. *Sine gladio verbi Dei non immolatur* SALVTIS HOLOCAVSTVM; loquitur de ſacrificio corporis, & ſanguinis Domini, vt ex antecedentibus conſtat.

Euchariſtia ſacramentum charitatis dicta.
S. Thom.

Sacramentum quoque charitatis dictum hoc ſactamentum obſeruo. Sanctus Thomas opuſc. 58. cap. 25. *Nominatur quandoque verus panis, quandoque ſacramentum Altaris, quandoque* SACRAMENTVM CHARITATIS; iure hoc nomen merebatur, cùm charitatis ſuæ, pietatíſque diuitias in in eo Deus non oſtendat tantùm, ſed communicet.

Laudis ſacrificium de Euchariſtia.
Pſalm 49.
S. Hier.

Euchariſtia *laudis ſacrificium* dictam reperio; certè illa Dauidis verba, *Sacrificium laudis honorificabit me*, Pſalm. 49. 23. plerique de auguſtiſſima Euchariſtia interpretantur; iure autem laudis ſacrificium dicitur, quia ille idoneus diuinis laudibus concinendis redditur, qui huic menſæ accubuerit; hinc ſanctus Matthæus cap. 26. vbi de inſtitutione Euchariſtiæ egit, addit poſtea, *& hymno dicto exierunt in montem Oliueti*; rectus nexus, nec denectendus. Laudes aptè Deo dicuntur cùm epulas euchariſticas ſumpſerimus; ſanctus Thomas in catena ad hunc locum ex mente ſancti Hieronymi ait: *Iuxta hoc exemplum Saluatoris, qui pane Chriſti, & calice ſaturatus, & inebriatus fuerit, poteſt laudare Deum*; abit ab hac mente, qui ab hac menſa ad terrena diffluit, ad peritura.

528.
Memoria ſanctitatis Euchariſtia ſimiliter.

Memoria ſanctitatis dicta Euchariſtia eſt. Vgo Carenſis in Pſalm. 29. 6. vbi hæc habentur, *Confitemini memoriæ ſanctitatis eius*, per memoriam ſanctitatis Chriſti corpus intelligit, dum ait: *Confitemini* MEMORIÆ SANCTITATIS *eius, id eſt, confitemini peccata, cùm accedere debetis ad ſanctum Domini corpus ſumendum, vel conficiendum, quod ipſe præcipit ſumendum in memoriam Dei.*

Diuinum pabulum Euchariſtia.
Acta.

Diuini quoque *pabuli* nomine Euchariſtiam circumſcriptam lego; in actis ſancti Domitiani ex MSS. cod. hæc habentur: *Iubet ſacra Miſſarum ſolemnia celebrari, ſicque* DIVINO SAGINATVS PABVLO, *coram cunctis diſcipulis manibus ad cœlum erectis, ait. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.*

Sanctum antonomaſticè Euchariſtia.
Tertull.

Euchariſtiam *ſanctum* antonomaſticè vocatam obſeruo; Tertullianus de ſpectaculis cap. 25. *Ex ore, quo amen in* SANCTVM *protuleris, gladiatori teſtimonium reddere.* Apud noſtros in vſu eſt, vt *ſanctiſſimi* nomen abſolutè prolatum Euchariſtiæ ſacramentum denotet.

Dominica ſaturitas Euchariſtia.
S. Cypr.

Dominica quoque *ſaturitas* dicitur Euchariſtia S. Cypriano epiſt. 54. dum ait, *Protectione corporis, & ſanguinis Chriſti muniamur; quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento* DOMINICÆ SATVRITATIS *armemur.*

Bonum abſolutè de Euchariſtia.
Iſa. 55.
Vgo Car.

Bonum κατ' ἐξοχὴν dicitur Euchariſtia, ac ſi præter illud alia vix boni nomen mereantur. Iſaiæ 55. *Audite audientes me, & comedite bonum*; quale bonum, & quódnam? non explicat; ſed *comedendi* verbum nos ad Euchariſtiam vocet, quod antonomaſticè *bonum* eſt. Vgo Carenſis in Pſalm. 21. *Panis euchariſticus dicitur* BONVS *antonomaſticè*; adeò vt quod rationem habet hîc deliteſcat, exulet quicquid minimè bonum.

529.
Omnia bona ex ſacra Euchariſtia prodeunt.
Anon.

Vere bonum euchariſticum ſacramentum, ex cuius perceptione omnia in percipientis mentem deferuntur; ſcitè ille, & opportunè; *Si ritè hoc corpus ſumpſeris*, Sapientis eulogium dices; *venerunt mihi* OMNIA BONA *pariter cum illo*; vnius boni aduentu veniunt omnia illa, vnum omnia continet.

Sacramentum pietatis euchariſticum ſacramentum.
S. Proſp.

Sacramentum pietatis quandoque dictum, euincunt hæc ſancti Proſperi verba ſent. 69. *Sacramentum pietatis in iudicium ſibi ſumit indignus. Benè enim eſſe non poteſt malè accipienti quod* BONVM *eſt.*

Euchariſtia ſacramentum vnitatis, vinculum pacis, honoris delatio dicta.
Anon.

Multos Euchariſtiæ titulos nobis exhibẽs, pius ille auctor Anonymus, & ineditus, cuius ſuperiùs mentionem fecimus; ſacramentum quippe vnitatis illud indigitat, vinculum pacis, deuotionis oblationem, ait eſſe quoque *honoris delationem.* Præſtat hîc illius verba ſiſti, ſic enim ille ſcribit de præparat. ad Miſſ. fer. 2. *Quod vtique in cælo adorant Angeli, Archangeli, Dominationes, Principatus, atque virtutes; in terra verò venerantur fideles, reuerentur Dæmones, conficiunt Sacerdotes, corda lætificat, ſanctificat animas, corpora caſtificat, purgat affectus, mentes replet, informat opera, conformat Deo, hoc planè eſt* SACRAMENTVM VNITATIS, VINCVLVM PACIS, *conſortium charitatis, expiationis ſacrificium, deuotionis oblatio, honoris delatio, exhibitio fidei, pabulum ſanctitatis, atque immolatio pietatis. Totum quod de illo dicitur, minus eſt eius laude quàm ſpirituale, ſupercæleſte, atque diuinum eſt.*

Euchariſtica menſa mentis nerui.
S. Chryſ.

Euchariſticam menſam mentis neruos appellat ſanctus Chryſoſtomus hom. 24. in 1. ad Corinth. *Ipſa menſa animæ noſtræ vis eſt,* NERVI MENTIS, *fiduciæ vinculum, ſpes, ſalus, & vita noſtra.* Hæc ſi fidelium mentibus inſiderent, frequentiores, auidioréſque ad hoc ſacramentum accurrerent, ne tot, támque magnis bonis, quæ in euchariſtico conuiuio latere, priuentur. Aliam qui cupit ebibet mentem, Deum ſuum ſub Euchariſtiæ velamine latentem cordis excipiamus ſine non vtilitatis noſtræ tantùm cauſa, ſed diuinæ gloriæ, cui in omni te litare debemus.

CAPVT LII.

Vita de ſacra Euchariſtiâ.

Euchariſtia ſacramentum vita *vocabatur apud Africanos.*

Caro Chriſti viuificans.

Quod in Paradiſo lignum vitæ, *hoc in Eccleſia Euchariſtia.*

Corpus vitæ *corpus Chriſti.*

Vitæ pabulum *Euchariſtia: & vitæ edulium.*

Corpus Chriſti, ſanctum, & vitale.

Eccleſia viuentium mater, *quæ panem vitæ ſuis exhibet.*

Qui vitam *accipit*, vitam *mutet.*

Viuere Deo *debet, qui euchariſtico pane paſcitur.*

Cor *de Euchariſtia.*

Vitam manducat, *qui manducat Chriſtum.*

Vita *in Chriſti ſanguine.*

Vitæ verba *fuere, quibus Euchariſtia ſacramentum inſtitutum eſt à Chriſto.*

In vitæ libro *ſcribimur ad altare.*

Stipendia vitæ *in Euchariſtia percipimus.*

Per Euchariſtiam ad æternitatis *quemdam ſtatum redigimur.*

Vita,

Digitized by Google

Vita, & ſanctificatio *nobis eſt Agni euchariſtici ſanguis.*

Immortalitatis alimonia *ſacra Euchariſtia.*

Radix immortalitatis *euchariſticus cibus.*

Per immortalia ſacramenta *Euchariſtia intelligenda.*

Hoſtia ſacra mortuis conſepulta *aliquando.*

530. *Euchariſtia ſacramentum vita vocabatur apud Africanos.*

CVM Chriſti caro oblata pro ſæculi vita vitam comedentibus afferat, hinc ortum, vt apud priſci æui fideles hoc ſacramentum vitæ nomen habuerit; adeò vt vita abſolutè prolata ſacram Euchariſtiam ſignificaret, ſicut & *ſalus* Baptiſmum. Hic mos apud Africanos maximè vigebat.

S. Aug.

Diſco id ex ſancto Auguſtino de peccat. merit. contra Pelag. lib. 1. cap. 24. cuius hæc ſunt verba: *Optimè Punici Chriſtiani Baptiſmum ipſum nihil aliud, quàm ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti nihil aliud, quàm* VITAM *vocant.* Et iure, cùm & vitam in ſe contineat. Vnde Ioan. 6. v. 51. *Panis viuus* dicitur, & vitam aliis communicet; idcirco & *panis vitæ* vocatur ibidem v. 48.

Caro Chriſti viuificans. S. Iræn.

Eodem collineunt & ſancti Patres. Sanctus Irenæus lib. 4. aduersùs hæreſes cap. 39. de vltima cœna loquens, ait: *Chriſtus recumbentibus miniſtrabat eſcam, ſignificans eos, qui in terra recumbebant, quibus venit miniſtrare* VITAM.

S. Cyr. Alex.

Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioan. cap. 2. *Carnem*, inquit, *ſuam* VIVIFICANTEM *effecit.*

S. Ignat.

Sanctus Ignatius epiſt. 14. ad Epheſios, Euchariſtiam, MORTIS ANTIDOTVM, *& pharmacum immortalitatis*, appellat.

Quod in Paradiſo lignum vita, hoc in Eccleſia Euchariſtia.

In terreſtri illo Paradiſo lignum vitæ erat, cuius fructus ad immortalitatem hominem aleret; rectiùs, pleniúſque id præſtat euchariſticus cibus, qui iure lignum vitæ dici poteſt, cùm mortis antidotum ſit, & immortalitatis pharmacum.

S. Paſch.

Id eleganter habet ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 1. *Sicut*, inquit, *in Paradiſo* LIGNVM VITÆ *fuit, ex quo iugis ſubſiſteret ſtatus hominis, ſi mandata Dei ſeruaſſet, & immortalitas; ita prouiſum eſt in Eccleſia hoc myſterium ſalutis, in quo diuina virtus ad* IMMORTALITATEM *ſuam inuiſibili potentia, quaſi ex fructu ligni Paradiſi nos, & guſtu ſapientiæ ſuſtentat, & virtute, quatenus per hoc immortales in anima; quandiu ex hoc dignè ſumimus, demum in melius tranſpoſiti ad immortalia feremur.* O felix, qui ex vitæ ligno fructum decerpit ad vitam. Quòd ſi lignum vitæ in medio Paradiſi, cur non Euchariſtia in medio Paradiſi collocatur? An Eccleſia Dei Paradiſus eſt? Eſt; & anima quælibet pura, & impolluta deliciarum Paradiſus Deo eſt, cuius deliciæ ſunt, cum filiis hominum eſſe.

531. *Corpus vitæ, corpus Chriſti.* Guithmand.

Corpus vitæ ſæpè vocatur, Guithmandus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 2. de veritate Euchariſtiæ. *Caro Chriſti* QVÆ VTIQVE EST CORPVS VITÆ.

Vitæ pabulum Euchariſtia: & vitæ edulium. Anon.

Vitæ pabulum illud indigitat Anonymus anguſtiſſimam Euchariſtiam, tract. 2. *Vt vitæ percipiant pabulum*; vitæ quoque æternæ edulium, idem auctor idem ſacramentum appellat eodem loco: ÆTERNÆ VITÆ *ſpirituali edulio nutrire voluiſti populum tuum.*

Corpus Chriſti ſanctum, & vitale. Æthiop.

Corpus Chriſti in Euchariſtia honoratum dicebatur, & vitale: in Miſſa Æthiopica Sacerdos Miniſtris ſacram hoſtiam diſtribuens, ait. *Hoc eſt corpus ſanctum, honoratum, &* VITALE.

Eccleſia viuentium mater, quæ panē vitæ ſuis exhibet. S. Aug.

Eua quoque, *mater viuentium* dicta eſt, Gen. 3. 20. quia Eccleſiæ figura fuit, quæ panis vitæ nobis erat exhibitura. Succinit ſanctus Auguſtinus 12. contra Fauſtum, vbi ait: *Eccleſia, quæ de viri ſui latere facta eſt, Eua, id eſt, mater viuentium vocatur, etenim Dominus dicit in Euangelio, ſi quis non manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam, & è contra qui ſumpſerit debita cum præparatione,* VITA FRVETVR ÆTERNA.

Qui vitam accipit, vitam mutet.

Tantùm qui ſub euchariſtici Agni velamine vitam accipit, vitam mutet, ne ad mortem accipiat vitam; implantanda hìc ſunt verba ſancti Auguſtini ſerm. 1. de tempore, qui tangens illud Ioan. 6. v. 54. *Non habebitis vitam in vobis, ait. Si non mutet* VITAM, *ad iudicium accipiet* VITAM, & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanetur, magis occiditur, quàm viuificetur. Ioan. 6. v. 54. S. Aug.

Viuere Deo debet, qui euchariſtico pane paſcitur. Matth. 5. Fortun.

Qui euchariſtico cibo paſcitur, viuere Deo debet; Matth. 5. ſic vocemus orare: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; dimitte nobis debita noſtra.* Probus ordo, nec myſterio viduus, panem petimus, & culparum dimiſſionem. *Recte*, inquit Fortunatus, *poſt eſcam quæſitam poſtulatur venia peccatorum, vt qui Dei cibo paſcitur,* DEO VIVAT. Iuſtiùs id de Euchariſtiæ ſacramento dicatur, in quo cùm tam Dei cibo paſcimur, quàm Deo ipſo, noſter cibus Deus eſt, Deo itaque viuat, qui euchariſtico veſcitur pane, ſub quo Deus latet. 532.

Cor de Euchariſtia.

Vita Euchariſtiæ ſacramentum eſt, quia exhibetur ad vitam, vita dignè ſumentibus communicat, vitæ fons, & origo eſt, vt eſt cor, hinc corpus Chriſti etiam cor dictum eſt, quia ſicut cor vitæ fons, & origo eſt, ſic & corpus Chriſti; hoc nomine indigitatur apud Reinerum Catalogo de Hæreticorum deliramentis; vbi hæc leguntur, *Apoſtoli conficiebat* COR DOMINI *in lingua Hebræa*; niſi fortè legendum ſit *corpus* cum *cor*. Rein.

Vitam manducare qui manducat Chriſtum. S. Thom.

Quærunt Auctores cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis à Chriſto Domino inſtitutum ſit, & vt multæ cauſæ huius rei reddi poſſint, illa opportuna eſt, quam reddit ſanctus Thomas opuſc. 58. de ſacramento Altaris, quia ſcilicet panis vitæ conſeruandæ, ac diu producendæ præcipuum alimentum eſt; quòd ſi panis qui vitam non habet vitam tribuit, cur non magis ad vitam erit panis iſte viuus. Vitam in Euchariſtia latere, vitam eſſe, habet etiam Beatus Algerus lib. 1. de ſacramento cap. 15. *Dum Chriſtus*, inquit, *manducatur,* VITA *manducatur.*

Vita in Chriſti ſanguine. S. Baſil.

Etiam ſanguis ad vitam eſt, animámque viuificat, anima in ſanguine ſedem habere dicitur, quia per illum vitam corporis tribuit, vt abeunte ſanguine anima habeat; hinc in Leuitico cap. 17. dicitur omnem animam in ſanguine eſſe. Sed hæc ad Chriſti ſanguinem transferri poſſunt, in hoc quippè rationalis anima vitam habet. Tranſtulit etiam S. Baſilius lib. de corpore & ſanguine Chriſti cap. 11. *Anima*, inquit, *Chriſti ſanguine reparatur. Omnis itaque anima, teſte Scriptura, in ſanguine, vt vbi habes in corpore ſedem, & per quem ipſa, vt aiunt, viuificet corpus, inde à Chriſto & ipſa* VITAM HABET ÆTERNAM *in ſe manentem.* Sic ille. Vt ergo anima ſedem in ſanguine habet, & per ſanguinem corpus animat, viuificátque; ſic & anima vitam à Chriſti ſanguine habet, ſedem in eo habere debet. 533.

Vitæ verba fuere, quibus

Vt vbique æternæ vitæ pertulerit Chriſtus, qui vita ipſa eſt, ea tamen verba maximè vitæ æternæ

Euchariſtia ſacramentum inſtitutum à Chriſto eſt. Ioan.6.

fuerunt, quibus Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit, adminiſtrauit; Ioan.6. cùm fusè de Euchariſtia diſſeruiſſet, pluries difficultate preſſi cæcutientes, reſiliebant: tunc Chriſtus, *Numquid & vos vultis abire*; cui Petrus, *Domine ad quem ibimus, quia verba vitæ æternæ habes*; æternam vitam præcipuè illa verba continent, quæ Euchariſtiam ſpectant, corpus Chriſti ſapiunt; S.Aug. hoc tetigit tract.20.in Io. *Verba vitæ æternæ habes*, VITAM ENIM ÆTERNAM HABES IN ADMINISTRATIONE CORPORIS, ET SANGVINIS CHRISTI; ſi verba nuda vitam habent, cur non habeat ſacramentum ipſum, quod verbis perficitur?

S.Aug.

534. *In vita libro ſcribuntur ad Altare.* Ezech.9. S.Paſch.

Porrò hîc maximè in libro viuentium ſcribimur. Inter ſex viros vnus viſus eſt Ezechieli, qui *veſtitus erat lineis, & atramentarium ad renes eius, & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta Altare*, cap.9. Quid atramentarium ad Altare? & non alibi etiam ſcribere poterat? Poterat, ſed ſeruire in myſterio voluit; hic vir Chriſtus ſignificat, qui electos ſuos in libro viuentium ſcribere voluit. Præclarè Beatus Rupertus lib.1. in Ezechielem cap.31. *Vir vnus in medio eorum veſtitus lineis, & atramentarium ad renes eius Chriſtus eſt Dei filius, qui carnis noſtræ veſtitus lineis venit in hunc mundum ad hoc vt electos ſuos iam dictæ vltioni excipiendos* CONSCRIBERET IN LIBRO VIVENTIVM; ſed ad altare hoc fecit, vt ſtatim colligeremus per Euchariſtiæ ſacramentum, quod in Altari conſecratur, in vitæ libro noſtra nomina ſcribi. *Benè iuxta Altare perhibetur*, inquit ſanctus Paſchaſius lib.de corpore, & ſanguine Domini, *vt milites ad* STIPENDIA VITÆ *percipienda accedentes diuinitus diſcernat*. Igitur non alibi meliùs, certiúſque æternæ vitæ libro notamur, quàm dignè ad Altare accedentes, vbi vitæ fructum ſumentes æternitati naſcamur.

Stipendia vitæ in Euchariſtia percipimus. Idem.

Per Euchariſtiam ad æternitatis quendam ſtatum redigimur. Tert.

Manna Iudaicus populus paſtus æternitatis quoddam ſignum præſeferebat, non creuere illi capilli, non vngues, non veſtimenta atterebantur; optimè de illo Tertullianus lib. aduerſùs Iud. *Populus in Eremo cibatus quadraginta annis* AD INSTAR ÆTERNITATIS *redactus*, nec humanis paſſionibus contamintaus, per quod velut in figura ſignabatur euchariſticum panem ad æternitatem alere.

Vita, & ſanctificatio nobis eſt Agni euchariſtici ſanguis. S.Cyr.Alex.

Et vt à paſchali agno aliquid in rem noſtram mutuemus; non ne ſanguis, quo poſtes liniebantur, vt ab exterminatore habitatore eſſent liberi, nec perirent, tacitè innuebat, per ſacram communionem mortem arceri, ac propulſari, vitam conſeruare? Huc flexit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib.5. Glaphyrorum in Exodum his verbis: *Cæterùm poſt mactationem iubet ſanguine illini poſtes domorum, & limen, nihil aliud, meâ quidem ſententiâ, ſignificare volens, quàm vt venerando, & pretioſo Chriſti ſanguine terrenam noſtram domum muniamus, atque velemus, hoc eſt, corpus noſtrum*, MORTEM, *quam per tranſgreſſionem incurreramus, per* VITÆ *ſanctificationem depellentes, vita enim & ſanctificatio nobis eſt Chriſti communio.* Hactenus ſanctus Cyrillus, vbi vides vitæ nomine ſacram communionem donati.

535. *Immortalitatis alimonia ſacra Euchariſtia.* S.Cypr.

Immortalitatis alimoniam ſacram Euchariſtiam vocat ſanctus Cyprianus de Cœna Domini, dum ait: *Non iam ad elaborata impenſis, & arte conuiuio Populi inuitantur, ſed* IMMORTALITATIS ALIMONIA *datur, à communibus cibis differens.*

Radix immortalitatis euchariſticus cibus. B.Alb.Magn.

Radicem immortalitatis, ſi qui hoc ſacramentum dixerit; me quoque ſuæ menti ſubſignantem habebit, ab eo quippè vt à radice vitæ immortalitas pullulat. Præiuit Beatus Albertus Magnus diſt.3.tract.1.cap.5. *Iſte cibus*, inquit, RADIX EST IMMORTALITATIS, quia is qui ſumitur, in quo principium eſt vitæ æternæ.

Per immortalia ſacramenta Euchariſtia intelligenda. Metaph.

Per immortalia ſacramenta Euchariſtia intelligebatur in actis ſancti Pachomij, apud Simeonem Metaphraſtem hæc leguntur: *Quando oportebat eos vna* CVM IPSO IMMORTALIA SACRAMENTA, *accerſebat vnum ex ijs qui in vicis erant propinquis, & ſic ſpiritalem diem feſtum peragebant.*

Hoſtia ſacra mortuis conſepulta aliquando. Amphil.

Sacram olim hoſtiam mortuis conſepelire conſueuerant. Hinc Amphilochius Iconij Epiſcopus in vita Baſilij cap.6. refert Beatum Præſulem hoſtiam conſecratam, eleuatámque diuiſiſſe in tres portiones, additque ſtatim: *Vnum quidem ſuſcepit cum timore multo, aliam verò ſeruauit* AD CONSEPELIENDVM *ſibi, tertiam autem poſitam ſupra columbam auream ſuppendit ſuper altare*; vt corpus corruptibile ad immortalitatem, & incorruptionem ſacramenti huius conſortio paretur; ſpiritualem animæ ſpiritualis vitam Euchariſtiam eſſe, non eſt quod vocemus in dubium; rem firmant ea, quæ in ſequentem excurſum reiicio.

EXCVRSVS XLII.

Animæ vita Euchariſtiæ Sacramentum eſt.

Eccleſiæ vita *Euchariſtia.*

Corpus Chriſti in Eccleſia, vt lignum vitæ, *in medio Paradiſi.*

Homo qui in cibo mortem inuenerat, in cibo vitam *reperit.*

Vitæ ſpiritualis conſummatio *Euchariſtia eſt.*

Vita corporis myſtici *corpus Chriſti in ſacra Euchariſtia eſt.*

Animam Deus viuificat vitali *hoc cibo.*

Vitam panis *non vitalis cùm conferat, confert magis ille, qui non vitalis tantùm, ſed vita.*

Fructus vitæ *Chriſti corpus.*

Quod anima *corpori, hoc Chriſti* corpus *animæ.*

Vitæ æternæ effectus *in Euchariſticis epulis.*

Vitam æternam *tribuit in hoc ſacramento Chriſtus.*

In æternam vitam *hoc ſacramentum euehit.*

Vitam in Euchariſtia *edit, vitam bibit, qui Chriſti exemplo dura quæque ſuſtinet.*

Cvm vita Euchariſtia ſit, non ſibi tantùm eſt, eſt & comedentibus, ſi dignè accedant; recipit vitam, qui vitale Chriſti corpus inſerit ſuo pectori. 536.

Eccleſiæ vita Euchariſtia. S.Cypr.

Eccleſiæ vita Euchariſtiæ ſacramentum eſt, nam illo velut corpori vitam inhalat Chriſtus; hinc illud ſancti Cypriani de Cœna Domini: *Ipſe panis, & caro, & ſanguis, idem cibus, & ſubſtantia,*

Digitized by Google

tia, & VITA FACTVS EST ECCLESIÆ SVÆ quam corpus ſuum appellat, dans ei participationem ſpiritus.

Corpus Chriſti in Eccleſia vt lignum vita in medio Paradiſi. Ioan. Vit.

Poſuetis in Paradiſo, quem coudiderat, vitæ lignum mundi conditot, nos in Eccleſia pro ligno vitæ Euchariſtiam habemus, quæ dignè accedentibus vitam inhalat, Ioan. Vitalis in ſpeculo morali, verbo Enchatiſtia, Gen. 2. *Poſuit Deus* LIGNVM VITÆ *in medio Paradiſi, id eſt, in Eccleſia ſub ſacramento verum corpus Chriſti.*

Homo, qui in cibo mortem inuenerat, in cibo vitã reperit. B. Rup.

In cibo mottem reperit primus homo dandus, ergo eidem à Deo cibus, in quo vitam teperiretur; hic autem ſuit Euchariſtiæ ſacramentum. Scitè Beatus Rupertus lib. 12. de victoria verb. Dom. cap. 12. *Quia cùm non viderint, niſi pomum, quantumlibet ſuaue, aut viſu pulchrum, crediderunt in illo eſſe diuinitatis effectum, crediderunt Diabolo dicenti: Si comederitis, eritis ſicut Dij; contra cibum illum, qui cibus fuit* MORTIS, *dictante ratione iuſtitia, dari oportebat cibum alium, qui eſſet* CIBVS VITÆ, *& ſimilitudine, vt ſcilicet ineſſe illi mens crediderit, quod oculus non videret, crederet eſſe cibum, & potum veraciter communicandæ diuinitatis. Per hanc fidem ſibi Deus ab homine ſatisfactum eſſe indicat, dum non minus ſibi credit, quàm diabolo crediderat.*

537. *Vita ſpiritualis conſummatio Euchariſtia eſt.* S. Thom.

Hæc vita Euchariſtia eſt, ſed ſpiritualis conſummatio, atque perſectio. Hoc titulo donatur à ſaucto Thoma 3. part. quæſt. 73. art. 3. in corp. *Baptiſmus*, inquit, *eſt principium ſpiritualis vita, & ianua ſacramentorum*; EVCHARISTIA VERO QVASI CONSVMMATIO APIRITVALIS VITÆ, *& omnium ſacramentorum finis.*

Vita corporis myſtici corpus Chriſti in ſacra Euchariſtia eſt. Ioan. Vit.

Anima vitam corpori ttibuit ſui exhibitione, vitam, & Chriſtus dum in Euchariſtia ſe Eccleſiæ offert, nam quod anima corpori, hoc Chriſtus corpus Eccleſiæ eſt, hoc illa animatur, hoc ſouetur, hoc viuit, hoc venuſtatur. Pulchrè Ioan. Vitalis in ſpeculo motali verbo Euchariſtia: *Sicut anima rationalis eſt vita corporis phyſici, ita Chriſtus* EST VITA CORPORIS MYSTICI, *& ſicut eadem anima tota integra ſine ſui diuiſione eſt in ſingulis partibus ſui corporis ſimul. ſic vnum, & idem verum corpus Chriſti totum integrum ſine ſui diuiſione ſimul eſt in multis hoſtijs conſecratis.*

Animã Deus viuificat vitali hoc cibo. S. Aug.

Vitam hoc cibo Deus animæ conſert, & collatam ſeruat, quod animæ exemplo illuſtrat ſanctus Auguſtinus apud ſanctum Thomam opuſc. 58. cap. 6. in hæc verba: *Sicut anima vita eſt corporis, ſed non viuificat ſine cibo corporali, ita* DEVS VITA EST ANIMÆ, *ſed non viuificat illam ſine cibo ſpirituali, id eſt, ſine verbo Dei, & ſic hac, & illa natura hominis ſibi diſſimiles, diſſimilem cibum habuerunt, & alio modo, & longè abinuicem comederunt, nec cibus corporis congruebat ſpiritui, nec cibus ſpiritus corpori.*

538. *Verum panis non vitalis cũ conferat, conferat magis ille, qui non vitalis tantùm, ſed vita.* B. Alg.

Vita eſt Euchariſtiæ ſactamentum, & vitam tribuit iis, à quibus dignè accipitut; & cut vitam non conferat cibus, qui vitam habet, quin & vita eſt, cùm ad vitam nutriat, & vitam ſeruet cibus ille, qui vita deſtituitur, vita nec eſt, nec vitam habet? Peritè rem premit B. Algerus lib. 1. de ſacramenro cap. 19. *Si enim*, inquit, *tanta vis eſt in cibo qui nec viuit, nec manet, vt labentem vitam huius temporis foueat, & retineat quamdiu Deo placuerit, quanto magis Chriſtus cibus viuens immortaliter* VITAM ÆTERNAM *conferre credendus eſt, quibus ſibi placuerit? magis enim credendus eſt vitam conferre, qui vitam in ſe habet, & vita eſt, quàm qui non habet.*

S. Cypr.

Idem tangit ſanctus Cyprianus tract. de Cœna Domini, in hæc verba. *Sicut panis communis, quem quotidiè edimus*, VITA *eſt corporis, ita panis iſte ſuperſubſtantialis vita eſt anima, & ſanitas mentis.*

Fructus vitæ Chriſti corpus. S. Thom.

Ad vitam eſſe Chtiſti corpus, firmat etiam ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 1. *Corpus Chriſti eſt fructus vitæ, valens ad deſtructionem gehenna, & acquiſitionem* VITÆ ÆTERNÆ.

Quod anima corpori, hoc Chriſti corpus anima. Lud. Pont.

Quod anima corpoti noſtro eſt, hoc corpus Chriſti eſt animæ noſtræ, vt non abierit, qui illud animæ animam indigitauerit. Anima corpori vitam tribuit, vitaléſque ſpiritus ad varias opetariones præſtandas excitat; idem Chriſti corpus in nobis efficit, & modo nobiliori, præſtantioríque: hinc illud docti, probique Doctoris: *Sicut* ANIMA *corpori coniuncta ſpiritus quoſdam excitat, quos vitales, vel animales vocant, quibus ipſum corpus, ſenſus, & ipſa membra debilitata reuiuiſcunt, & vires reſumunt ad operandum*; SIC CARO CHRISTI DOMINI ANIMÆ NOSTRÆ *coniuncta excitat in illa ſpiritus verè vitales, quos illuſtrationes, & inſpirationes nominamus; quibus anima actu viuificatur, & roboratur, vt quæ Dei ſunt, magno exequatur fauore.*

Vitæ æternæ effectus in euchariſticis epulis. 539.

Ad æternam vitam cibum alere, ad æternitatem hunc potum mentes ſouere indicant recte panis, & vinum ex quibus conficitur, vt enim communis panis, & vinum vitam perituram tribuunt, dum vettuntut in ſanguinem, ſic & æternam panis iſte cibus cœleſtis, & iſte potus, vt idcirco etiam talium rerum materia huic ſactamento ſubiiciatut; ſcitè ſanctus Cyprianus de cœna Domini: *Panis iſte communis in carnem, & ſanguinem mutatus procurat vitam, & incrementum corporibus, ideòque ex concreto rerum affectu fidei noſtra infirmitas ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus ſacramentis ineſſe* VITÆ ÆTERNÆ EFFECTVM, *& in tam corporali, quàm ſpiritali tranſitione Chriſto nos vniri.* S. Cypr.

Vitam æternã tribuit in hoc ſacramento Chriſtus. B. Alg.

Etiam Petrus cùm de Euchariſtiæ ſacramento haberetut ſermo, Chriſto dixit, *Verba vita æterna habes*; quod maximè verum apparet in ſactamenti huius inſtitutione, & exhibitione, vitæ quippè verba præcipuè ſe habere Chriſtus oſtendit cùm vitale hoc cibum inſtituit, & perfecit. Præclarè Beatus Algerus lib. 1. de ſacrament. cap. 11. *Verba vita æterna habes; vitam enim æternam habes in miniſtratione corporis, & ſanguinis tui, & nos credidimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei; id eſt, quia ipſa* VITA ÆTERNA *tu es, & non das in carne, & ſanguine tuo, niſi quod es.*

In æternam vitam, hoc ſacramentum euehit. S. Thom. 540.

Aqua ipſa, quæ vino immittitur in Calicem, tacitè monet nos in æternam vitam per hoc ſacramentum duci, euehíque; ſcitè S. Thomas 3. part. quæſt. 74. art. 6. vti quærens cur vinum in Euchariſtia aqua miſcenda, inter alias rationes hanc addit in corpore: *Quartò quia hoc competit ad vltimum effectum huius ſacramenti, qui eſt* INTROITVS AD VITAM ÆTERNAM. *Vnde Ambroſ. dicit in lib. de ſacramentis, redundat aqua in calicem, & ſalit in vitam æternam.* Igitur qui ferri in cœlum quærit, toto deſiderio ad ſacramentum circumferatur; cœlum ingredi non meretur, qui aditum ſibi ad euchariſticas epulas vitæ impuritate præcludit; reſpicit in poſtremis verbis ad illa Ioan. 4. verſ. 14. *Vt fiat in eo fons aqua ſalientis in vitam æternam*; in vitam æternam ſaliet, qui æternæ vitæ ſacramentum dignus excipiet.

Vitam in Euchariſtia edit, vitam bibit: qui Chriſti exemplo dura quæque ſuſtinet.

Denique is in Dei menſa vitam comedit, & vitam bibit, qui paſſionis Dominicæ imitator dura quæque forti animo fett, illatas iniurias tolerat, ſuppliciis, & tribulationibus affectus

adeò

Franc. Abb.

adeò non dolet, nec in querelas erumpit, vt lætitia perfundatur, in Dei laudem exiliat. Auditi hic debet Franco Abbas, qui tom. 10. de Gratia Dei, ita loquitur: *Tunc myſterium paſſionis Chriſti in memoriam eius ſalubriter homo celebrat, quando ipſo opitulante ſimilia præparat cùm falſorum fratrum amariſſimo felle potatus ſuſtinet, cùm iniurijs affectus non dolet: irriſus ridet, ſupplicijs attritus gaudet, & ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in corpore ſuo ſupplet. Hic de menſa Dominici verè* VITAM COMEDIT, *hic de calice Domini verè vitam bibit, & ſecundùm promiſſum eius, & ipſe in Chriſto, & Chriſtus viuit in ipſo.* Verè in eo viuit Chriſtus, qui pro Chriſto paratus eſt mori, dúmque mortem obire non poteſt, quam Chriſti cauſa amat, non appetit, appetit dura, quæque pro Chriſto ferre, iniuriíſque affectus gaudio afficitur, & lætitia.

EXCVRSVS XLIII.

Malis Euchariſtia non vita, ſed mors eſt.

Euchariſtia ſacramentum bonos *ad cælum euehit*, indignos *gehennæ adijcit.*

Immundâ conſcientiâ Chriſtum ſumere, idem ſupplicium *expectent, ac illi qui Chriſtum cruci affixerunt.*

Indignus conuiua cum Chriſti crucifixoribus *comparatur.*

Alter Iudas, *qui indignè Chriſti corpus accipit.*

Manna guſtauiſſe Iudæis maiorem cruciatum *parturiuit.*

Idem timere Euchariſtiæ menſæ *participes debent ſi indignè accedant.*

Ad mortem *eſt Euchariſtia ſi indignè ſumatur.*

Petro *ad ſalutem euchariſticus Agnus*, Iudæ *ad ruinam.*

Euchariſticum munus alijs odor vitæ *in vitam, alijs* odor mortis *in mortem.*

Quibus moribus *ſit inſignitus euchariſticæ menſæ conuiua, explorat Rex, & Iudex.*

Bonorum conſortium *in hac menſa malos non excuſat, ſed damnat.*

Inter iuſtos viuere *maiori pæna dignus indignos reddit.*

Bonorum exemplo *in malo perſeuerare proiecta impudentia eſt.*

Peccatorum improbitas *maior inter bonos apparet cùm euchariſticæ menſæ aſſident.*

541.
Euchariſtia ſacramentum bonos ad cælum euehit, indignos gehennæ adijcit.
Philo Carp.

VT vita bonis eſt euchariſticus cibus, ſic malis ad mortem eſt. Ea quippe eſt *rerum diuinarum humanarúmque natura*, ait Philo Carpathius in cap. 7. Cantici Canticorum, *Vt quæ pro ſua dignitate, & excellentia optima eſſe debent, ac ſumma, eadem mutato ordine peſſima fiant, atque infirma*; quod ſtatim Euchariſtiæ illuſtrat exemplo, à quâ mortem, eámque æternam hauriunt indignè accedentes, cùm in ea vitam inuenire iuſti ſoleant. *Licet*, inquit, *videre quoſdam ex hoc ſacratiſſimo conuiuio fieri quotidie prauiores; & ob id ſolùm ad gehennam properare miſerrimos, quod ad tale, ac tantum támque ineffabile, & cæleſte conuiuium Angelorum Choris optabile immundo corde, atque ſordidato audacter accedere, & inſolentiſſimè deuorare præſumunt.* Proh hominum impudentia, qui ad iudicem ſe ſuo ſiſtunt nocentes, & rei æternum puniendi.

Qui regiam conquinabat purpuram, non ſecus ac ſi ſcidiſſet, vltimum ſubibat ſupplicium, iuſtius punietur, qui immunda conſcientia Chriſti corpus accipit; quod premit ſanctus Chryſoſtomus hom. 45. in Ioan. *Nam ſi qui regiam purpuram coinquinant; haud ſecus quam ſi ſcindunt, puniuntur; quid mirum ſi qui immunda conſcientia Chriſti corpus accipiunt, idem ſupplicium ſubeant, quod qui cum clauis cruci affixerunt.* Sic ille.

Immunda conſcientia Chriſtum ſumere, idem ſupplicium expectent, ac illi qui Chriſtum cruci affixerunt.
S. Chryſ.

Pende poſtrema verba, in quibus indignè ſumentes Chriſti corpus, Chriſti crucifixoribus pariat; quod premit etiam hom. 60. ad populum in hæc verba: *Conſidera quantum aduerſus proditorem indignaris, & contra eos, qui crucifixerunt; itaque conſidera ne tu quoque ſit reus corporis, & ſanguinis Chriſti, illi ſanctiſſimum corpus iugularunt, tu verò polluta ſuſcipis anima poſt tot beneficia.* Verè proditor, & velut alter Iudas, qui indignus, atque impurus buccellam accipit; vt rectè inclamet ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 142. *Accepit buccellas Iudas, & introiuit in eum Satanas; quàm multos Iudas Diabolus implet indignè accipientes buccellam ad iudicium ſuum; qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Semel Iudas tradidit, ſemel crucifixerunt eius hoſtes, indigni ſuſceptores quotidie Chriſtum produnt, quotidie crucifigunt, vt verè Tertullianus exclamarit lib. de idololatria cap. 7. *Proh ſcelus, ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidie eius corpus laceſſunt. O manus præcidendæ! Viderint iam, an per ſimilitudinem dictum ſit, ſi te manus tua ſcandalizat amputa eam, quæ magis amputanda, quàm in quibus Domini corpus ſcandalizatur.* Sic ille.

Indignus conuiua cum Chriſti crucifixoribus comparatur.
Idem.

Alter Iudas qui indignè Chriſti corpus accipit.
S. Aug.
Tert.

Dirè omnes in inferno torquebantur impij, ſed maximè illi, qui Euchariſtiæ menſæ admiſſi prauis moribus ab harum epularum ſanctitate abierunt. Magna Iudæorum felicitas magna educta biberint; ſed quia his beneficijs non reſponderunt, acerbiùs eorum animæ ſubſecutæ calamitates excederunt, nimirum mannæ dulcedo in amaritudinem, in ſupplicium verſa eſt; ſic Iudæos premit, & pungit ſanctus Zeno ſerm. 2. in Exod. *Veruntamen Iudæe quid monumentis tui criminis gratularis? Ad hoc ſane in Eremo aquam de petra bibiſti,* MANNA DE COELO GVSTASTI, VT CVM ESSES AD EGESTATEM POSTMODVM DEVOLVTVS, PRÆTERITORVM BONORVM RECORDATIONE ACRIVS TORQVERERIS. Idem occinatur iis, qui in Chriſti caſtris viuunt, ſed à Chriſti moribus alieni, cùm vltricibus flammis traditi fuerint, quàm grauiter eos torquebit, & cruciabit, cùm cogitauerint, ſe non manna nutritos, ſed cœleſti pane, Chriſti corpore, Chriſti ſanguine? Nihil profuit Iudæorum populo manna de cœlo guſtaſſe, nihil aquam de petra bibiſſe, obfuit potiùs; nam egeſtate poſtea laboranti hæc maioris cruciatus materiam præbuere; iuſtiùs id de Euchariſtia ipſa dicatur, qui eam accipit, nec proficit, vbi ad egeſtatem deuenerit, vbi flammis adiudicatus fuerit, tunc maximè cruciabitur cùm recordabitur ſe tali cibo donatum, quo facilè poſſet ab illa damnatione eximi.

542.
Manna guſtauiſſe Iudæis maiorem cruciatum parturiuit.
S. Zeno.
Idem timere Euchariſtiæ menſæ participes debent ſi indignè accedant.

Ad mortem eſſe ſacram Euchariſtiam ſi ſumatur indignè, oſtendit & Iudas proditor, qui poſt illius eſum ad proditionem iuit, & poſt illam ad

Ad mortē eſt Euchariſtia ſi indignè ſumatur.

deſpera

deſperationem, laqueúmque, quod mortis genus oſtendit, ob indignam ſumptionem maximè ſe puniuiſſe, vt laqueum guttur illud obſtringeret, quo Chriſti corpus in Cœna deglutiuerat. Aduocari huc poſſunt verba ſancti Cypriani, qui in Cœna Domini ait: *Vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit,* PARRICIDIALIS *vim tanti ſacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exufflatus eſt, & præceps cucurrit ad proditionem, & pretium ad deſperationem, & laqueum.*

S.Cypr.

543. *Petro ad ſalutem eucariſticus Agnus, Iuda ad ruinam.*

Pro varia ſumentium diſpoſitione varios hoc ſacramentum effectus producit, Iudæ mortem parturiuit, Petro vitam, quia ille indignè accedit, iſte dignè, ceciderit Petrus, ac ſtatim reſipiſcens reſurrexit, quod etiam huius ſacramenti virtuti, qua priùs ſe munierat, acceptum referri poteſt, mundos mundiores reddit, immundos immundiores hoc ſacramentum, quod in hunc modum illuſtrabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 4. *Expergiſcere nunc anima mea, expergiſcimini & vos amatores veri, & incõcuſſi boni, atque tota cordis intentione conſiderate quàm dulciter, quàm humiliter, quantóque dilectionis affectu Dominus Ieſus adhuc paſſibilis impaſſibiliter ſe ipſum tribuit in ſacramentum, & efficitur cibus hominum Dominus, ac conditor Angelorum. Completur planè nunc, quod ore Prophetico fuerat prænuntiatum, Panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. Singuli diſcumbentium eumdem accipiunt corporis cibum, idémque ſanguinis poculum, & (quod mirabile eſt) ſuo non ſe denegat proditori, quem ſciebat iam aduerſum ſe leuaſſe calcaneum, ſuique Domini perditionem quærere. Vno Petrus, & Iudas cœleſti paſcuntur alimento, aliter tamen,* NAM AD MERITVM, ET PROFECTVM PETRVS, PRODITOR VERO MANDVCAT AD RVINAM, ATQVE INTERITVM. *Pro ſumentium diſpoſitione cibus hic diſpares etiam operatur effectus. Quem enim reperit mũdum, & iuſtum, amplius mundat, atque ſanctificat; quem autem ſordeſcentem inuenit, & immundum, deteriorem facit, quoniam ſancta, & immaculata iniquitatibus pollutus præſumpſit ſumere ſacramenta. Suis namque demeritis, non Dei voluntate malus.*

B.Laur.Iuſt.

544. *Euchariſticũ munus alÿs odor vitæ in vitam, alÿs odor mortis in mortem.*

Suauis aliquarum rerum odor, qui vitalis communiter eſt ad mortem quibuſdam animantibus ſolet eſſe, roſarum odorem lethalem ſcarabis eſſe traditum ab autoribus eſt; idem accidere in Euchariſtiæ ſacramento non eſt dubium, eius odor vitalis dignè accedentibus eſt, indignè verò lethalis eſt, vt de illo dici poteſt, quod de ſe dicebat Paulus 2.Cor.2.15. *Chriſti bonus odor ſumus, alÿs quidem odor mortis in mortem, alÿs autem odor vitæ in vitam*; ſanctus Cyprianus de Cœna Domini hanc noſtram mentem fulcit, dum de Euchariſtia loquens, ait: *Alÿs ſunt hæc munera* ODOR VITÆ *in vitam, alÿs* ODOR MORTIS *in mortem: quia omnino iuſtum eſt, vt tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec in indignis tanta gratia puritas ſibi faciat manſionem.*

2.Cor.2.15.

S.Cypr.

Quibus moribus ſit inſignitus Euchariſtiæ menſæ conuiua explorat rex, & iudex.

Inter bonos euchariſticæ menſæ accumbere nil nobis proderit, ſi probis moribus deſtituantur; bonorum conſortium, nec benigna inuitatio homini illa profuit, qui inter inuitatos ad nuptias repertus eſt ſine veſte nuptiali. Matth.22. hæc habentur: *Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* Circumſpiciebat ſingulos Rex, qui intrauerat, curabat enim quomodo comederent, ſed quomodo eſſent ornati non ſatis illi quod in eius Eccleſia viuamus; ſed diligentiſſimè inquirit quo habitu accubamus, quibus moribus, quibus virtutibus accubamus diuinæ menſæ.

Matth.22.

Sed cur iſte ſe non excuſat, dicens ſe accumbendi morem ignorare, quo nuptialis veſtis requiratur! vt ignorauerit morem; aliorum exemplum habebat, *cùm videret omnes*, inquit ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus in præfat. ad Catech. *ſplendidè veſtitos, oportebat ipſum quoque einſcemodi capere amictum. Verùm ille cibum vna cum alÿs ſumebat æqualem, inæqualem autem ornatum, & propoſitum habebat.* Ex his, quæ in aliis videbat, diſcere poterat, quid & ipſi præſtandum, nam aliorum exemplo regula noſtra eſt, vt boni duceret, malos dum bonum operauerit.

Bonorum cõſortium in hac menſa malos non excuſat, ſed dãnat.

S.Cyr.Ieroſ.

Qui ſe nuptiis immiſcuit non habens veſtem nuptialem, tenebris adiicitur; cur non & antea damnatus, nam & antea iniuſtus erat, impurus erat? an quia ſe ſanctis nuptiis obtrudẽs, iuſtorum conſortium quærens ſanctitatis ſimulatione magis impius euaſerat, maiori pœna dignus, minúſque ferendus? Sancti Ambroſij hæc ſunt verba ſerm.14. *Ligatus in tenebras expellitur non ſolùm, quòd peccator erat, ſed quia quum peccator eſſet,* SANCTITATIS SIBI MERITVM *vendicauit.* Simulata ſanctitas non eſt ſanctitas, ſed duplex iniquitas. 545.

Inter iuſtos viuere maiori pœna dignos iniuſtos reddit.

S.Ambr.

Præterea licèt peccator eſſet antequam veniret citò ad nuptias, non eſt prius damnatus, quàm ingreſſus cum aliis habentibus veſtem nuptialem; ipſe ſine ea inuentus eſt; quia malus cùm malis eſſe non eſt adeò malum, ſed malus eſſe cum bonis, & bonorum exemplo in malo perſeuerare, nec aliorum ſanctitate moueri proiectæ impudentiæ eſt, & non ferendæ malitiæ certum argumentum. & idcirco iuſtè damnatur, qui ad nuptias ſe contulerat, quem antea iudicis miſericordia tolerabat.

Bonorum exemplo in malo perſeuerare proiectæ impudentiæ eſt.

Denique qui veſte nuptiali carebat, tantùm Regi diſplicuit, vt eum carceri, tenebríſque adiiceret, nihil illi aliorum conſortium profuit, quin obfuit potiùs, quod notabat etiam ſanctus Maximus hom.in Vig.Natiuit.Domini, hiſce verbis. *Quanto* CANDEBAT SANCTITAS, *tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus diſplicuiſſe, forſitan ſi in conſortium iuſtorum minimè ſe dediſſet.* Nemo ſibi de aliorum cum quibus viuit perfectione ac ſanctitate blandiatur, damnabit eum aliena ſanctitas, quam neglexit, dum imitari noluit; inter bonos malum eſſe peſſimi eſt. Euchariſtiæ licèt menſæ aſſideamus cum bonis, bonorum ſocietas adeò nos non muniet, vt arguat potiùs, & condemnet, qui ſapit inter euchariſticas delitias bonorum numerum ſtudebit augere ne ibi mortem inueniat, maiúſque ſupplicium vbi poterat inuenire vitam, & pœnæ præteritis ſceleribus debitæ remiſſionem.

Peccatorum improbitas maior inter bonos apparet cùm euchariſtica menſa aſſidens.

Matth.22.

S.Max.

EXCVRSVS XLIV.

Euchariſtia cordis magnes.

Dei benignitas nos tanquam magnes ferrum *trahit.*

Ad magnetem *ſe amens amans confert, vt ferream traheret.*

In amicarum oculis magnetis vim *amantes ſentiunt.*

Euchariſtia tanquam magnes ferrea *hominum corda trahit.*

Deuotorum corda Euchariſtia trahit *non*

eorum

eorum, qui terrenis adhærerent.

Pura corda euchariſticus magnes *in cælum euehit.*

Corpus inſtar ferri *à magnete in altum trahi debet.*

Amicus ab amico tanquam à magnete *trahitur.*

In ſublime *communicantis corpus elatum.*

Fidelium mentes, oculóſque ad ſe trahit *Euchariſtiæ ſacramentum.*

546. *Dei benignitas nos tanquam magnes ferrum trahit.* Saluian.

MAgnes ferrum trahit admota ferro, & nos licet ferreos Dei benignitas, & charitas trahere debet; trahit donis Deus, trahit beneficiis, pluſquam ferreus eſt, qui trahi ſe cùm ſinit. Audiendus hìc Saluianus, qui lib. 4. de Gubern. Dei, ita diſſerit: *Ipſe Saluator ideo, vt ait Apoſtolus, moriendo pro nobis commendare voluit omnibus charitate ſua, vt nos ad reddendam pietatem tanta viciſſitudine pietatis ſuæ* TRAHERET: *ſicut illas naturæ admirabilis gemmas ferunt, quæ* FERRO PROPIVS ADMOTÆ, *duriſſimum licèt chalybem affectu quaſi ſpirante ſuſpendunt: ita etiam ille, id eſt, ſumma, & clariſſima regnorum cæleſtium gemma, hoc ſcilicet voluit, vt dum ſe licèt duriſſimis nobis deſcendens de cælo propius adiungeret, affectu ſuo nos quaſi amoris ſui manibus admoueret, vt agnoſcentes vtique dona ſua, ac beneficia, intelligeremus quid nos pro Domino tam bono facere conueniret, cùm ille pro malis ſeruis tanta feciſſet.*

Ad magnetem ſe amãs amãtẽ confert, vt ferream trahere.

De illa quæ muneribus trahi non poterat, feſtiuè quidam amore inſano correptus canebat.

Porrexi ex auro munuſcula Dædala, ſed tu
Reſpuis, & nugas aurea dona facis.
Cinnama, nec captas redolentia, nec Amethyſtos
Quid faciam, ſi nec, lux mea, carmen amat?
Montibus Æthiopum MAGNETEM *poſcere cogar,*
Fibra tibi cùm ſit ferrea, ſic venies.

In amicarum oculis magnetis vim amãtes ſentiunt.

In amicarum oculis magnetis vim amentes ſeotiunt, dum ab illis trahuntur, vnus ex hoc grege canebat.

Non tibi non mea lux oculorum in fronte gemelli,
Sed MAGNES *geminus lumine pro gemino eſt.*
Nam ſimul, ac tantillum adeò me, Diua, tueris
Protinus ad te oculos mî rapis, atque animum.

Hæc ab amante prorſus amente excùlpere inſanus amor ſolet; nos feliciores, quos Deus donis cumulat vi magnetiâ præditis, quia quibus Deus magnus magnes fit, & hoc præcipuè in euchariſtica menſa.

547. *Euchariſtia tanquam magnes ferrea hominũ corda trahit.* Ludou Pont. lib. 2. exh. 3.

Euchariſticum panem ſi magneti quis comparauerit, qui ferrea hominum corda ad ſe trahit, & allicit, alias quoque ſuæ ſententiæ ſubſignantes habebit. Præiuit pius ille auctor, cuius hæc ſunt verba: *Non immeritò hoc ſacramentum vocauerim* DIVINVM QVEMDAM MAGNETEM TRAHENTEM AD SE FERREA CORDA HOMINVM, *vt illi inhæreant.* Addit, at ſicut magnes cùm trahit ad ſe aurum, vel argentum, ſed ferrum, eo quòd in quibuſdã proprietatibus naturæ magis aſſimilatur; ita Chriſtus Dominus in hoc ſacramento, non trahit nobiles, diuites, vel potentes, ſed humiles, mites, & eos, qui in iuſtitia, & ſanctitate illi aſſimilantur.

Deuotorum cor la Euchariſtia trahit, non eorum qui terrenis adhærent. Thom.

Et verè ſicut ferrum à magnete non trahitur, ſi ceparum ſucco adſpergitur, ita nec mens tantâ amoris vi trahi ab euchariſtico magnete poteſt, quæ terrenis rebus hæreat, periturarum rerum amore veluti ſe parum ſucco madeat; hinc Hebræi manna reſpuerunt, cepas, & allia Ægypti quærentes; & de Euchariſtia ait Abb. Ioannes Geſſen lib. 4. DEVOTORVM CORDA TRAHIT, qui nempè à noxio noxiarum rerum ſucco ſunt immunes, Ægypti cepas non amant, nun allia, ſed in cælum feruntur, inque perennatura.

Pura corda euchariſticus magnes in cælum euehit. Anon.

Huc ſacramentum in cælum euehit, atque adeò trahit illorum corda, quæ pura reperit, atque à rerum terrenarum adfectu veluti noxio ſucco immunia, præclarè Anonymus auctor, & ineditus, à nobis non ſemel aduocatus, de præp. ad Miſſ. ſer. 2. vbi ita loquitur: *Non*, inquit, *ſemel tantùm ô melliflua bonitas; ſed quotidie te immolari, téque ſumi complacuit tibi quatenus ſicut ex culpa debito, ac quotidianis facinoribus ſine ceſſatione ad ima dilabitur, ita ſacramento tuo refectus, tua roboratus virtute, gratiaque tua dulcedine recreatus,* CORDE, ET AFFECTIONE ELEVETVR AD SVMMA, *meritò ſiquidem per te erigitur ad te, & de ſe tranſit in te, dum pura mente, fide non ficta, deuotione ignita, atque humili pietate in ſe ſuſcipit te totum; Deum verum, vitæ verbum, ſplendore gloriæ, beatorum præmium, Angelorum Dominum, candorem æternæ lucis, & ſine macula ſpeculum ſempiternum.* Parum eſt vt io ſublime eucharis, vt rapiaris in alto.

548. *Corpus inſtar ferri à magnete in altũ trahi debet.* S. Greg. Naz.

Corpus ferri inſtar à magnete in altum trahi debet. Sanctus Gregorius Nazianzenus carm. de rebus ſuis ita canit:

——— *Socium quoque corpus, vt atrum*
MAGNETI *ferrum vis indita tollit in altum?*

Cur non feratur mens, euchariſtici Agni delitiis recreata?

Amicus ab amico tanquã à magnete trahitur. Petr. Delph.

Homines ab hominibus, quos amicos habent, velut ferrum à magnete trahuntur, fatut iſtuc magni nominis auctor Petrus Delphinus lib. 2. ep. 9. dum ait: *Ægrè diuellimur à te Pater optime, ſequimur te quocunque ieris,* TRAHIS NOS *poſt te ſicut* MAGNES *ferrum*; iuſtius id Deo ſuo Dei ſeruus dicat, verius Chriſti amator Chriſto, præſertim dum eius carnem comedit, bibit eius ſanguinem, euchariſticis delitiis fruitur.

In ſublime communicãtis corpus elatũ. Gan.

Euchariſticus panis adeò ſtomachum non onerat, vt corpus quandoque in aëra ſuſtollat, & velut magnes trahat. Gar. in Margarita filia Regis Hũgariæ: *Cùm ſacram*, inquit, *communionem erat ſumptura, pridie nihil præter panem, & aquam ſumebat, & noctem inſomnem orando ducebat. Sumebat autem ipſum ſacramentum magna deuotione, & lachrymarum imbre, adeóque interdum in ſpiritu rapiebatur, vt ceu mortua videretur, nec rarò viſa eſt* INTER COELVM, ET TERRAM SVPRA CVBITI ALTITVDINEM ELEVATA, *nullis corporis ſenſibus vtens.* Cæleſtis nauis eſt, in cælum mentes trahit; trahit quandoque & corpora iſte magoes; quod in aliis quoque viſum non ſemel eſt.

Fidelium mẽtes, oculóſque ad ſe trahit Euchariſtia ſacramẽtum. Ioan. 12. Ludou Pont. lib. 4. exh. 5.

Eleuatur hoſtia, eleuatur calix, vt adſtantium mentes trahantur, de Cruce loquens Chriſtus ait: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*, Ioan. 12. 32. huc quoque eleuatio ſpectat, quæ à Sacerdotibus in Miſſæ ſacrificio fit; hinc illud illius pij Doctoris: *modò etiam in ſacrificio Miſſæ hoſtia, & calix à Sacerdotibus* ELEVATVR IN ALTVM SVPER CAPITA EORVM, VT AD SE TRAHANT OCVLOS, MANVS, MENTES, ET CORDA FIDELIVM, *qui ſumma adoratione ſacramentum venerantur.* Trahe me Amor, amo à te trahi, quia amo te. Quicquid extra te tui amoris amore repudio, hærere tibi cupio, totum in te ferri volo, vt ferrum trahi à magnete poſtulo, ita tamen vt vere ferreus non ſim, non ero ſi abs te trahar ad te.

EXCVRSVS XLV.

Euchariſtia Eccleſiæ fundamentum, & munimen.

Sacra Euchariſtia Eccleſia fundamentum *eſt.*

Euchariſtiæ ſacramento ſtat Eccleſia, *mundus ſine illo ſolus error.*

Euchariſtiæ ſacramento Chriſtianæ religionis cultus *præcipuè conſeruatur.*

Lætitiæ *appellatione cur Euchariſtia ſignificata.*

Euchariſtia lætitia *fundamentum regiæ ciuitatis.*

Fruges in ciuitatum *fundamentum.*

Eccleſiæ fundamentum *Euchariſtia, & orbis tutela.*

In cordibus noſtris fundari *per hoc ſacramentum Chriſtus debet.*

549. *Sacra Euchariſtia Eccleſiæ fundamentum eſt.* B. Alb. Magn. Gen. 37.

HOc quoque titulo Euchariſtiæ ſacramentum gaudet, vt Eccleſiæ fundamentum, ac baſis ſit, huic Eccleſia firma innititur, nunquam caſura tam firmo fundamento innixa. Scite hoc colligit B. Albertus Magnus tract. 1. de Euchariſtia diſt. 3. cap. 1. ex verbis Iſaac, qui Iacobo dixit: *Frumento, & vino ſtabilini eum,* Gen. 37. *quia,* inquit, *tota Domus Iacob, hoc eſt,* ECCLESIA FVNDATA *eſt ſuper hoc ſacramentum frumenti, & vini, quia in eo materia eſt materia frumenti, & vini.* pergit ſtatim; *hinc eſt quod dicitur de Patribus hoc ſacramentum deſiderantibus tantummodo oculus Iacob in terra frumenti, vini, & olei, quia frumentum ſigna huius ſacramenti, quam in ſacramento dat, cordis firmitatem, vinum autem ſpiritualem iucunditatem, & oleum pietatis pinguedinem, & hæc ſunt* SVPSR QVÆ TOTA CONSISTIT ECCLESIA.

Euchariſtiæ ſacramento ſtat Eccleſia, mundus ſine illo ſolus error. Bonau.

Eccleſiæ fundamentum, Chriſtianitatis fulcrum, ac munimen hoc ſacramentum eſſe docuit etiam ſanctus Bonauentura de præpar. cap. 2. dum ait: *Tolle hoc ſacramentum de* ECCLESIA, *& quid erit in mundo niſi error, & infidelitas, & populus Chriſtianus erit quaſi grex porcorum diſperſus, & idololatriæ deditus, ſic patet expreſsè in infidelibus, nam* PER HOC STAT ECCLSSIA, *roboratur fides, viget Chriſtiana Religio, & diuinus cultus.*

Euchariſtiæ ſacramento Chriſtianæ Religionis cultus præcipuè conſeruatur. B. Dionyſ. Carth.

Pende poſtrema verba, *ſtat diuinus cultus;* nimirum prorſus aboleretur Dei cultus, ſi hoc ſacramento careremus, hinc ſectæ omnes eo longiùs abeunt à vero veri numinis cultu, quo ab huius ſacramenti fide ſunt magis diſſitæ. Verus ſuit Chriſtianæ Religionis cultus, quem per hoc ſacramentum conſeruari cenſuit. Ita B. Dionyſ. Carthuſianus lib. de vita curator. art. 15. PER HVIVS SACRAMENTI CELEBRATIONEM, AC SVMPTIONSM CVLTVS CHRISTIANÆ RSLIGIONIS PRÆCIPVE CONSSRVATVR.

550. *Lætitia appellatione cur Euchariſtia ſignificata.*

Verè fundamentum Eccleſiæ, & regni Chriſti Euchariſtia eſt. Pſalm. 47. 3. *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis ciuitas Regis magni.* exultationis nomine aliqui Euchariſtiam intelligunt, *quia,* vt ille ait, *exultationem in animam induit, Euchariſtia enim tantam lætitiam in animum trahit, vt* LÆTITIÆ *appellatione cenſeatur.* Sed firma adeò hæc lætitia eſt, vt fundamenti exerceat munus, adeò à volatica, & vmbratili mundi lætitia aliena eſt. pergit idem auctor. *Hæc*

Euchariſtia lætitia fundamentum regia ciuitatis. Idem.

lætitia Euchariſtia FVNDAMENTVM *dicitur regiæ ciuitatis, quia* HVIC SACRAMENTO INNITITVR MOLES CHRISTIANÆ FIDEI. Sanctus quoque Ambroſ. hîc per *exultationem* Chriſtum intelligit, *de quo ſacramenta fluxere cæleſtia, in quibus eſt perpetua, & diuina* LÆTITIA, *quòd hıs deſtruatur omne peccatum, & conſcientia interna mundetur.*

Fruges in ciuitatum fundamentum. Ouid.

Vrbem ædificaturi fruges in fundamentum iaciebantur. Tetigit hoc Ouidius Faſt. lib. 4.

Apta dies legitur, quâ mœnia ſignet aratro.
Sacra Palis ſuberant, inde mouetur opus.
Foſſa fit ad ſolidũ, FRVGES IACIVNTVR IN IMA,
Et de vicino terra petita ſolo.

551. *Eccleſiæ fundamentum Euchariſtia, & orbis tutela.* Anon.

In Eccleſiæ fundamento diuinum triticum habemus Euchariſtiæ ſacramentum; Anonymus ineditus in præpar. Miſſæ in Dom. Chriſtum ſic loquentem, & ad Euchariſtiam menſam omnes inuitantes inducit. *Venite ad me omnes, & ego reficiam vos; ego ſum gaudium Sacerdotum,* ECCLESIÆ FVNDAMSNTVM, *& orbis terræ tutela.*

In cordibus noſtris fundari per hoc ſacramentum Chriſtus debet. S. Thom.

Fundamentum, dixi, Eccleſiæ hoc ſacramentum eſt; quin & cuiuſcunque fidelis ritè illud ſumentis; hinc eſt vt ieiuni iubeamur illud accipere, vt primus iſte cibus in nos intret, in ſignum quòd Chriſtus, qui in eo latet, & Chriſti charitas, quæ per illud communicatur, & augetur fundari in cordibus noſtris debent; illigabo hîc tanquam opportuna ſancti Thomæ verba, qui 3. p. q. 80. art. 8. io corp. cùm quæſiſſet à ieiunis ſumẽdum hoc ſacramentum ſit, reſpondet eccleſiaſtica lege ieiuno ſim excipiendum, cuius legis hanc reddit rationem. *Primò quidem, ſicut Auguſt. dicit, in honorem huius ſacramenti, vt ſcilicet in os hominis intret, non dum aliquo cibo, vel potu infecto. Secundò propter ſignificationem, vt ſcilicet detur intelligi, quòd Chriſtus (qui eſt res huius ſacramenti,) & charitas eius, debeat primò* FVNDARI *in cordibus noſtris, ſecundùm illud Matth. 6. quærite primùm regnum Dei.* Proh quàm nobilis ab hoc ſacramento ædificatio ſurgit, quàm non caſurum ædificium! non facilè mentis domus deiicitur, quæ Euchariſtiæ ſacramento veluti firmiſſimo fundamento innitatur.

CAPVT LII.

Euchariſtia fidei munus, veritatis ſacramentum, cum fide vt cohæreat, vt veritati nitatur.

Euchariſtia fidei munus.

Apoſtolici ſymboli *recitatio ſacræ communioni præmiſſa.*

Fide *excipiendus eſt Chriſtus.*

Annulus, *& vituli nexus* fidei, *& Euchariſtiæ.*

Euchariſtiæ ſacramentum Eccleſia commiſſum, quæ fidei aſſenſum *præbuit.*

Fides *quæ in hoc ſacramento exigitur, infidelitatis remedium.*

Fides *in hoc ſacramentum fidẽ illam expiarẽ debet, quã Dæmoni primi parẽtes credidere.*

Fides *hîc quæritur, ſed non frigida, non languens.*

Infidelitatis nubilum *diſpellere voluit Dominus, dum huius* ſacramenti *auctor eſſe voluit.*

P Incredu

Incredulos *Chriſti ſanguis perdit*, ſaluat fideles.

Iudas ab huius ſacramenti infidelitate *ad magiſtri venditionem iuit.*

Fidei ſulcis *immittendum euchariſtici frumenti granum.*

Quod corpori eſca, hoc animæ fides *eſt.*

Fidem *requirit hoc ſacramentum*, fidem *perficit.*

Euchariſtia veritatis *ſacramentum.*

Chriſtianus non eſt, qui de veritate *huius ſacramenti fluctuat.*

Euchariſtici ſacramenti veritas *ex cibi tranſmutatione collecta.*

Fatuus qui virtuti diuinæ *negat, quod* ventri *concedit.*

Verum Chriſti corpus, *quod ex virgineo ventre prodijt, ſub Euchariſtia velamine latet.*

552. *Euchariſtia fidei munus.*

SVMMVM cum fide nexum euchariſticum conuiuium habet, quod ſine fide parari non poteſt, ſine fide exhiberi, ſine fide guſtari: fidei munus olim dictum hoc ſacramétum, obſeruatum a nobis eſt. Petrus Bleſenſis tract. de S.Euch. nam illi hoc opuſculum tribuitur, eiuſque operibus attexitur. Ita canit, [Petr. Bleſ.]

O panis ſanctus, & FIDEI *laudabile* MVNVS.
Omnibus omnis adeſt, & ſufficit omnibus vnus.

Apoſtolici ſymboli recitatio ſacræ communioni præmiſſa. *Syn. Tol.*

Apud nonnullos in vſu erat, vt communicaturi præmitterent Apoſtolici ſymboli recitationem, in Synodo Toletana III. hæc legitur: *Hoc adhuc neceſſario pro* FIRMITATE FIDEI CATHOLICÆ *noſtra decreuit auctoritas, vt propter roborandam gentis noſtræ nouellam confeſſionem, omnes Hiſpaniarum, & Galliæ Eccleſiæ hanc regulam ſeruent; vt omni ſacrificij tempore ante communicationem corporis Chriſti, & ſanguinis iuxta Orientalium partium morem vnanimiter clara voce ſacratiſſimum fidei recenſeant ſymbolum, vt primùm populi, quam credulitatem teneant, fateantur, & ſic corda fide purificata ad Chriſti corpus, & ſanguinem percipiendum exhibeant.* Placet iſte ritus; ego ſuadere communicantibus ſoleo, vt eſui actum fidei præmittant, dilectóque ſpondeant ſe pro excipiendi ſacramenti veritate paratos ſanguinem effundere, & dare vitam.

553. *Fide excipiendus eſt Chriſtus.* *S. Auguſt.*

Fide excipiendus Chriſtus eſt, non enim paſcit dum videtur, ſed dum creditur. Hoc ſibi volebat ſanctus Auguſtinus ſerm. 33. de verbis Domini cap. 4. *Ego ſum*, inquit, *viuus qui de cælo deſcendi? Noli parare fauces, ſed cor. Inde commendata eſt illa Cœna, ecce credimus in Chriſtum, quem* FIDES ACCIPIMVS. *In accipiendo nouimus quid cogitemus. Modicum quid accipimus, & in corde ſaginamur. Non ergo quod videtur, ſed quod* CREDITVR, *paſcit.*

Annulus, & vituli nexus fidei & Euchariſtiæ. Luc. 15. Ruric.

Annulus fidei pignus eſt, redeunti igitur filio annulus exhibetur Luc. 15. ne ampliùs de diſceſſu cogitaret, fidémque ſeruaret Patri ſe ab illo denuo non abiturum. Præclarè Ruricius Lemonicenſis Epiſcopus lib. 1. epiſt. 2. *Dat*, inquit, *annulum ne rurſus à Patre* PERFIDIA DVCE *diſcedat*; annulus datur, vti vitulus parabatur; ne fidei ornamento careret fidei ſacramentum, & munus manducaturus.

Euchariſtia ſacramentum Eccleſiæ commiſſum, quæ fidei aſſenſum præbuit. B. Laur. Iuſt.

Fidei, & veritatis ſacramentum Euchariſtia eſt, hinc creditum Eccleſiæ fuit, quæ ſummæ innititur veritati, quæ verbo fidei aſſenſum facilè tribuit; notabat hoc Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia in hæc verba. *Tale profectò munus decebat, vt tribueretur Eccleſiæ,* QVÆ SVMMÆ INNITITVR VERITATI, *ardenter diligit, ſperat promiſſa, inuiſibilibus paſcitur,* FVTVRA CREDIT, *quærit cæleſtia, atque ſempiterno Dei verbo fidei aſſenſum præbet, quemadmodum de ea per Prophetam Dominus inquit, Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.*

554. *Fides, quæ in hoc ſacramẽto exigitur infidelitatis remedium.* B. Alg.

Ab infidelitate nata mundi ruina eſt, cùm ſcilicet primi parentes plus diabolo, quàm Deo credere crediderunt, à fide rurſus reparatio expectanda erat, quæ ſcilicet perfectiſſimè in Euchariſtiæ ſacramento exercetur. Fusè iſtuc proſequitur Beatus Algerus lib. 2. de ſacramento cap. 4. vbi inter alia habet. *Quæritur quare* FIDES TANTOPERE EXIGATVR IN HOC SACRAMENTO, *quia videlicet falſa fide mundus perijt, quando plus diabolo, quàm Deo credere præſumpſit, dum in ligno ſcientiæ boni, & mali vetito plus ſperauit diuinitatem aſſequi, quæ ab hoſte promittebatur, quàm incurrere mortem, quam Deus minabatur.*

Fides in hoc ſacramentum fidem illam expiare debet, quæ Dæmoni primi parẽtes credidere. B. Rupert.

Agni euchariſtici conuiua fidem ſecum deferat; crediderunt diaboli verbis parentes primi. hanc noxiam fidem melior fides expiet; præclarè B. Rupertus lib. 5. comm. in Exod. cap. 12. *Tentati ſunt primi homines à diabolo, dicente, Comedite, & eritis ſicut Dij, & crediderunt eì, plusquam Deo, dicenti: In quacumque die comederitis, ex eo morte moriemini. Proinde tenetur a Dei filio dicente de pane, & vino, Comedite, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, comedite, & eritis filij Dei, &* CREDAMVS VERBO EIVS PLVSQVAM OCVLIS NOSTRIS CARNALIBVS, *quibus non niſi exteriorem panis, & vini ſpeciem intuemur, & ita iniquam credulitatem parentum noſtrorum pia credulitate in nobis metipſis euacuemus.*

Fides hîc quæritur, ſed nõ frigida, nõ languens. Nicet.

Fides hîc neceſſaria non quælibet, ſed viua virtutibus animata; alioquin crudas Agni euchariſtici carnes comederet, qui frigida fide accederet, & languente; ſcitè Nicetus in orat. 42. ſancti Gregorij Nazianzeni, *Sanctam illam eſcam crudam accipit, qui* FIDEM INERTEM, *& frigidam habet, nec etiam optimarum actionum pennis inſtruit.*

555. *Infidelitatis nubilum diſpellere voluit Dominus, dum huius ſacramenti auctor eſſe voluit.* B. Laur. Iuſt.

Omne infidelitatis nubilum à noſtris mentibus voluit Deus abigere, dum ſe huius ſacramenti inſtitutorem fecit, non alium elegit, cui hoc munus commendaret. Rem ita premebat B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchar. *Cæterùm ad roborandum* CREDVLITATEM FIDELIVM *nullum præter ſe huius inſtitutorem voluit fieri ſacramenti; non Prophetam, non Patriarcham, non iuſtum, non Angelorum quempiam, ſiue de inferioribus, ſiue de medijs, ſiue de ſuperioribus. Ipſe planè illud inſtituit, qui ſemetipſum tradidit, cuius eloquia veriſſima ſunt, cuius ſapientia falli nullatenus poteſt, cuiúſve ſententia mutari nequit.*

Incredulos Chriſti ſanguis ſaluat fideles. S. Chryſ.

Perimit indignos Chriſti ſanguis, & dignos ſaluat, incredulos aufert, fideles effert; iure comparari igni poteſt Babylonicæ fornacis, qui Chaldæos combuſſit, reueritus adoleſcentes. Aſſumenda hîc ſancti Chryſoſtomi verba, qui hom. 3. de Cruce, & latrone ita ſcribit. *Non eſt ſanguis Chriſti deterior Babylonico igne; ille ſcit Sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere, quanto magis ſanguis ille pretioſiſſimus* SCIT PERDERE INCREDVLOS, *&* SALVARE FIDELES? *Decuit enim ſplendorem crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes.*

Fors

Iudas ob ha- ius ſacramenti infidelitate eò magiſter ven- ditor euaſit. Franc.ic. Feuard.

Fors & Iudas eò impietatis prolapſus eſt, vt Chriſtum traderet, quia à Dæmone obcæcatus in Euchariſtiæ ſacramentum purè, ſinceréque non credidit; quod innuit etiam Feuardentius, ſancti Irenæi Scholiaſtes, lib. 4. contra hæreſes cap. 32. dum ait: *Et Iudas proditor proculdubio a quodam Dæmone excæcatus fuit*, NE VERVM, AVT POSSIBILE ESSE CREDERET *quod Chriſtus pro certo promiſerat*; de ſui corporis, ſanguiniſque myſterio; ita & noſtri temporis hæretici in immania crimina facilè labuntur, vbi euchariſtici Sacramenti veritatem negant.

556.
Fides ſulcis committendum euchariſtici frumenti granum. Franco.

Amat euchariſticum hoc granum fidei ſulcis iniici, credentibus cordibus committi, quod de Chriſto dixit Franco Abbas ad Chriſti corpus flectere leuiter poſſumus, tom. 3. de gratia, ita doctus Pater loquebatur: *Hoc eſt illud ſemen verum, hoc granum illud euangelicum, quod* SVLCIS FIDEI *iniectum, fructum affert vberrimum*; niſi his ſulcis committatur, fructum nullum fert, nulla alia terra excipiendo huic grano idonea eſt, qui fidei aratrum non admiſerit priùs.

Quod corpori eſca, hoc animæ fides eſt. S. Cypr.

Fides anima nutritur, vt ferculis caro, qui igitur euchariſticis epulis fruitur, cùm ipſis, & fidei eſcam traiiciat, nam, vt ait ſanctus Cyprianus de Cœna Domini: *Quod eſt eſca carni, hoc animæ eſt* FIDES; hac eſca deſtitui non debet, qui euchariſticis eſcis fruitur.

Fidem requirit hoc ſacramentum, fide perficit. B. Laur. Iuſt.

Cum fide accedendum ad Euchariſtiæ ſacramentum, quæ eo perficitur, quod credit. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba tract. de triumphali Chriſti agone cap. 4. *Euchariſtia ſacramentum, quod in hac Cœna inſtituit Dominus, irreparabiliter tenendum eſt*, CREDENDVM, *confitendúmque. Tenendum quidem memoriter, veraciter credendum, & liberè confitendum. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vt igitur iuſtificeris per fidem, & per confeſſionem laudis pertingas ad ſalutem, propius accede verbo cum duodeno diſcipulorum numero diſcumbente; & fortè guſtabis & tu de hoc ſacramento cui, quid, & qualiter credere debeas. Accede, inquam, non corpore, ſed mente, ſed cogitatione, ſed affectu, in ſimplicitate, & virtute, in deuotione, & fide, etſi nondum perfecta, & adulta, tamen ex familiari meditatione formanda, atque perficienda, omnem depone formidinem, & alienum ſapere reiice, & diuinæ gratiæ receptaculum fias, non vt videat ſpecioſitatem aliquam, nec per dulcedinem ori delectabilem inuiteris, vt guſtes, ſed vt per fidem, quæ ex auditu eſt, erudiaris de verbo.*

557.
Euchariſtia veritatis ſacramentum.

Fidei munus ſacramentum euchariſticum eſſe probaui, probaui cum fide coltærere; probandum aliud, quod titulus præferebat, veritatis ſacramentum eſſe, & veritati niti; ſacramentum Euchariſtiæ *ſacramentum veritatis* dictum non eſt quod vocemus in dubium, inter alios hoc illud titulo donat Beatus Albertus Magnus tract. 1. de Euchariſtia diſt. 3. cap. 7. SACRAMENTVM, inquit, VERITATIS *vocatur, prima quippè vmbram, & figuram referebat, hic veritas ipſa adeſt dum ait: In hoc ſacramento, quod veritatis ſacramentum eſt, quia in veritate ſimplici totam continet veritatem, & veritatis auctorem, & omnium figurarum antiquarum veram exhibet veritatis ſignificationem, maximè fides operatur.*

B. Alb. Magn.

Chriſtianus non eſt, qui de veritate huius ſacramenti fluctuat. Franco Abb.

Fruſtrà ſe de Chriſtiani nominis nomine blanditur, qui firmus in ſacramenti huius veritate, ſtabiliſque non eſt. Scitè Franco Abbas tom. 10. de gratia Dei: *Ne ergo* FLVCTVET DE VERITATE CORPORIS CHRISTI FIDES CHRISTIANI PECTORIS, *ne & fruſtrà portet nomen Chriſtianæ profeſſionis, & fruſtrà celebret ſacramenta diuinæ Religionis.*

Euchariſtici ſacramenti veritas ex cibi transmutatione collecta. B. Alb. Magn.

Euchariſtici ſacramenti veritatem opportunè ex ipſa cibi cuiuſlibet in carnem tranſmutatione, quæ calore naturali fit, euincebat B. Albert. Magn. ſerm. 11. de ſacram. ait enim: *Natura mutat vnam ſubſtantiam in alteram, ſicut in vite aqua mutatur in vinum, & opere apum ſuccus florum perfectâ natura mutatur in fauum mellis, ſimiliter in nobis ipſis, panis, quem manducamus, quotidie per naturam mutatur in carnem, & gramina comeſta a brutis conuertuntur in carnem, & ſanguinem, & ſic de ſimilibus pluribus in natura: ergo multo magis virtus verbi Chriſti mutare poteſt panem in ſubſtantiam ſui corporis.*

558.
Fatuus qui virtuti diuinæ negat, quod ventri concedit. Guithm.

Verè Dei virtute panem in Chriſti corpus tranſmutari, & vinum in eius ſanguinem, hoc eodem exemplo euincebat Guithmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſtiæ: *Si tantum poteſt venter hominis, ſeu etiam cuiuſcunque animalis, vt panem, & vinum, vel quoſcunque cibos intra ſe clauſos in viuam carnem, & vinum ſanguinem quotidie mutet, non ne tantumdem, ſi vult, poterit præſentia ſuæ maieſtatis, & virtute verbi tui Deus, vt videlicet in carnem, & ſanguinem ſuum panem, vinúmque transformat?* Id neget, qui ventri maiorem virtutem ineſſe audet aſſerere, quàm ille, qui illi infinita virtute pollet, videant hæretici, & ſacramenti huius hoſtes, quo Dei potentiæ demittant, quàm indignè de eius maieſtate ſentiant.

Verum Chriſti corpus, quod ex virgineo ventre prodijt, ſub Euchariſtiæ velamine latet. B. Laur. Iuſt.

Verum Chriſti corpus, illúdque ipſum, quod ex Virgine prodiit, quicquid fidei hoſtes obganniant, ſub euchariſtico velamine latet. Grauiter, & abſque vllo verborum velamine rem habet B. Laurentius Iuſtinianus de triumph. Chriſti agone, cap. 4. *Hoc diligenter auſculta, & verbi cordis auribus percipe verba, attende, & gaude, cùm panem in manus ſuas ſacratiſſimas accipit: cùm ad cœlum oculos leuat, cùm gratias agit, benedicit, & ſuis tribuendo diſcipulis, ait, Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Vides ne vnde mirando gaudere debeas? Vnde fides germinet? Vnde poſt nutrimento paſcaris? Nempè comedunt Apoſtoli, atque de verbi manibus ſuſcipiunt vitulorum, aut hircorum carnes, ſeu azymos panes, pro vt accidentia illa prætendebant, oculis, naribúſque inſinuabant, ac manibus palpanda ſuadebant, ſed re vera corpus Chriſti verum, quod de Maria virgine per Spiritum ſanctum conceptum fuit, & natum, quod loquebatur, videbatur, tangebatur, edebatur, quod nimirum in Cruce pependit, expiauitque, non denique ſimilitudinem illius, neque aliud, ſed ipſum veriſſimum, idem in quantitate, in ſubſtantia, in identitate ex anima, & carne conſtitutum, vnitum Verbo, humaniſque membris compoſitum, atque perfectum, ſub diuerſis quidem opertum ſpeciebus, ſed nullum ex illis patiens diuinitatis, ſeu humanitatis detrimentum, neque diuiſum ex multarum numero hoſtiarum, aut in maiori maius, ſiue in minori minus, ſed vnum, idémque in ſingulis locis, & hoſtijs, non prorſus Angelico miniſterio.* Negant hanc veritatem hæretici, ſed nos ei firmiùs adhæremus, quia in illam Chriſti, & veritatis hoſtes arietant, quot hîc extant verba; quot ſyllabæ, quot elementa, tot meæ fidei teſtes à me productos cogita, quæ exertè clamo, verum Chriſti corpus, animámque ſub Euchariſtiæ velamine latere; quot vicibus ſpiritum emitto, tot huius fidei ſigna me exhibere cogito; abeant cum ſua impietate hæretici, nos Deo, nos Eccleſiæ, nos Patribus, nos Scripturæ credimus, non ipſis, qui Dei hoſtes ſunt, non eſſent hæretici, ſi non eſſent; & eo longiùs à fide verè diſtant, quo putant ſe viciniores. Erit, erit tempus,

cum ſine velamine veſtra vobis impietas, imperitia veſtra obiicietur; ſed tunc reſipiſcendi tempus non erit, ſi ſapitis, meliorem nunc mentem ebibite, ad Eccleſiæ ſinum conuolate, damnatíſque præteritis erroribus veritatis viam inite, quam neſcitis, dum impugnatis; latet ſub Euchariſtia ille, qui veſtet Iudææ eſt, eóque ſæuior erit, quò iniquiùs eum impetiris, dum negatis ibi eum latere, vbi verè latet.

CAPVT LIII.

Regnum de ſacra Euchariſtia, Rex ſit, qui euchariſticis epulis fruitur; Euchariſtiæ nexus, & coronæ.

Regnum noſtrum *Chriſtus in Euchariſtia.*
Mentium noſtrarum centrum *euchariſticus Agnus.*
Regnum *de Euchariſtia.*
Rex conuiuij *quis diceretur.*
Conuiuij dux, *&* rector.
Coronæ *circa ſacram menſam.*
Baptizati olim ſacra Euchariſtia accepta coronabantur.
Viri boni reges *ſunt.*
Reges *ſunt, qui ſibi dominantur, & ſuis affectibus.*
Verè regium *ſui regem eſſe.*
Panis euchariſtici delitijs fruitur, *qui ſui* rex *eſt, ſibique dominatur.*

559. *Regnum noſtrũ Chriſtus in Euchariſtia.* Anon.

HOc quoque titulo Euchariſtiæ ſacramentum nobilitatum, vt *Regnum* audiat, regnum ſit; auctor Anonymus Chriſtum ſub Euchariſtiæ velamine latentem accipere geſtiens, de præparat. Miſſ. tract. 1. ita loquebatur: *Cum impetu aſcendam ad te centrum meum, &* REGNVM MEVM *animarum Redemptor*; centrum eſt, in quo anima requieſcit, quæ alibi fluctuat, hic ſatiari appetitus poteſt, qui aliis irritatur tantùm. Idem auctor eodem loco ignitis hiſce verbis Deum ſuum alloquitur: *Non quieſcat cor meum bone Ieſu, donec inueniat te* CENTRVM SVVM, *vbi cubet, vbi requieſcat, vbi ſuum terminet appetitum. Da mihi dulciſſime Ieſu, ſic manducare te panem viuum, qui de cœlo deſcendiſti, vt totus manducer à te, & tu non in me, ſed ego tranſmuter in te: & viuam totus propter te. Sicque tu maneas in me, & ego in te per mei corporis, animæ, & ſpiritus transformationem, vt totus exeam ex me in te, & nunquam redeam in me, ſed omittam me totum abſorptum in te, vnde in æternum nunquam pateat exitus à te.* Felix anima, quæ aliud centrum non nouit, quo feratur, & in quo requieſcat, quàm Deum ſuum, ſed ad regnum.

Mentium noſtrarum centrum euchariſticus Agnus. Idem.

Regnum de Euchariſtia. Clem. Alex.

Regni nomine ſacram Euchariſtiam circumſcriptam videntur etiam confirmare Clementis Alexandrini verba, qui lib. 3. pædag. cap. 1. ita loquitur. REGNO DIGNE GVSTATO, *ore modeſto, & clauſo, beneuolentiam animi oſtendamus*; verbum illud *guſtato*, facilè cuiuis perſuaſerit *Regnum* de Euchariſtia accipiendum, præſertim cùm ibi de oſculo ſancto ſermonem habeat; huc vocari poteſt etiam ſanctus Thomas, qui regni nomen de Euchariſtia vſurpat; ſic enim ille ſcribit 3. part.

S. Thom.

q. 80. art. 8. *Chriſtus qui eſt Rex huius ſacramenti, & charitas eius, debet primo fundari in cordibus noſtris, ſecundùm illud Matth. 6. Quærite primum* REGNVM DEI, *vbique ſuorum regnum Chriſtus eſt, ſed maximè Euchariſtia ſolio.*

Regnum euchariſticum epulum eſt, Reges quoque eſſe debent, qui euchariſticæ adſident menſæ. Cognata conuiuiis ſceptra ſunt, ſuóſque reges epulæ, ſuos duces, ſuos principes habent; qui præerat menſæ Regem, Dominúmque notius eſt, quam vt neceſſe ſit pluribus id euincere. Meminit huius Regis Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 5. & Sidonius lib. 9. *Dum* REX, inquit, *conuiuij circa ordinandum moras nectit*; Regni mentio fit ab Horatio lib. 1. Od. 4. 560.

Rex conuiuij quis diceretur.

Macrob. Sidon.

Nec REGNA VINI *ſortiere talis.*

Qui conuiuio præerat, conuiuij etiam Dominus dicebatur, quod notauit Gellius lib. 15. cap. 11. Ad hunc ritum ſpectaſſe eccleſiaſticum aliqui non alienum putant, dum ait cap. 32. v. 1. *Rectorem te poſuerunt? noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura tua explicita recumbe*; ac ſi apertiùs diceret conuiuij Rex, ac Dominus à conuiuis electus conuiuium moderare, ita tamen vt te nimium non efferas, exulet à te faſtus, enitear in te aliorum cura, ac tandem recumbe ad menſam; ſubdit, *vt cæteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam*, regni, & Domini tui ſymbolum, & inſigne; Græcè eſt, ἡγούμενόν σε κατέστησαν, *Ducem te conſtituerunt*; aliqui vertunt; *Conuiuij dux, ſiue rector es conſtitutus.*

Gell. *Conuiuij dux, & rector.* Eccli. 32. 1.

Rex, Dux, Dominúſque in cæteris conuiuiis fuerit in illo, in quo euchariſticus Agnus exhibetur, non vnus Rex creatur, ſed quilibet conuiua talis eſſe debet, vt poſſit aliorum curam habere, Paſtorem, ducémque agere. Huc libés flecto virgam, ac baculum, quem manu geſtare ſinguli iubentur lege; Exod. 12. vt regni inſigne, ac paſtoralis ſollicitudinis iudicium, quod alibi etiam tetigi.

Obſeruatum nobis eſt olim coronas circa ſacram menſam pendere ſolitas; diſco id ex Niceta Choniate lib. 3. in Alexio Comneno; ſic enim ille ſcribit: *Is ſubitò in maximum templum confugit, &* COROLLA *ex ijs quæ circum ſacram menſam pendent, capiti impoſita rurſus egreditur.* Rectus nexus coronæ, & Euchariſtiæ, vt enim corona vincentibus datur, ſic & panis euchariſticus ei, qui victor ſui eſt, victor ſuorum hoſtium, hinc illud: *Vincenti dabo manna abſconditum.* Præterea coronæ, quæ circa ſacram menſam dependebant, tacitè ſignificabant regiam menſam, animum illis circumferendum, qui ad ſacram menſam accederent, vt corona, quæ regis inſigne donarentur. 561.

Corona circa ſacram menſam. Nic. Chon.

Baptizari olim ad altare eleuabantur, Euchariſtiáque illis porrigebatur, & tandem coronabantur; Seuerus Alexandrinus lib. de Baptiſmo hæc habet: *Eleuant baptizatos ad altare, eiſque dant myſticam Euchariſtiam, &* SERTIS CORONAT *eos Sacerdos*; tanquam Reges eſſent effecti, ſui morúmque affectuum deinceps dominatur.

Baptizati olim ſacra Euchariſtia accepta coronabantur. Seuer.

Ille enim verè, vnicúſque eſt Rex, qui licèt regibus ſeruiat, ſibi dominatur, & ſe regit, hinc illud Antonij in Meliſſa: *Solus ſapiens liber, & Princeps, etſi innumeros corporis dominos habuerit*; Suidas verbo, δοῦλος, *Neque liberi tantùm ſunt viri boni, ſed etiam* REGES; & ſanctus Leo ſerm. 3. in ſuæ aſſumptionis anniuerſario expendens hæc ſancti Petri verba, *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium*; ſic autem ille ſcribit; *omnes enim in Chriſto regeneratos Crucis ſignum* EFFICIT REGES; *quid enim*

Viri boni Reges ſunt. Ant. Suid. S. Leo.

tam

tam regium , quàm ſubditum Deo animum corporis ſui eſſe rectorem ? & quid tam ſacerdotale , quam vouere Domino conſcientiam puram , & immaculatas pietatis beſtias de altari cordis offerre. Regale ſacerdotium eſt , cùm quis ſe Deo offert , vt victimam & laſciuientes corporis motus comprimit,& carnem ſuam mactat.

562. *Reges illi,qui ſibi dominantur , & ſuis affectibus.* S.Greg.Mag. Reges ſancti viri ſunt , dum ſe regunt , séque ſibi ſubiiciunt,paſſiones domant, frænant appetitus.Sanctus Gregorius Magnus explicans illa verba Iob ex cap.36.*Reges in ſolio collocat in perpetuum,* ita ſcribit lib.26.moral. cap.21. SANCTI VIRI REGES VOCANTVR, *qui prælati cunctis motibus carnis modò luxuriæ appetitum frænant , modò æſtum auaritiæ temperant , modò gloriam elationis inclinant , modò ſuggeſtionem liuoris obruunt , modò ignem furoris extinguunt. Reges ergo ſunt , quia tentationem ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere , ſed regendo præeſſe nouerunt.* Verè non eſt Rex, licèt alioquin regium diadema ferat , qui ſe ita non regit.

Verè regium ſui regem eſſe. Syneſ. Quàm ſublime hoc regnum , quàm verum, cui alia comparata non imperium præferunt , ſed miſeram ſeruitutem ; à bono calamo eſt : ISTVD PRIMARIVM, AC SVMME REGIVM EST, SVI IPSIVS ESSE REGEM, *mentémque domeſticæ belluæ , quaſi moderatricem præficere,neque cùm infinitis propemodum hominibus dominari velis , ipſum turpiſſimis dominis ſeruire , voluptati , dolori, & quæcumque his affines belluæ , ſuum in animali domicilium habent.* Ita Syneſius lib.de regno.

Panis Euchariſtici delitÿs fruitur , qui ſui rex eſt, ſibique dominatur. Gen.49.20. B.Rup. Porrò ſui Regem euchariſticæ menſæ conuiuam eſſe debere indicauit Iacob Patriarcha dum Aſer benedicens, ait Gen. 49. v. 20. *Aſer pinguis panis eius , & præbebit delitias Regibus* ; per panem autem euchariſticus poteſt intelligi , quo bellè flexit Beatus Rupertus in Geneſim lib.9.cap.34.in hæc verba : *Præbebit ergo delitias Regibus Aſer , qui huius panis pinguedine perfruitur ,* REGIBVS, *inquam,id eſt,eis,*QVI SEMETIPSOS STVDENT REGERE, *vt ſint digni regalis curiæ , delitias præbebit vitalis alimoniæ,ſiue Euchariſtiam porrigendo , ſiue pinguem medullam Scripturarum exponendo.*Panis euchariſtici delitiis frui non meretur, qui ſe non regit , ſibi non dominatur , euchariſtici ſacramenti delitias pleniùs deguſtabit, qui ſe ſibi ita ſubiicit, vt ſui Rector , ſui Rex audire queat ; ſed quia de regno , de Rege egimus , libemus & aliqua de corona.

563. *Coronæ ex ſpicis frumẽti in Euchariſtiæ memoriam.* Petrus Aragoniæ Rex cùm Romæ adeſſet , & Regia eſſet corona donandus, eam ex alia materia fabricari noluit, quàm ex frumenti ſpecie, in Euchariſtiæ ſcilicet memoriam , quia ex ſpicis frumentum eliciebatur,quo hoſtiæ conficiuntur.

Depoſita corona Chriſti corpus accipiebat Imperator. Imperator in coronationis ritu communicaturus à Diaconis vocabatur, ſacrámque menſam incenſabat , quin & Patriarcham , qui iſtuc idem in Imperatore accepto ab eo thuribulo præſtabat, ac tandem depoſitâ coronâ,quam Diaconis tradebat, Imperator manibus ſacrum Domini corpus accipiebat. Meminit huius ritus Georgius Codinus de offic. Aulæ Conſtantinop.cap.17. n.43. his verbis. *Si ad communionem præparatus eſt , aduocant illum prædicti Diaconi , cum quibus ingreditur Imperator in tabernaculum , ceu in Sancta Sanctorum , & accepto thuribulo incenſat , Crucis in ſpeciem , ſacram menſam primum quidem ad Orientem , deinde ad Septentrionem , & tandem ad Meridiem. Deinde iterum ad Orientem incenſans, ſuffitu quoque Patriarcha honorat. Ipſe autem ſalutato Imperatore , & thuribulo de manibus eius accepto , eidem incenſi , & ſuffitus honorem rebibet. His peractis Imperator poſtquam pretioſum Domini corpus ſumpſit , tradit quoque Imperatori in manus Dominici corporis particulam.* Quidni coronam parere, Dominicum corpus accipiens, quod diadematis omnibus , omnibus coronis præferendum eſt.Pulchrè ille,& verè ; *Regium diadema Euchariſtia eſt , quod Reges non indicat tantùm, ſed etiam facit* ; non ornat ſolùm regium caput , ſed Reges reddit,qui non erant. *Euchariſtia diadema eſt, quod Reges non ornat dumtaxat,ſed etiam facit.*

CAPVT LIV.

Cur in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus lateat.

Latet in hoc ſacramento Chriſtus, vt auidiùs *comedatur.*

Deſiderabilior Chriſtus *dum tegitur.*

Noſtri profectus *zelus in Chriſto ſub euchariſtico pane.*

Abſconditur Chriſtus , ne infidelibus *vileſceret.*

Abſconditur in Euchariſtia Chriſtus ne crudeles *indicaremur dum eum comedimus.*

Latet in Euchariſtia Chriſtus , vt fidei meritum *augeretur.*

A latente Chriſto docemur , vt nos *quoque &* noſtra *ab aliorum* oculis ſubducamus.

Pulchritudo corporalis abſcondenda.

Celanda benefacta *pauperes docent.*

Malis quoque conſultum *in hac Chriſti occultatione,ne magis cæci redderentur.*

LATERE in hoc ſacramento Chriſtus voluit , vt auidiùs , ac ſtudioſiùs quæreretur, & ſuauiùs comederetur, hinc illud Guarrici Abbatis ſerm. 1. de Reſurrect. *Agnus Paſchalis , quem eſuritis,tanto dulciùs comeditur , quanto latens abſtruſiùs,& ſtudioſiùs quæritur,& difficiliùs inuenitur.* Auget dulcedinem obuelatio , & dulcior guſtui fit, quia oculis non apparet. 564. *Latet in hoc ſacramento Chriſtus , vt auidius comedatur.* Guarr.Abb.

Sub ſpecierum ſacramentalium tegmine latet Chriſtus non vt auidiùs quæratur tantùm, ſed etiam vt eſſet deſiderabilior;primum illud tetigit ſanctus Paſchaſius de ſacrament. cap. 12. *Auidiùs requiritur,quod latet,& pretioſius eſt,quod* CVM FIDE *quæritur*;de ſecundo S.Algerus lib.2.de ſacrament. cap.5. *Idem Chriſtus noluit apparere quod eſt , vt ſit deſiderabilior.* *Deſiderabilior Chriſtus dum tegitur.* S.Paſch. S.Alg.

Exprimi non poteſt , quanto noſtri profectus deſiderio Chriſtus teneatur , dum ſub panis velamine in nos deſcendit ; auditi hîc poteſt B. Alb. diſt.3.tract.1.c.7. *In hac forma,*inquit,*panis,& vini opertus eſt , quaſi pallio quodam , quo totus inuoluitur. Eſa.59.Opertus eſt quaſi pallio zeli,quia ſcilicet Zelans noſtrum profectum ſic operatur ad noſtram refectionem, & ſalutem.* *Noſtri profectus zelus in Chriſto ſub euchariſtico pane.* B.Alb.

Noluit Chriſtus ſub naturali ſpecie carnis à nobis comedi in Euchariſtiæ ſacramento, non ſolùm ne horrorem nobis hęc res ingeneraret, ſed ne inhumanitatis , & crudelitatis notam ſubiremus; quò ſpectabat etiam B.Algerus lib.2.de ſacramento cap.3. *Egregium , & ſuper omnia excellens* 565. *Abſconditur in Euchariſtia Chriſtus, ne crudeles indicaremur, dum eum comedimus.* B.Alg.

ſacramentum nobis prouidit Deus in ſacrificio ſuo, quo corporis, & ſanguinis ſui veritatem panis, & vini qualitatibus tectam abſcondit. digna cauſa, ne ſcilicet infidelibus pateat, & eorum blaſphemijs vileſcat, néve nos indicent inhumanos, & crudeles, vtpote humani corporis comeſtores, & ſanguinis bibitores; adeò ab omni inhumanitate, & ſæuitia immunis debet eſſe menſæ huius conuiua. Huc fors ſpectabat

Petr. Bleſ. etiam Petrus Bleſenſis, cui tractatus tribuitur de ſacra Euchariſtia, canit quippe cap. 11.

Arcanum cœli Dominus pro tempore CELAT,
Vt ſic noſtra FIDES *ad iuſtitiam doceatur.*
Et fidei maior merces exinde ſequatur,
Aut ideo voluit Deus hec arcana latere,
Et hoc ne riſum poſſet Iudæa mouere,
Si caſi carnes hominis crudas ederemus,
Sanguinis & calicem crudi crudum biberemus.

566. *Latet in Euchariſtia Chriſtus, vt fidei meritum augeretur.* B. Alg.

Quòd ſub ſpeciebus panis, & vini latere Chriſti maieſtas voluit, voluit ſe prodere, etiã noſtri cauſa factum eſt, qua ne fidei meritũ periret, qua ne mira illa viſione ab iis conſiderandis & contemplandis auocaremur, quæ intima ſunt, & fugiunt oculos. Petitè, & vere Beatus Algerus lib. 1. de ſacramentis cap. 3. *Ne inſolita*, inquit, *viſione mens turbaretur, conſuetam ſuo ſacramento reliquit ſpeciem, vt ad* INTERIORA CONTEMPLANDA *puriorem fidei dirigeremus aciem; nec decet ad exteriora diſtendi, nec ad multiplicia diſſipari, quos ab omnibus, vt vnum cum Chriſto ſint, oportet recolligi.*

A latere Chriſto docemur, vt nos [...] noſtra ab aliorum oculis ſubducamus.

Latet ſub ſpecierum velamine Chriſtus, vt nos exemplo ſuo doceat, ab aliorum oculis nobis ſubducenda, quæ agimus iactantiæ cauſa præſtemus; ſub euchariſtico velamine latet Chriſtus, rectè nos ad velamina prouocans, vt nempè in bonorum operum operatione videri non quæramus, iactantiæque vitio non laboremus. Præclarè

S. Thom. ſanctus Thomas opuſc 58. cap. 8. quod eſt de Altaris ſacramento. *In hoc ſacramento occultatur perſona Saluatoris, diſcit iuſtus* ABSCONDERE PERSONAM.

Pulchritudo corporalis abſcondenda.

Deliteſcit Chriſtus ſub Euchariſtiæ ſacramento, decorem, ſactámque pulchritudinem abſcondit; quid hinc colligere euchariſticæ menſæ conuiua debet? *Diſcit iuſtus*, inquit ſanctus Thomas

S. Thom. opuſc. 58. de ſacramento Altaris cap. 8. ABSCONDERE PVLCHRITVDINEM CORPORALEM AB OMNIVM INSPECTIONE, *quia exterior pulchritudo, & ornatus multis fuit occaſio caſus.* Addit; *Decor corporalis* ABSCONDITVR *tribus modis, per habitus vilitatem, per ieiuniorum auſteritatem, per boni operis aſſiduitatem.*

567. *Celanda benefacta pauperes docent.*

Celanda benefacta ſunt, quod pauperum, & mendicorum exemplo, ita quidam Poëta euadebat.

Mendici laceras veſtes, atque vlcera fœda
OSTENTANT, *ſana, atque integra quæque tegant,*
Vt populus miſera ſortis caſúſque miſertus,
Ad dandam promptus ſit, facilíſque ſtipem:
Sic opus eſt celent homines benefacta, tegántque,
At prodant vitium, & crimina tetra Deo,
Vt ſit prona magis, profuſaque gratia in illos,
Qui veniam ſceleris ſupplice voce rogant.

Malis quoque conſultum in hac Chriſti occultatione, ne magis cæci redderentur. B. Albert.

Subducere ſe à noſtrorum oculis Chriſtus voluit, ne à malis videretur, bonorúmque fidem non viſus mutaret. Beatus Albertus Magnus de ſacramento Altaris cap. 7. vtrumque paucis verbis ſignificauit, nam quærens cur velatus in hoc ſacramento ſit Chriſtus, ait: *Prima ratio indignitas prauorum, ſeruanda fides bonorum.* Malis quoque conſultum eſt, ne magis cæci redderentur, putantes corpus eius non eſſe verum. Idem Beatus Albertus ſerm. 7. part. 2. de forma donationis ſacramenti, ita rem explicat 1. Reg. 6. *Percuſſit Dominus multos, eo quòd vidiſſent arcam Domini. Quaſi ſcilicet non licebat eis eam videre* DETECTAM. *Arca ſignificat corpus Domini, quod malignis eſt* VELANDVM, *ne ſpiritualiter moriantur, ſi videant nudum, quia cauſa ſuæ cæcitatis putarent eſſe phantaſticum.* Subducatur a corporis oculis Chriſtus, in Euchariſtiæ ſacramento non ſubducitur à fidei oculis, quæ Deum latentem videt, imò idcirco videt, quia ille latet, in aperta non fertur, fertur in occulta, & obſcura.

CAPVT LV.

Sacra Euchariſtia vt olim cuſtodiretur.

Turri *olim recondita ſacra Euchariſtia.*
Turris argentea *in baptiſterijs.*
Turris *eſt nobis Euchariſtia.*
Oſtentorium quî parari *debeat.*
Tabernaculum in quo locanda Euchariſtia, vt ornandum.
Columbæ aureæ, *& argenteæ in baptiſteriorum apicibus.*
In columba aurea *Euchariſtia ſeruabatur.*
Columba *quæ altari imminebat ter diuinitus mota.*
Columba *ſacrificanti Sacerdoti adfuit.*
Columbæ *exemplo euchariſtici Sacramenti veritas explicata.*
Columba *candida in cuiuſdam os Euchariſtiam inferens.*
In eburnea pyxide *olim ſacramentum aſſeruabat.*
Corpus Domini ſub crucis titulo *locari præcipiebatur.*
Solicitè Chriſti corpus *in corpore cuſtodiendum.*
Tabernaculi claues *à quo cuſtodienda.*

TVRRIM ad ſacram Euchariſtiam cuſtodiendam, & adſeruandam fuiſſe olim adhibitam, indicat Grego- 568. *Turri olim recondita ſacra Euchariſtia.*
Greg. Tur. rius Turonenſis de gloria Martyrum, cap. 86. certè hoc nomine vocat locum, in quo cuſtodiebatur, dum ait, *Tempus ad ſacrificium offerendum aduenit, acceptaque* TVRRE *Diaconus, in qua miniſterium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium, ingreſſúſque ad templum, vt eam altari ſuperponeret, elapſa de manu eius ferebatur in aera, & ſic ad ipſam aram accedent, nunquam eam manus Diaconi potuit adſequi, quod non alia credimus actum de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia.* Sic ille. Fortunatus quoque Pictauienſis

Fort. Pict. etiam materiam, operíſque pulchritudinem, & pretium exponit, cùm turrim laudat, quam Felix Rithnicenſium Epiſcopus ad recondendum Chriſti corpus eximia deuotione confecerat, ſic enim ille canit lib. 3. carm. 25. cui hic titulus: *Ad felicem Epiſcopum Rithnicenſem ſcriptum in* TVRREM *eius.*

Quam bene iuncta decent ſacrati vt corporis agni
Margaritum ingens aurea dona ferant.
Cedant Chryſolithis Salomonia vaſa metallis,
Iſta placere magis ars facit, atque fides.

Etiam

Turris argentea in baptiſterijs. Anaſt.

Etiam Conſtantinus patenam ex auro puriſſimo, cum *turri*, & *columba* ad Euchariſtiam aſſeruandam obtulit gemmis varij generis ornatam, vt notatum ab aliis eſt; turrim etiam in baptiſteriis locatam, obſeruat certè apud Anaſtaſium Bibliothecarium Hilarius Papa ad fontem ſancti Ioannis: TVRREM ARGENTEAM *cum Delphinis penſantem libras ſexaginta, columbam auream penſantem libras duas obtulit.*

Turris nobis eſt Euchariſtia. Anon.

Turri continebatur olim Euchariſtia, vt turrim eam eſſe, in qua cum hoſtibus depugnaretur, ſciremus, *Iud.*9. Excelſa turris in medio vrbis Thebes fuiſſe dicitur, ad quam cùm viri, mulieréſque confugiſſent, vt ſi contra Abimelechi ſæuitiam tuerentur, acceſſit ipſe, ignémque admouit, tunc à muliere inde fragmine oppreſſus eſt. Turris iſta Euchariſtiæ eſt Eccleſiæ munimen, & fortitudo, hinc illud illius probi Doctoris: *Perueniet ad altiſſimam* TVRREM EVCHARISTIÆ, *de qua conteret caput inimicorum, & victoriam obtinebit.*

Oſtentorium qui parari debeat. Acta Eccleſ. Med.

De oſtentorio, & tabernaculo, in quo Euchariſtia in proceſſionibus deferenda, aut populo exponenda collocatur, hæc habent acta Mediol. Eccleſiæ lib.3.tit.26.cap.15. *Tabernaculum autem, quod agendis proceſſionibus, vel exponenda ſacra hoſtia vſui eſt, perlucido vitro, vel cryſtallo, vndique circundatum ſit, lunulámque huiuſmodi habeat, vt aperiri commodè poſſit, & fragmenta colligi, ſi qua fortè ibi relicta ſunt. Ipſa autem lunula ſaltem cum ſuppoſito paruulo ſcuto, ex argento conſtet.*

Tabernaculū in quo ſeruāda Euchariſtia qui ornandum. Acta Med.

Quale, & quî ornandum tabernaculum ſit, in quo ſanctiſſima Euchariſtia reponitur conſeruanda; habes ex actis Eccleſiæ Mediol. lib.3. tit. 26. cap.14. in hæc verba: *Tabernaculum autem, quod agendis proceſſionibus, vel exponenda ſacra hoſtia vſui eſt, perlucido vitro, vel cryſtallo, vndique circumdatum ſit; lunulámque huiuſmodi habeat, vt aperiri commodè poſſit, & fragmenta colligi, ſi qua fortè ibi relicta ſunt. Ipſa autem lunula ſaltem cum ſuppoſito paruulo ſcuto, & argento conſtet.*

569. *Columba aurea, & argentea in baptiſteriorum apicibus.*

Olim columbas aureas, aut argenteas in baptiſteriorum apice locabant, quæ ſcilicet Spiritus ſancti illapſum in baptizatos ſignificarent; conſtat id ex libello ſupplici, quem Clerus, & Monachi Antiocheni Ioanni Patriarchæ, & Synodo V. Conſtantinopolitanæ obtulerunt, vbi hæc habent. *Præſumptum eſt autem ab ipſo, & hoc, ô Beatiſſimi, nam* COLVMBAS AVREAS, ET ARGENTEAS *in formam Spiritus ſancti ſuper diuina lauacra, & altaria appenſas vnà cum alijs ſibi appropriauit.*

In columba aurea Euchariſtia ſeruabatur. Amphil.

In columba aurea ſuper Altare conſeruari olim ſolitam ſacram Euchariſtiam ſcitum eſt, illud cui adiicio columbam illam ſpectaſſe eam, quæ in Iordane ſuper Chriſtum apparuit, & ad inſtar illius formatam; Amphilochius in ſancti Baſilij vita ita ſcribit: *Aduocato aurifice fecit* COLVMBAM *de auro mundiſſimo, & in ea poſuit portionem, ſuſpendens ſuper ſanctam menſam, inſtar ſanctæ illius columbæ, quæ apparuit in Iordane Domino baptizato.*

570. *Columba, quæ altari imminebat ter diuinitus mota.* Idem.

Porrò columba, quæ altari imminebat, in ſacrificij eleuatione ter motam diuinitus legimus ſacra faciente Beato Baſilio, in eius quippe vita ita ſcribit Amphilochius: *Cùm ſancta eleuaret, non extitit eiuſmodi ſignum, quale fieri conſueuerat, puta vt* COLVMBA MOVERETVR, *quæ cum ſacramento Dominico pendebat ſupra altare, & cùm ſanctum ſacrificium eleuaretur, ſemper moueri ſolebat. Eo autem cogitante, quidnam hoc eſſet rei, vidit vnum ventilantium Diaconum mulieri deorſum procumbenti innuere, deponénſque eum ab altari intra Eccleſiam iuſſit cuſtodiri, & ita cernens ſancti Spiritus aduentum, hortatus eſt omnem populum ſeptem diebus ibidem in oratione permanere: porro Diacono vigilias, & ieiunia indixit, & de ijs quibus abundabat iuſſit miſerorum inopiæ ſubueniri; atque hoc pacto diuinitate placata, tum demum ad ſacrum miniſterium accedere. Vela etiam ſtatim appendi iuſſit, præcipiens ſi qua mulier viſa fuerit extra vela ſic inclinare, vel procumbere, ipſo diuina myſteria peragente, eam foras poni extra miniſterium, vel liturgiam, & communione priuari.*

Columba ſacrificanti Sacerdoti adfuit. S.Bern.

Columbam ſacrificanti Sacerdoti diuinitus adfuiſſe obſeruatum nobis eſt. De ſancto Malachia ita ſcribit ſanctus Bernardus in eius vita: *Eo ſacrificante, & orante hora ſacrificij, ea quidem puritate cordis, & ſanctitate, qua ſolitus erat, adſtante Diacono, viſa eſt columba intrare per feneſtram in claritate magna. Ea Sacerdos perfunditur totus, & ſubobſcurior baſilica tota refulget.* COLVMBA *verò aliquandiu circumuolitans, tandem reſidet ſuper Crucem ante faciem Sacerdotis. Obſtupuit Diaconus, & pauens tum pro luminis, tum pro volucris nouitate, quòd ſit rara auis in terra, cecidit ſuper faciem ſuam, & vix palpitans, ſe ſe erigere auſus eſt, vel quando officij neceſſitas poſtulauit. Poſt Miſſam ſeorſim conuentus à Malachia, ſub periculo vitæ iubetur nullatenus ſecretum prodere, quod vidiſſet, quoad viueret ipſe.*

571. *Vno exemplo veritas Sacramenti veritas explicata.* S.Thom.

Columbæ, & gallinæ, quæ oua fouent, ex quibus pulli prodeunt, euchariſtici Sacramenti veritatem ſic explicat ſanctus Thomas opuſc.58. c.12. *Videmus, quod oua ponuntur ſub aue, vt ſub* GALLINA, *ſub* COLVMBA, *& per naturam mutantur in carnem, imò in auiculam viuam. In hac mutatione ſimiliter illa quatuor, quæ iam dicta ſunt, poſſunt inueniri. Ibi enim eſt continens, ſcilicet teſta quaſi ſpecies oui exterior, & contentum, ſcilicet vitellum quaſi ſubſtantia oui interior, & operans ſcilicet natura, & operatum ſcilicet caro pulli. Primum ſcilicet teſta ſpecies exterior manet, ſecundum vitellum, ſeu ſubſtantia interior tranſit, & mutatur in quartum, ſcilicet in corpus pulli viui, & hoc per tertium, ſcilicet, operantem naturam. Et mira ſimilitudo, quia diebus aliquibus integra exteriùs videtur, quaſi adhuc ſit ouum, quod non eſt ouum, ſed viui pulli, integrum corpus teſta velatum. Sicut ergo in hac re columba per naturam, ſic in ſacramento Altaris ſpiritus, ſcilicet per ſuam omnipotentem virtutem. Si ergo ſub aue ponis vnum, vel duo, vel plura oua, vertit ea per naturam interius, in carne tecta manēte exterius, quanto magis vnam hoſtiam panis, vel plures in altari manente ſpecie panis exterius, Spiritus ſanctus eas repentè in corpus Chriſti ſua virtute conuertit.*

Columba candida in cuiuſdam os Euchariſtiam inferens. Iacob. Vitr.

Magna Euchariſtiæ, & columbæ cohærentia eſt; Spiritus ſancti domicilium eſſe debet, qui illam percipit. Dignum eſt, quod hîc inſeratur, quod in vita Mariæ OEgniacenſis tradit his verbis auctor illius Iacobus de Vitriaco: *Cùm Epiſcopus Toloſanæ Eccleſiæ, qui ſcilicet decumbentem Virginem inuiſerat, in ea Eccleſia Altari Beatæ Virginis conſecrato Miſſarúmque ſolemnia celebraret, Domino oſtendente, vidit in perceptione ſacramenti* COLVMBAM CANDIDAM, *ſancto Epiſcopo in os Euchariſtiam inferentem, & ingentem claritatem eum intus penetrantem, eiúſque animam illuſtrantem. In ea infirmitate tamen, etſi nihil penitus edere poſſet, imò nec modici panis ad orem perferre, facilè tamen, & quidem crebrò Chriſti corpus ſumebat: quod ſtatim quaſi liqueſcens, & in animam eius tranſiens, non ſolùm illam confirmabat, ſed etiam corporis infirmitatem ſine mora reuelabat. Quandoque ſumente illa*

tum Euchariſtia facies eius quoſdam ex ſe luminis radios vibrare, & diffundere videbatur.

572. *In eburnea pyxide olim ſacramentum aſſeruabatur.* Richard. à S.Laur.

Obſeruaui quoque in pyxide eburnea adſeruari Chriſti corpus in Eccleſiis ſolitum; id Richardi à ſancto Laurentio æuo factitatum colligitur ex eius verbis lib. 10. de laudibus Virginis, quæ ſunt huiuſmodi: *Adhuc reponitur corpus Chriſti in* PYXIDE EBVRNEA, *& hoſtia de quibus conficiendum eſt*; vixit autem ante quadringentos annos, ſcilicet circa annum Domini 1230. vt auctor eius vitæ coniicit.

Corpus Domini ſub crucis titulo locari præcipiebatur. Conc. Tur.

Corpus Domini ſub crocis titulo olim locari præcipiebatur; huc ſpectat Canon 3. Concilij Turonenſis II. qui ſic ſe habet: *Vt corpus Domini in altari non in imaginario ordine, ſed* SVB CRVCIS TITVLO *componatur*; vt vel hinc, qui Chriſti corpus excipit, diſcat, crucem corde verſare, mente voluere crucifixum.

Solicitè Chriſti corpus in corpore cuſtodiendum. S. Bernardin. Sen.

Denique non minus ſolicitè in corpore cuſtodiendum Chriſti corpus eſt, dum ſumitur, quàm ſi in vaſe aliquo haberetur. Sanctus Bernardinus Senenſis tom. 4. ſerm. 44. ita ſentit, ita ſcribit. *Si tu haberes corpus Chriſti in vno vaſe, certè tu cuſtodires illud, ergo multo magis tu debes illud* CVSTODIRE *in tuo corpore.* Vt benè in corpore cuſtodiatur, mens ab omni labe cuſtodiatur.

Tabernaculi, in quo Chriſti corpus aſſeruatur claues quomodo ſeruentur. Acta Eccleſ. Med.

De tabernaculi clauibus ita ſancitur in actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 26 cap. 13. *Et tabernaculi, vbi ſacratiſſimum corpus Domini aſſeruatur, & armarij item, vbi ſacra olea, ſtatis vaſculis incluſa, cuſtodiuntur, & fontis præterea baptiſmalis* CLAVES *rector Eccleſiæ, animarúmve curator diligenter, cautéque apud ſe cuſtodiat, ac ne clerico quidem miniſtro illas vllo modo committat; nec verò prohibetur quominus eaſdem muneris alicuius præſtandi cauſa aliquando Sacerdoti committat, quem in officij parochialis cura coadiutorem habet.*

CAPVT LVI.

Priſci quidam ritus de veſtibus, quas ad ſacram Euchariſtiam accedentes induebant.

Peculiares in conuiuio veſtes *adhibita.*

Ad opera exeuntes veſtes *deponebant, quibus prandentes vtebantur.*

Cultis & mundis veſtibus *ad Euchariſtiam accedebant.*

Perſtiti qui nitidis, *& emaculatis* veſtibus *ad templa ibant anima puritate neglecta.*

Niueum pietatis amictum *quiſque ſumat.*

Qui cœnanti Regi Perſarum miniſtrabant loti erant, *& pulchris veſtibus induebantur.*

Veſtem puram *habeat, qui ſacra menſa accumbit.*

In euchariſtica menſa veſtimenta *non ſordeſcant.*

Nitida virtutum veſtimenta *induenda in euchariſtica menſa.*

Quàm durum iudicium *ſint ſubituri, qui* impuri ſordidíque *Euchariſtiam tractans.*

Inuitatus ad nuptias veſtimenta munda *emebat ſi deſtitueretur.*

Qui ad euchariſticas nuptias inuitatur, nuptiale, nitidúmque *ſibi comparet* veſtimentum.

Ect *quid, quid* tec *eſus, & nuptiarum nexus.*

573. *Peculiares in conuiuio veſtes adhibita.*

FVIT hæc antiquorum conſuetudo, vt ad conuiuia acceſſuri certis, ac peculiaribus quibuſdam veſtibus vterentur, quæ cæteris ſplendidiora erant, quas vel domi habebant, vel ſi foris cœnarent, ab amicis accipiebant, aut ipſi afferebant. Capitolinus in vita Maximini: *Cùm ad cœnam ab Alexandro eſſet vocatus, in patris honorem, quod ei deeſſet veſtis* COENATORIA, *ipſius Alexandri accepit.* hæ veſtes à Græcis ἐνδύματα δειπνητικὰ, & στολαὶ δειπνίδες ab earum vſu dicuntur à Latinis, *Veſtes accubitoriæ, ſeu cœnatoriæ.* Philo de vita Theoritica olim Iudæos λευχειμονοῦντας, hoc eſt, *albatos*, ſeu candidatos agitare fuiſſe ſolitos; nec ab re cùm color iſte lætitiam quamdam præſeferat, quæ comitari ſolet.

Capitol.

Philo.

Ad opera exeuntes veſtes deponebant, quibus prandentes vtebantur. Euſeb.

Hæ cœnatoriæ, ſeu accubitoriæ veſtes ſacræ apud Enæos habebantur, adeò vt ad opera exituri eas exuerent. Euſebius Cæſarienſis lib. 9. præparat. cap. 1. ex Porphirio, ita ſcribit. *Poſt hac* VESTIBVS, *quibus prandentes, quaſi ſacris vtuntur, depoſitis ad opera rurſus exeunt.* Sic ille de Enæis. Ex quo colligitur veſtes peculiares habuiſſe, quibus in menſa vterentur, qui, vt opinor, meliores, nitidioréſque cæteris erant. Etiam Chriſtus in vltima cœna cœnatoriam veſtem induit, ſuis depoſitis, quod & Apoſtoli præſtiterunt, vt probè notauit doctiſſimus Baronius tom. 1. Annalium ad Chriſti annum 34.

574. *Cultis & mundis veſtibus ad Euchariſtiam accedebant.* S. Anaſt. Sin.

Porrò fideles priſci æui ſtuduiſſe, vt cultis mundíſque veſtibus ad ſacram Euchariſtiam accederent, non dubium eſt, quòd non improbandum, ſi veſtium nitori animæ puritas reſpondeat. Scitè ſanctus Anaſtaſius Sinaita orat. de ſacra Synax. *Multi quidem non laborant, qua puritate, & pœnitentia ad ſacram menſam adeant, ſed* QVIBVS VESTIMENTIS *exornentur.* Idem vrget, & eodem ſpectant ſanctus Chryſoſtomus hom. 51. in Matthæum. *In Eccleſia*, inquit, *apud multos videmus hanc vigere conſuetudinem, vt ſtudeant mundis ingredi veſtimentis, ſed vt Deo mundam exhibeant animam, nullam habent rationem.* Sic ille. Ad templa quoque nitidis & emaculatis veſtibus aliqui ibant, quod in eos Philo torquet, quibus nulla de animæ candore cura erat; ſic ille ſcribit lib. de Cherubim. *Vt candidati templa ſubeant, dant operam, diligenter* EMACVLATIS AMICTI VESTIBVS, *mentem verò maculoſam in ipſa ſacraria penitiſſima inferre non verentur*; quæ ratio magis eos vrget, qui non templum Salomonis intrant, ſed templa ſacratiora in quibus ſanctiſſimo Euchariſtiæ conuiuio excipiuntur. Munda, candidáque veſtimenta ſint, ſed munda magis anima ſit, candidíque mores. NIVEVM PIETATIS AMICTVM *quiſque ſumat*, vt loquitur Prudentius contra Symach.

S.Chryſ.

Perſtiti, qui nitidis, & emaculatis veſtibus ad templa ibant anima puritate neglecta. Philo.

Niueum pietatis amictū quiſque ſumat. Prud.

Qui cœnanti Regi Perſarū miniſtrabant loti erant, & pulchris veſtibus induebantur. Heracl.

Heraclides Cumanus, qui Perſia compoſuit lib. 2. eius operis, quod Paraſceuaſticon inſcribit. Qui cœnanti Regi Perſarum miniſtrant, inquit, *Loti omnes id munus obeunt*, PVLCHRIS INDVTI VESTIBVS, *ac diei ferè dimidia parte circa cœnæ apparatum occupantur.*

Veſtem puram

Cur non id iuſtius à nobis id pietas, id religio exigat,

habeat, qui ſacra menſa accumbit. S.Chryſ.

exigat, dum ſacræ accumbimus menſæ, puritatis, candoriſque auctorem ſumimus: Perite ſanctus Chryſoſtomus hom.61.ad populum. *Si Rex Babylonis ex captiuitate diligens adoleſcentes, pulchros ſpecie, & decoros aſpectu ſumpſit, multo magis, & nos ſancta menſa aſſiſtentes regia ſpecie pulchros eſſe decet, & aureum anima mundum, habentes* VESTEM PVRAM, *calceamenta regia, decorum anima vultum, aureum ipſius ornamentum: eſſe indutos cingulum veritatis talis accedat, & regios tangat calices.*

In euchariſtica menſa veſtimenta non ſordeſcant. Idem.

Alioquin debitas temeritatis luet pœnas, qui impurus pura contrectare auſus fuerit. Rem adhuc ille vrget: *Conſidera quæſo,* inquit, *menſa regalis eſt oppoſita, Angeli menſa miniſtrantes, ipſe Rex adeſt, & tu aſtas oſcitans,* SORDIDA SVNT TIBI VESTIMENTA, *& nihil eſt tibi curæ?* Sic ille.

575. *Nitida virtutum veſtimenta induenda in euchariſtica menſa.* S.Aug.

Nitida veſtimenta habet, qui virtutum ornamentis ſplendet, alioquin qui his caret, iudicium timeat, timeat mortem. Scitè ſanctus Auguſtinus ſerm.2. de Tempore, de Chriſto loquens ait: *Hic viderit charitatis luce* VESTITVM *iuſtitia, vel miſericordia margaritis ornatum, caſtum humilem. Corpus, & ſanguinem ſuum ei non ad iudicium, ſed ad remedium pro Sacerdotum ſuorum miniſterio diſpenſabit.* Hactenus ille.

Quàm durū iudicium ſint ſubituri, qui impurè ſordidéque Euchariſtiam tractent. S.Petr. Dam.

Quod firmat illud, quod in Euangelio legitur de homine, qui ſine nuptiali veſte in conuiuio repertus à Rege fuerit, foras prodire iuſſus, tenebris exterioribus ligatis manibus, ac pedibus addictus eſt, Matth.22. quódnam iudicium ſubibit, qui immundus, ac ſordidus ſe in ſacram menſam obtrudit. Rectè arguit ſanctus Petrus Damianus opuſc.18.diſert.1.cap.4. hæc eius verba: *Si ille ſtridore dentium, & fletu plectitur oculorum, qui* CVLTV VESTIVM, *conuiuantium non oblectat aſpectus; quod illi iudicium, qui fæculentus, ac luridus; quantum ad ſe ipſum nuptialis edulij munditiam polluit, diſcumbentium candidatos offendit, ipſum Regem ſordidus manibus obtrectare?* Ita Sanctus hic.

576. *Inuitatus ad nuptias veſtimenta mūda emebat, ſi illis deſtitueretur.* S.Chryſ.

Diceres reſpici ad morem, quo quis ad nuptias inuitatus munda, ſplendidáque veſte menſa induebat, quibus nuptialem lætitiam præſeferrent, quæ conſuetudo adeò in vſu erat, vt ſi quis pauper veſte caruiſſet, inuitatus tamen, aut mutuo ſumeret, aut aliquo pacto coemeret. Quod colligo ex ſancto Chryſoſtomo hom.21.ad populum. *Ad nuptias,* inquit, *ſenſibiles homines inuitati, etſi omnium pauperrimi ſint,* MVTVO SVMENTES SÆPE, VEL EMENTES VESTIMENTVM MVNDVM, *ſic ad ſe vocantes conueniunt;* quod ad ſpirituales nuptias, ſpiritualéque conuiuium transfert dum pergit: *Et tu* ad nuptias ſpirituales, & prandia vocatus regalia, conſideras, quàm dignum ſit te nuptiale *veſtimentum comparare.* Idem vrget hom.70.in Matth. *Nec in mentem,* inquit, *tibi venit non ad nuptias ſimpliciter, ſed ad Dei nuptias te vocatum fuiſſe, non cogitas quomodo in hos inuitatam animam thalamos ingredi oporteat* IN DEAVRATO VESTITV *varietate circumdatam.* indignè his nuptiis, his epulis, quæ ſpiritualia hæc veſtimenta non habet.

Qui ad euchariſticas nuptias inuitatur, nuptiale, necdum ne ſibi comparent veſtimentum. Idem.

Eet, quid, quid tee eſus, & nuptiarum nexus. Gorop.

Nec mirum eſt, ſi ſacrarum epularum eſus nuptiale conuiuio ſignificetur, nam & vniuerſim magnus eſus, & coniugij nexus eſt. Acutè Goropius lib.4. Hermacheræ notat in lingua Cymbrica, *eet*, de eſu dici, nam ſignificat *edere*, quæ vox ſi inuertatur fit *tee*, & ſignificat *in coniugium ire*, quod ipſe explicat de ſacra Euchariſtia, in qua Deo anima iungitur indiſſolubili, & innodabili vinculo coniugij tanquam Deo deſponſata.

CAPVT LVII.

Communicaturi manus abluebant.

Manu *excipi olim ſolita ſacra Euchariſtia.*

Expanſis manuum *velis, aut* diſiunctis digitis, *manibúſque Chriſti corpus à fidelibus non excipiebatur.*

Manibus in crucis formam *Euchariſtiam excipiebant fideles.*

Damnatus vſus Euchariſtiam excipiendis vaſculis aureis, *& argenteis.*

Lotis manibus *ad ſacram Euchariſtiam accedebant fideles.*

Notati, qui manibus ablutis *ad ſacram Euchariſtiam accedentes ſordidam conſcientiam circumferebant.*

Mundis, & puris manibus *tractari ſuum corpus Chriſtus cupit.*

Apta ablutio *corporis eſt, ſi cum anima ablutione coniungatur.*

Eccleſiam ingreſſuri os abluebant.

Ante cibum os abluebant.

Ad ſacram menſam accedens mentem abluat.

Cur ieiunantibus facies abluenda.

In Quadrageſima infantium capita *circa finem Quadrageſima cùm* abluerent, *& vngerent.*

Apud Romanos plerique poſt ſingulos miſſus manus abluebant.

Cur ſuorum diſcipulorum pedes ablueric *Chriſtus.*

Grata Deo obſequia, quæ hoſpitibus *conferuntur.*

In Quadrageſima pedes ſibi *inuicem* lauant.

Poſt pedum ablutionem *poculum exhibitum, & oſculum.*

DE hoc quoque ritu aliqua nobis dicenda ſunt, quæ ex antiquitatis penu deprompſimus, & quidem antequam probem communicaturos manus abluiſſe, præmittendum eſt, olim conſueuiſſe fideles Euchariſtiam manibus excipere; quod licèt obuium ſit, quædam tamen etiam de hoc afferemus, quæ non obuia, & trita, vt in eorum narratione tempus inutiliter non comburamus. 577.

Manu excipi olim ſolita ſacra Euchariſtia. S.Cypr.

Igitur priſci æui mos erat, vt Sacerdos in manus cuiuſque Euchariſtiam daret, quam ille ſumma cum reuerentia ori admouebat. Huc ſpectauit ſanctus Cyprianus lib. de bono patientiæ, dum ait: *Nec poſt geſtatam Euchariſtiam* MANVS *gladio, & cruore* MACVLATVR. potiùs ſpiritualis gladius ſumendus eſt, quod idem ſanctus Pater ſignificauit epiſt. 86. ad prædictum morem reſpiciens; in hæc verba. *Armemus &* DEXTERAM *gladio ſpiritali, vt ſacrificia funeſta fortiter reſpuat, &* EVCHARISTIÆ MEMOR, *quæ Domini corpus*

corpus accepit, ipſum complectatur, poſtea à Domino ſumptura præmium cœleſtium coronarum.

Expanſis manuum volis, aut diſiunctis digitis, manibuſque Chriſti corpus à fidelibus non excipiebatur.
S. Cyr. Ieroſ.

Accedentes autem ad communiouem cauere debebant ne expanſis manuum velis, aut diſiunctis digitis, aut manibus Euchariſtiam ſumerent, ſed iunctis, adeò vt ſiniſtram dexteræ ſubiicerent. Hæc omnia ex ſancto Cyrillo Hieroſolymitano didici, qui in myſtag. 5. ita ſcribit. *Accedens ad communionem non* EXPANSIS MANVVM VOLIS *accede, neque diſiunctis digitis, ſed* SINISTRAM *velut ſedem quandam* SVBIICIENS DEXTSRÆ, *quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens, Amen.* Ita Cytillus.

578. *Manibus in crucis formã Euchariſtiam excipiebant fideles.*
S Ioan Dam.
Sext. Syn.

Manibus in crucis formam formatis ſumere Chriſti corpus priſci moris fuiſſe indicant hæc ſancti Ioannis Damaſceni verba lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 14. MANIBVS IN CRVCIS FORMAM *compoſitis crucifixi corpus ſuſcipiamus*, & ſexta Synodus can. 1. *Antequam fiat communio, Euchariſtiam percepturus* MANVS IN CRVCIS SIGNVM *figurans accedat, & gratiæ communionem accipiat.* Quæ verba indicant manus ita formaſſe non in ipſo acceptionis actu, ſed ante ipſum, cùm ſcilicet ad communionem acceſſuri. Can. 101. idem habetur, eorúmque mos reiicitur, qui manuum loco vaſis aureis vtebantur. hæc ſunt canonis verba: *Si quis voluerit Synaxis tempore communicari puriſſimo Chriſti corpore*, MANVS IN FORMAM CRVCIS FIGVRANS, *ſic adeat, & ſuſcipiat gratiæ communionem. Eos enim qui pro manu vaſcula quadam aurea, vel ex alia materia conſtruunt ad ſuſceptionem diuini doni, & per illa immaculatam communionem volunt, nullo modo admittimus, vt qui præferant materiam inanimem homini, Dei imagine.* hinc & Sacerdotibus inhibebatur Euchariſtiam illis offerre, qui huiuſmodi vaſculis eſſent vſuri; hæc Synodi verba: *Si quis autem deprehenſus fuerit immaculatam conceptionem eis impartiens, qui eiuſmodi receptacula afferunt, & ipſe ſegregetur, & is qui affert.*

Damnatus vſus euchariſtiam excipiendæ vaſculis aureis, & argenteis.
Sext. Syn.

Lotis manibus ad ſacrã Euchariſtiam accedebant fideles.
S. Doroth.
S. Chryſoſt.

Cùm manu Euchariſtiam exciperent fideles, conſequens ferè eſt, vt non niſi lotis accederent manibus, adeò vt illotis non accederent. Ad hunc ritum reſpicit ſanctus Dorotheus doctrina 9. *Vt verò hunc videt* MANVS LAVANTEM, *& ſe ſe ad communionem percipiendam præparantem.* Luculentiùs ſanctus Chryſoſtomus, hoc ritu illos præſtringens, qui illotam mentem accedere non verebantur, cum illotis non accederent manibus, præſtat hic ſancti huius Patris verba implantari, hom. 3. in cap. epiſt. ad Epheſios. *Dic mihi, velles ne ad ſacrificium* MANIBVS ILLOTIS *accedere? Non, opinor, ſed malles potius non prorſus accedere, quàm ſordidis manibus. Deinde cùm in re parua ſis adeò reuerens & Religioſus, ſordidam, & immundam habens animam, accedis, & audes tangere. Atqui ad tempus quidem tenetur manibus, in illam autem totus, aut integer reſoluitur.* Hoc idem premit ſanctus Auguſtinus ſerm. 244. de tempore, ſic enim ille ſcribit: *Si erubeſcimus, ac timemus Euchariſtiam manibus ſordidis tangere, plus debemus timere ipſam Euchariſtiam intus in anima polluta ſuſcipere.* Paria ferè ſunt, quæ habet ſanctus Anaſtaſius Sinaita orat. de ſancta Synax. *Omni genere ſcelerum oppleti ſumus, paruulâ aquâ* MANVS ABLVIMVS, *ſicque ſacrum illud corpus diuinúmque ſanguinem immundi, & ſordidi recipimus.* Hæc ſanctus Anaſtaſius. Cautio digna, quæ omnium mentibus inſideret.

Notati, qui manibus ablutis ad ſacrã Euchariſtiam accedẽtes ſordidam conſcientiam circumferebant.
S. Chryſ.
S. Aug.
S. Anaſt. Sin.

579. *Mundis, &* *puris manibus tractari ſuum corpus Chriſtus cupit.*

Mundis, puriſque manibus tractari vult Chriſtus, quas non aqua tantùm abſterſerit, ſed vitæ puritas, morum candor, caſtitas, virginitas, cùm eſſet in præſepio Chriſtus, à virgineis matris, patriſque manibus tractari voluit, vt hinc deduceremus, quàm puris par ſit eum contrectari manibus, dum in cœlis regnat, qui tam puris contrectatus eſt adhuc infans in cunis poſitus; quod argumentum ita ſanctus Petrus Damianus lib. 1. epiſt 6. *Si*, inquit, *Redemptor noſter tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam a nutritio virgine tractaretur, & hoc cùm adhuc puerulus vagiret in cunis, à quibus nunc, obſecro, tractari vult corpus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cœlis, ſi* MVNDIS ATTINGI MANIBVS VOLEBAT *in præſepio poſitus, quantam corpori ſuo nunc vult adeſſe munditiam, iam in paternæ maieſtatis gloria ſublimatus.*

S. Petr. Dam.

Apta ablutiõ corporis eſt, ſi cum animæ ablutione coniungatur.
S. Maxim.

Congrua ablutio eſt, quæ cum mente pura iungitur. Probè Maximus aduerſùs Monothelitas: *Omnes viri, qui communicare deſiderant, priùs lauent manus ſuas, vt* MENTE PVRA, *& nitida conſcientia Chriſti ſacramenta ſuſcipiant:* ita de viris; ſed de mulieribus hæc habet; *Similiter, & mulieres* NITIDA EXHIBEANT LINTEAMINA, *vbi corpus Chriſti accipiant, pura mente, & pura conſcientia;* hæc auctor iſte, qui floruit circa annum Domini ſexcenteſimum quinquageſimum; ex cuius verbis videtur colligi, viros quidem puris, & lotis manibus excepiſſe Chriſti corpus, mulieres linteaminibus, quod à primo illo Chriſtianorum æuo in vſu fuerit, non auſim affirmare.

Eccleſiam ingreſſuri os abluebant.

Denique Eccleſiam ingreſſuri non ſolùm manus, ſed etiam os plerique abluebant, quæ conſuetudo Beati Chryſoſtomi tempore vigebat; ex ſancto Chryſoſtomo refert ſanctus Anaſtaſius Synaïta; præterea ad communem menſam ituri, communémque cibum ſumpturi os, faciémque olim lauabant, quo ritu eos perſtringit ſanctus Chryſoſtomus, qui ad ſacram menſam immundi pergebant; hæc eius verba, homil. 5. in epiſt. 1. ad Timoth. *At tu cùm carnalem cibum ſumpturus accedis,* OS ANTEA, AC FACIEM LAVAS; *cùm verò ad ſpiritualem menſam acceſſurus es,* ANIMAM LAVARE *diſſimulas, atque immunditia plenus accedis.* Hæc Chryſoſtomus.

S. Anaſt. Sin.
Ante cibum os abluebant.
S. Chryſ.
Ad ſacram menſam accedens mentẽ abluat.

580. *Cur ieiunantibus facies abluenda.*

Ab hoc ritu, quem de facie ante cibum abluta tetigimus, fors illuſtrari ea verba poſſunt, quibus Chriſtus præcepit, vt ieiunaturi faciem lauarent; *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans*, Matth. 6. v. 18. nam cùm faciem abluerent antequam accumberent, iam faciei lotione quis prodebat ſe ieiunium ſuum non iactare, ſed potiùs tegere.

Matth. 6. 18.

In Quadrageſima infantiũ capita circa finem Quadrageſimæ cur abluerant, & vngerent.
S. Iſid Hiſp.

Ad ablutionem, & ad ieiunium illud etiam facit, quod nos ex antiquitatis monumentis percipimus, morem ſcilicet veterem fuiſſe, vt infantium capita in die Palmarum, qui ab hac re *capitilauium* dicebatur, abluerent. Ritum, & ritus cauſam tradit Iſidorus lib. 6. cap. 18. vbi de die Palmarum loquens, ait: *Vulgus ideo diem hunc* CAPITILAVIVM *vocant, quia tunc moris eſt, lauandi capita infantium, qui vngendi: ne obſeruatione Quadrageſimæ ſordidata ad vnctionem accederent;* ſed de hac re alibi quoque egimus, alia de ablutione & manuum, & pedum adiicio, & rem obſigno.

Apud Romanos plerique poſt ſingulos miſſus manus abluebant.
Lamprid.

Aliquorum mos fuit apud Romanos poſt ſingulos miſſus ſingulaque fercula manus abluere. Lampridius in Heliogabalo. *Exhibuit aliquando tale conuiuium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, & per ſingula* MANVS, QVASI IAM COMEDISSENT, LAVARENT.

Abluit

Digitized by Google

581. *Cur futurum Diſcipulorum pedes abluerit Chriſtus.* Tertull. *Grata Deo obſequia, quæ hoſpitibus cõferuntur.*

Abluit Chriſtus pedes diſcipulotum antequam corpus illis ſuum exhiberet; nimirum reddit filiis Abrahæ, quod olim ab Abrahamo accepit. Scitè Tettullianus lib. de Ttinitate cap. 16. *Quod erat futurus, meditabatur in ſacramenta Abrahæ* FACTVS HOSPES *apud Abrahæ filios futurus: cuius filiorum pedes, ad probationem quod ipſe eſſe abluit: reddens in filijs ius hoſpitalitatis, quod aliquando illi fœnerauerat Pater.* tam grata Deo ſunt ea obſequia, quæ Dei amore in hoſpites conferuntur.

In Quadrageſima pedes ſibi inuicem lauant. Cap. *Poſt pedum ablutionem poculum exhibitum, & oſculum.*

Apud nonnullos hæc lex vigebat, vt in die Dominicæ cœnæ poſt pedum ablutionem Abbas poculum iis porrigeret, quorum pedes abluerant. Capitula Ludouici, quæ à Monachis ſancti Benedicti recepta fuere, ita loquuntur, num. 23. *Vt in Quadrageſima, ſicut & in alio tempore viciſſim ſibi* PEDES LAVENT, *& antiphonas huic officio congruentes decantent: in cœna verò Domini* PEDES *fratrum ſi valet Abbas lauet, &* OSCVLETVR, *& demum propria manu poculum eis porrigat.* Chriſtus diſcipulis ſuis pedes lauit, & euchariſticum poculum porrexit. Habes ex productis verbis viciſſim ſibi pedes abluiſſe, & in hac ablutione antiphonas decantatas.

CAPVT LVIII.

Euchariſtiæ abſtinentia præmiſſa.

Quàm arctum ieiunium *ſacra communioni præmiſſum.*

Singulare ſingularis abſtinentiæ *exemplum ante Euchariſtiam.*

Euchariſticum munus offerentis manum, vt abſtinentiam *prætulerint.*

Manna cibo contentus Moſes, quia ieiunauerat.

In Euchariſtiæ anniuerſario olim non ieiunis *licebat ad Euchariſtiam accedere.*

Innocentes ieiuni, *quando reliquias ſumerent.*

Anniuerſarius *ſacramenti huius* dies.

Ieiunis *cur Dei Eccleſia Euchariſtiam diſtribuat, quam non ieiunis Chriſtus exhibuit.*

Ieiunium *viaticum ſalutare dicebatur.*

Ieiunio *munito cœli aperiuntur dum aſtat ſacro Altari.*

Euchariſticum triticum ſolo ieiunij *aratro priùs ſciſſo committitur.*

582. *Quàm arctũ ieiunium ſacra communioni præmiſſum.* Petr. Abaël.

IEIVNIVM panis, & aquæ ſacræ communioni præmiſſum à mulieribus in congregatione viuentibus, idque ex legibus præſcriptum patet ex his quæ habet Petrus Abaelardus epiſt. 8. vbi ait. *Ter ad minus in anno totus communicet Conuentus, id eſt, Paſcha, Pentecoſte, & Natale Domini, ſicut à Patribus eſt inſtitutum de ſecularibus etiam hominibus. His autem communionibus ita ſe præparent, vt tertio die antè ad confeſſionem, & congruam ſatisfactionem omnes accedant, & tertio ſe* PANIS, ET AQVÆ IEIVNIO, *& oratione frequenti purificent cum omni humilitate, & tremore.*

Singulare ſingularis abſtinentia exemplum ante Euchariſtiã. Acta.

Arctiſſimam Euchariſtiæ excipiendæ abſtinentiam à Beata Margarita filia Regis Hungarorum præmittebatur; ſic de illa ſcribit auctor vitæ illius. *Quando ſacram erat communionem perceptura die præcedenti,* NON SVMEBAT NISI PANEM, ET AQVAM, *& tota nocte in orationibus permanebat.* Addit ſtatim: *Sumebat autem ipſam ſacramentum cum magna deuotione, & multo lachrymarum imbre, atque interdum adeò rapiebatur in ſpiritu, vt ceu mortua videretur: nec raró viſa eſt inter cœlum, & terram pluſquam cubiti altitudini eleuata, nullis corporis ſenſibus vtens.*

583. *Euchariſticũ munus offerẽtis manum, vt abſtinentiam prætulerint.* Osbert.

Qui abſtinentiam præſeferrent manus, quibus ſanctiſſimum Chriſti corpus efferebat ſanctus Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis, apparet ex his, quæ Oſbertus in eius vita ſcribit: *Cùm,* inquit, *pranſurus ad menſam intraret,* TAM VACVVS FERE A MENSA SVRREXIT, *quam acceſſit. Vnde corpus illius tanta attenuatum eſt macie, vt cùm manus cum ſacramento tenſas in altum porrigeret, per medias palmarum iuncturas claritas aeris perſpici poſſet.*

Manna cibo contentus Moſes quia ieiunauerat. S. Petr. Dam.

Mannæ cibo contentus Moyſes fuit, nec ollas carnium cum Iſraëlitico populo concupiuit; nimirum quia ieiunio ſe antea armauerat; ſancti Petri Damiani hæc ſunt verba opuſc. 13. cap. 22. *Moyſes vt ſimplici mannæ cibo contentus ſit, ne cum cæteris Iſraelitis ſedere ſuper ollas carnium concupiſcat, ab* OMNI CIBO, VEL POTV *per duplicem quadragenarij curſum in monte ieiunat.*

In Euchariſtiæ anniuerſario olim nõ ieiunis licebat ad Euchariſtiam accedere. Conc. Mat. *Innocentes ieiuni quando reliquias ſumerent.* Idem.

Feria quinta ante Paraſceuem. Quidam altaris ſacramenta ſumere fas ſibi putabant, licet ieiuni non eſſent. In Concil. Mariſconenſi II. hæc habentur. *Sacramenta Altaris non niſi à* IEIVNIS HOMINIBVS *celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur, quæcumque reliquia ſacrificiorum poſt peractam Miſſam in ſacrario ſuperſederint, quarta, vel ſexta feria, innocentes ab illo cuius intereſt, ad Eccleſiam adducantur, & indicto eis ieiunio eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant*; vbi habes quoque diem quintam feriæ ſanctioris *anniuerſarium* huius ſacramenti *diem* dictam.

584. *Anniuerſarius ſacramẽti huius dies.* Syn. Carth.

A non ieiunis ſacra excepta die quinta ſanctioris hebdomadæ celebrata, ſextæ Synod. auctoritas euincit, dum refert: *Carthaginenſis Synodi canon dicit, vt ſancta altaris non niſi à ſobrijs hominibus peragantur;* EXCEPTO VNO DIE *in anno, in quo cœna Domini peragitur.* Ioannes Zonaras commentario in eundem Canonem, ait. *Cùm reliquo toto anni tempore ſacra altaris myſteria à ieiunis hominibus celebranda eſſe, Patres olim Carthagine decreuiſſent, quintam nihilominus magnam, vt vocant, feriam, quòd ſolemnis in ea cœna Dominica apparatus exhiberi ſoleat, excepere.* Sanctus quoque Auguſtinus epiſt. 118. ad Ianuarium huius moris meminit his verbis: *Nec ideo putari debet, inſtitutum eſſe multis locis, vt illo die poſt refectionem offeratur, quia ſcriptum eſt identidem, & calicem accipiens poſt cœnam, dicens; & cætera: ipſa enim potuit appellare cœnam, qua iam corpus acceperant, vt deinde calicem acciperent; illud magis mouere potuit homines, vt* IAM REFECTI *die illa vel offerrent, vel ſumerent Euchariſtiam, quod in Euangelio legitur: cùm autem illi manducarent, accepit Ieſus panem, & benedixit, cùm iam ſuperiùs dixiſſet: cùm ſerò factum eſſet, recumbebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit; quoniam vnus ex nobis me tradet, pòſt enim tradidit ſacramentum, & liquidò apparet, quando primum acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem Domini,* NON EOS ACCEPISSE IEIVNOS; Eccleſiæ autem lege ſtatutum eſt, ne vlli non ieiuno liceat hunc euchariſticum panem manducare, niſi aliud extrema neceſſitas vrgeat, imminénſque mors.

Zonar. S. Aug.

Ieiunis

Ieiunis cur Dei Eccleſia Euchariſtiam diſtribuat, quam non ieiunis Chriſtus exhibuit. S. Aug.

Ieiunis Dei Eccleſia Chriſti corpus diſtribuit, dedit non ieiunis, Chriſtus nimirum, vt vehementiùs hoc myſterium morum cordibus infigetet, & memoriæ in vltimum illud locum locauit. Aduocandus hic ſanctus Auguſtinus, cuius hæc ſunt verba epiſt. 118. vbi poſt ſuperiùs producta verba, hæc ſtatim ſubiicit: *Numquid tamen prater ea calumniandum eſt vniuerſa Eccleſia, quod à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi, aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namque Saluator,* QVO VEHEMANTIVS COMMENDARET MYSTARII ILLIVS ALTITVDINSM, VLTIMVM HOC VOLVIT INFIGERA CORDIBVS, ET MEMORIÆ DISCIPVLORVM, *a quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideo non pracepit quòd deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolus, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet.*

585\. *Ieiuniū viaticū ſalutare dicebatur.* S. Ambroſ. S. Pet. Chryſ.

Ieiunium viatici nomine apud ſanctoa Patres gaudet; ſanctus Ambroſius lib. de ieiunio, & Elia cap. 8. *Ieiunium eſt bonum itineris viaticum.* Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 8. *Eſt ieiunium* VIATICVM *ſalutare.* In eucharistica menſa euchariſticus cibus viaticum illum ſumentibus eſt, non ab illis ieiunantibus; præmittatur Euchariſtiæ ieiunium, ab Euchariſtia tamen diu ieiunandum minimè eſt.

Ieiunio munito cœli aperiuntur dum adſtat ſacro Altari.

De ſancto Guduualo Archiepiſcopo auctor vitæ cap. 6. ita ſcribit: IEIVNIIS, *vigilijs cùm ſacro Altari adſtaret, cœli aperti ſunt.*

Euchariſticū triticum ſolo ieiunij aratro prius ſciſſo committitur. S. Ambroſ.

Triticum in ſolum iacitur aratro ſciſſum, & cultum; euchariſticum quoque arationem quærit, quæ ieiunio fit, aliis corporis afflictionibus. Sancti Ambroſij hæc ſunt verba ſerm. 36. *Sicut reditum vberiorem capit, qui frequentiùs vexando exercet campum, ita maiorem gratiam percipit,* QVI AXARCET CORPORIA SVI CAMPVM FRAQVENTIVA IEIVNANOO; quod præcipuè præſtandum eſt, cùm euchariſticum triticum excipiendum nobis eſt.

CAPVT LIX.

Euchariſtia cum cantu diſtributa.

Cantus in menſis adhibitus.
Pſaltrix *in comeſſationibus.*
Precibus, & hymnis *mentis humus paranda vt euchariſticum ſemen excipiat.*
Quadam verba *efferebant cùm euchariſticus* panis *publicè efferebatur.*
Tempore ſacra communionis, quadam verba canerentur.
Angelorum concentus *communionis tempore.*
Carmina quædam *canebantur, dum populo Euchariſtia diſtribueretur.*
Hymni canebantur *dum populus ſacram Euchariſtiam ſumeret.*
Cantus *in Euchariſtia diſtributione etiam noſtro auo.*
Impleta balſamo ſpongia *menſa abſterſa.*
In euchariſtica menſa ſpiritualis melodia *loco balſami.*
Pſalmi *in euchariſtico ſacrificio ad virtutem nos iniungunt.*
Amoris ſacra cantica *in Euchariſtia cauenda etiam cùm ſpiritualiter tantùm excipitur.*
Pauis conſecrandus extra ſacriſtiam cum cantu *ferebatur.*
In agni eſu hymnus magnus *à Iudais cantabatur.*
Dum agnus mactaretur, Leuita certum Pſalmum *canebant.*
Canendi *modus in agni mactatione.*
Tubæ vſus *dum agnus mactaretur.*
Ad templum aſcendentes Iudæi ſecum tibiam, *& alia inſtrumenta* muſica *deferebant.*
Cantores *vt ſe audientium aſpectui in Eccleſiis olim obijcerent.*
In conuiuijs praclara maiorum geſta canere *Gothorum mos.*
Probus ille cantus, *cui mala vita non obſtrepit.*
A noxia ciborum repletione, *vt nos Deus auocauerit.*
Cantus, & eſus *coharentia.*

CANTVM in menſis adhiberi ſolitum, non eſt dubium, extat huius ritus mentio apud antiquos auctores, quorum verba alij produxere, ſcolia in conuiuiis canebantur, in quibus poculum circulatum ᾠδὴ appellabatur, quod non liceret abſque cantu vel propinare, vel excipere, vt ait Triphon Grammaticus ἐν ὀνομαστικοῖς. Potatores ſe cantiunculis, & ſymphoniis ad inuicem ad multom vini hauriundum excitabant, animabant; Athenæus lib. 14. gymnoſoph. ait hymnum in conuiuiis decantatum ad moderationem, & continentiam retinendam, quia Deorum laudes, & heroum ferè continebat, hinc Quintil. lib. 1. *Inter regalia conuiuia* LAVDSS *heroum, & Deorum ad citharam cantantur.* 586. *Cantus in menſis adhibitus.* Triph. Athæn. Quintil.

Pſaltriæ olim comeſſationibus adhibebantur, quam noxiam conſuetudinem abolere ſtuduit Theodoſius, qui edicto ſanxit ne admitterentur. Aurelianus Victor in Theodoſio: *Prohibueritque lege miniſteria laſcina,* PSALTRIASQVE *comeſſationibus adhiberi* Idem habuit Paulus Diaconus lib. 1. Sanctius illi, qui cantu ſanctiori conuiuio reſeruarunt, ſcilicet euchariſtico, Chriſtus poſt Euchariſtiæ inſtitutionem hymnum cecinit. Matth. 26. Hymno dicto, ſeu, vt alij habent, *hymno cantato.* *Pſaltria in comeſſationibus.* Aurel.

Precibus, hymnis, orationibus paranda mentis humus, vt euchariſticum ſemen ad vitam excipiat; etiam illa in Euangelio, exiit vt ſeminaret, non vt terram excoleret, araret, parata eſſe debebat, & exculta. Peritè Nicolaus Cabaſila de ſacrificio cap. 1. *Hoc ſignificauit in parabola ſeminis. Exijt enim,* inquit, *qui ſeminat, non vt terram aret, ſed vt ſeminet, nempe quod aratio & omnis praparatio a nobis afferre debet. Quoniam ergo ad aſſequenda ſacramenta ita* 587. *Precibus, & hymnis mētis humus parāda vt euchariſticum ſemen excipiat.* Nic. Cab.

erat

erat neceſſarium, vt qui rectè haberent, & parati eſſent, accederent, oportebat hoc ineſſe in ſancti ſacrificij conſtitutione, & ineſt. Hanc enim nobis habent poteſtatem PRECES, PSALMI; *& ſi quid ſacroſanctè in ea ſit, & dicitur. Nos enim ſanctificant, & diſponunt, partim quidem, vt rectè ſuſpiciamus, partim autem vt ſanctificationem conſeruemus, & retinere pergamus.*

Quædam verba efferebantur cùm eucharisticus panis publicè efferebatur. S. Baſil.

Fideles olim in Oriente publicè cùm exponeretur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum elata voce quædam verba efferebant, indicat iſtuc ſanctus Baſilius lib. de Spiritu ſancto: INVOCATIONIS, inquit, *verba cùm oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum nobis in ſcripto reliquit.*

Tempore ſacræ communionis quandã verba canerentur S Cyr. Hier. *Angelorum concentus cõmunionis tẽpore.* S. Chryſ.

Sanctiſſimæ communionis tempore adhibebatur ſymphonia, qua piæ mentes in Deum raperentur, & ad Dei bonitatem & charitatem celebrandam incenderentur; tunc autem, *cùm* DIVINA QVADAM MELODIA, vt ait ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus myſt. 5. canebatur autem illud, *Guſtate, & videte quòd Chriſtus eſt Dominus.* Sanctus Chryſoſtomus hom. de non cont. Eccleſ. ait communionis tempore adeſſe clariſſimam cœleſtium ſpirituum multitudinem ante aras præcumbentium, qui cantu, atque laude filium Dei proſequantur.

588\. *Carmina quædam canebantur dũ populo Euchariſtia diſtribueretur.* Æthiop.

Dum populo Euchariſtia miniſtraretur à Sacerdotibus, docti carmina aliqua canebant, in huius ſacramenti honorem compoſita, in Miſſa Æthiopica hæc habentur: *Diaconus dicit, Orate pro nobis, & pro omnibus populis Chriſtianis, & illorum memoriam facite, qui nobis dixerunt, vt ſui recordemur,* LAVDATE, ET PSALLITE *cum pace, & amore Ieſu Chriſti. Hoc loco dum miniſtratur ſacramentum populo,* PSALLVNT DOCTI ALIQVA CARMINA *in honorem ſacramenti, & Sanctorum, quorum feſta celebrantur, compoſita, quæ populus reiterat canendo.*

Hymni canebantur dum populus ſacrã Euchariſtiam ſumeret. S. Aug.

Etiam in Africa ſancti Auguſtini æuo, hic mos vigebat, vt hymni aliquot canerentur, dum populus ſumeret Euchariſtiam, hoc innuit iſte Pater lib. 2. retract. dum ait: *Inter hæc Hilarius quidam vir tribunitius, laicus, Catholicus, neſcio vnde aduerſus Dei miniſtros irritatus, morem, qui tunc eſſe apud Carthaginem cœperat, vt* HYMNI AD ALTARE *dicerentur de Pſalmorum libro, ſiue ante oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo, quod fuiſſet oblatum, maledica reprehenſione vbicumque poterat lacerabat, aſſerens fieri non oportere; huic reſpondi eo libro qui vocatur contra Hilarium.*

Cãtus in Euchariſtiæ diſtributione etiam noſtro æuo. Acta Med. Eccleſ.

Ad hunc antiquum morem, quo cantu diſtribuebatur Euchariſtia, facit illud, quod in actis Eccleſiæ Mediol. præcipitur lib. 3. tit. 26. cap. 20. *Cùm ſacra communio diebus præſertim ſolemnioribus, aut frequentiori fidelium multitudine miniſtratur, ex veteri inſtituto* ANTIPHONA, DOMINVS DABIT BENIGNITATEM, ET TERRA NOSTRA DABIT FRVCTVM SVVM: ET PSALMVS, BENEDIXISTI DOMINE, ET PSALMVS ITEM, DOMINVS REGIT ME, ET ALIA IN RITVALI LIBRO PRÆSCRIPTA, AVT ALIAS PRÆSCRIBENDA, A CLERO CANANTVR, *cùm id per illius frequentiam fieri poteſt.*

589\. *Impleta balſamo ſpongia menſæ abſterſa.* S. Chryſ. *In Euchariſtiæ mẽſa ſpiritualis melodia loco balſami.* Idem.

Olim diuitum menſæ impleta balſamo ſpongia abſtergebantur, cuius luxus vanitas, qui in meliorem ſanctioremque ritum mutari queat, docet ſanctus Chryſoſtomus in Pſalm. 41. *Quemadmodum,* inquit, *nonnulli diuitum, impleta* BALSAMO SPONGIA *menſas abſtergunt, vt ſi ex cibis vlla remanſerat macula, &c. puram menſam oſtendant, ita nos quoque faciamus, pro balſamo os implentes* MELODIA *ſpirituali, vt ſi ex ſaturitate vlla in anima macula remanſerit, eam per illa modulationem abſtergamus.* Hæc ille.

Pſalmi in euchariſtico ſacrificio ad virtutem nos iniungunt. Nic. Cab.

De Pſalmis, & Pſalmodia, & ſacrarum litterarum lectione, quæ in ſacrificio adhibebantur, ita cenſet Nicolaus Cabaſila lib. de ſacrific. cap. 1. *Ea adſumpta eſſe vt ad virtutem nos iniungant, & vt Deum propitium reddant.*

Amoris ſacra cantica in Euchariſtia canenda etiã cum ſpiritualiter tantum excipitur. B. Laur. Iuſt.

Amoris ſacra cantica canenda cùm Euchariſtiæ ſacramentum ſpiritaliter ſumitur; docebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 4. *In ſpiritu ſuſcipe ſacramentum, & in cordis tui ſecreto Dominum Ieſum reconde deuotè, atque illum in te præſentialiter adeſſe non dubites. Et quas vales, gratias age, laudes perſolue, ac* MODVLATIONIS CARMINA *(ſi illa agere conſueuiſti) iucunda mente pertracta; ſpiritualem refectionem hanc comitantur ſemper amoris cantica, & ſanctæ deuotionis delectabilis guſtus, quo qui caret, temerario labore deſudat.*

590\. *Panis conſecrãdus extra ſacriſtiam cũ cantu ferebatur.* Humb.

Panis quoque conſecrandus in ſacriſtia ſeruabatur, & ſuſas cum Pſalmorum cantu proferebatur. Humbertus, *Diaconi cum Subdiaconis, ſeu ipſi Sacerdotes ſacris amicti veſtibus cum* MELODIA PSALMORVM *conſperſum,* (ſcilicet azymum) *& in ferro paratum ex ſecretario proferunt.* De Hebræorum cantu, quem in agni immolatione, & ſacrificiis adhibebant, aliqua hîc adiiciam.

In agni eſu hymnus magnus à Iudæis cantabatur. Paul. Burg.

Hebræi hymnum magnum ex ſex Pſalmis contextum, quem Halleluia magnum vocant, in nocte præcipuè Paſchatis poſt comeſtum agnum cantant, quod tradit Paulus Burgenſis, addit. 1. in Pſalm. 11. vbi ait: *Iſte* PSALMVS *cum quinque ſequentibus vſque ad Pſalmum, Beati immaculati, excluſiue, vocatur ab Hebræis Halleluia magnum, id eſt, hymnus magnus, de quo ſingularem faciunt ſolemnitatem, nam in tribus præcipuè feſtis, & in neomenijs ſtantes iſtum hymnum cum maiore* CANTANT *ſolemnitate, quàm cæteros Pſalmos totius pſalterij, inſuper in nocte Paſcha* CVM AGNVS PASCHALIS *comedebatur, poſt eius comeſtionem recumbentes ad menſam iſtum hymnum ſolemniter dicebant.* Ita ferè Burgenſis.

591\. *Dum agnus mactaretur leuitæ certum Pſalmum canebant.* Hebr. *Canendi modus in agni mactatione. Tubæ vſus dũ agnus mactaretur.*

Dum agnus in domo mactationis mactaretur, leuitæ canebant illum Pſalmum, In exitu Iſraël de Ægypto, & nõnulla alia, quæ donec abſoluta mactatio eſſet, repetebatur, in שלטי הגבורים cap. 65. hæc habentur. *Cùm plena domus mactationis erat eorum, qui mactandum agnum offerebant, claudebant fores, & mactare incipiebant, dúmque mactarent, & parabant agnum, legebant leuitæ* ההלל LAVDATIONEM, *quòd ſi laudationem abſoluiſſent, nondúmque mactatio abſoluta eſſet, eam repetebant, nunquam tamen accedit, vt ter ea laudatio diceretur.* additur ibi ſtatim; & tubæ ſonitum adfuiſſe: *In omni lectione, & laude* TVBIS *canebatur primò ſine vlla gemitus inflexione, ſecundò cùm aliqua mutatione, tertiò ſicut prima vice.*

Ad templum aſcendentes Iudæi ſecum tibiã, & alia inſtrumenta muſica deferebant. Oleaſt.

Muſica inſtrumenta cùm ad templum aſcenderent Iudæi, Iudæos adhibuiſſe, obſeruat Oleaſter in cap. 30. Iſaiæ dum ait: *Solebant Iudæi, quando aſcendebant ad Dominum iuxta legis præſcriptum, ſecum ducere* TIBIAM, ET ALIA MVSICA INSTRVMENTA, *quemadmodum nunc ruſtici faciunt, cùm ad viſitandas Sanctorum memorias vadunt.* Sed à Iudæis ad noſtros, alióſque pergamus.

592\. *Cãtores vtſe audientium aſpectui in Eccleſiis olim obijcerent.* Petr. Bleſ.

De cantoribus obſeruatum à nobis illud eſt, nam totos in Eccleſia adſtantium oculis paruiſſe, tempore autem Quadrageſimæ interpoſitis aulæis mutuum ſibi aſpectum negauiſſe. Petrus Bleſenſis ſerm. 11. in Quadrageſima, ita ſcribit: *In primis quidem Eccleſijs, & ferè vſque ad moderno-*

rum tempora ſic PSALLEBATVR IN CHORO *quod ab humeris ſupra pſallentes a populo videbantur, ſicut & in atrio ſacerdotum ante templum, ſed* TEMPORE QVADRAGESIMÆ INTERPOSITIS AVLÆIS *mutuus negabatur aſpectus.*

Gothi in conuiuys præclara maiorum geſta canere. Gothorum mos.

. Gothi præclara maiorum geſta in carminibus patrio ſermone comprehenſa, in conuiuiis, vt iuuentutem ad virtutem excitarent, frequenter concinebant. Quæ tandem ne æui vetuſtate aboleri poſſent, rupibus, & ſaxis inſculpſerunt, è quibus non paruam ſcribendæ hiſtoriæ materiam Ioannes Magnus ſe deſumſiſſe fatetur.

593. *Probus ille cantus, cui mala vita nō obſtrepet.* S.Aug.

Probus ille cantus eſt, cui mala vita non obſtrepit, cùm obſtrepunt praui mores; feſtinè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 148. *Cùm laudatis*, inquit, *Deum, toti laudate:* CANTET VOX, CANTET VITA, CANTENT FACTA, *quemadmodum dulcem muſicam excitatus ſtrepitos, hic quas ore proferimus laudes vita perturbat impia: noli ergo bone cantilena tua obſtrepere malis moribus.* & ibidem, *Tunc deſinis laudare Deum, quando à iuſtitia, & ab eo, quod illi placet, declinas: non ceſſet quiſque bene viuere, & ſemper laudabit Deum.*

A noxia ciborum repletione, vt nos Deus auocauerit.

S.Chryſ. *Cantus, & vſus nexus.*

Os, & guttur diuinis laudibus concinendis aſſignata ſunt itidem, & cibis terendis, glutiendiſque; cui hæc tam diuerſa munera iiſdem inſtrumentis aſſignata; vt dum illud tanquam principalius obiremus, à nimiis deliciis, & ciborum copia abſtineremus; ſancti Chryſoſtomi hæc ſunt verba hom. 54. ad populum. *Os nobis, & lingua ad laudes eſt aſſignata diuinas,* GVTTVR AD VOCEM, *& propterea nos natura neceſſitas conſtrinxit, vt neque inuiti cadamus in multam repletionem.* Addo id factum, vt diuinarum laudum celebratione, orationiſque fuſa eas maculas eluceremus, quas ore, & lingua in eſu contraximus.

CAPVT LX.

Angeli circa ſacram Euchariſtiam excubantes.

Angeli *adſunt cùm ſacra Euchariſtia diſtribuitur.*

Videndos ſe plerumque Angeli *ad altare exhibuerunt.*

Angeli circa menſam *accubantes viſi.*

Adſunt Angeli *Sacerdoti ſacrificium perficienti.*

Angelorum lætitia *dum Deus vnitur creatura in euchariſtica menſa.*

Alacres, & læti communicantes ambiunt, *& cuſtodiunt* Angeli.

Angelicum ſacrificium *Miſſa cur dicta.*

Cur Angelorum panis *ſacra Euchariſtia dicatur.*

Angelicè viuat, *qui Angelorum panem manducat.*

Ab Angelis deſcripti, *qui ſacram Euchariſtiam accipiunt.*

Angelorum frequentia circa Euchariſtiam.

Lætitia Angeli *perfunduntur, dum* ſponſam ſponſo necti *ſub euchariſtico velamine vident.*

Angelorum gaudium, *dum Euchariſtia delitys fideles fruuntur.*

Angeli contra eos indignantur, *qui indignè ad Euchariſtiam accedunt.*

Angeli cur indignè communicantes *non interficiant.*

Altaris miniſtri velis lineis Angelorum alas *referunt.*

ANGELOS adeſſe, cùm Chriſti corpus diſtribuitur, nefas eſt dubitare; ſanctus Chryſoſtomus hom. 60. ad populum. *Quod Angeli videntes horreſcunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, hoc nos paſcimur, huic nos vnimur.* Sanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, c. 8. *Inter Angelorum frequentiam quam terribile ſit indignè ad communionem accedere debet quiſque cogitare.* S.Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 58. *Quis fidelium*, inquit, *habere dubium poſſit in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnum quid ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri.* 594.

Angeli adſūt, cùm ſacra Euchariſtia diſtribuitur. S.Chryſ.

S.Paſchaſ.

S.Greg.

Videndos ſe viris iuſtis aliquando in altari offerunt Angeli, vt eos recreent, & colantur; de ſancto Guduualo Archiepiſcopo ita ſcribit auctor vitæ illius cap. 6. *Ieiunys, vigilys, precibus præmiſſis, cùm ſacro Altari virginitatis byſſo, & charitatis purpura adſtaret indutus, atque ad cæleſtia ſuſpenſus, cæli aperti ſunt, & viſio mirabilis ei exhibita eſt, deſcendunt ad eum Beati Angeli, adſtant conſolationis gratia ſacrificanti, tremendis interſunt myſterys, vnà cum illo laudes depromunt Deo cum ingenti reuerentia: ille ceu ſplendida lucis columna ſtat ſancta ſanctorum tractans, agnum Dei immolans; iunguntur cæleſtia terrenis, terrena cæleſtibus, mortalibus immortales, pro tanta gratia diuinitus mortalibus collata immortales gratulantur.*

Videndos ſe plerūque Angeli ad altare exhibuerunt. Acta.

Dei domum, in qua ſacrificium offerebat Angelis, refertam videre conſueuerit ſanctus Chryſoſtomus, de illo quippè ita ſcribit ſanctus Nilus. *Ioannes Sacerdos admirandus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, imò verò totius orbis ſplendor, vir animi perſpicacis, omni ferè tempore videbat domum Domini refertam Angelorum cœtu; & tunc in primis cùm diuinum, & incruentum ſacrificium offerebatur: quo quidem ſtupore, ac lætitia plenus, rem præcipuis amicis ſpiritualibus priuatim enarrauit. Cùm cœpiſſet, inquit, Sacerdos ſanctum ſacrificium, ſeu oblationem facere, plurima ex illis virtutibus è cælo deſcendentes ſtolis induta ſplendidiſſimis, nudis pedibus, intentis oculis prona Altari magno cum ſilentio, & reuerentia, quoad venerandum illud myſterium expletum fuit, circumſteterunt. Deinde huc, illucque per totam domum diffuſa Epiſcopis, Preſbyteris, & Diaconibus diſtributionem corporis, & ſanguinis miniſtrantibus adhæſerunt, ſatagētes, & ſedulò adiuuantes.* 595.

Angeli circa menſam accubantes viſi. S.Nilus. S.Chryſ.

Angelos Sacerdoti adeſſe, cùm ſacrificium perficit, aſſerit B. Algerus lib. 1. de ſacramento cap. 12. *Tunc Angeli*, inquit, *circumſtant Sacerdotem, & tribunal, atque altaris locus cæleſtibus virtutibus adimpletur, in honorem illius, qui immolatur.*

Adſtant Angeli Sacerdoti, ſacrificium perficienti. B. Alg.

Venerantur hoc ſacramentum Angeli, qui ſumma exiliunt lætitia, dum vident per illud Deum hominibus exhiberi, non eos inuidiæ aura afflat, amant nobis donari, quo qui carent; audiendus hic B. Laurētius Iuſtinian. ſerm in feſt. de Euchariſtia; ait enim. *Hoc ſacramentum tantæ dignitatis, tantæque excellentiæ eſſe probatur, vt in eo ipſa etiam Angelica natura miretur; veneretur ſub accidentibus Chriſtum, diuinam in ſacramento maieſtatem colat, gaudeatque vehementer eſſe cum hominibus Deum. Ecce, (inquiunt inter ſe,) tabernaculum Dei cum hominibus,*

Angelorum lætitia dum Deus vnitur creaturæ in euchariſtica menſa. B. Laur. Iuſt.

nibus,& habitauit cum eis,& ipſi populus eius erunt,& ipſe cum eis erit eorum Deus.

596. *Alacres, & læti communicantes ambiunt, & cuſtodiunt Angeli.* Anon.

Alacres, & lætos eos ambire Angelos, qui ſub Euchariſtiæ tegmine Chriſtum exceperunt, indicat illa alacritas, qua Chriſti ſepulchrum cuſtodierunt; præſtat hic ſtate verba Anonymi auctoris, cuius non ſemel à nobis facta eſt mentio; ſic ille ſcribit de præparat. Miſſæ tract. 1. *Non ergo regnet peccatũ, aut inuidia fœtor in corpore tuo; ſicque dedicabis ſepulchrum venerabile Ieſu Chriſto, ac templum Spiritui ſancto. Conſidera ô deuote Sacerdos, quanta diligentia, quanta vigilantia ſancti Angeli cuſtodierunt locum ſepulchri corpore Dominico iam ſublato, redinino, & glorificato, in quanta alacritate, & quanta vultus, & veſtium venuſtate apparuerunt ſanctis mulieribus ſepulchrum viſitantibus, & Chriſti corpus quærentibus. Proculdubio ſcire debes, quòd ſi tu idem Dominicum corpus iam ſupra modũ glorificatũ dignè tractaueris, mũdũ & nouũ ſepulchrũ tui corporis ei paraueris, non deerit tibi Angelorũ frequens cuſtodia, corpus, & animam tuam in omnibus gubernabunt, ſi autẽ ſecus feceris, contra te indignabuntur, a tuo ſe auertẽt conſortio, tuáſque deſpiciẽt orationes, vtpotè Deo odibiles, ſibique contrarias.*

S. Chryſoſt. *Angelicũ ſacrificiũ Miſſa cur dicta.* Idem.

Angelos Sacerdotibus adorare, dum ſacra facit, aſſerit ſanctus Chryſoſtomus lib. 6. de ſacerd. cap. 4. *Per id tempus,* inquit, *& Angeli Sacerdoti aſſident, & cœleſtium poteſtatem vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum chori plenus eſt*; & in Pſalm. 95. Miſſam *λειτουργίαν ἀγγελικὸν ſacrificium Angelicum vocat*, quod in ea Angelorum puritas, pietas, reuerentia, ſanctitas poſtuletur.

597. *Qui Angelorum panis ſacra Euchariſtia dicatur.* B. Laur. Iuſt.

Qui Angelorum panis Euchariſtia dicatur, quî illam manducent Angeli; his verbis docebat Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia: *Chriſtus Dominus Angelorum dictus eſt panis, non quòd illum ſacramentaliter, ſed ſpiritualiter comedunt. Sanè quem humanitatis ipſius excellentiam, gratiarum affluentiam, gloriæ ſublimitatem, vnionem perſonalem, poteſtatem traditam, & capitis prærogatiuam contemplando mirantur, & diligendo fruuntur, eundem ſpiritualiter edunt. At verò homo, qui per fidem ambulat, toties Angelorum manducat panem, quoties corporis, & ſanguinis Chriſti percipit ſacramenta.*

Angelicã viuat, qui Angelorum panẽ manducat. B. Alg.

Panis Angelorum hîc panis dicitur, vt qui eum comedat, Angelicam vitam inſtituat, Angelicos mores præſeferat. Peritè B. Algerus lib. 1. de ſacram. cap. 22. *Angelicam,* inquit, *in terris vitam ducamus, quatenus caſtitatis munditia corde, & corpore Chriſti munditia conformes, ne cœleſti alimonia indignè reficiamur, ſimus ſpe, & comeſſatione cœleſtes; quia panis Angelorum nonniſi Angelica vita eſt ſtipendium.*

Ab Angelis deſcripti, qui ſacram Euchariſtiam accipiunt. B. Maxim.

Ab Angelis eos deſcribi, qui ſacram communionem accipiunt, cenſebat ſanctus Dionyſius Areopagita, de quo hæc refert B. Maximus Monachus lib. de eccleſiaſtica myſtagogia cap. 25. *Exiſtimabat Beatus ſenex, nec adhortari ceſſabat, oportere omnem Chriſtianum beatæ Eccleſiæ vacare, & nunquam abeſſe a ſacra communione, quæ in ea peragitur, propter ſanctos Angelos, qui in ea permanent; & eos qui ingrediuntur ſemper deſcribunt, & Deo aperiant, & pro eis orationes faciunt, & propter ſancti Spiritus gratiam, quæ inuiſibiliter quidem ſemper permanet, maximè autẽ, & propria ratione tempore ſacræ Synaxis, & vnumquemque eorum, qui inueniuntur, tranſmutat, & transformat.*

598. *Angelorum frequentia circa Euchariſtiam.*

Summo gaudio delibuti exultant Angeli, qui ſacrum Altare ambiunt cùm vident animæ animam Creatorem vniri, adnecti comedẽtium viſceribus Chriſtum, dilectum dilectæ copulari, ſuauiſſimíque amoris vinculis in Euchariſtiæ ſacramento cum creatore ligari creatorem; ſuas delitias putant delitias illas, quæ felicem hanc vnionẽ comitantur, omnis inuidiæ expertes ſũt, ab omni ſunt liuore alieni. Diſertè nobis in hanc ſuccinit B. Laurentius Iuſtin. ſerm. de Euchariſtia in hunc modum: *Eſt etiam altare ſuper quod ſacroſanctum Chriſti corpus myſticè immolatur, mons ſpiritualis ſublimis, atque præcipuus, in quo Patriarcha Abrahæ filium ſuum offerri iubetur. Quanta autem circa eundem, maximè tempore quo ſacrificium memoratum conſpectui præſentatur Altiſſimi, ſit Angelorum, Archangelorúmque frequentia, mortalium nemo valet edicere. Lætantur quidem tunc plurimum, ſi ſumentis, ac miniſtrantis mentem agnouerint, non haſitantem in fide, neque conſcientia onere prægrauatam, ſed eleuatam in excelſis, humilem in ſe, ab euagationibus alienam, charitate feruidam, deuotione refertam, exorantem pro populo, Deum laudantem, iubilantem in ſpiritu, & ſuauitate quadam pij amoris ſuper ſuum innixam dilectum. Congratulantur, inquam, ſponſa ſponſi thalamum ingreſſa, foris abſque inuidentia vlla perſiſtunt, & Domini ſui præſtolantur diſceſſum, venerantur ſacrum illud ſpirituale connubium, digreſſionémque mirantur ſponſi, & pro collata ſponſa exultat gratia, quoniam eidem perfectæ dilectionis vinculis colligati illius proprias arbitrantur fore delitias. Nullum equidem liuorem in ſe valent admittere, quantumcumque delectabiliter ſe hominibus communicet Chriſtus, quippe eiam nihil detrimenti de percepta gloria patiantur, ſed abſque intermiſſione, beatifica viſione fruantur.*

B. Laur. Iuſt.

Lætitia Angeli per, uadunt dum ſponſam ſpõſo necti ſub euchariſtico velamine vident. Idem.

599. *Angelorum gaudium de eucharistica delitijs fideles fruuntur.* Anon.

Angelos, Archangelóſque huic myſterio adſtantes, ſponſi, ſponſæque delitiis lætos ſic pie pius auctor ineditus meditabatur tract. 3. de Miſſa. *Quanta ſit* ANGELORVM, ARCHANGELORVMQVE FREQVENTIA, *mortalium nemo valet edicere, lætantur quidem tunc plurimum, ſi ſumentis, ac miniſtrantis mentem non in fide haſitantem agnouerint, neque conſcientia onere prægrauatam, ſeu eleuatam in excelſis humilem in ſe, ab euagationibus alienam, charitate feruidam, deuotione refertam, exorantem pro populo, Deum laudantem, iubilantem in ſpiritu, & ſuauitate quadam pij amoris ſuper ſuum innixa dilectum, congratulantur, inquam, ſponſa ſponſi thalamum introgreſſa, foris abſque vlla inuidentia perſiſtunt, & Domini ſui præſtolantur diſceſſum. Venerantur illud ſacrum ſpirituale connubium, dignationem mirantur ſponſi, & pro collata ſponſa exultant gratia, quoniam eidem perfectæ dilectionis vinculis colligati illius propria arbitrantur fore delitias. Nullum equidem liuorẽ in ſe valent admittere, quantumcumque delectabiliter ſe hominibus communicet Chriſtus. Quippè cùm nihil detrimenti de percepta iam gloria patiantur, ſed abſque intermiſſione beatifica viſione fruatur. Cæterùm quemadmodum gaudio repletur, & pace pro deuota celebratione iuſtorum, illóſque vt ſuos conciues diligunt; ita proculdubio contra eos indignantur, qui ſine ſui probatione, cum ariditate cordis, & mentis dubietate Domini ſui audent ſacramenta contingere. Equidem à talium ſe auertunt conſortio, ipſorúmque orationes deſpiciunt, vtpotè Deo odibiles, & ſibimetipſis contrarios. Stupent tamen, & diuinam ſuper eos glorificant patientiam protelatámque iuſtæ animaduerſionis ſententiam.*

Angeli contra eos indignantur, qui indignè ad Euchariſtiam accedunt. B. Laur. Iuſt.

Et verò vt lætantur Angeli cùm pueros nos ac virtutibus inſignitos ad ſacrum Altare vidẽt accedere, & puritatis auctorem puritatis ſinu excipere; ita è conuerſo, exhorrent, & auerſantur eos, qui indignè hæc diuina myſteria tractant. Pergit idem Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Cæterùm quemadmodum gaudio replentur, & pace pro deuota celebratione iuſtorum, illóſque vt ſuos conciues diligunt, ita proculdubio contra eos indignantur, qui ſine ſui probatione cum ariditate cordis, & mentis dubietate*

Domini Dei ſui audent ſacramenta contingere. Equidem a talium ſe auertunt conſortio, ipſorúmque orationes deſpiciunt, vtpote Deo odibiles, ac ſibi metipſis contrarios. Stupent tamen, & diuinam ſuper eos glorificant patientiam, protelatámque iuſta animaduerſionis ſententiam. Nec ab re. Si quis enim, dicente Apoſtolo, templum Dei violauerit, illum deſtruet Deus. Quid de his arbitrandum eſt, qui ſceleribus onerati, abſque vlla deuotionis veneratione ad Dei, & Domini ſui menſam ſpiritualem audent accedere, corpus ipſius ſumere, pollutis interioris hominis manibus, atque animo infrunito, & irreuerenti myſteria ſacroſancta tractare.

600. De Angelis circa Euchariſtiam ſtantibus, ita ſcribit ſanctus Vincentius Ferrerius ſerm. 4. de corpore Chriſti. ANGELI, QVI ASSISTVNT *huic ſacramento, indignè recipientem interficerent, niſi diuina miſericordia prohiberet.*

Angeli cur indignè communicantes non interficerent.
S. Vinc Ferr.

Altaris miniſtros velis lineis Angelorum alas imitari, ſanctus Chryſoſtomus orat. 4. in parabolam de filio prodigo, dum ait: *Noſtis ſpirituales delitias, qui eas deguſtaſtis, & recordamini tremendorum myſteriorum, ac miniſtrorum ſacri officij*, IMITANTIVM ANGELORVM *alas tenuibus ſuis lineis velis ſiniſtris humeris inſidentibus, & qui in Eccleſia diſcurrunt, clamántque, ne quis ex Catechumenis, ne quis eorum, qui non poſſunt intueri vitulum, qui comeditur, néve quis eorum qui ſpectare non poſſunt cœleſtem ſanguinem, qui effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, ne quis indignus vita ſacrificio, ne quis non initiatus, ne quis eorum, qui non poſſunt, impollutis labijs tremenda myſteria attingere.* Sed non lineis tantùm veſtibus altaris miniſtri Angelorum alas referre debent, ſed Angelicis motibus, mores Angelorum.

Altaris miniſtri velis lineis Angelorum alas referunt.
S. Chryſoſt.

EXCVRSVS XLVI.

Euchariſtia Dæmones arcet.

- Satanæ vires *ſacra Euchariſtia labefactat.*
- *Euchariſtico pane* fortes contra ſatanicum hoſtem *reddimur.*
- Vis *euchariſtici Sacramenti* contra Dæmones.
- Terretur Diabolus *fidelium labia videns Chriſti ſanguine rubentia.*
- Armet *ſe euchariſtico pane, qui eludere* ſatanici hoſtis *vires vult.*
- *Chriſti ſanguis* Dæmones expellit, *Angelos aduocat.*
- *Bibens Chriſti ſanguinem* dæmonis perniciem *non timet.*
- *Agni euchariſtici ſanguinem in fidelium ore* Dæmon *videns, in fugam vertitur.*
- *Euchariſticus cibus nobis* vires affert, *aufert à ſatanico hoſte.*
- Olei *nexus*, *&* Euchariſtiæ.

601. ANgeli ſancti, Dæmonéſque non eodem in idem ſacramentum affectu feruntur, venerantur illud Angeli, illiúſque aſpectu lætantur, contra Dæmones exhorrent, accurrunt ad Euchariſtiam illi, fugiunt iſti ab illa: Dæmones ſacra Euchariſtia arcet, & pellit, illiúſque vſus ſatanici hoſtis vires labefactat. Sanctus Ignatius epiſt. 14. ad Epheſios, *Date operam,* inquit, *vt crebriùs congregemini ad Euchariſtiam & gloriam Dei, cùm enim ſæpius in idem loci conuenitis, labefactantur vires ſatanæ, & ignita illius ad peccatum iacula, irrita reſiliunt, veſtra enim concordia, & conſenſus fidei exitium illius, & ſatellitum eius ſupplicium eſt.*

Satanæ vires ſacra Euchariſtia labefactat.
S. Ignat.

Euchariſticum panem Deus inſtituit, qui fortes nos contra ſatanicum hoſtem redderet. Hinc illud Franconis Abbatis tom. 10. de gratia Dei. *Quia infirmitatem noſtram nouit, qui nos condidit, fortique & armato, niſi fortiore nos porrigente, fragiles, & inermes non poſſe reſiſtere, contra implacabile hoſtis antiqui odium, panis quotidiani inexpugnabile nobis contulit præſidium. Nouit aduerſarium noſtrum felle inuidiæ ab antiquo inferuum, infatigabili aduerſum nos malitia inuehi: nec poſſe inter diſcordantes abſque detrimento ſalutis fœdus aliquod interuenire. Nouit etiam pius inſpector cordium iter corruptionis noſtræ tenebroſum eſſe, & lubricum, nec illæſum pertranſire poſſe quemquam hominum. Qui igitur quotidie periclitamur, quotidie labimur, quotidie ægrotamus, quotidianam ſui in myſterio corporis, & ſanguinis ſui dignatus eſt nobis exhibere munificentiam, qua liberemur, qua erigamur, qua conualeſcamus.*

Euchariſtico pane fortes contra ſatanicum hoſtem reddimur.
Franco Abb.

Vim huius ſacramenti contra Dæmones, ipſe Chriſtus explicat his verbis, quæ habentur lib. 4. reuelat. ſanctæ Brigittæ cap. 58. *Sicut ex vno verbo, quod dixi, Ego ſum, corruerunt hoſtes mei corporaliter in terram; ſic dicto verbo meo, videlicet, hoc eſt corpus meum,* FVGIVNT DÆMONES *à tentando animas offerentium, nec auderent redire ad eos cum tanta audacia, ſi affectus peccandi non ſequeretur.* 602.

Vis euchariſtici ſacramenti contra Dæmones.
S. Brig.

Hoſtem ſatanicum terrent labia Chriſti ſanguine adſperſa. Sanctus Petrus Damianus de inſtit. Monial. cap. 3. ait: *Terretur aduerſarius cùm Chriſtiani labia videt Chriſti cruore rubentia, agnoſcit enim ſuæ perditionis indicium, & diuinæ victoriæ qua captiuatus eſt, & obſtrictus, non tolerat inſtrumentum.*

Terretur Diabolus fidelium labia videns Chriſti ſanguine rubentia.
S. Petr. Dam.

Qui vincere Diabolum amat, euchariſtico pane veſcatur, cùm ſatanas tentare diſcipulos quæreret, & deiicere; dixit enim Chriſtus Luc. 22. v. 31. *Ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum;* tunc euchariſticum panem ipſe parauit, quo refecti ſatanæ inſidiis ſatanam victuri occurrerent; opportunè ſanctus Bernardus ſerm. 3. de Ramis palmarum. *Cæterùm ante paſſionem affectuoſus Dominus refectionem ſuis curauit exhibere domeſticis, & in hoc quoque apparuit benignitas Saluatoris. Cùm enim dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, & dicebat, Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Oportebat enim. Expetierat eos ſatanas, vt cribraret ſicut triticum: opus erat præuenire refectionem.*

Armet ſe euchariſtico pane, qui eludere ſatanici hoſtis vires vult.
Luc. 22. 31.
S. Bernard.

Chriſti ſanguis, quem bibimus, Dæmones arcet, Angelos aduocat, quod notabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 61. ad populum Antioch. 603.
his verbis. *Hic myſticus ſanguis dæmones quidem expellit, & procul eſſe facit, ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi namque Dominicum viderint ſanguinem, Dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli.*

Chriſti ſanguis Dæmones expellit. Angelos aduocat.
S. Chryſoſt.

Hunc ſanguinem, qui biberit dignè, ſatanici veneni habebit medicinam; hinc illa ſancti Auguſtini verba ſerm. 122. *Ille ſanguis, quem effudiſti ô Dæmon, te vicit, me redemit, denique illum bibo, & veneni tui perniciem vltrà non timeo.* Huc flecti poteſt, quod de agni ſanguine ſcriptum eſt Exod. 12. Domus enim poſtibus adſperſus habitatores ab Angeli percutientis vi vindicabat; quare rectè ſignificabatur Chriſti ſanguine

Agni euchariſtici ſanguinem in fidelium ore Dæmon vidēs in fugam vertitur.
S. Chryſoſt.

in

Digitized by Google

in fugam malos angelos verti, nec audere infideles ſæuire, quod facerent ſi euchariſtico Sacramento non eſſent muniti. Sanctus Chryſoſtomus hom. ad Neophytos, ita rem verſat: *Angelus ille vaſtator, cùm linitos poſtes, atque aditus peruideret, tranſiecit greſſus, & non eſt auſus intrare. Nunc ergo ſi viderit inimicus nos poſtibus impoſitum ſanguinem typi, ſed fidelium ore lucentem ſanguinem veritatis, Chriſti templi poſtibus dedicatum, multo magis ſe ſubtrahit.*

604. Olim athletæ oleo inungebantur, ne facilè caperentur à ſuis antagoniſtis; nobilius oleum Euchariſtia eſt, quæ non inungit nos tantùm, ſed & hoſtes noſtros debilitat. Dauidis verba ſunt, *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me, impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quàm præclarus eſt*, Pſalm. 22. 5. quid oleum ad menſam euchariſticam: quia idem præſtat quod athletis oleum, & aliquid amplius. A probo calamo res eſt: *Euchariſticus cibus non modò nobis vires, & robur præbet, ſed ab inimicis eaſdem vires, & robur aufert. Dum eſt etiam oleum,* QVO ATHLETÆ INVNGEBANTVR, *eos aduerſus hoſtium manus armabant, vt facilè iniectos nodos diſſoluere poſſent, & ſi arctius eos lacertos premerent, dilaberentur, verùm non poterat hoſtile robur minuere, lacertóſque ſoluere. At verò* EVCHARISTIA OLEVM EST, *quo in palæſtra vngimur; hoc quidem oleum non modò nos tutatur aduerſus inimicorum fraudes, & verſutias, verùm etiam inimicos imbelles, & imbecilles reddit.* Tantum támque fortes athletæ rerum terrenarum veſtimenta exuamus nudis affectibus, & ab omnium corporearum rerum inuolucris liberis euchariſtico oleo vncti cōtra hoſtes pugnemus, victores futuri, ſi eo muniti.

Euchariſticus cibus nobis vires affert, aufert à ſatanico hoſte.

Pſalm. 22. 5. Anon.

Olei nexus, & Euchariſtia.

CAPVT LXI.

De oſculo ſancto, quod in euchariſtici Agni eſu in vſu apud fideles priſci æui fuit.

Oſculum *ſacram communionē comitabatur.*
In Euchariſtiæ memoriam, & reuerentiam ſe oſculabantur.
In oſculo pacis *ſe fideles oſculabantur.*
Os alterius *quaſi* valuas, *per quas Chriſtus ingreſſus, oſculo reuerebantur.*
Oſculum templi veſtibulis *figi ſolitum.*
Tanquam templi veſtibula *os communicantes oſculabantur.*
Aliter Presbyteri, *aliter* Subdiaconi *in ſacra communione Epiſcopum* oſculabantur.
Oſculo *iungendam beneuolentiam vnde colligatur.*
Ore clauſo, *& modeſtiam claudente* oſculum *ſanctum figebatur.*
Ab oſculo, *quod ſanctitatem inficit, cauendum.*
Oſculi ſancti *vis, & virtus.*
Charitatis ſignum, & pignus oſculum.
Ex peregrinatione redeuntes oſculo *excipiebantur.*
Obuiantium pedibus in honorē oſcula *figenda.*
Nulla eſt benedictio, quam charitas oſculo *ſignificata non perficiat.*

Nouarini Agnus Euchariſt.

605. OSCVLVM ſanctum ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem comitabatur. Sanctus Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 32. *Cui* PACIS OSCVLVM *inter ſacramenta copulabatis.* & Metaphraſtes ſancta Matrona, quæ virum ſimulauerat, ſic arguitur à Priſciano. *Quomodo cùm ſis mulier ad diuina Sacramenta acceſſiſti? nudo capite, & in pacis ſalutatione os tuum ſecurè exhibuiſti fratribus.* Reſpondet illa, & ſe ita purgat: *Quod ad diuina quidem dona attinet, inquit, ſimulans imbecillitatem, non omnino auferens tegmen, quod erat in capite, ita accedebam ad ſacramentorum communionem, charitatis autem nunquam ſignum apud fratres recuſabam: neque enim hominum vultibus, ſed hominibus angelicam imitantibus impaſſibilitatem me ipſam offerre exiſtimabam.*

Oſculum ſacram communionem comitabatur.

S. Aug. Metaphr.

606. Os ori admouere, & oſculum infigere ſalutationis quoddam genus olim apud fideles erat; huc ſpectant illa Apoſtoli verba 2. Cor. 13. 12. *Salutate inuicem in oſculo ſancto*; ſe autem ita oſculabantur, in Euchariſtiæ memoriam, ac reuerentiam, quæ per os noſtrum pectus ingreditur, atque adeò qui ore delinquit, peculiarem iniuriam Euchariſtiæ videtur irrogare, quam per eam os, & lingua ſacra fiunt reddita; ſiſtenda hic verba ſancti Chryſoſtomi, qui hom. 30. in 2. Cor. *Non vulgare quodam honore os noſtrum afficitur, cùm corpus Dominicum excipit. Eáque præſertim de cauſa tum mutua oſcula iungimus. Audiant, qui obſcœna loquuntur, qui conuitia proferunt: ac cohorreſcant, cogitantes quale os turpent, ac dedecorent. Audiant qui obſcœnè* OSCVLANTVR. *Audi quæ oracula Chriſtus per os tuum ediderit: atque illud ab omni macula purum conſerua.*

In Euchariſtiæ memoriā, & reuerentiam ſe, oſculabantur.

2. Cor. 13.

S. Chryſ.

607. De hoc oſculo loquitur etiam S. Anaſtaſius Synaita orat. de ſacra Synaxi, vbi ait. *Propter hoc ipſum nos mutuo in* OSCVLO PACIS *amplexamur, vt omni colligatione impietatis, & cordis duritie abiecta puro corde ad Dominum accedamus.*

In oſculo pacis ſe fideles oſculabātur.

S. Anaſt. Syn.

Oſculi cauſam aſſignat ſanctus Cyrillus Ieroſolymitanus catech. myſtagogic. 5. id factum quaſi Chriſtiani valuas, per quas Chriſtus ingreditur, in hominem reuerentiæ cauſa oſcularentur, hæc eius verba. *Deinde clamat Diaconus: Complectimini, &* OSCVLAMINI *vos inuicem, atque tunc mutuo nos oſculo ſalutamus. Non hoc ita accipias, quaſi oſculum illud ſit eiuſcemodi, quale in foro inter communes amicos eſſe conſueuit: neque enim tale eſt. Hoc igitur oſculum animas mutuò conciliat; & omnem malorum obliuionem illis ſpondet; ſignum igitur reconciliationis animorum eſt hoc oſculum, vniuerſarúmque iniuriarum memoria debet ei.*

Os alterius quaſi valuas, per quas Chriſtus ingreſſus oſculò reuerebantur.

S. Cyr. Ier.

608. Olim fideles templorum veſtibula oſculabantur in cultum, in reuerentiam; cur non igitur & os ori admouerent, oſculúmque figerent; quod ſacratioris templi veſtibulum redditum eſt, dum per illud ſanctum Chriſti corpus ingreditur. Pulchrè rem verſat ſanctus Chryſoſtomus hom. 30. in epiſt. 2. ad Corinth. ait enim, *Quia de hoc ſancto* OSCVLO *aliud quoque afferri poteſt. Quid tandem? Templum Chriſti ſumus. Itaque templi veſtibula, & aditum oſculamur, cùm alij alios oſculantur. At non cernitis, quótnam homines etiam huiuſce templi veſtibulis oſculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum adponentes. Ac per has portas, & ianuas ingreſſus eſt Chriſtus, & ad nos ingreditur cùm communicamus.*

Oſculum templi veſtibulis figi ſolitum.

S. Chryſoſt. *Tanquam templi veſtibula os communicantes oſculabantur.*

Idem.

Aliter Preſbyteri, & Diaconi Epiſcopum oſculabantur, aliter Subdiaconi, dum Chriſti corpus ab eo exciperent. Ordo Romanus de offic. Miſſæ, ait, *Preſbyteri, & Diaconi* OSCVLANDO *Epiſcopum corpus*

Aliter Preſbyteri, aliter Subdiaconi in ſacra communione Epiſcopum oſculabantur.

Ord. Rom.

Chriſti ab eo manibus accipiant in ſiniſtra parte altaris communicaturi; Subdiaconi autem oſculando manum Epiſcopi ore accipiant corpus Chriſti ab eo. Et in oſculo igitur, & in recipiendi modo inter ſe diſſerebant.

609. *Oſculo iungendam beneuolentiam vnde colligitur.* Clem. Alex.

Oſculo iungendam beneuolentiam monebat Clemens Alexandrinus 3. Pædag. cap. 11. eos arguens, qui peſſimo exemplo in Eccleſia ſe ſe oſculabantur, cùm vſus oſculi ad ſacram Synaxim eſſet conuertendus, vt ſanctum vocari poſſet, hæc illius verba. *Dilectio non in* OSCVLO *cenſetur, ſed in beneuolentia. Illi autem nihil aliud oſculo, quàm conturbant, cùm intus non habeant amicitiam, etenim hoc vtique turpem mouet ſuſpicionem, quòd imprudenter oſculo vterentur, quod eſſe oportebat myſticum. Id Sanctum vocauit Apoſtolus.*

Ore clauſo, & modeſtiam claudente oſculum ſanctum figebatur. Idem.

Ore clauſo, & modeſtiam claudente figendum oſculum. iſtuc idem auctor ibidem monet his verbis. *Regno dignè guſtato*, ORE MODESTO, *&* CLAVSO *beneuolentiam animi oſtendamus, per quod maximè ſe exercet manſuetudo morum.*

Ab oſculo quod ſanctitatem inficit cauendum. Idem.

Addit, ab oſculo nos auocat, quod adeò non eſt ſanctum, vt ſanctitatem inficiat. *Eſt aliquid quoque oſculum inceſtum veneno plenum ſanctitatem ſimulans. Animantes, quod etiam Phalangia, ſi ore tangant graues dolores hominibus afferunt. Oſculo autem impudicitia ſæpe virus immittitur.* Hæc Clemens.

Oſculi ſancti vis, & virtus. S. Chryſ.

Vniuerſe oſculum ſanctum, eiúſque virtutem ita deſcribit ſanctus Chryſoſtomus hom. 30. in epiſt. 2. ad Cor. ad illa verba Apoſtoli. *Salutate inuicem in* OSCVLO SANCTO, ſubdit enim. *Quid eſt ſancto? Non ficto, non ſubdolo, quemadmodum Iudas Chriſtum oſculatus eſt. Ob id enim nobis datum eſt oſculum, vt charitatis igniculus, ac fomes ſit, vt affectum inflammet, vt hac ratione nos ipſos mutuo amemus, velut fratres inuicem ſe amant.*

610. *Charitatis ſignum, & pignus oſculum.* S. Paulin.

Charitatis pignus charitatis ſignum oſculum eſſe tradit ſanctus Paulinus epiſt. 4. ad Seuerum in hæc verba. QVID EST OSCVLVM, *niſi pignus æternum illius charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum, hæc oſcula ſponſo ſuo iam tunc portabat Eccleſia, quando cantabat, Oſculetur me oſculo oris ſui.*

S. Ambroſ.

Et ſanctus Ambroſius lib. 10. epiſt. 84. *Oſculum vtique inſigne eſt charitatis.* & lib. 6. Exaëm. cap. 9. *Quid loquar*, inquit, *de oſculo oris, quod pietatis, & charitatis eſt ſignum?* & lib. 2. de pœnit. cap. 8. *In oſculo inſigne charitatis eſt*; hinc colligit verè ibi oſculum abeſſe, licèt eſſe videatur, vbi charitas abeſt; ſic ille ſentit epiſt. producta. *Ergo non habet* OSCVLVM, *qui fidem, qui charitatem non habet; oſculo enim vis amoris imprimitur; vbi non eſt amor, non eſt fides.*

Ex peregrinatione redeuntes oſculo excipiebantur. S. Chryſ.

Vt animi affectum proderent, qui ex peregrinatione aliqua ad ſuos reuertebantur, oſculo excipi olim ſolebant; meminit huius moris ſanctus Chryſoſtomus hom. 30. in epiſt. 2. ad Corinth. *Ad hunc*, inquit, *modum animæ inter ſe deuinciuntur. Ob eam cauſam etiam ex* PEREGRINATIONE ALIQVA REVERSI *mutuo nos oſculamur, animis videlicet ad mutuum congreſſum recedentibus. Hoc enim potiſſimum membrum eſt, quod animi affectum nobis prædicat.*

611. *Obuiantium pedibus in honorem oſculo figenda.* S. Iſaac.

Obuiantium pedibus oſcula in honorem figenda, & manibus proximíque manus noſtris admouendas monebat ſanctus Iſaac Presbyter lib. 1. de mundi contemptu. *Excita te ipſum cùm obuiaueris proximo tuo, vt eum honores ſupra menſuram,* OSCVLARE *etiam pedes eius, & manus, & tene ipſas multoties cum multo honore, & ſuperpone ipſas ſuper oculos tuos, & commenda ipſum etiam in eo, quod non habes.*

Iſaac filium benedicturus oſculum ei priùs porrigit, ac ſi innuere vellet, nullam eſſe benedictionem, quam charitas non perficit, non informat; hinc illud Franconis Abbatis tom. 3. de gratia Dei: *Senex ſuauitate condimenti Rebeccæ delectatus, & hauſtu vini lætior redditus, filium benedicturus, oſculum petit, oſculum porrigit, quia* NVLLA EST BENEDICTIO SINE CHARITATIS OSCVLO.

Nulla eſt benedictio, quã charitas oſculo ſignificata non perficiat. Franc. Abb.

CAPVT LXII.

Nonnulla alia de oſculis obſeruata.

Imperatoris conſanguinei pedibus oſcula *figebant, ipſe illorum faciem oſculabatur.*
Oſculorum certamen *pueris vſitatum.*
Medici *ægrotos cur* oſcularentur.
Martyrum catenas *mulieres* oſculabantur.
Siniſter Regum pes *à reis abſolutis* oſculo *exceptus.*
Apud Græcos defuncti corpori oſcula *ab amicis, & notis cur admota.*
Vetitum ne mortui oſculis *exciperentur.*
Caput oſculabantur.
Damnatum in Clericis.
Pueros oſculantes *eorum aures apprehendebant.*
Auribus pueros tenentes cos oſculaturi, *quid tectè ſignificarent.*
Abſolutis precibus *ſe fideles* oſculabantur.
Virginum oſcula *petebant nobiles matronæ.*
Ieiunantes oſculum *ſubtrahebant.*
Oſculum *orationis ſignaculum.*
Oſculum *pacis aulicis negabatur.*
Humero quoque oſculum *admotum.*
Oſculi *ſitis in ſponſa.*
Qui oſculum *ſponſi excipit, totus in ſponſum transformatur.*
Solius Eccleſiæ oſculum, *non Synagogæ.*
Spiritualis oſculi *vis.*
Formoſorum oſcula *à puritate aliena, magis quàm morſus animalium vitanda.*
Per meretricium oſculum *mors intrat.*
Oſculum *ab amore vt diſcriminetur.*
Mentis, animíque oſcula.
Oſculum *ad medicinam.*

QVIA hîc ſumus, alia de oſculis exhibebimus, ſi non digna, quæ lector exoſculetur, ſaltem quæ non penitus reiiciantur, & ſunt iſta. 612.
Imperatoris conſanguinei pedibus oſcula figebant, ipſe illorum faciem oſculabatur.

Mos Imperatorum olim erat, vt conſanguineorum, aut eorum, qui gratia apud eos pollebant, faciem oſcularentur, cùm ipſi Imperatoris pedibus oſculum figerent. Apertè id habet Ioannes Curapolata lib. 1. hiſtoriæ cap. 16. dum ait. *More Romanis Imperatoribus receptũ erat, cùm quiſpiam conſanguineorum, aut alioquin gratia apud eos florentium, ſecundùm adorationem* PEDEM IMPERATORIS OSCVLO *contigiſſet, vt Imperator viciſſim eius faciem deoſcularetur. Cùm itaque tum nepos aui pedem oſculatus fuiſſet, ille ne inexpiabili odio flagrare crederetur, ſi nec ijs nepotem, & Imperatorem*

Io. Curap.

rem dignaretur, quæ priuatis tribuerentur, faciem eius contra & ipſe oſculo libauit.

Oſculorum certamē pueris vſitatum. Cœlius.

De oſculorum certamine, quod pueris olim ſolemne apud Magarenſes, hæc habet Cœlius Rhodiginus lib. 15. lect. antiq. cap. 9. *Apud Magarenſes inter pueros vere ineunte* OSCVLORVM CERTAMEN *agebatur, quique ſuauius amantem eſſet oſculatus, corollis onuſtus abibat, cedebatur hoc Dioclis Athenienſis honori.*

Medici ægrotos cur oſcularentur. S. Chryſ.

Oſculum ægrotis quandoque Medici dabant, vt his blanditiis eos ad medicinæ ſorbitionem allicerent; innuit iſtuc ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. ad populum Antiochen. *Hac & Medici faciunt, ſæpius difficiles ægrotos habentes* DEOSCVLANTES, *rogantes perſuadent ſalutarem ſumere medicinam.*

613. *Martyrū catenas mulieres oſculabantur.* Tertull.

Martyrum catenas mulieres piæ olim in carcere oſculabantur, hoc ſignificat Tertullianus lib. 2. ad vxorem cap. 4. *Quis* (maritus infidelis) *in carcerem* AD OSCVLANDA VINCVLA *Martyris reptare patietur?*

Siniſter Regū pes à reis abſolutis oſculo exceptus. Seneca.

Rei abſoluti ſiniſtram pedem Regum aliquando oſculabantur. Seneca lib. 2. de beneficiis cap. 12. *Caius Cæſar dedit vitam Pompeiano, deinde abſoluto, & agenti gratias porrexit* OSCVLANDVM *ſiniſtrum pedem.*

Vetitum ne mortui oſculis exciperentur.

Apud Græcos in vſu erat vt defuncti corpori oſcula, amici noti, parentes infigerent, tanquam licentiam accepturi, ita loquitur auctor ineditus de Primatu Pontificis: *Cùm Græci ad mortuum ſepeliendum conueniunt, noti, amici, & cognati accedentes ei* OSCVLVM *præſtant, ſinguli tanquam licentiam accepturi*; additque adieciſſe: *Vade cùm natura te vocauerit, ſequamur te.* hoc oſculum aliqua Concilia inhibuerunt, Antiſidorenſe cap. 12. ita ſtatuit. *Ne mortuorum corporibus feretur oſculum*; Matiſconenſe, *Non licet mortuis* OSCVLVM *tradi.*

Conc. Antiſ. Conc. Mat.

Caput oſculabantur. S. Ambr.

Caput oſculo excipi non eſt, non erat inſolens; ſanctus Ambroſius lib. de Tobia cap. 7. *Tu* OSCVLARIS CAPVT, *amplecteris gemma*; & de obitu Valentiniani Imperat. Manus, caput ſororibus oſculabatur, immemor Imperij, memor germanitatis. Capita matronarum à Clericis oſculo excepta, refert ſanctus Hieronymus, quod & damnat epiſt. 22. ad Euſtoch. de cuſtodia virginitatis, dum ait, *Clerici ipſi* OSCVLANTVR *capita matronarum.*

Damnatū in Clericis. S. Hier.

614. *Pueros oſculantes eorum aures apprehendebant.* Plut.

Obſeruatū mihi eſt morem olim fuiſſe, vt pueros oſculantes, eorum aures apprehenderent. Inuenio id Gentiles præſtitiſſe. Meminit huius ritus Plutarchus lib. de audiendo, poſt init. *Vulgò, cùm admodum pueros* OSCVLANTVR, *cùm ipſi tangunt* AVRES, *tum hiſce ita facere præcipiunt, per ludum ſignificantes eos præcipuè, qui per aures commodant, eſſe diligendos.* Hæc Plutarchus.

Auribus pueros tenentes eos oſculantes, quid tectè ſignificarent. Clem. Alex.

Ex noſtris Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, refert pueros auribus apprehenſos, vt oſcularentur eos, qui ad ipſos pertinebant, quo tectè innuebant per ſenſum auditus dilectionis ſpiritum ingenerari. Hæc Clementis ſunt verba. *Non ergo temerè pueris præcipimus,* AVRIBVS EOS APPREHENDENTES, VT OSCVLENTVR EOS, *qui ad ipſos attinent, hoc vtique tacitè ſignificantes, ingenerari per auditum ſenſum dilectionis.*

Auriculas in oſculo apprehenſas teſtatur & Plautus in penul.

Plautus.

Sine te prehendam AVRICVLIS, *ſine dem ſuauium.*

Et Tibul. lib. 1.

Tibullus.

—— *Natuſque parenti*
OSCVLA *comprehenſis auribus eripiet.*

Abſolutis precibus ſe fideles oſculabantur. S. Iuſtin.

Poſt ſacram ablutionem, abſolutiſque precibus ſe fideles oſculo ſalutabant; ſanctus Iuſtinus in Apol. ad Antoninum Pium Imperatorem ita ſcribit: *Poſtquam eum abluimus qui credidit, ducimus eum ad locum qui conuenerunt comprecandi cauſa, ſub finem precum nos inter nos* OSCVLO *ſalutamus.*

615. *Virginū oſcula petebant nobiles matronæ.* S. Ambr.

Virginum, quæ in Eccleſia loco ſeparato, tabuliſque concluſo degebant, oſcula petebant nobiles matronæ, ſanctus Ambroſius ad Virginem lapſum cap. 6. ita ſcribit, *Nonne vel illum locum* TABVLIS SEPARATVM, *in quo in Eccleſia ſtabas, recordari debuiſti, ad quem religioſæ* MATRONÆ, *& nobiles certatim currebant* TVA OSCVLA *petentes, quæ ſanctiores, & meliores te erant.*

Ieiunantes oſculum ſubtrahebant. Tertull.

Ieiunantes olim oſculum ſubtrahebant. Tertullianus de orat. cap. 14. *Alia iam,* inquit, *conſuetudo inualuit,* IEIVNANTES *habita oratione cum fratribus,* SVBTRAHVNT OSCVLVM PACIS; *quod eſt ſignaculum orationis.*

Oſculum orationis ſignaculum.

Vere ſignaculum, quia olim orationum fideles oſculo obſignabant; ſe enim inuicem finitis precibus oſculabantur. Meminit huius moris, præter ſanctum Iuſtinum Martyrem orat. ad Antoninum Imperat. Origenes in epiſt. ad Rom. cap. 16. his verbis. *Ex ſermone Pauli (ſcilicet, cùm dicit, ſalutate vos inuicem oſculo ſancto,) mos in Eccleſia traditus eſt, vt poſt orationes* OSCVLO *ſe inuicem ſuſcipiant fratres; hoc autem oſculum ſanctum appellat Apoſtolus, quo nomine illud docet primùm, vt caſta ſint oſcula, quæ in Eccleſijs dantur, deinde vt ſimulata non ſint, ſicut fuerunt Iudæ; oſculum verò fidele primò caſtum ſit, deinde pacem in ſe ſimplicitatémque habeat, in charitate non ficta.*

Orig.

Oſculum pacis aulicis non gabatur. Schol. Tert.

Oſculum pacis aulicis aliquando negabatur propter diſſidia; ſcholiaſtes Tertullianus lib. de orat. loquens de oſculo pacis, quod inter Miſſarum ſolemnia dari cõſueuerat, ait: *Circumferatur patena pacis inter fideles, præterquam tamen* INTER AVLICOS, *quos vnanimes eſſe, & pacificos non ſinit ambitio.* In aulico ſolo ægrè pax coaleſcit, in quo ambitio adoleſcit.

616. *Humero quoque oſculum admotum.* R. Salom.

Humero quoque oſculum admouebatur. R. Salomō Iarchi explicans illa verba in quouis Cantico cap. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui,* ait enim, *Vtinam oſculetur me Rex Salomon oſculis oris ſui; hæc enim erat illius tempeſtatis conſuetudo cùm pleriſque alijs locis* OSCVLVM ADMOVEATVR MANVI, AVT HVMERO.

Oſculi ſitis in ſponſa. S. Ambroſ.

Hanc oſculi ſitim, quâ ſponſa corripiebatur, ita ex noſtris explicabat ſanctus Ambroſius lib. 10. epiſt. 89. *Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Diuturnæ enim cupiditatis ardorem, quem aduentus Dominici expectatione adoleuerat, oſculo eius volebat ſtillanter extinguere, hoc* EXPLERE SITIM *ſuam munere. Ideóque ſanctus ait, Os meum aperui, & annuntiaui laudem tuam.* Sanctus Gregorius cap. 1. in Cantic. ita ſponſi oſculo affectam ſponſam loquentem facit. *Cùm eius* OSCVLVM *ſentio,* SVBITA MVTATIONE *me derelinquo, & in eius ſimilitudinem illico liquefacta* TRANSFORMOR. & non transformabitur, qui à ſponſo oſculum non excipit tantùm, ſed ſponſum ipſum?

Qui oſculum ſponſi excipit totus in ſponſum transformatur. S. Gregor.

Solius Eccleſiæ oſculum, non Synagogæ. S. Auguſt.

Solius Eccleſiæ eſſe proprium oſculum, non Synagogæ, aſſerit ſanctus Auguſtinus lib. 10. epiſt. 89. *Sola Eccleſia habet* OSCVLA *quaſi ſponſa, oſculum enim pignus eſt nuptiarum, & prærogatiua coniugij; vnde Iudæo oſcula qui non credit in ſponſum?*

De ſpiritali oſculo ita loquitur Guillelmus 617.

Spiritualis uſus vu. Gulielm.

Abbas in meditat. *Qui ſe dulcius* OSCVLANTVR, *mutuos ſibi ſuos ſpiritus dulcius infundunt; quorum quibuſdam odoribus dulce habent perfundi; accipe tibi Domine, nec reſpuas totum ſpiritum meum, quem totum in te effundo, qui totus olet, infunde mihi totum tuum, qui totus quidem redolet, vt de tui ſuauitate meus vltra non oleat; & tui dulcis odor ô dulciſſime ſemper interius in me permaneat.*

Formoſorum oſcula à puritate aliena magis, quàm morſus animalium vitanda. S. Baſil.

Formoſorum oſcula à puritate aliena, tanquam morſus animalium venenatorum viranda, tradit ſanctus Baſilius lib. 3. de vera virginitate. FORMOSORVM OSCVLA *cauere oportet, non ſecus quàm animalium venenatorum morſus, diffunditur enim virus ex oſculo per omne corpus.*

Per meretricium oſculum mors intrat. S. Ambr.

Per meretricium oſculum mortem intrare, monebat ſanctus Ambroſius, cuius hæc ſunt verba in Pſalm. 118. 5. *Intrat mors* PER OSCVLA, *& ideo caue ne te laquei labiorum ſuorum alligent. Intrat mors ſi meretrix te oſculetur. Ergo vita intrabit ſi filius Dei oſculetur; hinc Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui.*

618. *Oſculum ab amore vt diſcriminatur.* Philo.

Oſculum ab amore ita diſcriminat Philo lib. Quis rerum diuinarum hæres, dum ait. *Moſes interpretatur ab oſculo; differre autem ab* AMORE OSCVLVM, *nam ille eſt animarum coniunctarum per mutuam beneuolentiam: hoc autem nudam ſalutationem habent ſuperficietenus in occurſu fortuito.*

Mentis animique oſcula. S. Chryſ.

Et verò habemus etiam mentis, animíque oſcula. Ruricius lib. 2. epiſt. 8. ait, *Illic te* LABIIS MENTIS EXOSCVLOR. Sanctus Chryſoſtomus, anima maleolenti non eſſe Chriſtum deoſculandum, inclamabat his verbis hom. 3. in epiſt. 1. ad Epheſios. *Regem quidem ore maleolente* DEOSCVLARI NOLVERIS; *cœli autem Regem fœtenti, & maleolenti anima oſcularis, eſt contumelia.* In eamdem ſententiam hom. 61. ad populum ita ſcribit: *Et quomodo Chriſti aſſiſtes tribunali, ſceleſtis manibus, & labijs ipſum corpus impetens? Et fœtenti quidem ore tuo Regem oſculari non eligeres; Regem verò cœli fœtente anima deoſcularis? factum hoc eſt contumelia.*

Oſculum ad medicinam. S. Petr. Dam.

Oſculo cuiuſdam inſaniem ſanauit ſanctus Romualdus, vt refert in eius vita ſanctus Petrus Damianus cap. 54. hîc impuro hoc oſculo inſania proditur, proditur impudentia magna.

CAPVT LXIII.

Varij ritus circa ſacræ Euchariſtiæ cultum, eſúmque litteris conſignantur.

Fidelium lætitia in Euchariſtiæ adſpectu.

Cur panis aliquid in terram decuti *anxiè patiantur fideles.*

Manus eleuata *cùm Euchariſtia populo oſtenderetur.*

Deuotionis cauſa aliqui tabernaculi labia *adprimebant.*

Campanulæ vſus *in eleuatione Euchariſtia.*

Confeſſionis, *&* Euchariſtiæ *ſacramenta vt infirmis iniuncta*

Dominici corporis adſpectu, *vt quadam recrearetur.*

Labor *in corporalibus conficiendus laudatus.*

Olim tota hebdomada ſancta à ſeruilibus operibus *abſtinebant.*

Mos manu excipiendi *corporis Dominici, vnde ortum habuerit.*

Perſtrictæ mulieres, *quæ ijs manibus faciem ſibi pingebant, quibus Chriſti corpus excipere conſueuerant.*

619. *Fidelium lætitia in Euchariſtia adſpectu.*

FIDELES priſci æui cùm Euchariſtiæ accipiendæ contrectandæ, aut ſacrificandæ occaſio dabatur, incredibili quodam gaudio, atque lætitia perfundebantur, omnem triſtitiam ponebant, omnem mœrorem; hinc factum, vt inter ſolemnia ieiunia, quibus nihil cibi in die ſumebatur, Euchariſtiam non cernerent, non contrectarent, ſumeréntque, ac ſi non cohæreret rem adeò lætam ieiuniarum mœrore miſcere, hinc & Tertull. lib. de Bapriſmo *neceſſarium gaudium* vocat, quòd ex Euchariſtia percipiebatur, *Quid impedit*, inquit, *niſi neceſſitas* GAVDII; quibus docet Chriſtianos olim ſumma lætitia ad Euchariſtiam correptos, eámque lætitiam feciſſe, quo minus à Paſchate vſque ad Pentecoſtes ieiunaret, huc facit & illud Zonaræ, *Sacrificare Deo feſtiua celebritatis eſt, ea verò celebritas hilaritatis, atque* LÆTITIÆ, *vt quo pacto mœrori quiſpiam, ac lachrymis indulgere, idémque ſimul exultare lætitia, ac triumphare gaudio queat.*

Tertull.

Zonaras.

Cur panis aliquid in terrã decuti anxiè paterentur fideles. Tertull.

Placet in hac re pium illorum inſtitutum, piæ mens, qui ob Euchariſtiæ memoriam communem etiam panem non niſi reuerenter tractabant, & ægrè humi decidere patiebantur. Huc ſpectabat Tertullianus de corona militis cap. 3. dum ait: *Calicis, aut panis etiam noſtri aliquid* DECVTI IN TERRAM *anxiè patimur*; ſignatè autem *noſtri* dixit, ad diſtinctionem euchariſtici, ſed tamen in illius reſpectum.

Manus eleuata cùm euchariſtia populo oſtenderetur. Steph. Dur.

Manus olim eleuabant, cum Euchariſtia populo adoranda exponebatur; meminit huius ritus Stephanus Durantius lib. 4. de ritibus Eccleſiæ, fors & Tertullianus de ſpectaculis cap. 13. hoc innuebat cùm dixit: *Quale eſt de Eccleſia Dei, in Diaboli Eccleſiam tendere.* ILLA MANVS, QVAS AD DOMINVM EXTVLERIS, *poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare? Ex ore quo Amen ſanctum protuleris gladiatori teſtimonium reddere?* In poſtremis verbis adludit ad veterem morem, quo poſt formulam, qua vtebatur Sacerdos in porrectione Euchariſtiæ ille, qui accipiebat, reſpondebat, *Amen.*

620. *Deuotionis cauſa aliqui tabernaculi oſtio labia adprimebant.* Thom. à Kemp.

Aliquos deuotionis ſpiritu actos labia adpreſſiſſe reperio oſtio tabernaculi, in quo ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum ſeruabatur, cùm altare prius circuiuiſſent, quod antiqui moris fuiſſe alibi fusè oſtendi; de quodam graui dolore corripiebatur, & Eccleſiam adierat leniendi doloris cauſa, ita ſcribir Thomas à Kempis part. 1. ſerm. 30. exemp. 2. *Frater quidam ſenior in conuentu noſtro, quodam tempore graui dolore viſcerum torquebatur, vt nec ſedere, nec quietè dormire poſſet præ dolore, quem intus patiebatur. Cúmque per totam noctem, & ferè vſque ad meridiem ſic grauaretur, nunc iacens, nunc ſe erigens, leuamen quæreret, nec remedium inueniſſet, venit ad eum quidam laicus deuotus viſitandi gratia, & compatiens ei dixit conſolando: Surgatis, & veniatis mecum ad ignem, ſpero quòd vobis proderit, ſicut etiam expertus ſum in me ipſo, & in alijs hac paſſione grauatis. Acquieuit illico frater monitus, & deſcendit de dormitorio doloribus nondum mitigatus. Veniens ergo*

ad

ad ianuam chori, aperuit ianuam, cupiens inuocare auxilium Domini. Intrauit itaque chorum, & proſtrauit ſe flexis genibus ante ſummum Altare ſuper ſcabellum in præſentia ſacramenti. Cúmque cœpiſſet orare in conſpectu Domini, & ante ſacras reliquias in altari concluſas, paulatim dolor quieuit, & accepta fiducia, prolixiùs orabat, donec omnis dolor ceſſaret. Tunc ſurgens, gratias egit Deo, & Sanctis eius, & ſancto Pantaleoni martyri Chriſti, cuius tunc feſtum erat, & quem ſincero corde diligebat. Poſtea cum lætitia mentis altare circuiens, & OSTIVM SACRAMENTI DEVOTE OSCVLANS, *deſcendit ad reliqua altaria in Eccleſia poſita, orans, & gratias agens, in tantúmque conualuit, vt cum fratribus ad laborem, & ad chorum eodem die tranſire poſſet.*

621. *Campanulæ vſus in eleuatione Euchariſtiæ.* Arnold.

Beatus Guido ex Abbate Ciſtertij, Archiepiſcopus Rhemenſis, ac ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, in Germaniam Legatus miſſus in incruentæ hoſtiæ deuotionem ſonitum campanulæ inſtituit. Ligno vitæ id deſcribit Arnoldus. *Duo, eaque hactenus inaudita, ſua ſancta inuentione, Eccleſiæ beneficia intulit. Miſſus namque aliquando Coloniam, vt Ottonis electionem confirmaret, optimam illic conſuetudinem induxit, eámque ſuo præcepto firmauit (Legatus enim erat Pontificis à latere) videlicet vt ad eleuationem hoſtiæ ſacroſanctæ omnis populus in Eccleſia conſtitutus, ad ſonum campanulæ, quam hac de cauſa altari affigi iuſſit, veniam peteret, ſicque vſque ad calicis benedictionem proſtratus iaceret. Præcepit etiam idem Cardinalis vt quotiens venerabile altaris ſacramentum ad infirmum deferendum eſſet, ſcholaris, ſiue campanarius Sacerdotem præcedens, per nolam illud proderet, ſicque omnis populus, tam in plateis, quàm in domibus, Chriſtum tranſeuntem adoraret. Quid hac inuentione glorioſius? quid hac conſuetudine laudabilius? quid hoc ſanctius inſtituto? quod & vſque modò in Eccleſia permanet, & in veteri Teſtamento fuerat adumbratum.*

Cæſarius.

Huius rei mentio fit etiam à Cæſario lib. 9 cap. 51. *Tempore ſchiſmatis inter Philippum, & Ottonem, Dominus VVido Cardinalis, aliquando Abbas Ciſtercienſis, cùm miſſus fuiſſet Coloniam ad confirmandam electionem Ottonis, bonam illic conſuetudinem inſtituit, præcepit enim, vt ad eleuationem hoſtiæ omnis populus in Eccleſia ad ſonitum nolæ veniam peteret, ſicque vſque ad Calicis benedictionem proſtratus iaceret. Præcepit etiam idem Cardinalis, vt quoties deferendum eſſet ad infirmum, ſcholaris, ſiue campanarius, Sacerdotem præcedens per nolam illud proderet, ſicque omnis populus, tam in ſtratis, quàm in domibus, Chriſtum adoraret.*

Confeſſionis, & Euchariſtiæ ſacramenta, vt infirmis iniuncta. Stat.

Confeſſionis, & Euchariſtiæ ſacramenta ita infirmis iniungunt ſtatuta Hoſpitalis Ieruſalem tit. 4. num. 16. *Statuimus, quòd omnes fratres, qui ad infirmariã noſtram ægroti accedunt, vt illic curẽtur, &c. in ipſo infirmariæ ingreſſu, & antequam prætereant horæ 24. confiteri, & Euchariſtiæ ſanctum ſacramentum ſumere teneantur. Deinde diſpropriamentum, id eſt, rerum ſuarum declarationem conficere: cui ſigillo Prioris infirmariæ corroboratæ plena fides adhibeatur. Si verò id facere recuſauerint, elapſo dicto horarum ſpatio ab infirmaria eijciantur, nec eis neceſſaria miniſtrentur. Præcipientes, vt infirmarius habere teneatur ad miniſterium dictæ infirmariæ famulos bonæ famæ, & diligentes, ac ſufficienti numero ad obſequium ægrotantium tantùm, ac duas mulieres honeſtas pro expoſitis infantibus nutriendis, qui omnes Chriſtiani exiſtant.*

622. *Dominici corporis adſpectu, vt quadã recrearetur.* Acta.

Quàm corporis Chriſti aſpectu recrearetur B. Margarita Hungarorum Regis filia, apparet ex eo quòd poſt communionem ipſa actitabat; rem his verbis habet auctor illius vitæ apud Surium 28. ſanctar. *Poſt acceptam Euchariſtiam tenebat ab vna parte mappulam ante facies ad communionem accedentium, hoc fine, vt videret identidem corpus Chriſti.* Vbi interim vides mappulas adhibitas, vt hodie fit, maximè dum Religioſi ſacrum Chriſti corpus excipiunt.

Labor in corporalibus cõficiendis laudatus. Acta.

Laudandus in hac re labor ſanctæ Claræ Virginis, auctor vitæ illius hæc habet. *Quantus Beata Clara ad altaris ſacramentum fuerit deuotionis affectus oſtendit. In illa graui infirmitate, quæ eam grabato adſcripſerat, faciebat ſe erigi, & fulcimentis appoſitis ſuſtentari; & ſedens ſilabat delicatiſſimos pannos: de quibus vltra quinquaginta paria corporalium faciens, & ea ſericis, vel purpureis thecis includens per plana, & montana Aſſiſij varijs Eccleſijs deſtinabat.*

Olim tota Hebdomada ſancta à ſeruilibus operibus abſtinebant. S. Antonin.

Olim tota Hebdomada ſancta à ſeruilibus operibus abſtinebant fideles, vt ſacræ Euchariſtiæ excipiendæ ſe pararent. pij iſtius ritus meminit ſanctus Antoninus 1. p. tit. 14. cap. 5. v. 7. *Antiqui fideles per totam Septimanam ſanctam ceſſabant ab operibus, vt patet de conſecrat. diſt. 3. cap. pronuntiandum, vt ſe cum ſumma diligentia præparare poſſent ad communionem, & per ſeptimanam etiam Paſchæ, etiam ſequentem ad referendum gratias Deo de tanto beneficio.* Per totam Paſchæ octauam ſingulis diebus habitas ad populum publicè conciones alibi notaui.

623. *Mos manu excipiẽdi corporis Dominici, vnde ortum habuerit.* S. Baſil.

Vnde ortum habuerit, & quantum ſe porrexerit ritus ille, quo olim communicaturi manu Dominicum corpus excipiebant, colligi ex his verbis poteſt, quæ habet ſanctus Baſilius epiſt. 289. *Quoniam per tempora illa perſecutionum, cogebantur homines neceſſariò Sacerdote, vel miniſtro non præſente, proprijs manibus percipere communionem, non eſt niſi ſuperuacuum, vt demonſtrem illam ipſam rem non eſſe grauiter, & iniquè ferendam, eo quod inueterata conſuetudo, hoc ipſum re ipſa confirmatum dederat, nam & illi omnes qui per eremos vitam monaſticam inſtituunt, vbi copia non ſuppetit Sacerdotis, cùm habeant domi communionem, de ſuis manibus illam percipiunt. Alexandriæ autem, & per Ægyptum, vnuſquiſque etiam de plebe, vt plurimùm, habet domi ſuæ communionem. Nam cùm ſemel, Sacerdos ſacrificium peragat, & diſtribuat, qui ſuſceperit illud integrum ſimul, & quotidie de illa ſumpſerit, quam à dante acceperat Sacerdote, credere debet, & tenetur, nec iniuria ſe eamdem ſuſcipere, & percipere. Nam & in Eccleſia ipſa Sacerdos partem aliquam in manus tradit, & illam apprehendit, qui percipit cum omni libera poteſtate, atque ita ſuis proprijs manibus eamdem ſuo ori admotam ingerit. Idem igitur quo ad poteſtatem eſt, ſiue quis de manu Sacerdotis partem vnam aliquam percipiat, ſiue partes ſimul quamplurimas.*

Perſtrictæ mulieres, quæ ijs manibus faciem ſibi pingebãt quibus Chriſti corpus excipere conſueuerant. S. Greg. Naz.

Ab hoc more arguit ſanctus Gregorius Nazianzenus mulieres, qui eas manus faciei pingendæ excolendæque pulchritudini admouebant, quas ad myſticum extenderant cibum; ſic ille ſcribit tract. aduerſùs mulieres ſtudioſiùs ſe ſe exornantes, & excolentes. *Non horreſcunt manus, cùm eas ad myſticum cibum extendis, quibus tu luctuoſam pulchritudinem pingis? iam quomodo Martyribus, quibus populus in pretioſi ſanguinis honorem, & venerationem choreas agminatim inſtituit, faciem vulgus ineſcantem geris, non ſecus, ac forum quoddam in medio vrbium populares attrahens, aut velut ferarum oſtenſores, qui ſerpentes è tenebroſis cubilibus ſuis trepida manu proferunt.*

CAPVT

CAPVT LXIV.

Alij ritus circa ſacram Euchariſtiam, eiúſque cultum.

Quidam eos, qui communicare volentes introducebat.

Suſpectis de crimine *vt ſe purgarent dabatur Euchariſtia.*

Manus illuſtres, *quæ hoc ſacramentum contrectabant.*

Nuda manu *Euchariſtiam excipere mulieribus inhibitum.*

Dominicale *excipienda Euchariſtia mulieres deferebant.*

Mulieres nuda manu *contingere Chriſti corpus non poterant.*

Manu ſiniſtra *dextera ſubiecta ſacram Euchariſtiam excipiebant viri non diſiunctis digitis.*

Manibus in crucis formam *Chriſti corpus excipiebant viri.*

Euchariſtia cordi *admota* viſcera *penetrauit.*

Chriſti corpus palla inuolutum ad collum appenſum *aliquando deferebant.*

Molâ *ad collum* alligatâ *in mare mergi ſatius eſſet, quàm indignè ſumere* Chriſti corpus.

Clauſis oculis *apte Euchariſtiam procidere aliquorum mos.*

In communione ſuus cuique locus *aſſignatus, alius Sacerdoti, alius Clero, alius populo.*

Hoſtia *quæ in* viaticum *exhibebatur cur ſanguine tincta porrigeretur.*

Extremæ vnctionis *ſacramentum ante Euchariſtiam exhibitum.*

Euchariſtia vt ſeruetur *apud Moſcouitas infirmis.*

Mortuis *Euchariſtiam tradì inhibitum.*

Cautum olim ne conſecrationis verba *vulgò reuelarentur.*

624. *Quidam cõmunicare volentes introducebat.*

HIc vno veluti faſce plura complectar, & docto pióque lectori offeram, ne dum ſingulis opportuniorem locum aſſigno, pleraque depereant, quæ ſemper opportuna dum traduntur, opportunè exhibentur dum exhibeantur. Olim aliquis etiam præficiebatur huic muneri, vt ſcilicet ſacra communione ſaginãdos introduceret; indicat iſtuc Gregorius Codinus lib. de off. Conſtantinop. cap. 1. num. 17. *Præfectus Antimenſij eos, qui ſanctam communionem percipere volunt, introducit.*

Greg. Cod.

Suſpectis de crimine vt ſe purgarent dabatur Euchariſtia.

Suſpectis de crimine, vt purgarent, dabatur olim ſacra Euchariſtia, Concilium VVormatienſe ſub annum 810. *Sæpè contigit, vt in monaſterijs furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi fratres* DE TALIBVS SE EXPVRGARE DEBEANT, *Miſſa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipſe Abbas præceperit præſentibus fratribus, & ſic in vltima Miſſæ celebratione pro expurgatione ſua corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita ſe eſſe innocentes oſtendant.*

Côc. VVorm.

625. *Manus illuſtres, quæ hoc ſacramentum contrectabãt.* S. Cypr.

Manus illuſtres vocatas obſeruo, quibus ſacratiſſimum Chriſti corpus olim à fidelibus excipiebatur; hoc eas titulo donat ſanctus Cyprianus ſerm. 5. de lapſis: ILLVSTRES, inquit, *manus, quæ non niſi diuinis operibus aſſueuerant, ſacrificijs ſacrilegis reſtiterunt.*

Nuda manu Euchariſtiam excipere mulieribus inhibitum. Conc. Antiſ.

Licèt olim Euchariſtia fidelium manu exciperetur, mulieri tamen laude licebat nuda illam manu accipere, hoc enim lege inhibebatur; hinc illud Concilij Antiſiodorenſis canone 36. *Non licet* MVLIERI NVDA *manu Euchariſtiam accipere.* Addit canone 37. Nefas mulieri fuiſſe manum ad pallam Dominicam mittere.

Dominicale excipienda Euchariſtia mulieres deferebant. Conc. Antiſ.

Cùm mulier nuda manu accipere Euchariſtiam non poſſet, ſine Dominicali accedere non debebat, quod habet Concilium Antiſiodorenſe can. 42. dum ait: *Vt vnaquaque mulier quando communicat* DOMINICALE SVVM *habeat, quod ſi qua non habuerit, vſque in alium diem Dominicum non communicet*; erat autem Dominicale linteum quo excipiebatur corpus Dominicum.

626. *Mulieres nuda manu cõtingere Chriſti corpus non poterant.* Conc. Antiſ.

Olim non ore, ſed manu accipiebant ſacram Euchariſtiam, viri quidem nuda dextera ſuperpoſita ſiniſtris per modum Crucis, vnde & manus priùs lauabant; fœminæ verò manu velata nudo linteo, quod *Dominicale* vocabatur; nuda quippe manu corpus Domini contingere non poterant mulieres, vt ſuperiùs diximus.

Manu ſiniſtra dextera ſubiecta ſacram Euchariſtiam excipiebant viri non diſiunctis digitis. S. Cyr. Hier.

Quæ dixi de manibus in crucis figuram efformati ſolitis à viris, tradit ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſ. 5. *Accedens autem ad communionem, non expanſis manuum volis accede, neque cum diſiunctis digitis, ſed ſiniſtram veluti ſedem quandam ſubijcias dexteræ, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens, Amen.*

Manibus in crucis formã Chriſti corpus excipiebant viri. Syn. Conſt.

Quæ dixi de manibus formatis in modum crucis, tradit Synodus Conſtantin. VI. can. 101. hunc in modum. *Signis immaculati corporis in Synaxis tempore eſſe particeps voluerit, etiam antequam eius fiat communio, manus in* CRVCIS FORMAM *ſic accedat, & gratiæ communionem accipiat.* Deinde quiſque acceptam Euchariſtiam in os ingerebat.

Euchariſtiam cordi admotam viſcera ipſa penetraſſe lego. Alphonſus Salmeron tom. 9. tract. 31. rem his verbis narrat. *Religioſum quendam virum periculosè laborantem poſtulaſſe ſanctum viaticum: quod cùm allatum fuiſſet, & ob frequentem vomitum non poſſet aſſumere, ſed tantùm adorare, rogauit Sacerdotem, vt corpus Chriſti inuolutum ſacro linteolo cordi eius admoueret: quod cùm feciſſet Sacerdos, corpus* DOMINI PENETRAVIT IN COR EIVS, *& ita compos deſiderij ſui ex fide magna profecti, non minus quàm hæmorrhoiſſa tangens Domini fimbriam, factus eſt.*

627. *Chriſti corpus palla inuolutum ad collum appẽſum aliquãdo deferebant.* Acta.

Chriſti corpus in palla inuolutum ad collum appenſum quandoque deferebant. Acta ſancti Byrini apud Surium 3. Decembris: *Vrgente nauigationis articulo ad nauim feſtinans introducitur, & inſurgente vento dum alta ſulcarent pelagi, reminiſcitur Byrinus ſe rem præcipuè coràm amiſiſſe, & nautis vrgentibus impeditum, in littore vnde abſceſſerat reliquiſſe. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum, & ad collum ſuſpenſum ſemper ſecum ferebat, atque inter ſacranda ſacroſancta myſte-*

ria

ria ſuper ſanctum Altare ponere conſucuit. Fide igitur armatus in mare deſcendit, Deum auctorem habens per mare ſecurus incedit, & recepto quod reliq.erat, ad nauem regreditur. Offendit autem illam quaſi immobilem ſtantem, cùm paulò antè per vndas maris velociter currentem reliquiſſet: vt autem in eam ingreſſus eſt, nec vna quidem in veſtimento eius aquæ gutta deprehenſa eſt. Id nautæ videntes flexis genibus, tamquam Deum adorauerunt, & complures ex eis ad fidem Christi, prædicante illo verbum Dei, conuerſi ſunt.

Mola ad collum alligata in mare mergi ſatius eſſet, quã indignè ſumere Chriſti corpus.
S.Cypr.

Collo appenſum ſacrum Chriſti corpus fideles deferebant, ei verò, qui indignè accipit, meliùs erat, ſi mola aſinaria collo eius alligata in mare demergeretur; hinc illud ſancti Cypriani de Cœna Domini: *Melius erat mola aſinaria collo alligata mergi in pelagus, quam illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere.*

Clauſis oculis ante Euchariſtiam procedere aliquorum mos.

In Luſitania, vt ferunt, clauſis oculis ante Euchariſtiam ſolent procedere; ſed mentis oculos apertos habeot, oculata eſt fides, agnoſcit Dei filium in Euchariſtia latentem.

628. In communione ſuus cuique locus aſſignabatur, ſcilicet Sacerdos ante altare, Clerus in choro, populus ante Chorum Chriſti corpus excipere ſolebant decreto Concilij Toletani IV. cap. 18. *Sacerdos*, inquit, *& Leuita ante altare communicentur, in choro Clerus, ante chorum populus.*

In communione ſuus cuique locus aſſignatus, alius Sacerdoti, alius Clero, alius populo.
Conc. Tol.

Hoſtia quæ in viaticum exhibebatur cur ſanguini tincta porrigeretur.
Conc. Tur.

Sacra hoſtia, quæ in viaticum exhibebatur tingebatur olim Chriſti ſanguine. Concilium Turonenſe apud Iuonem Carnotenſem Epiſcopum: *Sacra*, inquit, *oblatio, quæ ad viaticum recedentibus de ſeculo reſeruatur, intincta debet eſſe ſanguine Chriſti, vt veraciter Presbyter dicere poſſit, corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti proficiat tibi in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. Amen.*

Extremæ vnctionis ſacramentum ante Euchariſtiam exhibitum.
Acta.

Plerumque extremæ vnctionis ſacramentum Euchariſtiæ præmittebatur, licèt idoneus vtrique recipiendo quis eſſet; de ſancto VVilhelmo Archiepiſcopo Bituricenſi ita ſcribit auctor eius vitæ. *Ereui in dies febris & ſanctum Pontificem egregiè exercuit. Denique quinto Idus Ianuarij, cùm iam omnibus ritè peractis etiam teſtamentum; multis aſſiſtentibus religioſis, & prudentibus viris, condidiſſet, fratribus conuocatis Extremæ vnctionis ſacramentum humiliter, ac deuotè percepit: eo percepto, etiam ſacroſanctam Euchariſtiam ſibi porrigi inſtantiſſimè poſtulauit, vt tanto itineris duce munitus, poſſet ſecurus hoſtium cuneos penetrare.*

629. Apud Moſcouitas erat hic mos, vt ſacramentum in hebdomada palmarum conſecratum in mundo vaſe ſeruent per totum annum, vt infirmis illud Sacerdos porrigat, ita in commentariis rerum Moſcouitarum legitur.

Euchariſtia vt ſeruetur apud Moſcouitas infirmis.

Mortuis Euchariſtiam tradi cur inhibitum.
Conc. Mat.

Euchariſtiam mortuis aliquando conſepultam alibi dixi, alibi probaui, cenſeo ad hunc ritum reſpicere Concilium Matiſconenſe, cùm tradi mortuis vetuit Euchariſtiam; ſic enim loquitur, *Non licet mortuis nec Euchariſtiam, nec oſculum tradi, nec velo, vel pallis corpora eorum inuolui.*

Cautum olim ne conſecrationis verba vulgo reuelarentur.
B. Albert.

Cautum olim lego, ne verba, quibus panis in Chriſti corpus, & vinum in ſanguinem conſecratur, populo proderentur; Beatus Albertus Magnus tract. 3. de Miſſa cap. 2. VERBA CONSECRATIONIS *vulgo non ſunt reuelanda.* Audio in Hiſpania alium nunc vſum vigere, cùm Sacerdotes in Miſſæ ſacrificio conſecrationis verba clara voce proferant vt exaudiri ab adſtantibus poſſint.

CAPVT LXV.

Quædam obſeruationes de Euchariſtiæ diſtributione, cultu, receptione.

Euchariſtia prius viris, *quàm* mulieribus *diſtribuenda.*

In diſtributione Euchariſtiæ gemina pyxis *adhibenda, vna qua viris Chriſti corpus offertur, altera qua fœminis.*

Formula *in diſtributione Euchariſtiæ ex verbis centurionis.*

Centutionis *humilitas.*

Sanctorum reliquiæ *cùm ſolemnis Dominici corporis proceſſio fit non deferendæ.*

Tintinnabulum *adhibitum in Dominici corporis delatione etiam intra templi ambitum.*

Presbyteri prædicabant mulieribus *vt ſacra* linteamina *pararent.*

Euchariſtici cibi adſpectu *à peccatis auocari quiſque debet.*

Chriſti pietas *dum ſe ſuorum* viſceribus *exhibet.*

Per cibum brutis par homo factus; per cibum alium *par* Angelis *fit.*

Crudam *euchariſtici* Agni carnem *comedit, qui de eius veritate ſubdubitat.*

Tamquam ſpiritales aues *in cælum euolent euchariſtica menſa conuiuæ.*

Hebræis manna tamquam infirmis *data eſt nobis tanquam fortibus panis.*

Lingua, quæ Dominico ſanguine rubeſcit, in Dei laudes *moueatur.*

EVCHARISTIA hoe ordine diſtribui debet, vt priùs viris Eccleſiaſticis offeratur, deinde laicis viris, poſtremò fœminis; acta Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 26. c. 21. ita loquuntur: *Is ordo præterea adhibeatur, vt primò eccleſiaſticis hominibus, ſuperpelliceo indutis, ſi verò Sacerdos quis eſt, ſtola etiam, deinde laicis* MARIBVS, TVM FOEMINIS *ſacra communio diſtribuatur;* licèt hic ordo inter fœminas, & viros non adeò religioſè ſeruetur, cùm promiſcuè ad ſacram menſam accedat ſexus vterque. 630.

Euchariſtia prius viris, quàm mulieribus diſtribuenda.
Acta Med.

Exacti ſacrarum ceremoniarum cuſtodes præcipiunt dum ſacra communio fit duas pyxides parari, quarum altera collocetur in parte, in qua degunt viri, altera in qua mulieres, & vtriſque Euchariſtia diſtribuatur; harum rerum peritiſſimus noſter Andreas Gaſtaldus in praxi cæremoniarum lib. 1. ſect. 1. cap. 2. ita ſcribit: *Diebus feſtis in maioribus Eccleſijs, quibus fideles ad ſacram communionem frequenter accedere ſolent, iuxta locorum conſuetudinem,* PRÆTER PYXIDEM, *quæ in cibario maiori Altaris quotidie conditur, cæremoniarius, vel duas alias præparabit, ſufficienti hoſtiarum quantitate, iuxta communicandorum numerum refertas, quarum alteram ad altare pro communione ad partem virorum paratam, alteram ad partem mulierum hora competenti deferat.*

In diſtributione Euchariſtiæ gemina pyxis adhibenda, vna qua viris Chriſti corpus offertur, altera qua fœminis.
S. And. Gaſt.

Formulam

631. *Formula in diſtributione Euchariſtiæ ex verbis Centurionis.* Orig.

Formulam illam in diſtributione Euchariſtiæ vſurpari ſolitam; *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*, ex Centurionis verbis Centurionis mente deſumendam etiam antiquiſſimus Origenes indicabat hom. 5. in diuerſos, dum ait: *Non ſum dignus appropinquatione, aſpectu, vel non ſum dignus acceſſu, vel introitu tuo. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Moyſes ille primus, magnus tuus confabulator, mirabilis tuorum narrator operum, fidelis in toto domo tua, nimium ſe humiliauit, dicens: Non ſum dignus ante heſternum, & tertium diem. Quanto magis ego dicam, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum? Alienigena ſum, Gentilis miles accinctus, ſanguinem fundens; ad prælium exiens, & ob hoc non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum; ſed tantùm dic verbo, ſed tantum veni verbo: verbum aſpectus tuus eſt, opúſque eſt conſummatum. Quamobrem dic verbo, oſtende abſens corpore, quod præſens ſpiritu conſummare potes; vbique indeficiens præſentia, vbique præſens tuus aſpectus. Idcirco ego acceſſu, & introitu tuo indignus ſum, & iſte infirmus verbi tui viſitatione indiget, & hac de cauſa dic verbo, & ſanabitur puer meus. Sed & hoc nullum noſtrum pertranſeat, ſicut puſillum aliquid, quod dixit iſte Centurio: non ſum dignus vt ſub tectum meum intres. Intrat & nunc Dominus ſub tectum credentium duplici figura, vel more. Nunc enim quando ſancti, & Deo acceptabiles Eccleſiarum Antiſtites ſub tectum meum intrant, tum ibidem per eos Dominus ingreditur. Et tu ſic exiſtimes tanquam Dominum ſuſcipiens. Et aliud; quando ſanctum cibum, illúdque incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane, & poculo frueris, manducas, & bibis corpus, & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum meum ingreditur. Et tu ergo humilians temetipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.*

Centurionis humilitas.

Sanctorum reliquiæ cùm ſolemnis Dominici corporis proceſſio fit non deferendæ. Acta Med.

Sanctorum lipſana, & reliquiæ deferri tunc non debent, cùm ſolemnis Dominici corporis proceſſio fit; hinc illud in actis Eccleſiæ Mediol. lib. 4. tit. 7. cap. 9. *In ſolemni illa proceſſione, in qua ſanctiſſimum Domini corpus per vrbem religioſo cultu defertur, ne reliquiæ vllæ, ſed illud ſolum, vti veteris inſtituti, Eccleſiæque Romanæ fratris conſuetudinis eſt, pio, religioſóque apparatu, ſolemnique celebritate feratur.*

632. *Tintinnabulū adhibitum in Dominici corporis delatione etiam intra templi ambitum.* And Gaſt.

Tintinnabulum adhiberi ſolitum obſeruo etiam cùm intra templi limites, auguſtiſſima Euchariſtia ab vno loco transfertur ad alium; vt qui adeunt ſonitu, ad tanti ſacramenti adorationem excitentur; quod præſertim præſtandum eùm interiectum ſpatium, per quod deferendum, productius eſt; meminit huius ritus noſter doctiſſimus Pater D. Andreas Gaſtaldus in ſua praxi ceremoniarum lib. 1. ſect. 3. cap. 2. vbi & alios ritus in hac ſacramenti delatione ſeruandos ob oculos nobis ponit in hæc verba: *Cùm transferendum eſt ſacramentum ad Altaria, omnibus à miniſtro in Altari paratis, lotis priùs manibus, ſuperpelliceo indutus, ac ſtola coloris tempori, & officio congruentis, velóque oblongo ſuper humeros impoſito, adſtantibus quatuor, vel ad minus duobus Acolythis cum intorſtitijs, oſtiolum tabernaculi aperiet, factáque genu flexione, pyxidem paruo conopeo eiuſdem coloris cum reliquis paramentis, auróque intexto ſiniſtra velo tecta accipiet, dextera verò eiuſdem veli extremitatem conteget, vtraque manu ipſam ante oculos eleuatam tenens ad locum deſignatum, præcedentibus Acolythis cum intorſtitijs transferet. Interim ſubmiſſa voce alternatim cum ipſis Pſalmos, & Hymnos deuotè recitabit, nihil per viam attendens. Et ſi per Eccleſiam longo ſpatio ſit procedendum, præcedat etiam Acolythus cum tintinnabulo, quo omnes ad tantum ſacramentum venerandum præmoueantur, prout in Eccleſia ſancti Petri ſeruatur; ad locum præparatum perueniens ſupra corporale intra paruum tabernaculum reponet, ac ſtatim genuflectet, oſtiúmque claudet, & tunc depoſito velo, iunctis manibus, altero tantùm Acolytho ſine intorſtitijs præcedente reuertetur eodem quoque modo, & ordine poſt Miſſas ad Altare maius ipſum ſacramentum reportabit.*

Presbyteri prædicabant mulieribus vt ſacra linteamina pararent. Cap. Car.

Presbyterorum olim erat fœminas hortari, vt linteamina, quæ in altarium apparatu adhibebantur, præpararent; Capitula Karoli Magni lib. 1. num. 152. ſic decernunt. *Vt Presbyteri per parochias ſuas fœminis prædicent, vt* LINTEAMINA *altaribus præparent*; meliùs operam ſuam mulieres collocarent, ſi ſacris inſeruirent, nec ſuæ vanitati totas ſe, ſuóſque labores ſacrarent.

633. *Euchariſtici cibi adſpectu à peccatis auocari quiſque debet.* Gen. 2. 9.

Ingens piaculum primi hominis fuit manum ad cibum vetitum porrigere, quia nimirum id Deus inhibuerat, ſed crimini pondus addidit ligni vitæ, & ligni ſcientiæ boni, & mali vicinitas, nam cùm iuxtà eſſent hæc duo arborum genera, vt indicat Moſes Gen. 2. 9. *Lignum vitæ in medio Paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni, & mali*; debebat ligni vitæ adſpectu, & fruendi cupiditate à ligno ſcientiæ boni, & mali manum reuocare; quòd ſi in vitæ lignum, ex aliquorum ſententia Euchariſtiæ figuram videamus, multorum inſania, & proiecta temeritas notatur, qui euchariſticas epulas intuentur, & vicinas contemplantur, & harum contemptu manum ad cibos extendunt, quos Deus prohibet mundus offert, vt iure ille inclamarit: *Proh mortalium ſtultitiam, qui iuxta euchariſticas delitias terrenis inhiant, quin & inhibitis, & vitalibus delitijs repudiatis, illas quærunt, quæ vitam auferunt.*

Chriſti pietas dum ſe ipſum viſceribus exhibet.

Vedius Pollio ſeruos murænis deuorandos obiiciebat, vt ipſe poſtea murænas deuorans, & mancipia deuoraret, ſic enim de illo ſcribit Tertullianus lib. de pallio cap. 8. *Immergo æquè ſcalpellum acerbitati ei, qua Vedius Pollio ſeruos murænis inuadendos obiectabat; vt in viſceribus earum aliquid de ſeruorum ſuorum corporibus & ipſe guſtaret.* Magnæ crudelitatis genus in viſcera traiicere homines, hominem miſericordiæ viſcerum expertem; alia Dei noſtri mens, inauditæ pietatis excogitatus, ſeruorum ſe viſceribus Dominus exhibet, deglutiri vult, ac manducari.

634. *Per cibum brutis par homo, per cibum par Angelis fit.* Gen. 1. 29.

In prima mundi molitione homini Deus cibum aſſignans à beſtiis illum non ſeiungit, parem vtriſque eſcam præparauit, & iumentis, & homini paria fercula exhibentur, Gen. 1. 29. nimirum tacitè indicabatur per cibum eò hominem deuenturum, vt par iumentis fieret; in euchariſtico cibo aliter ſe res habet, nam illius eſu par Angelis, par Deo fit; hinc illud illius: *Per cibum ſimilis iumentis factus eſt homo, per cibum, quem in Euchariſtia accipit, fit Angelis ſimilis, ſimilis Deo.*

Crudam euchariſtici Agni carnem comedit qui de eius veritate ſubdubitat. Cæſar.

Crudam euchariſtici Agni carnem comedit, qui de Euchariſtiæ ſacramento ſubdubitat, huc facit illud, quod narrat bonus auctor Cæſarius lib. 9. cap. 5. in hæc verba: *Nondum puto duos annos eſſe elapſos, quòd Sacerdos quidam de ſacramento corporis Chriſti dubitans, in caſtro, cui nomen VVakindiſburg, celebrauit, qui cùm in canone de tam mirabili conuerſione panis in corpus Chriſti hæſitaret, Dominus ei in hoſtia carnem crudam oſtendit.*

Ex

Tanquam ſpirituales aues in cælũ euolent euchariſtica menſa conuiuæ. Gen. 1.22. Anon.

Ex multorum ſententia dies ille quintus, qui in prima mundi molitione recenſetur, reſpondet quintæ diei, qua Chriſtus inſtituit venerabile Euchariſtiæ ſacramentum; ſed hîc aliquis reponat, cùm in illo dictum ſit: *Aues multiplicentur ſuper terram*, Geneſ. 1. 22. quî in hac re iſte cum illo cohæret? cohæret, quia & in euchariſtica menſa alas emittunt fideles, quibus in ſublimia euolant, vt aues, voluetéſque referre videantur. Benè ille: *In ſublimen* non ſemel ferri viſa ſunt dignè communicantium corpora, ſed mente id ſemper fit, vt alas quodammodo tanquam aues induant, qui Euchariſtiæ ſacramento fruuntur.

Hebræis manna tanquam infirmis data eſt, nobis tanquam fortibus panis. S. Zeno.

635\. Manna Hebræis tamquam infirmis, debilibúſque Deus exhibuit, nobis tamquam fortibus cœleſtem panem; id quod innuebat S. Zeno ſerm. 6. de Exodo: *Infirmis, ac languidis manna teneritudinem irrorauit; non enim erant idonei, & digni, qui cæleſtis panis perpetua ſoliditate fruerentur*; Chriſtianis hic cibus ſeruabatur.

Lingua quæ Dominico ſanguine rubeſcit in Dei laudes moueatur. Gen. 1. 22. Anon.

Benedictio prima, quam dediſſe Deum creaturis legimus, fuit illa, qua die quinta piſcibus benedixit; Geneſ. 1. 22. quinta illa dies fuit figura quintæ diei, in qua Chriſtus ab hoc mundo abiturus ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit; quod nimirum vera, & plena benedictio eſt; congruit cum hoc die benedictio, quia Dei exemplo nos quoque in Dei benedictionem linguam noſtram debemus efformare, vt qui euchariſticas epulas deguſtat, noxia, & maledicta verba non euomat, ſed ſancta, ſed ſalutaria, ſed diuinis laudibus grauida. verus ille: *Lingua quæ Dominici ſanguinis purpura rubeſcit,* IN DEI LAVDEM *ita moueatur, vt nihil aliud ſapere videatur, quàm creatoris ſui bonitatem benedicere, & efferre*; à quo longiſſimè abeunt, qui vix excepta Euchariſtia maledictiones euomunt, & verba amarulenta.

EXCVRSVS XLVI.

Medica virtute præditus Agnus euchariſticus.

Medicina *nobis facta eſt Chriſti caro.*
Euchariſtia ſacramentum ſalutare medicamentum.
Agni euchariſtici carnes medica virtute *prædita.*
Medica *hæc* virtus *medicinis omnibus præſtantior.*
Fimbriæ *exemplo res confirmata.*
Ad ſalutem *quàm opportunus Dominici corporis eſus.*
Cur Chriſti corpus tractantes non curentur, *cùm curata mulier fuerit ſolius fimbriæ contactu.*
Mulier in fimbria *vulneri medicinam reperit, plerique medicina vulnus.*
In hoc ſacramento morborum omnium *latet medicina.*
Puram Chriſti carnem edimus, vt peccati expertes *viuamus.*
Omnibus animæ morbis *quî euchariſtico cibo occurrendum.*
Euchariſtia in quonã ipsâ cruce *efficacior ſit.*
Medica *Dominici ſanguinis* virtus *vt explicata.*
Spiritualis languoris medicina, *& paſſionum frænum Euchariſtia.*
Euchariſtica menſæ dulcedo *malorum deſideriorum* medicina.
Sedandæ concupiſcentiæ remedium *euchariſticum manna.*

636\. Medicina nobis facta eſt caro Chriſti, cùm caro noſtra nobis eſſet venenum; ſanctus Ambroſius in Pſalm 37. ANTIDOTVM FACTA EST CARO, *quæ erat venenum ante peccati, quia erat illecebra peccatorum. Audi quemadmodum antidotum caro; Dei verbum factum eſt caro, miſit manum in cauernam aſpidum. venenum euacuauit, peccatum abſtulit, id eſt, de peccato damnauit peccatum in carne.*

Medicina nobis facta eſt Chriſti caro. S. Ambr.

Medicam contra infirmitates omnes habere virtutem ſacrum iſtuc ſacramentum, docuit peritus in Chriſti ſchola medicus ſanctus Cyprianus in Cœna Domini, dum ait: *Panis iſte ſuperſubſtantialis, & calix benedictione ſolemni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutémque profecit, ſimul* MEDICAMENTVM, *& holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens.*

Euchariſtia ſacramentum ſalutare medicamentum. S. Cypr.

Euchariſtici Agni carnes ita cibum animæ exhibent, vt ſint etiam medicina, hinc illud S. Thomæ opuſc. 58. c. 1. *Tertia inſtitutionis cauſa eſt cibus hominis. Cibus, inquam,* MEDICINALIS *contra pomi mortiferi corruptionem, quæ tam praua infuſa eſt per primos parentes humano generi vt eſſet incurabilis niſi ſubuenirent medicina optima, quam poſſet facere prudẽtia Dei Eccleſ. 38. Altiſſimus de terra id eſt, carne Virginis, creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Amb. Corporis Chriſti medicina ſpiritualis eſt, quæ cum reuerentia deguſtata ſibi deuotos purificat.*

Agni euchariſtici carnes medica virtute prædita. S. Thom.

637\. De medica carnis Dominicæ virtute medicinis omnibus efficaciori ita diſſerit Anonymus auctor tract. 1. de Miſſa: *Si carni, ſeu pinguedini ſerpentinæ, de qua* THERIACA *conficitur, conceſſit virtutem effugandi venena, quanto fortior ſuæ carni virtutem præſtitit eijciendi vitia, atque peccata, & omnia temperamenta. Si ligno vitæ vim perpetrandi vitam contulit in Paradiſo, quomodo non caro vita cuncta viuificet. Rurſus ſi herba peonia, ac iaſpidi dedit virtutem fugandi phantaſmata, verbis quoque exorciſmorum quorumdam donauit virtutem arcendi Dæmones; quomodo verbum æternum per quod facta ſunt omnia, carnem à ſe aſſumptam non illuſtrauit cunctis virtutibus noſtri ſaluti expedientibus?*

Medica hæc virtus medicinis omnibus præſtantior. Anon.

Rem fimbriæ exemplo confirmat, quæ contacta ſanitatem reſtituit, Matth. 9. pij auctoris verba audiamus: *Si fimbria veſtimenti ſui hoc tribuit, vt eius attactu hæmorrhoiſſa ſanaretur; imò omnes qui tangebant eam curarentur à languoribus, quid* VIRTVTIS *& eminentiæ credendum eſt ſuperbenedicto corpori ſuo contuliſſe.*

Fimbriæ exemplo res confirmata. Idem.

Ad ſalutem quàm opportunus Dominici corporis eſus. S. Chryſ.

Tangamus nos non fimbriam, ſed corpus, vt ſanitati reſtituamur. Audiendus S. Chryſ. qui hom. 51. in Matth. hæc habet: *Tangamus etiam nos* FIMBRIAM *veſtimenti eius; vel potiùs, ſi volumus, ipſum*
638\. *totum habemus. nam ſi qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur ſi totum in nobis habebimus.*

Cur Chriſti corpus tractantes nõ curentur, cũ curata mulier fuerit ſolius fimbriæ contactu. S. Pet. Chryſ.

Cur non præſtet corpus, quod exhibuit veſtis infima pars? mulieris illius fidem afferamus ad Chriſtum, vt manens in nobis nos ſanet, qui præteriens ſanauit mulierem latere volentem. Feſtiuè ſuo more ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 34 de muliere ſanguinis profluuio laborante; vbi hæc

ad hanc mentem habet : *Tetigit veſtimentum mulier, & curata eſt, & ab antiquo eſt abſoluta languore. Miſeri, qui quotidie corpus Domini exactamus, & ſumimus, & a noſtris vulneribus non curamur. Non Chriſtus infirmantibus, ſed fides deeſt :* NAM MVLTO MAGIS MODO IN NOBIS MANENS POTERIT VVLNERATOS CVRARE, QVI LATENTEM MVLIEREM PRÆTERIENS SIC CVRAVIT.

Mulier in fimbria vulneri medicinam reperit. plerique medicina vulnus.

Iſtius mulieris fides fideles arguit, qui indignè accedentes ad euchariſticam menſam vulneris medicinam in vulnus vertunt, cùm illo nudo fimbriæ contactu ſanitatem indepta ſit. Rurſus ſiſto eiuſdem Patris verba loco producto, *O quàm docuit mulier quantum ſit corpus Chriſti, quæ in Chriſti* FIMBRIA *tantum eſſe demonſtrauit. Audiant Chriſtiani, qui quotidie corpus Chriſti attingunt, quámnam de ipſo corpore accipere poſſint medicinam, quando mulier totam rapuit de ſola Chriſti fimbria ſanitatem? ſed quod nobis flendum eſt, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina ipſa retorquetur in vulnus.*

In hoc ſacramento morborum omnium latet medicina.
B. Alb. Magn.

639. In hoc ſacramento contra morbos omnes adeſſe medicinam pulchrè colligebat B. Alb. Magn. diſt. 3. tract. 1. cap. 4. de Euchar. dum ait Eccli. 43. MEDICINA *omnium in feſtinatione nebulæ, quia forma panis inter quam corpus Domini continetur, nebula vocatur, quæ medicina eſt præſeruans ab omni infirmitate.*

Puram Chriſti carnem edimus, vt peccati expertes viuamus.
Theoph.

Nobis noſtra caro peccati, non medicina, ſed illecebra facta eſt, exhibetur nobis Chriſti caro ab omni peccato immunis, vt puritatis ſpiritum ab ea hauriamus, & à peccato quantum fieri poteſt longius abeamus. Theoph. in cap. 5. epiſt. ad Corinth. rem ita explicat: *Quia prior carnis noſtra natura corrupta eſt à peccato, vitáque deſtituta nobis dedit Chriſtus ſuam impeccabilem, & omnis peccati expertem, viuacem, & vita plenam, ſimilem in nobis carnem, vt eam aſſumentes in eam permiſceamur, & viuamus citra peccatum, quantum licet.*

Omnibus animæ morbis qui euchariſtico cibo occurrendum.
B. Alb. Magn.

Quâ omnibus animæ morbis, & peccatis vnius Euchariſtiæ menſæ delitiis occurrere poſſimus, eleganter explicat B. Albertus Magn. de ſacram. diſt. 3. tract. 1. cap. 4. *Si*, inquit, *cogitamus patientis humilitatem quando in memoriam paſſionis Chriſti corpus Domini ſumimus, non tangit nos malum ſuperbia. Si autem cogitamus Chriſti charitatem, in qua nobis ſe in corpore, & ſanguine communicauit, non tangit nos malum inuidia. Si autem cogitamus quam impiger fuerit, vt omnia faceret, quæ ad noſtram ſalutem requirebantur in offerendo ſe pro nobis, liberamur a malo accidia. Et ſi aduertimus quàm liberaliter ſua & nobis impendit, liberamur à malo auaritia : ſi autem ad cor reducimus patientiam ipſius, & manſuetudinem, cùm ſe pro nobis obtulit, liberamur à malo ira. Si autem ſubuenis nobis de ſobrietate illius cœna, liberamur à malo gula. Et ſi cogitamus amaritudinem in lactucis agreſtibus, quæ amaritudinem, & acerbitatem deſignant paſſionis, liberamur à malo luxuria.*

Euchariſtia in quo ipſa cruce efficacior.
Innoc. III.

640. Peccatorum medicina crux eſt, Euchariſtia aliquid maius præſtat, non peccata tantùm aufert, ſed & peccandi voluntatem, hinc illud Innocentij III. de myſt. Miſſ. lib. 4. cap. 44. *Myſterium* CRVCIS *eripit nos à poteſtate peccati, myſterium* EVCHARISTIÆ *eripit nos à voluntate peccandi.*

Medica Dominici ſanguin. virtus vt explicata.

Medicam Dominici ſanguinis virtutem ſic explicabat Anonymus ille auctor, quem ſuperiùs aduocauimus de Miſſa tract. 6. dum ait : *Bone Ieſu! mirifica enim ſanguinis, &* VIRTVS *puerorum, qui vt Capitolij Pontifices Conſtantino dixerunt, Lepram curare potes ; ſed efficaciùs tuus hoc agit ſanguis, ô dulcis puerule, qui ſanat ab omni peccati lepra. Grandis virtus eſt ſanguinis pelicani, cuius pulli a ſerpente intoxicati, mox vt huius ſanguinem lamberint, viuificantur ; ſed tuus ô vere Pelicanus, vitam gratiæ mundo contulit ; valida inſuper vis ſanguinis hircorum inuincibilem frangens adamantem, calido illo ſuperlinito. ſed quæ quæſo mens, niſi diabolica, quæ non tuo charitatiuo ſanguine tacta conteratur? Præſtat igitur tui ſanguinis virtus illi quantum præponderat rei corporeæ res incorporea, imò diuina magnifica virtutis, magnique decoris concbilij ſanguinis effertur, eo quòd ſponſa tua gratulabunda, Agnum loquor, cantabat, ſanguis eius ornauit genas meas, ornet & ego hoc tuo roſeo ſanguine dulciſſime Ieſu, & non verebor ſuper defectu veſtis nuptialis. Gratior eſt enim anima illa ornata tuo ſanguine pretioſo, quàm ſi periſchelide, ſtibio, & omni cultu muliebri, & meretrici eſſet decorata.*

Spiritualis languoris medicina, & paſſionũ frænum Euchariſtia.
Thom. à Kemp.

Ægrè cohiberi paſſiones poſſunt, ægrè coërceri ; illarum frænum euchariſticum ſacramentum eſt, quod ſpiritualis languoris medicina eſt ; hinc Thomas à Kempis lib. 4. cap. 3. *Eſt hoc altiſſimum, & digniſſimum ſacramentum ſalus animæ, & corporis,* MEDICINA *omnis ſpiritualis languoris, in quo vitia mea curantur, paſſiones frænantur, tentationes vincuntur, aut minuuntur.*

Euchariſtica mẽſa dulcedo malorum deſideriorũ medicina
B. Alb. Magn.

641. Euchariſticæ menſæ dulcedinem malorum deſideriorum medicinam eſſe aſſerebat B. Albertus Magnus ſerm. 1. de cauſis inſtit. ſacramenti ; ſic enim ille ſcribit 4. Reg. 20. *Iſaias iuſſit afferri maſſam ficorum, quam cùm poſuiſſet ſuper vlcus Regis, curatus eſt. vlcus Regis concupiſcentia eſt carnalis, maſſa ficorum corpus Chriſti continens dulcedinem multorum bonorum* AC MEDICINAM *malorum deſideriorum.*

Sedandæ concupiſcentiæ remedium euchariſticum manna.
Exod. 16.
S. Thom.

Sedandæ concupiſcentiæ opportunus euchariſticus manna eſt; non caret myſterio, quòd manna in ſimilitudinem pruinæ iacuiſſe dictum eſt, Exod. 16. *Apparuit in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram* ; cur ſicut pruina? An vt concupiſcentiæ æſtum euchariſticis delitiis, quarum manna figura fuit, extingui colligeremus? Scitè ſanctus Thomas opuſc. 58. c. 6. *Panis cœleſtis in ſimilitudinem pruinæ, roriſque apparebat, quia corpus Domini a feruore prauæ concupiſcentiæ refrigerat.* Concupiſcentiæ æſtu vritur, qui euchariſtici agni eſu non quærit refrigerium.

EXCVRSVS XLVII.

Qui Chriſti ſanguinem bibit, paratus ſit effundere ſuum.

Chriſti caro *comedenda, vt* propria *calcetur.*

Qui Chriſti ſanguinem bibit, paratus ſit ſuum effundere *pro fratribus.*

Euchariſtici ſacramenti particeps pro aliorum ſalute mori *non defugiat, ſi opus ſit.*

Chriſti ſanguinem guſtantes affectu & noſtrum *exhibeamus.*

Potentis menſa *menſa euchariſtica.*

Qui ad Euchariſtiam accedit, animam pro fratribus *ponere non timeat.*

Martyrum exemplum *in hac re.*

Pro redemptione, pro redemptis libenter occumbere *debemus.*

In euchariſtica cœna plenè ſaturatus *qui Chriſtum* comitatur.

Singulare ſancti Petri Martyris Veronenſis exemplum.

Proprium

Proprium ſanguinem *Deo offerant, qui Dominicum bibunt.*

Abnegatione ſui *Euchariſtico conuinio reſpondendum.*

Chriſti caro comedẽda, vt propria calcetur.

642. QVi verè Agni euchariſtici euchariſticam carnem amat, non debet amare ſuam, amicus Dominici corporis hoſtis ſui ſit, tunc amicus euadit cùm amicus non eſt; comedenda caro Chriſti eſt, at propria calcetur, & coërceatur. Fere enim ita fit, vt euchariſticæ carnis amicus, non ſit ſuæ. Sanctus Gregorius Nyſſenus homil. 8. in Eccleſ. cùm illud Chriſti protuliſſet: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*, ſtatim ſubdit, QVI ERGO AMAT HANC CARNEM, NON EST AMICVS SVÆ CARNIS, *& qui in hunc ſanguinem eſt affectus, mundus erit à ſenſibili ſanguine*; qui Chriſti ſanguinem bibit, promptus ſit ſuum exhibere pro Chriſto, quin & pro illis, pro quibus ſuum Chriſtus effudit.

S. Gregor. Nyſſ.

Qui Chriſti ſanguinẽ bibit, paratus ſit ſuum effundere pro fratribus.

S. Cyprian.

Qui Chriſti ſanguinem bibit paratus eſſe debet, vt ſuum pro fratribus fundat. Benè ſanctus Cyprianus epiſt. 56. CONSIDERANTES IDCIRCO SE QVOTIDIE CALICEM SANGVINIS CHRISTI BIBERE, VT POSSINT ET IPSI PROPTER CHRISTVM SANGVINEM FVNDERE.

Euchariſtici ſacramenti particeps pro aliorũ ſalute mori non defugiat, ſi opus ſit.

1. Cor. 11.

S. Anſelm.

Chriſtus ipſe hoc voluit, cùm, teſte Apoſtolo Paulo 1. Cor. 11. dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, vt meæ paſſionis, ſanguiniſque pro vobis effuſi cogitatione ad patia vos paretis, ſanguinem meum pro vobis fuſum ita libatis, vt veſtrum pro fratribus effundere ſitis prompti. Opportunè S. Anſelmus in huius epiſtulæ commentario, ſi tamen verè illius auctor eſt, ita ſcribit: *Hoc, quod dixi, facite, id eſt, corpus meum accipite, & manducate per ſucceſſionem temporis, vſque in finem ſaculi, in meam commemorationem, id eſt, in memoriam paſſionis meæ, vt pertractetis, & conſideretis, quàm dignam, & ſanctam, & humanæ ſalutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex conſideratione tantæ ſanctitatis cum maiori veneratione ſacram Euchariſtiam percipiatis, & imitari paſſionem meam deſideretis, vt ſi opus fuerit* PRO SALVTE FRATRVM MORI PARATI SITIS. *Accipientes enim corpus meum memores mei eſſe debetis, vt diligenter recogitetis, quis ego ſim, & quæ inter homines conuerſans operatus ſim, vel quæ pertulerim, vt ſicut praceſſi, ſequamini.*

Chriſti ſanguinem guſtantes affecta & noſtrũ exhibeamus.

643. Olim conuiuio excepti in ſummæ amicitiæ ſignum miſcebant ſanguinem, & mixtum potabant. Athenæus lib. 1. Gymnuſoph. ait: *Carmani cùm aliquos benignè excipiunt in conuiuio, frontis vena manantem ſanguinem admiſcent ei potioni, quam bibendam offerunt, ſummam id eſſe amicitiam putantes, ſi ſuum inuicem ſanguinem guſtauerint*; verè hæc vera amicitia cenſenda non eſt, ſed inſania; ſanctius id fiet in euchariſtico conuiuio, ſi ita Chriſti ſanguinem libamus, vt adfectu exhibeamus & noſtrum.

Prouerb. 23.

Qui ad euchariſticam menſam accedit, ita ex ferculis comedat, quæ illi exhibentur, vt ſimilia & ipſe paret; nam Sapientis monitum eſt Prou. 23. *Quando ſederis, & comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo.* L X X. paulo aliter efferunt: *Si ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intellige, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, ſciens quòd oportet te talia praparare.* Potentis menſa eſt illa, quam Chriſtus ſtruxit, ad quam fideles inuitat; inuitati talia & ipſi præparent, ſi parati ſint animas pro fratribus dare; non patiar hîc deſiderari ſancti Auguſtini verba, qui ſerm. 28. ex 40. qui nuper prodierunt, ita lectioni L X X. inſiſtens ait: *Recolite Scripturam dicentem, Cùm accedis ad menſam potentis, ſcito quoniam oportet talia te praparare. Ad quam menſam potentis accedis? Qui tibi exhibet ſeipſum, non menſam cocorum arte conditam. Exhibet tibi Chriſtus ſuam menſam, ſcilicet, ſemetipſum. Accede ad hanc menſam, & ſaturare. Eſto pauper, & ſaturaberis. Edent pauperes, & ſaturabuntur. Scito quoniam talia te oportet praparare. Vt intelligas expoſitorem Ioannem attende. Fortè enim neſciebas quid ſit, Cùm accedis ad menſam potentis, ſcito quoniam talia te oportet praparare. Audi expoſitorem.* SICVT CHRISTVS ANIMAM SVAM PRO NOBIS POSVIT, SIC ET NOS DEBEMVS TALIA PRÆPARARE. QVID EST TALIA PRÆPARARE? ANIMAS PRO FRATRIBVS PONERE. Idem habet idem ſanctus Pater tract. 84. in Ioannem; hîc deſiderari nolui; licet plura illa ſint: *Euangeliſta Ioannes in epiſtola ſua dicit: Vt quemadmodum Chriſtus animam ſuam pro nobis poſuit, ſic & nos debeamus pro fratribus animam ponere, diligentes vtique inuicem ſicut ipſe dilexit nos, qui pro nobis animam ſuam poſuit. Nimirum hoc eſt, quod legitur in Prouerbijs Salomonis, ſi ſederis cœnare ad menſam potentis, conſiderans intellige, quæ apponuntur tibi: & ſic mitte manum tuam, ſciens quia te talia oportet praparare. Nam quæ menſa eſt potentis niſi vnde ſumitur corpus, & ſanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis? Et quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? & quid eſt conſiderare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare? & quid eſt ſic mittere manum, vt ſcias quia talia te oportet praparare: niſi quod iam dixi, quia ſicut pro nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere? Sic enim ait etiam Apoſtolus Petrus. Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Hoc eſt talia praparare. Hoc Beati Martyres ardenti dilectione fecerunt: quorum ſi non inaniter memoriam celebramus, atque in conuiuio, quo & ipſi ſaturati ſunt, ad menſam Domini accedimus, oportet, vt quemadmodum ipſi, & nos talia praparemus. Ideo quippe ad ipſam menſam non ſic eos commemoramus, quemadmodum alios qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, ſed magis vt orent ipſi pro nobis, vt eorum veſtigijs adhæreamus: qui impleuerunt ipſi charitatem, qua Dominus dixit non poſſe eſſe maiorem. Talia enim ſuis fratribus exhibuerunt, qualia de Domini menſa pariter acceperunt.*

Potẽtis menſa menſa euchariſtica.

S. Auguſt.

Qui ad Euchariſtiã accedit, an mã pro fratribus ponere non timeat

S. Auguſt.

Martyrum exemplum in hac re.

David iſtuc idem volebat Pſalm. 115. nam cùm dixiſſet, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* ſtatim addit veluti ſibi reſpondens; *Calicem ſalutaris accipiam*; ac ſi diceret pro eo, cuius ſanguinem ſumpſi, ſanguinem effundam in illius gloriam, in proximorum vtilitatem. nam, vt ait S. Hieronymus epiſt. 22. quæ eſt ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, *hæc eſt ſola digna retributio cùm ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti pro Redemptore libenter occumbimus*; atque etiam Chriſti amore pro redemptis. 644.

Pro redemptione, pro redemptis libẽter occumbere debemus.

Pſalm. 115.

S. Hieron.

Ierunt in exemplum Apoſtoli, qui Dominico ſanguine potati pro Chriſto ſanguinem ſuum exhibuerunt, quod ſic expendebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 21. conc. 2. his verbis: *Cœnam ſuam dedit, paſſionem ſuam dedit, ille ſaturatur, qui imitatur, imitati ſunt pauperes, ipſi enim ſic paſſi ſunt, vt Chriſti veſtigia ſequerentur.*

In Euchariſtica cœna plenè ſaturatur qui Chriſtum comitatur.

S. Auguſt.

Hanc mentem à ſuo Ieſu ebibebat, cuius ſanguinem bibebat ſanctus Petrus Veronenſis Martyr inſignis & Dominicanæ familiæ, patriæque ſuæ lumen; de illo hæc habentur in vitis Patrum ſanct. Ord. Prædic. cap. 1. part. 5. *Beatus Petrus de Verona dixi cuidam fratri petenti ſibi, vt doceret*

Singulare ſancti Petri martyris Veronenſis exemplum.

aliquam orationem. Reſpondit Beatus. Cùm eleuo corpus Domini, vel video ab alys Sacerdotibus eleuari, rogo Dominum, vt nunquam permittat me aliter mori quam pro fide; & iſtam orationem ſemper feci; conſequutúſque tandem eſt, quod tam ardenter poſtulabat, dedit pro fide ſanguinem, dedit vitam.

Proprium ſãguinem Deo offerant, qui Dominicum bibunt.

Oſe.7.14.

Ludou. Pont. l 3. exh 8. § 3.

645. Huius igitur, & multorum aliorum exemplo, qui euchariſtico pane paſcitur, euchariſticum ſanguinem bibit, paratus ſit ſuum quoque effundere, ſéque Deo mactare, ſuúmque corpus in mortificationis ſacrificio offerre Deo; Oſeæ 7. v.14. vbi nos habemus: *Super triticum, & vinum ruminabant.* LXX. legunt, *ſuper tritico, & vino concidebantur*, ſeu, *concidebant ſe*, hoc eſt, cultris, & lanceolis præ dolore ſe concidebant; vt de Sacerdotibus Baalis legimus 3.Reg.18. vel, vt exponit ſanctus Cyrillus, ſecari in vino, & frumento ſignificat eos gratias egiſſe idolis pro copia frugum, veluti ſacrificantes ſãguine ipſis Dæmonibus; iniquus, & impius ritus in optimum verti poteſt, & in ſanctum; pro idolis verum Deum ſubſtitue, pro frumento, & vino terreno euchariſticum, & rem habemus; quod fiet, ſi quis Euchariſtiæ ſacramentum, eiúſque dignitatem, amorémque in latentem cogitans, paratus ſit pro Deo ſanguinem fundere, corpus ſuum donet, & circumferat mortificationem Ieſu in corpore circumferens; ſcitè ille tangens producta Prophetæ verba: *Multo magis fideles decet ruminare ſuper hoc triticum, & vinum non terrenum, ſed cœleſte, perpendendo immenſa bona, quæ ex eo illis proueniunt; immenſas gratias agentes largitori, eique ſacrificium laudis offerentes, cum animi præparatione ad offerendum etiam, cùm opus fuerit, proprium ſanginem, & omnimodam ſui ipſorum abnegationem*; non datur omnibus ſuum ſanguinem poſſe dare, magis obuia cuique ſui abnegatio eſt, quæ nulli negligenda, omnibus amplectenda, qui ſuam ſalutem amant, amant tam eximio Dei dono aliqua ex parte reſpondere; nemo ſuo profectui neget abnegatiooem ſui.

Abnegatione ſui euchariſtico conuiuio reſpondendũ.

EXCVRSVS XLVIII.

Quædam de Euchariſtiæ excellentiâ, vtilitate, & apparatu.

Ad immortalitatem *alit euchariſticus cibus.*

Charitas *huic cibo digerendo.*

Totum *ſe Chriſto ſacret, qui totum Chriſtum accipit.*

Anima veſtis *euchariſticus cibus.*

Hic cibus hoc habet peculiare vt nutriat *etiamſi non ſumatur, ſed tantùm deſideretur.*

Frequenter *ad euchariſticum manna accedendum.*

Frequens communio *commendata.*

Summa Dei liberalitas *in Euchariſtiæ ſacramento elucet.*

Perſtricti qui rarius *quàm par eſſet ad euchariſticam menſam eunt.*

Apud fideles quàm libens *diuerſetur Deus.*

Summa Chriſti lætitia *in ſacramento Euchariſtiæ.*

Euchariſtiæ inſtituendæ *quanto* deſiderio *Chriſtus teneretur.*

Hærere *noſtræ* memoriæ *hoc ſacramentum Chriſtus voluit, cùm à nobis diſceſſurus illud inſtituit.*

PRæter ea, quæ ſparſim nobis dicta, hîc alia congeremus, quæ euchariſticæ menſæ excellentiam, vtilitatem, & ad illam apparatum tangunt; varia dabimus, ſed in conuiuiis varietatem ſcimus ſæpe requiri. 646.

Ad immortalitatem alit euchariſticus cibus.

S. Anſelm.

Ad incorruptionem, & immortalitatem cibus iſte nos præparat, nos diſponit; ſancti Anſelmi hæc ſunt verba tract. de ſacramento Altaris c. 10. *Hic eſt cibus, qui non vadit in corpus, quia nequaquam ſicut aly cibi in naturam vertitur corporis, ſed corpus noſtrum vertit in ſuam naturam, futuræ reſurrectioni, & perpetuæ incorruptioni illud præparans, & coaptans.*

Charitas huic cibo digerendo.

Marc. Vig.

Corporalem cibum calor naturalis concoquit, ſpiritualem verò ſpiritualis, igitur charitatis calor neceſſarius euchariſtico cibo coquẽdo. Scitè Marcus Vigerius chorda 7. cap. 36. *Accipite, & comedite, piè, mundè, ſanctè, & innocenter; comeſtum porrò per ſpem digerat charitas, hæc enim ſola transfert amantem in rem amatam, & ambos inuicem iungit, iunctos conſeruat.*

Totum ſe Chriſto ſacret, qui totũ Chriſtum accipit.

Adr. Matth. in ſcal. gr. 1.

Totus Chriſti ſui ſit, qui totum Chriſtum recipit in euchariſtica menſa; vir quidam cœnaculum Chriſto commodauit, accepit illud Chriſtus, vt deinceps ſolùm rebus diuinis fuerit dedicatum, nec ad prophanos vſus ad Dominum redierit, nam poſtea Spiritu ſancto veſtiti Apoſtoli fuerunt; cur idem non fiat & in nobis, dum euchariſtica Chriſti præſentia beamur. Hinc illæ illius voces, votum illud ad hanc mentem: *Sicut Sionis cœnaculum tibi ſpontanea voluntate oblatum velut in proprium accepiſti, & tibi præclara in eo myſteria operando, quaſi conſecraſti, ita digneris miſericorditer mentem meam tempore communionis tibi animo volenti præſentatam, in tuum hoſpitium ſuſcipere, & in pietatis obſequium conſecrare*; noſtræ mentis domus noſtra ampliùs non ſit, dum ſubiit illam Chriſtus.

Anima veſtis eſt euchariſticus cibus.

Luc. 11.3.

647. Non ſatiat nos tantũ euchariſticus Agnus dum editur, ſed & veſtis, victus veſtimentum quoque eſt, hinc in oratione Dominica panem tantùm iubemur poſtulare, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Luc. 11. 3. cur non & veſtitum? an quia Euchariſtia, quæ panis nomine ſignificatur, omnia tribuit? Victum præbet iſte panis, præbet & tegumentum, præbet omnia. Verus ille ANIMÆ VESTIS *immarceſſibilis euchariſticus cibus eſt dignè ſumentibus.*

Hic cibus hoc habet peculiare vt nutriat etiamſi non ſumatur, ſed tantùm deſideretur.

S. Thom.

In hoc quoque ſingularis hic cibus eſt, & ei qui corpus nutrit, præſtat, quod euchariſticus nutrit, reficítque, etiam ſi re ipſa non ſumatur, dummodo deſideretur, quod nequeunt epulæ, quæ corpori reficiendo ſunt deſtinatæ; rei huius diſcrimen his verbis afferebat ſanctus Thomas 3. part. quæſt. 73. art. 3. ad 2. *Hæc eſt differentia inter alimentum corporale, & ſpirituale quòd alimentum corporale conuertitur in ſubſtantiam eius, qui nutritur, & ideo non poteſt homini valere ad vitæ conſeruationem alimentum corporale, niſi realiter ſumatur: ſed alimentum ſpirituale conuertit hominem in ſe ipſum, ſecundùm illud, quod Auguſt. in lib. confeſſ. quod quaſi audiuit vocem Chriſti dicentis ſibi, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me; poteſt autem aliquis in Chriſtum mutari, & ei incorporari voto mentis, etiam ſine huius ſacramenti perceptione, & ideo non eſt ſimile.*

Frequẽter ad euchariſticũ manna accedendum.

Frequens ſit ad hanc menſam acceſſus, aſſiduus ſit Agni euchariſtici eſus; manna quoque per ſingulos

dies

Exod.16. dies colligere debebat populus, Exod.16. excepto Sabbato, quod ſæculum futurum deſignat, vt rectè ſignificaretur frequenter hanc menſam nobis adcandam. Quid quòd ſexta die duplum colligebat; quod ad noſtram ætatem vocat B.Rupertus *B.Rupert.* lib.3. in Exud.cap.13. *Proinde, quod ſexta ætate paramus duplum ſit, quam dudum ſolebat colligere populus Dei*; duplum legimus manna, cùm Chriſtum vt Deum & hominẽ & colimus, & adoramus. Pergit productus auctor; *nam ille ſolam literam legens Deum coluit; nobis, quia verbum caro factum eſt, vt Deus, & homo Chriſtus colendus, & adorandus eſt.*

648. *Frequens communio commendata. S.Baſil.* De frequenti Dominici corporis perceptione ita ſcribit, & ſentit ſanctus Baſilius epiſt. 289. *Singulis certè diebus communicare, & participare ſancti corporis, & ſanguinis Chriſti, bonum, & fructuoſum eſt, cùm dixerit ipſe perſpicuis verbis: Qui comederit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, vitam habet æternam. Iam verò quis dubitat, quin vitæ frequentiùs participare, non ſit aliud omnino quàm frequenter viuere? quare igitur nos ſingulis ſeptimanis communicamus Dominico die, feria quarta, in Paraſceue, & Sabbato, ſed & per dies etiam alios, ſi Martyris alicuius memoria celebretur.*

Summa Dei liberalitas in Euchariſtia ſacramento elucet. S.Thom. Summa in hoc ſacramento Dei liberalitas elucet, quæ ita ſe ſuis amicis exhibet, vt & ab inimicis contrectari, & comedi ſe ſinat; quam rem ita expendebat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 5. *Probatur*, inquit, *excellens liberalitas Dei in hoc facto quantum ad nobilitatem dantis, quæ tam excellens eſt in hoc ſacramento, vt corpus ſuum largiatur largè, & diffusè, quia non ſolùm dat illud dignis, & amicis, ſed non ſubtrahit indignis, malignis, & inimicis, Pſalm.26. Appropiant ſuper me nocentes, vt edant, &c. Qui enim ſe permiſit manibus malignorum ſemel crucifigi, permittit ſe ſceleratorum manibus tractari, & inimicorum, & immundorum dentibus in ſacramento lacerari. Hinc hoſti, & traditori ſuo Iudæ in cœna cum alijs dicitur corpus ſuum dediſſe. Veritatem enim præſentiæ ſuæ ad inſtar Solis oriri facit ſuper bonos, & malos, exhibens ſe in hoc ſacramento dignis, & indignis, licèt non ab omnibus effectus ſuſcipiatur æqualis.*

649. *Perſtricti qui rariùs quàm par eſſet ad euchariſticã menſam eunt. Matth.25. Vgo Car.* Dicturus damnandus eſt Chriſtus, *Hoſpes eram, & non collegiſtis me*, Matth. 25. quid ſi eadem verba iaci & in eos poſſint, qui Chriſtum recipere negligunt dum hoſpes ſub panis, & vini ſpeciebus delitеſcit? Præclarè Vgo Carenſis in cap.6. Ioan. *Qui nolunt corpus Chriſti recipere, faciunt iniuriam ipſi, qui ſemel in anno volunt reddere procurationem Domino, quam debent in hoſpitio ſuo, vnde conqueritur Matth.25. Hoſpes eram, & non collegiſtis me; verè enim hoſpes eſt ſub ſpeciebus iſtis, quaſi ſub veſte peregrina*; diceres damnatis pares, qui hoſpitio recipere Chriſtum nolunt ſub euchariſtica veſte delitеſcentem.

Apud fideles quàm libens diuerſetur Deus. Gen 18. Tertull. Explicari non poteſt, quàm libenter Deus apud homines, vt ita dicam, hoſpitetur, Gen. 18. Deum ad Abraham diuertiſſe legimus, & hoſpitem Abrahæ tabernaculum ſubiiſſe; quid eum ad iſtuc compulit? Tertull. lib. de Trin. *Quòd erat futurus meditabatur in ſacramento Abrahæ factus hoſpes, apud Abrahæ filios futurus*; qui inter filios Abrahæ erat recenſendus homo factus, ſub viſibili forma in Abrahæ voluit domo apparere, vt vel ſic oſtenderet, quanto amore ad nos eſſet venturus, eſſet inter nos futurus, eſſet noſtrum pectus ſubiturus in euchariſtica menſa.

Summa Chriſti lætitia in ſacramento Euchariſtiæ. Luc.22. B.Laur. Iuſt. Summo exultauit gaudio Chriſtus, Euchariſtiæ ſacramentum exhibiturus, nam hac mente dicebat: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar*, Luc.12.15. & non etiam

ſæpè antea agnum cum diſcipulis manducauerat? mãducauerat, ſed non dum euchariſticum Agnum inſtituerat, à quo Eccleſiæ profectus naſci debebat, vnde Chriſtus gaudio perfunderetur. Scitè B.Laurentius Iuſtinianus de Chriſti agone cap.2. *Plurimos videns anima Chriſti per huius ſacramenti inſtitutionem futuros eſſe* ECCLESIÆ SVÆ FRVCTVS, *feruida charitate, iucunda exultatione in lætiſſima iubilationis vocem prorupit, & ait; Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.*

Vbi in vinum Deus aquam conuertit Ioan.2.11. ſubdit Euangeliſta, miraculum iſtuc fuiſſe initium ſignorum eius, hoc caſu accidit ab hoc, quod Euchariſtiæ myſterium ſpectabat exordium ſumeret, vt nimirum hinc colligeremus, quanto deſiderio Euchariſtiæ inſtituendæ teneretur: *Cùm huius ſacramenti inſtitutio*, probi auctoris ſunt verba, *differenda foret iuxta diuinam ordinationem vſque in vltimam vitæ periodum, nihilominus voluit Chriſtus Dominus eius figuris, & typis animam ſuam oblectare, & deſiderium fouere; vnde & ipſe Dominus apud Lucam: Deſiderio*, inquit, *deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar, vnde ab hoc ſigno initium cœpit, quo* SVVM DESIDERIVM *promeret.* 650. *Euchariſtia inſtituendæ quanto deſiderio Chriſtus teneretur. Ioan.2. Anon.*

Hærere noſtræ memoriæ hoc ſacramentum Chriſtus voluit, cum à nobis diſceſſurus illud inſtituit. S.Thom. Denique vt tanto beneficio aliqua ex parte reſpondeamus, altè cordi ſcribatur; hærere noſtræ memoriæ donum illud voluit Chriſtus, quo in Euchariſtiæ ſacramento ſe nobis exhibuit, cùm iſtuc à nobis diſceſſurus, inſtantéque iam morte perfecit, ferè enim altiùs ſuperſtitum menti inſedent, quæ aut dicuntur, aut fiunt ab abituris. Peritè ſanctus Thomas 3.part. q.73. art.5. in corp. *Ea*, inquit, *quæ vltimò dicuntur, maximè ab amicis recedentibus magis memoriæ commendantur, præſertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos, ea verò ad quæ magis afficimur, profundiùs animo imprimuntur; quia igitur nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quam corpus, & ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt, ideo vt in maiori veneratione haberetur, Dominus in vltimo diſceſſu ſuo à diſcipulis, hoc ſacramentum inſtituit*; quòd in vltimo diſceſſu nobis reliquit Chriſtum tanquam primum, cordi exarandum eſt, ne tanti beneficij magnitudo vlla vnquam obliuione ſepeliatur; mori in nobis non debet quod moriturus pro nobis Chriſtus nobis exhibuit.

EXCVRSVS XLIX.

Labor Euchariſtiæ præmittendus.

Hominis eſt cum labore *panem ſuum edere.*

Otium, *&* torpor *cum Euchariſtia non cohæret.*

טרף *quid*; prædæ, *cur euchariſticus panis comparetur.*

Leue *videtur euchariſticum manna ei, qui* laboris *pondere caret.*

Leuis omnis *labor redditur euchariſtici epuli fruitione.*

Non otio *merces paratur, ſed amittitur.*

Labor ſanctus *eſt redditus cùm Chriſtus laborauit.*

Deſideria, *&* torpor *animæ paralyſis.*

Laboris *commoda, & vtilitates otij, & torporis damna.*

Labor *laborantes euehit.*

R 3 In

In loco afflictionis *nemo ferretur, cùm & in Paradiſo iniunctus labor primo homini fuerit.*

Etiam ob id cecidit Adam,*quia operatus non legitur,iuſſus operari.*

Ad laborem *vt nos Deus prouocet.*

651\. *Homini eſt cum labore panem ſuum edere.* INiunctum eſt homini tamquam ratione prædito, vt cum labore manducet, & in vultus ſui ſudore, non hoc dictum cæteris animantibus; cum ratione viuere videtur qui labore vitæ ſibi neceſſaria parat, & cum ſudore ad animantium naturam accedit, qui edere vult,nec ſudorem cogitat,aut laborem;huc voco illud ſancti Ambroſij, quod in Luca Euangeliſta premit, hæc habet; *Neque enim otiosè dictum eſt homini quod nulli aliorum animantium, In ſudore vultus tui manducabis panem tuum. His enim animalibus quæ natura irrationabilia ſunt, iuſſu Dei terra pabulum miniſtrare præcepta eſt.* SOLI AVTEM HOMINI, VT RATIONABILE QVOD ACCEPIT EXERCEAT *vitæ curſus in labore præſcribitur.*

S.Ambr.

Otiū. & torpor cum Eucharistia non cohæret. Anon.

Otium, & torpor cum euchariſticis epulis non cohærent,manna Euchariſtiæ figura quotidie cùm plueret, non pluebat tamen Sabbatu, Exod.16. cur ita? quia Euchariſtia dignus non videtur, qui non operatur; ſcitè ille de hac re: *Quia reliquas dies ad* LABOREM *quidem condidit Deus, & ad operandum, cæterùm diem Sabbati ad quietem condidit, hoc autem die non pluit manna, quia manna ſymbolum eſt Euchariſtiæ; Euchariſtia autem non eis accidit,* QVI OTIOSI DEGVNT, *& ſupini oſcitant, ſed eis, qui laborant, id eſt, ſe exercent; ergo ſi ad Euchariſtiam accedis, ne otioſus reſideas, ne ſupinus iaceas, ſed operare pietatem, & te exerce ad ſpiritualem palæſtram,alioquin non cadit manna.*

652\. *טרף quid; præda cur euchariſticus panis comparetur.* Pſalm 110. Muis.

Præda ſolet Euchariſtia dici, hinc illud Pſalm. 110. *Eſcam dedit timentibus ſe*, Hebr. טרף *thereph* prædam; de manna hoc aliqui accipiunt; Muis hic ita explicat: *Porrò vbi eſcam, in fonte* טרף *tereph,id eſt, prædam propriè, per quam intelligere præſertim videtur cibum, qui famelicis veluti præda fuit obiectus, manna ſcilicet; ſunt qui hunc verſum accommodent ad eſum agni paſchalis*; ſed cùm & manna, & agnus paſchalis Euchariſtiæ figura fuerint, per prædam intelligere nos poſſumus euchariſticum cibum; ſed cur prædæ comparatur? ob ingentem famam, quam ferre ad hanc menſam debemus, cui labor præit, quam labor parturit. Benè ille: *Vt prædam ſacram Euchariſtiam ſumit, qui* OTIO NON TORPET, *nec noxia quiete marceſcit, ſed in bonis operibus aſſiduè laborat tanquam prædæ inhians*; qui ſegnitiei indormit, tanquam prædam Euchariſtiæ epulum non videtur accipere.

Leue videtur euchariſticū manna ei,qui laboris pondere caret.

Exercitium in bonis actibus & labor hoc præſtat, vt maiori auiditate ad euchariſticum cibum quiſque ſe conferat, alioquin qui laboris oſor eſt, incipit euchariſticas delitias contemnere; hinc & Hebræi illud de manna euomuerunt; *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*, Num.21. v.5. itane leuis hic cibus, qui tantum Dei benignitas, & fauor, munerſque inſolentia pondus adiiciebat? leuis erat Iudæis, quia à Iudæis aberat laborum pondus; adpoſitè ſanctus Petrus Damianus lib.1. epiſt.15. *Leuiſſimum quidem reputant cibum, ſi pondus, atque diuitiam contingat deeſſe* LABORVM; idem accidit in Euchariſtiæ vſu, non eſt apud pleroſque hic cibus, hoc donum tanti ponderis, quia laboris pondere plerique carent, & otij,torporiſque amore corrept.

Num.21.5.

S.Pett.Dam.

653\. *Leuis omnis labor redditur euchariſtici epuli fruitione.* Matth.10. S.Chryſ.

Leuis omnis labor Dominici corporis eſu redditur,Matth.10.*Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis*; dixiſſet, donec à perſecutoribus liberemini; nulla de liberatione mentio fit; ſed tantùm, *donec venerit filius hominis*; ſatis iſtuc ad omnem laborem libenter ſubeundum, ad omnem perſequutionem forti animo ferendam. *Sufficiebat*, inquit, *certè ad ſedandos ipſorum* LABORES *ſolus aſpectus Chriſti.* Quæratur, & expectetur in tribulationibus Chriſti, & ſolus omnium aduerſitatum leuamen erit, tantum potuit nudus Chriſti adſpectus, quid poterit Chriſti eſus.

Non otio merces paratur, ſed amittitur. S.Ambr.

Eſau quia otioſus cibum accipere, non quærere voluit, amiſit primogenita. Laborioſus Iacob ab vtroque inuenit gratiam,ſanctus Ambroſius lib. 10. epiſt. 82. ad hanc mentem ait: *Non otio, non ſomno paretur, dormientis eſt, nullus fructus* OTII, *imò magis diſpendium. Otioſus Eſau, amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quàm quærere.* LABORIOSVS *Iacob apud vtrumque parentem inuenit gratiam.*

Labor ſanctus eſt redditus, cum Chriſtus laborauit. S.Greg.Naz.

Sanctus labor eſt, præcipuè poſtquam laborauit Chriſtus, qui ſuo labore labori ſanctitatem inhalauit. Peritè ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 36. *Labore fatigatur, vt* LABORI SANCTITATEM *afferat*; cuius particeps otium non eſt, ſanctitatis omnis hoſtis.

654\. *Deſidia. & torpor animæ paralyſis.* Aa.

Deſidiam torporémque animæ paralyſim ſi quis dicat, præeuntem ſibi habebit auctorem vitæ ſancti Climaci,qui ita loquitur. *Deſidiam quotidianam animæ mortem, & defectionem, ac* PARALYSIM *mortis, & vltimorum meditatione tanquam ſtimulo compunxit, & excitauit.* Bonum, præſénſque remedium rei non probæ.

Laboris commoda & vtilitates otij & torporis damna. S.Chryſ.

Quanta inuehat labor bona, quanta otium damna,explicari non poteſt; Adam à Paradiſo eiectus eſt, ob vitam illaborioſam. Paulus labore preſſus in cœlum euectus eſt, vt ab his exemplis diſcamus,quò nos euehat labor, quò otium deprimat; nequeo hic ſupprimere ſancti Crhyſoſtomi verba,qui hom.2.ad populum Antiochenum, ait: *Ab initio Deus homini* LABOREM *alligauit, non puniens, neque ipſum caſtigans, ſed corrigens, & docens. quando illaborioſam vitam degebat Adam Paradiſo excidit; quando laborioſam, & ærumnoſam Paulus agebat vitam in labore, & ærumna nocte,ac die operans,tunc in Paradiſum raptus eſt,& tertium in cœlum raptus eſt,ne igitur laborem reſpuamus.*

Labor laborantes euehit. Iob 5.7. S.Greg.

Verè otium deprimit, labor cultores ſuos euehit. Apud Iobum cap.5.7.hæc leguntur: *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum*; quis laboris nexus, quis volatus? an quia ſicut volatu auis in ſublime fertur, ſic fertur & homo labore, ne humi iaceat? Benè ſanctus Gregorius lib.7. moral.cap.6. *Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum,quia inde mens ad ſumma* VOLAT, *vnde caro in infimis durius* LABORAT.

655\. *In loco afflictionis nemo ferretur, cùm & in Paradiſo iniunctus labor homini fuerit.* S.Bern.

In Paradiſo iniunctus homini labor,in loco delitiarum operari Adam debuerat, & nos à labore nos eximemus in hac miſeriarum valle, in hoc afflictionis loco? *Cùm legatur Adam*, inquit ſanctus Bernardus ſerm. in illa verba, Beatus homo qui inuenit ſapientiam: *In loco voluptatis ab initio poſitus, vt operaretur, qui ſanum ſapiens filios eius in loco afflictionis ad feriandum poſitos arbitretur? operemur ergo,ſed cibum, qui non perit: operemur opus ſalutis noſtræ.*

Etiam ob id cecidit Adā.

Cecidiſſe in Paradiſo hominem legimus, non legimus eum aliquid in Paradiſo operis præſtitiſſe,

fors

Digitized by Google

quin operatus non legitur, iuſſus operari. Anon.

fors ideo cecidit, quia operatus non eſt, ſed otio torpuit. Verus ille: *Inter alias cauſas, quibus lapſus eſt Adam, etiam iſta fuit, quòd* IVSSVS OPERARI, NON LEGITVR QVICQVAM OPERIS PRÆSTITISSE; facilius cecidit, quo difficilius operi manum admouit.

Ad laborem vt nos Deus prouocet. Oleaſt.

Ad laborem quâ nos Creator vocet, ita colligebat Oleaſter in cap. 1. Geneſis: *Eſt tertiò quod hic aduertas, non eſſe ſcilicet quieſcendum* NISI PRIVS LABORAVERIS, *quemadmodum & Creator tuus. ſimiliter pluribus dictum laborandum, paucis quieſcendum. Operatus eſt enim rerum omnium artifex ſex diebus, & vno ſolo quieuit, quo exemplo eos arguit, qui parum, aut nihil laborantes quaſi toto tempore vitæ ſuæ otiari volunt*; ſalutis ſuæ hoſtes quia & laboris, quo ſalus quæritur, & quæſita nutritur, & ſeruatur.

EXCVRSVS L.

Pluraque alia de ſacra Euchariſtia, eiúſque ſuauitate offeruntur.

Dei liberalitas *in Euchariſtia ſacramento à culpis auocare homines debet.*

Scutum *noſtrum &* munimen *ſacra Euchariſtia.*

Dominici ſanguinis dulcedo *inexplicabilis.*

Euchariſtia dulcedinem *guſtaturus mundanas voluptates repudiet.*

Conuerſio panis in Chriſti corpus peccatoris duritiam *arguit, qui ad Deum non conuertitur.*

Sanguis Chriſti clauis Paradiſi.

Communibus cibis euchariſticum præferendum *quî colligatur.*

Cur in conſecratâ menſâ *Euchariſtia ſacramentum minimè confectum.*

Euchariſtia nos tacta ſanctificat.

Humana intelligentiæ captum *ſuperat huius ſacramenti excellentia.*

Mentem erigit *Euchariſtia.*

Operto capite *ad Euchariſtiam accedendum mulieribus erat.*

Hoc ſacramento mundus *conſeruatur.*

Chriſti caro vehiculum *in cælum.*

In cælum tanquam volucres *euolent euchariſticæ menſæ conuiuæ.*

Per cibum cecidit *Adam, per cibum nos* erigimur.

Orbis terræ tutela *euchariſticus cibus.*

Rubo *vt Euchariſtia ſignificata.*

656. PRomiſcuè hîc multa offeram de Euchariſtiæ ſacramento in legentis profectum, quæ ægrè ſub certis titulis poterant collocari, ægrè ad certa capita reuocari.

Dei liberalitas in Euchariſtia ſacramẽto à cul. is auocare homines debet. Gen. 19. 3. S. Chryſ.

Ante diluuium non legitur carnis eſus permiſſus, permiſſus eſt poſt diluuium, ait quippè Deus Gen. 19. 3. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*; vbi ſanctus Chryſoſtomus hom. 27. in Gen. *Hic eſt initium edendarum carnium*; ſed id ſignatè poſt diluuium actum; in amoris ſignum, vtque hoc beneficio à grauioribus culpis homines abſtinerent, & vt timorem præteritum diluuium in hominum mentibus ingenerabat, ſic amorem gigneret hoc beneficium. Gennadius in Cat. *A diluuio maiori vſus eſt liberalitate, vt ſic homines afficeret, vt maiores culpas vitarent.* Tantùm animalium carnem edi permiſſam in homines poſſe ratus eſt Deus, quid non poterit Chriſti ipſius caro, quæ in Euchariſtiæ ſacramento nobis exhibetur? quis à grauioribus, quin & leuioribus culpis abſtinebit, huc cibo recreatus, diuino hoc ferculo paſtus.

Scutum noſtrum & munimen ſacra Euchariſtia. Ludou. Pont. lib 4. cap. 5. §. 3.

Clypei, & ſcuti loco panis euchariſticus eſt, vt non mirum ſi & ſcuti formam formâ ipſâ quodammodo referat. Olim fideles pectori adpreſſum Chriſti corpus circumferebant, vt eſſent contra omnia aduerſa munimen; nunc id fieri non licet, licet ſpiritualiter deferre, tanquam clypeum, & ſcutum; hinc illud pij Doctoris monitum: *Spiritu ſemper, & vbique inter vbera hoc ſacramentum portemus, vt corpus protegat, & animam, &* SIT INSTAR SCVTI, ET CLYPEI *contra cuncta inimici tela.*

657. *Dominici ſanguinis dulcedo inexplicabilis.* S. Bern.

Dulcedo, qua quis ex Chriſti ſanguine libens perfunditur, exprimi verbis non poteſt, huc flectendum eſt, quod habet ſanctus Bernardus c. 33. de Paſſione Domini: *Si verum eſt*, inquit, *imò quia verum eſt humani ſanguinis præ cæteris tantam naturaliter ineſſe dulcedinem, & cùm à beſtia qualibet ſemel guſtatus fuerit, illum de cætero ſuperguſtare deſiderat, ita vt alijs animalibus poſtpoſitis, ſanguini inſidietur humano, & in mortem ſecum ruant pro illo acquirendo: quantum in ſe credis habere dulcedinis ſanguinem filij hominis Ieſu Chriſti? Ecce ſitiunt irrationales beſtiæ ſanguinem hominis, & non ſitiam ego ſanguinem filij Dei? Beſtiæ quanto plus guſtauerint, tanto plus ſitiunt ſanguinem humanum, & ego faſtidiam ſanguinem Dei, & hominis benigni Ieſu? Beſtiæ ruunt in mortem dulcedine ſanguinis humani attractæ, ego non feſtinabo ad vitam, & ſanguinem rubicundi Ieſu, & candidi.*

Euchariſtiæ dulcedinem guſtaturus, mũdanas voluptates repudiet. B. Alb. Magn.

Tantùm qui Euchariſtiæ dulcedinem guſtare cupit, mundanas voluptates non ambiat, terrenarum delitiarum amore non capiatur; hinc manna in deſerto pluit, Chriſtus turbas nullibi pauit, niſi in deſerto, vt hoc innueret, hoc doceret; ſcitè Beatus Albertus Magnus de Euchar. ſacram. diſt. 3. tract. 1. cap. 1. *Non dabatur*, inquit, *manna niſi in deſerto, vbi aliud delectabile, & reficiens ad eſum non fuit, & ſic cùm ſentitur dulcedo gratiæ, & ſapor Euchariſtiæ, niſi ab his, qui ſe in deſertum corde transferunt, vt mundanas non ſentiant delectationes, & hoc eſt quod dicit Pſal. 64. Pingueſcet ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur; hæc enim ſunt ſpecioſa deſerti, quæ ſe ipſa deſerta faciunt, nec in eis quicquam colat mundus de tumultuoſis, & caducis delectationibus; & colles tam altorum cordium frequenter exultatione diuinæ conſolationis accinguntur; in hoc deſerto bis Dominus pauit turbas, & alibi pauiſſe non legitur.*

658. *Conuerſio panis in Chriſti corpus peccatoris duritiam arguit, qui ad Deum non conuertitur.* B. Alb. Magn.

Conuertitur panis in Chriſti corpus, & vinum in eius ſanguinem; quæ cõuerſio peccatorem arguit, qui in duritia ſua perſiſtit, nec conuerti, damnata priori vita, ad Deum vult. Scitè B. Alb. ſerm. 12. de Euchar. *Notandum*, inquit, *eſt, quòd cùm irrationalis creatura, ſcilicet panis, per verbum Dei, & ſpiritum eius in melius conuertitur, quanta ſit peccatoris duritia, qui multis verbis, & Spiritus ſancti circa ſe operationibus ad conuerſionem non reducitur; Ier. 5. indurauerunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reuerti.*

Sanguis Chriſti clauis Paradiſi. S.Hier.

Sanguis Chriſti *clauis Paradiſi* dicitur; ſanctus Hieronymus apud ſanctum Thomam opuſc. 58. ita loquitur: *Sanguis Chriſti eſt* CLAVIS PARADISI, *in paſſione enim Domini cœlum diu clauſum quaſi ſoluto ſanguinis eius pretio eſt apertum,* hac claui vti poſſumus, dum in Euchariſtiæ ſacramento hunc ſanguinem bibimus.

Communibus cibis euchariſticum præferendum qui colligatur. Hildeb.

Corpus Chriſti ſtatim poſt conſecrationem eleuat Sacerdos, eleuat & calicem Chriſti ſanguine ſacrum; non ſolùm vt ab adſtantibus vtrumque adoretur, ſed etiam vt tectè innuatur, communibus cibis hæc fercula præferenda, communibuſque calicibus hunc calicem, ſcitè Hildebertus Epiſcopus in carmine Miſſæ.

Preſbyter idcirco cùm verba venitur ad illa,
In quibus altari gratia tanta datur,
Tollit vtrumque, notans, QVOD SIT COMMVNIBVS ESCIS,
ALTIOR, *& quiddam maius vtrumque gerat.*
Quæque parens animæ, carnis fomenta parauit,
Omnia ſacratis inferiora cibis.

659. *Cur in conſecrata menſa Euchariſtia ſacramentum minimè confectum.* B.Alb.Magn. *Euchariſtia nos tactu ſanctificat.* S.Cypr.

Quærunt Doctores cur Chriſtus in menſa Euchariſtiam confecit, quæ nondum erant conſecrata? Reſpondit Beatus Albertus diſt. 6. cap. 1. *Dicendum*, inquit, *quòd in veritate per ſolum tactum Domini menſa, in qua benedixit,* CONSECRABATVR; & cur non magis cor noſtrum, & labia, & lingua ſacra eunt Dominici cordis contactu? Audiendus hîc ſanctus Cyprianus qui tract. de Cœna Domini ait: *Sacramentum nos tactu* SANCTIFICAT, *fide illuminat, veritate Chriſto conformat.*

Humana intelligentia captum ſuperat huius ſacramenti excellentiam. Prou 30. B.Alb.Magn.

Excedit humanæ mentis captum hoc ſacramentum, nemo eius excellentiæ intelligendæ idoneus etiam Salomon inter alia, quæ ei cognitu difficilia, fatebatur, viam aquilæ in cœlo poſuit Prou. 30. quia nimirum excedit humanæ intelligentiæ culmen ſacramenti huius ineffabilis myſterium; quod aquila è ſublimi eſcam ſpectans ſignificet. Scitè Beatus Albertus diſt. 3. tract. 1. cap.3 de ſacram. *Via*, inquit, *ſapientis Dei ſunt abſcondita, vnde Prou.30. dicit Salomon hæc ſibi eſſe abſcondita; Tria ſunt difficilia mihi; viam aquilæ in cœlo; viam enim aquilæ acuta videntis, & altè volantis, & longè eſcam odorantis, in cœlo vocat* ALTISSIMÆ SAPIENTIÆ *diuinæ, & profundas partes omnes circumſpicientis, alto quidem conſilio voluntatis ſuper Cherubim, in quibus eſt ſcientiæ plenitudo, quia myſterium hoc nec ipſa Cherubim, & Angeli ad plenum cognoſcunt, & de longè prouidentia ſua eſcam hanc qualiter ponant odorantis.*

660. *Mentem erigit Euchariſtia.* S.Cypr.

Erigit nos Euchariſtia, & accendit, & deficit niſi euchariſtico epulo mens nutriatur; ſancti Cypriani hæc ſunt verba epiſt. 54. *Mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit, & accendit.*

Operto capite ad Euchariſtiam accedendum mulieribus erat. Conſt. Apoſt. Metaph.

Ad Euchariſtiam operto capite ire debebant mulieres, in conſtitut. Apoſt. lib. 2 cap. 57. *Mulieres aperto capite, vt ordinem earum decet, accedant*; & apud Metaphraſtem 5. Nouembr. ſanctam Matronam, quæ virum ſe eſſe ſimulauerat, ſic arguit Baſſianus; *quomodo cùm ſis mulier ad diuina Sacramenta acceſſiſti nudo capite?*

Hoc ſacramento mundus conſeruatur. Thom. à Kemp.

Auguſtiſſimo hoc ſacramento ſi quis ſacrati mundum dicat, cœlúmque ipſum ſumma lætitia perfundere, facilè aliàs cenſioni ſui ſubſignantes reperiet; firmant hanc mentem pij auctoris Thomæ a Kempis verba, qui lib. 4. de imitat. Chriſti cap. 1. ait: *Dolendum valde, quòd multi tam parum hoc deſiderium aduertunt, quod cælum lætificat, & mundum conſeruat vniuerſum.*

Chriſti car[o] vehiculum in cælum. Guarric.

In cœlum ferri qui cupit, ad euchariſticam accedat menſam, Chriſti carnem ſumat, quæ vehiculi, currúſque loco illi deſeruiret. nam, vt ait Guarricus Abbas ſerm. 1. de reſurr. *Caro Chriſti eſt viaticum, ſpiritus vehiculum, ipſe eſt* CIBVS, *ipſe* CVRRVS ISRAEL, *& auriga eius.*

661. *In cœlum tanquam volucres euolent euchariſtica menſa enutriti.*

De die quinto ita philoſophatur B. Ælredus in alleg. apud Tilm. *Sit nobis fortitudo quaſi dies quintus, per quam huius maris magni, & ſpatioſi toleremus procellas, ac piſces ſpirituales effecti vitam noſtram inter vndas ſeruemus, ac mentis noſtræ deſideria quaſi* VOLATILIA PENNATA *ad cœleſtia erigentes multiplices bonorum operum fructus Deo benedicente reddamus*; diem illum quintum diei quintæ fuiſſe figuram, qua inſtitutum ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum, vt plerique notauere, vt noſtrûm ſit tanquam volatilia pennata in cœlum ferri, & per eam natura relictis hiſce terrenis euolare.

Per cibum cecidit Adam, per cibum nos erigimur. Marc.Vig.

Eleganti antitheſi primum parentem ſibi vetiti eſus cadentem, cum Chriſto, qui Euchariſtiam inſtituit vt ſurgeremus, conferebat Marcus Vigerius in ſuo decachordo chorda 7.cap.18. *Primus Adam*, inquit, *comedendo ceciderat, ſecundus contra ſurgit manducans, vt qui in illo per eſum cibi vetiti exciderunt, in iſto per eſum panis Angelorum adſurgant: ille à primo cibo cecidit, iſte ab vltimo ſurgit. Per primum cibum illius, Paradiſi voluptatis amœnos fructus in cibum nobis datos amiſimus, per vltimum iſtius comedere, & bibere poſſimus ſuper eius menſa in regno patris, non quidem cibos dentibus mandendos, deglutiendos gutture, aut ventre dirigendos, ſed ſemper in ore manſuros, miráque ſuauitate animum ſimul, & corpus ſine defectu refecturos. Semper enim laus Domini in ore iuſtorum, dum omni tempore Dominum benedicent.*

Menſis olim Deorum imagines inferebantur, 662.
qui menſæ tutela dicebantur; Statius in Syluis de Hercule Epitrapezio.

——*Caſta genius,* TVTELAQVE MENSÆ.

Orbis terræ tutela euchariſticus cibus. Anon.

Nos in euchariſtica menſa Deum verum habemus, non menſæ tantùm, ſed totius mundi tutelam. Præclarè auctor Anonymus, & ineditus de præpar. Miſſæ Chriſtus nos ad Euchariſtiam inuitantem inducens, ait: *Venite ad me omnes, & ego reficiam vos, ego ſum gaudium Sacerdotum, &* ORBIS TERRÆ TVTELA.

Rubo vt Euchariſtia ſignificata. Marc.Vig.

Rubo Euchariſtiam ſignificatam cenſuit Marcus Vigerius chorda 7.cap.40. *Hic*, inquit, *eſt verè rubus, quem viderat Moyſes ardere, neque comburi; ardet namque caro, ſanguis, & anima Chriſti, ardet Chriſtus totus charitate, ardet maieſtate, ardet deitatis potentia, neque comburuntur in illo hæc, ſed integra manent*; tantùm qui ad Rubum accedit calceamenta ponat, rerum terrenarum affectum exuat, in diuina totus feratur, in perennatura.

EXCVRSVS LI.

Quàm ſalubris euchariſtici ſanguinis fons, & animis irrigandis, quin & illuſtrandis opportunus.

Fons *à nobis adeundus* Deus *eſt.*
Vita fons *Chriſtus.*
Aquæ *Chriſti corpus comparatur, quia nihil ferè nouit, niſi* peccata lauare.
Fonti *qui Paradiſum irrigabat ſimile Euchariſtiæ ſacramentum.*
Ex euchariſtica menſa fons *aſcendit ſpirituales emittens fluuios.*

Salices

Digitized by Google

Salices infructuoſæ *ab hoc fonte exulent.*
Semper fructus producat *qui ad euchariſticam fontem plantatur.*
Fons irrigans, *& inflammans ſacra Euchariſtia.*
Luminaria, *&* buccellæ *ad baſilicas delata à populo.*
Res ad Euchariſtiam *flectitur.*
In conuiuijs non quid comederit *Chriſtus refertur, ſed* quid fecerit, *quid docuerit.*
In Euchariſtia totus in animæ ſalute quærenda *Chriſtus eſt.*
Chriſti corpus tanquam fons *eſt etiam animæ ſpeculum.*

663. *Fons à nobis adeundus Deus eſt.*

EVchariſtici conuiuij vtilitas etiam fontis ſimilitudine explicanda nobis eſt; optimus fons & à nobis adeundus Deus eſt; pulchrè ille, & verè,

Feſſus vt in ſyluis perquirit flumina ceruus,
Quáque ſitim ſedet ſumere geſtit aquam:
Sic pia mens omni voto deſiderat, omnem
In quo ſpem poſuit, poſſe videre Deum,
Et dulcem vini fontis libare liquorem,
Cui ſimiles fluuius non habet vllus aquas.

Vitæ fons Chriſtus.

Vitæ fons Chriſtus eſt, cui admouere cor noſtrum debemus tanquam ſpongiam, vt inde ebibat, quo repleatur; talis ſpongia fuit cor Ioannis, dum pectori Ieſu caput appreſſit; de illo ita ſcribit S. Gregorius Nyſſenus hom. 1. in Cant. *Verbi amauit vbera, quæ ſupra pectus Domini in cœna recubuit, & veluti quandam ſpongiam cor ſuum appoſuit* FONTI VITÆ, *& ex ineffabili quadam traditione repletus Chriſti myſterijs, nobis quoque exhibet mammillam à verbo impletam, nóſque implet bonis quæ ei à fonte ſunt indita.*

S. Greg Naz

664. *Aqua Chriſti corpus comparatur, quia nihil ferè nouit niſi peccata lauare.* Pſalm. 21. Arnob. S. Aug.

Aquæ Chriſti corpus comparatur, aquæ ſe ille pariat Pſalm. 21. 15. *Sicut aqua effuſus ſum.* aquæ ſe componit, vt vel hinc diſcamus ſordibus abluendis natum Chriſti corpus. Scitè hîc Arnobius: *Benè poſuit* AQVAM, *quia nihil nouit corpus Chriſti niſi peccata* LAVARE. Sanctus Auguſtinus hæc eadem verba ſic explicat in hunc locum: *Aqua quando effunditur, aut abluit, aut irrigat; effuſus eſt Chriſtus ſicut* AQVA, *abluti ſunt ſordentes, rigatæ ſunt mentes.* Ex his aquis bibimus in euchariſtica menſa.

Fonti qui Paradiſum irrigabat ſimile Euchariſtiæ ſacramentum. B. Alb. Magn.

Fonti illi, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigare dicitur Gen. 2. Euchariſtiæ ſacramentum ſic comparabat Beatus Albertus Magnus diſt. 3. tract. 1. cap. 7. de eo loquens. FONS, inquit, *delectationis eſt corpus Chriſti, & riui deriuati à fonte ſunt quæ ſingulis viribus, & virtutibus, & potentijs, & membris diriguntur, & ad quemcumque non venit hoc nutrimentum pietatis, hæc areſcunt, & marceſcunt, & deſtituuntur, & abijciuntur. Iſte eſt fons de quo dicitur Gen. 2. Fons aſcendebat de terra; hoc eſt, de terreno corpore Domini in ſacramento, irrigans vniuerſam ſuperficiem Paradiſi. Paradiſus enim locus delitiarum eſt in nutrimentis Eccleſiæ, in quem locum iſte fons delectationis influit, & omnia irrigat interiora animæ, & corporis ad quæ deriuatur.* Huc vocari poteſt quod habet ſanctus Cyrillus Alexandrinus hom. 61. ad populum Antiochenum: *Aſcendebat ex Paradiſo fons fluuios emittens ſenſibiles, ex hac menſa fons aſcendit ſpirituales emittens fluuios*; idem habet hom. 45. in Ioannem; vbi hæc habet: *A menſa hac prodijt fons, qui fluuios ſpirituales diffundit: iuxta hunc fontem, non ſteriles ſalices germinant, ſed arbores cœlum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos, & ſolidos ſemper producunt.* Salices iuxta Babylonis flumina fuerant, ab hoc fonte exulare ſalices debent.

Ex euchariſtica menſa fons aſcendit ſpirituales emittens fluuios. S Chryſ. *Salices infructuoſæ ab hoc fonte exulent.* Idem.

665. *Semper fructus producat qui ad euchariſticum fontem plantatur.* S. Chryſ.

Certo tempore fructus producant cæteræ arbores; illæ quæ hiſce fontibus irrigantur maturos ſemper fructus producunt, & qui marceſcere neſciant; eiuſdem ſancti Patris ſunt verba hom. 61. ad populum ſuperiùs citata: *Ad hunc* FONTEM *plantata, non infructuoſæ ſalices, ſed arbores ad ipſum cœlum peruenientes fructum habentes ſemper maturum, & immarceſſibilem*; fructibus ſemper vernet qui euchariſticam menſam frequentat; qui æternitatis Dominum accipit, temporum ſpatiis rem non definit vt fructum producat.

Fons irrigãs, & inflammãs ſacra Euchariſtia.

Ferunt fontes reperiri, qui adeò flammas non extinguant, vt nutriant tanquam oleum. Plinij hæc ſunt verba lib. 31 cap. 2. *Polythytas*, inquit, *explere olei vicem iuxta ſolos Ciciliæ fontem. Theophraſtus hoc idem fieri in Æthiopia eiuſdem virtutis fonte. Lycos affirmat in Iudæi terris fontem eſſe cuius* AQVA *lucerna ardent*; rem ad euchariſticum fontem flecti; hic quoque Chriſti ſanguis & abluit animam, & inflammat; ſancti Chryſoſtomi ſententia hæc eſt producta hom. 61. ad populum: *Hic eſt ſalus animarum noſtrarum, hoc* ABLVITVR *anima, hoc adornatur, hoc inflammatur. Hic mentem noſtram igne reddit ſplendidiorem, hic auro clariorem animam facit.*

S. Chryſ.

Luminaria, & buccella ad baſilicas delata à populo. Capit. *Res ad Euchariſtiam flectitur.*

Luminaria, incenſum, & buccellas ad baſilicas populus deferebat, & Sacerdotum erat ad iſta populum hortari; in Capit. Caroli Magni lib. 6. num. 191. hæc habentur: *Vt Sacerdotes admoneant viros, & mulieres, vt ad baſilicas* LVMINARIA, *& incenſum, &* BVCCELLAS, *& primitias afferant, ſicut ſcriptum eſt: Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus*; plus à Deo nos accipimus, quàm Deo deferamus in Euchariſtiæ buccellis lumen habemus, quo mentes illuſtrantur.

666. *In conuiuijs nõ quid comederit Chriſtus refertur, ſed quid fecerit, quid docuerit.*

Et irrigat euchariſticus fons, & lucem nutrit, & auget, ſuperâ quippè luce anima perfunditur, quæ diuinæ ſapientiæ theſaurum in euchariſtica menſa excipit; cum ad conuiuia iret Chriſtus, non refertur, quid comederit, ſed quid fecerit, quid docuerit, vt nimirum eò ſe tendere in conuiuiorum frequentatione probaret, eò ſpectare, vt qui aderant erudirentur, & verborum diuinorum lumine illuſtrarentur; ſancti Hieronymi hæc ſunt verba in cap. 15. Matth. *Cùm frequenter pergere ad conuiuia deſcribitur, nihil refertur* ALIVD NISI QVID IBI FECERIT, QVID *docuerit*; de cibis nulla illi cura, nulla de ferculorum apparatu cogitatio, in conuiuiis, quibus corpus alitur, animæ ſalutem ſpectabat Chriſtus, & non ſpectaret in euchariſtica menſa, quæ ad animarum profectum eſt ordinata? ſpectat, & mentem ita irrigat, vt etiam ſupera luce perfundat; totus nimirum in animæ ſalute quærenda Chriſtus eſt, dum in euchariſtica menſa deliteſcit.

S. Hier. *In Euchariſtia totus in animæ ſalute quærenda Chriſtus eſt.*

Chriſti corpus tanquã fons eſt etiam animæ ſpeculum.

Fontes huic etiam muneri deſeruiunt, vt ſpeculi vices ſubeant; ſpeculum nobis Chriſti caro eſt facta, & præcipuè in euchariſtico fonte. In ſpeculum figi oculi ſolent, vt nullum ſuum quiſque videat, & maculas abſtergendas notet, noret quæ pollenda, & emendanda; nos Chriſtum in cruce poſitum habemus pro ſpeculo, in quo vitia noſtra videmus, noſtras maculas. Drogo de ſacramento Dominicæ Paſſionis: *Feciſti mihi*, inquit, *de corpore* SPECVLVM *animæ meæ.* huic ſpeculo hoc eſt peculiare, vt non repræſentet tantùm maculas,

Drogo.

culas, ſed & deleat; quod maximè in ſacra communione fit.

EXCVRSVS LII.

In purgatrices flammas, quibus animæ torquentur, virtutem ſuam porrigit euchariſticus ſanguis.

Mortuis obſequium *exhibere quanti ſit meriti.*

De ſuffragiis defunctorum *quorundam lex.*

Beneuolentia, *qua Dei ſeruos quis complectitur, quàm Deo grata.*

Pietas in defunctos *Ieſum in Ægyptum traxit.*

Mortuorum oſſa *theſauris præferenda.*

Abſconditum Euchariſtiæ munus *iras extinguit, & pœnas Purgatorij.*

Virtutem ſuam in purgatricibus flammis *præcipuè exerit euchariſticus ſanguis.*

Chriſtus à Cruce ad animas *iuit, quæ ſub inferis locis erant, vt nobis idem quî præſtandum.*

Sanguis Euchariſticus animabus expiandis, *quæ in Purgatorio cruciantur, quàm opportunus.*

In purgatricibus flammis *euchariſtici ſacrificij vis elucet.*

Euchariſtia triumphantis *Eccleſiæ honor.*

Sacramentum Euchariſtiæ beatorum gloriam *auget.*

Fideles in corporis ſui gloriam *transfigurat Chriſtus.*

667. MVltis alibi de hoc argumento egi, & ſæpè ad populum ſermonem de hac re habui; hìc libabo tantùm aliqua in gratiam illarum animarum, quæ purgatricibus flammis cruciantur; vt in viuentibus viuat eorum memoria, qui abierunt.

Mortuis obſequium exhibere quãti ſit meriti. S. Ambroſ.

Mortuis obſequium exhibere quanti ſit meriti explicari vix poteſt; ſanctus Ambroſius ſerm. 57. Ioſephum ita Mariæ conferebat: *At ego dico, non minorem Ioſeph affectam fuiſſe, quàm* MARIÆ: *ſiquidem illa Saluatori membrorum ſuorum ſecretum præſtitit; hic ſecretum ſui corporis non negauit: illa Dominus pannis inuoluit, cùm natus; hic linteis, cùm receſſit*; ſuam etiam laudem merentur, qui illarum animarum compaſſione tacti, quæ purgatricibus flammis exuruntur, refrigerium aliquod illis offerunt.

De ſuffragijs defunctorum quorundam lex. S. Petr. Dam.

De ſuffragiis defunctorum hanc legem olim ſeruatam lego apud ſanctum Petrum Damianum opuſc. 14 eam eius verbis dabo: *Illud*, inquit, *ſilentio præteriri dignum eſſe non ducimus, quia cùm frater quiſpiam ex noſtris obierit, vnuſquiſque pro eo ſeptem dies ieiunat, ſeptem diſciplinas cum millenis ſcoparum ictibus accipit, ſeptingentas metanæas facit, triginta inſuper pſalteria ex more decantat, continuis quoque triginta pro eo diebus Miſſarum ſolemnia ſpecialiter celebrantur. Hæc igitur huius loci regula nulla veti varietate poſtponitur: hæc conſuetudo circa defunctos diſtricta prorſus, & inuiolabili ſemper obſeruatione tenetur. Si quis autem fortaſſe nouicius, vel quolibet modo morte præuentus, iniunctam pœnitentiam conſummare non potuit, mox vt ad fratrum notitiam res patefacta peruenerit, cum magno feruore tota pœnitentia, parili facta inter eos diuiſione ſuſcipitur: & quantalibet ſit, breui ſpatio per diuerſos afflictionum modos onanter expletur. Felices nimirum diuitiæ charitatis, quæ gratis ſe non modò viuentibus ingerunt; ſed & mortuos proſequuntur.*

Summam ab auctore gratiæ gratiam init, qui obſequium quod animabus offert, quæ purgatorio igne cruciantur; placet vniuersè Chriſto labor omnis erga mortuos impenſus; Matth. 2. legimus vix natum Chriſtum in Ægyptum delatum; cur non aliò? nihil hìc caſu factum, ſed omnia diuino conſilio; an beneuolentiam illam aduentu ſuo remunerare Chriſtus voluit; qua Ægyptij Hebræum populum fuerant proſequuti? non obliuiſcitur Deus obſequij, quod amore ſui ſuis exhibemus. Beatus Dionyſius Carthuſianus in cap. 2. Matth. ita rem verſat: *Quæritur cur potius in Ægyptum ingreſſus ſit Chriſtus? Reſpondendum, quoniam Ægyptij olim tempore Ioſeph circa populum Iſrael multum beneuoli erant*; ſed quid illi præcipuè præſtiterant? mortuum Iacob dichus multis luxerunt, ſic enim habes Geneſ. 50. v. 3. *Fleuit eum* (Iacob) *Ægyptus ſeptuaginta diebus*; & productus ſanctus Dionyſius ſubdit ſtatim: *nam & Iacob Patriarcham primò ſeptuaginta diebus, deinde triginta planxerunt, vt in Geneſi dicitur*; adeò vt pietas iſta vel in defunctos accerſiuerit pietatis auctorem potuerit, vt eò ſe conferret. quid non ſperandum. Si pleniùs, & opportunius quàm Ægyptij non defunctum plangemus, ſed ſuffragium animabus ſubleuemus, quæ tam diris cruciatibus premuntur?

668.

Beneuolẽtia, qua Dei ſeruos quis complectitur, quã Deo grata. Matth. 2.

Pietas in defunctos Ieſum in Ægyptum traxit. Idem.

Mortuorum oſſa theſauris præferenda ſunt, Exod. 13. 19. *Tulit Moyſes oſſa Ioſeph ſecum*; alij aurum ab Ægypto exportauerunt, Moyſes Ioſephi oſſa abſtulit; nimirum venit gloſſa Græca apud Lippomanum: *Iudæi, vtpote infamibus ſimiles, aurum, atque argentum ſecum detulerunt: Moyſes verò immerati animi vir* IOSEPH OSSA *deportauit*; defunctorum oſſa curare bonum eſt, ſed meliùs erit, ſi ſuffragiorum oblatione curemus, vt animæ à flammis liberæ in cœlum deuehantur, & præcipuè euchariſtici ſanguinis virtute.

Mortuorum oſſa theſauris præferenda. Exod. 13. 19. Gloſſa.

669. Salomonis verba ſunt Prouerb. 21. 14. *Munus abſconditum extinguit iras*; quam ſententiam ad animas illas flectit ſanctus Thomas, quæ in Purgatorio flammis cruciantur; in opuſc. 58. cap. 25. ita loquitur: *Munus abſconditum extinguit iras, iras ſcilicet Dei, id eſt, pœnas* PVRGATORII. abſconditum euchariſticus Agnus eſt, qui ſub accidentium velamine deliteſcit.

Abſconditum Euchariſtiæ munus iras extinguit, & pœnas Purgatorij. Prou. 21. S. Thom.

Cùm Dominici ſanguinis virtutem efferret Zacharias Propheta ait cap. 9. v. 11. *In ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu*; quæ verba ad litteram de animarum liberatione a purgatricibus flammis exponuntur; ſed cur virtutem hanc ad ſolas illas animas coërcet: & non multis aliis ſalutaris hic ſanguis eſt? eſt, ſed quia præcipuè ad animarum illarum è flammis eductionem ſpectat, & quia certior eſt ſanguinis Dominici virtus in animabus illis, quæ nulla reſiſtentia ſanguinis efficacitatem obtundunt; quod faciunt peccatores auxilium quod Deus ſuo ſanguine offert reſpuentes, idcirco Dominici ſanguinis vira commendans Propheta ſolius eductionis animarum à Purgatorij lacu meminit.

Virtutẽ ſuam in purgatricibus flammis præcipuè exerit euchariſticus ſanguis. Zach. 9. 11.

Chriſtus

Chriſtus à cruce ad animas iuit, quæ ſub inferis locis erant vt nobis idē qui præſtaniſsim.

Chriſtus ipſe à cruce ad animas illas ſe contulit, quæ in inferis locis aduentum eius, eius miſericordiam accidiſſe expectabant; poterat in cœlum ire, qui locus illius maieſtati, & gloriæ videbatur congruētior, ſed noluit, vt rectè moneret, quanta cura in defunctorum animas ferretur dum fertur ſtatim ad illas, ſuóque nos doceret exemplo, vt dum io tribulationum, in carnis afflictione, veluti cruce pendamus, mente ad animas illas deſcendamus, quæ purgatricibus flammis tantiſper ſunt adiudicatæ, donec ſoluerint, quod debent.

670. *Sanguis euchariſticus animabus expiandis quæ in Purgatorio cruciantur quàm opportunus.* Leuit. 17. S. Thom.

Sanguis euchariſticus animabus expiandis opportunus eſt, quæ purgatricibus flammis aduruntur; huc vocat ſanctus Thomas illud Leuit. 17. *Dedi vobis ſanguinem, vt ſuper altari meo expietis pro animabus veſtris*; ſic enim ille ſcribit opuſc. 58. cap. 25. verba hæc exponens: *Dedi vobis ſanguinem, id eſt, ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti. Sanguis pro corpore ſimul, & ſanguine, pars pro toto, & quia ſanguis in altari non eſt ſine corpore, nec corpus ſine ſanguine, pro animabus ſcilicet, quæ ſunt in Purgatorio. Auget orationibus, & eleemoſynis ſancta Eccleſia, & ſacrificio ſalutari non eſt dubium defunctorum animas releuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt in hoc mundo. Zachar. 13. Partes duæ in terra diſpergentur, & deficient, id eſt, infideles, & mali Chriſtiani damnabuntur, & tertia pars relinquetur in ea, id eſt, pœnitentes: & ducam tertiam partem per ignem, id eſt, animas pœnitentium per Purgatorium, & vram eos, ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum: ipſe inuocabit nomen meum, & exaudiam eum. Ipſe ſcilicet populus Chriſtianus in terra relictus inuocabit me orationibus, & eleemoſynis, & ſacrificio Altaris pro parte ducta per ignem, id eſt, pro animabus, quæ ſunt in Purgatorio, & exaudiam eum, alleuiando ſcilicet pœnam illorum, & abbreuiando.* Nemo tam durus ſit, qui aliquo commiſerationis affectu erga illas animas non tangatur, quæ tam acriter in purgatricibus flammis cruciatur; aliàs memores ſui mortuus habiturus, memor aliorum ſit, adhuc viuit.

In purgatricibus flammis euchariſtici ſacrificij virtus elucet. Zach. Adr.

Quòd in tres particulas Sacerdos hoſtiam frangit, dum ſacrum facit, in purgatoriam quoque flammam virtutem ſuam extendere indicio eſt, ſicut & in cœlum. Scitè Zacharias Adrianus lib. 2. de Miſſa cap. 13. *Hoſtiam in tres frangens particulas (Sacerdos) tres deſignat Eccleſiæ partes: Triumphantis in cœlo, militantis in terra, & patientis in Purgatorio, quæ omnes ex hoc ſanctiſſimo ſacrificio ſuos ſortiuntur effectus. Nam triumphanti in honorem cedit tantum myſterium; patienti in relaxationem, & militanti ad ſalutem.*

671. *Euchariſtia triumphantis Eccleſiæ honor.*

Pendo illud, *triumphanti in honorem cedit tantum myſterium*; alibi *honorem* de euchariſtico conuiuio dici ſatis luculenter probo, quia nimirum non edentium tantùm & Eccleſiæ militantis honor, & gloria eſt, ſed & triumphantis.

Sacramentum Euchariſtiæ beatorum gloriam auget. Leuit. 10. S. Thom.

Quid? & non beatos ipſos beat, eorúmque beatitudinem hoc ſacramentum ſaltem accidentaliter perficit, notabat hoc ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 25. in hunc modum: *Sacrificium altaris gloriam beatorum quodammodo in cœlo augmentat. Leuit. 10. Pectuſculum ſacrificij quod oblatum eſt, edetis in loco mundiſſimo tu, & filij tui, & filiæ tecum. Pectuſculum ſacrificij quod optimum, & dulciſſimum ile animali ſignat dulcedinem effectus corporis Chriſti in quantum comeditur in loco mundiſſimo, id eſt, in quantum delectat Beatos in cœlo, quia plurimum gaudent, & congratulantur in hoc ſacrificio de memoria Redemptionis, de aſpectu noſtræ ſalutis, de admiratione diuinæ bonitatis.*

Fideles in corporis ſui gloriam tranſfigurat Chriſtus. B. Alg.

Et verò quid à Deo non ſperemus, cùm videamur huc euehi inſenſibilia, vt in Chriſti corpus tranſmutetur panis, in Chriſti ſanguinem vinum? quò euehet ratione præditos homines, ſi dignè euchariſticæ menſæ accumbet, ſi panem, vinumque in ſuam ſubſtantiam mutat? Præclarè Beatus Algerus prologo in libros de ſacramento corporis, & ſanguinis Dominici: *Quia*, inquit, *elementa bruta panis, & vini in ſua conuertit ſubſtantiam, multo magis fideles ſuos ſub tantæ ſpei imagine, & virtute in corporis ſui transfigurabit gloriam, non pro merito, ſed pro gratia dans gratiam.* Interim qui tot bonis tanta dignitate donamur, eorum nos cùm tangat obliuio, qui abierunt, & in purgatricibus flammis noſtra ſuffragia præſtolantur.

CAPVT LXVI.

Quidam ritus poſt Euchariſtiæ ſumptionem ſeruari ſoliti.

Aliquorum mos poſt ſacram communionem lac, & mel à *Diacono accipere.*

Poſt ſacram communionem, aut aquam bibebant, *aut deglutiebant paſtillum.*

Accepto Chriſti corpore aliqui ad balneos ibant, *quod inhibitum.*

A templo ad balneum *ire Gentilium.*

Intemperantia, & luxus *poſt ſacram Euchariſtiam damnati.*

Voluptuoſi *Iudæis pariati, qui Barrabam Chriſto prætulerunt.*

Ab euchariſtico conuiuio ita modeſtus quiſque *abeat, vt modeſtiam, & diſciplinam comediſſe videatur.*

Euchariſtia percepta nemo Iudæ exemplo *bonos deſerat, negligat gratiarum actionem.*

Aliqui ſumptâ Euchariſtia per diem integrum in terram non ſpuant.

RITVS qui ſolemni ritu ſeruari olim conſueuerant, dum ad ſacram Euchariſtiam accederent, aut qui in ipſo receptionis actu ſolemnes erant, paſſim obſeruati à nobis in hoc opere fuere, non erit ab re, ſi aliquos etiam referam, præter alios, qui alibi recenſiti, qui poſt ſacram communionem erant in vſu; ritus qui notitiam ſpectant ita exhibeo, vt eos non prætercam, qui mores, & morum informationem, quæ vbique mihi præ oculis, cùm legentium vtilitati maximè noſter omnis labor ſit conſecratus. ſed ad rem. 672.

Aliquorum mos poſt ſacrã communionẽ lac, & mel à Diacono accipere. Æthiop.

Aliqui poſt ſacram communionem lac, & mel à Diacono accipiebant. Apud Æthiopes de ordine myſteriorum hæc habentur: *Poſtea ſumunt ſacramentum ſanctum & viuificans, ſpondente Sacerdote pro eis, corpus ſcilicet ſanctum, & ſanguinem venerandum Domini Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti. Diaconus deinde dat eis lac, & mel, & dicit, Lac, & mel immaculatum in generationes.*

Poſt ſacram communionẽ, aut aquam bibebant, aut deglutiebant paſtillum.

Recepto Chriſti corpore aliquid ſumebant ne præter mentem cum ſaliua quidpiam expuerent ex eo, quod ſumpſerant; ſuis id ſuaſit ſanctus

Chryſoſto

Chryſoſtomus monens vt poſt communionem, aut aquam biberent, aut paſtillum deglutirent. Apud Sozomenum lib. 8. cap. 17. hæc leguntur: *Pulſi a Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſeparati ab Eccleſia, horum ille (ſcilicet Theophilus) abuſus lenitate, hortatus vt aduerſus Ioannem libellos darent, pollicitus eos reſtituere in myſterij ſui locum. Erant autem hæc illorum ſcelera alterius quidem homicidium, alterius verò adulterium, quod & fecit. Eos enim poſt Ioannis exilium, locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis quos ipſe illi dictauerat, nihil veri continentes præter id ſolum, quod monere ille conſueuerat, vt poſt communionem aut aquam, aut paſtillum degustarent, ne contra voluntatem, vna cum ſaliua, ſiue pituita, quidquam ſacramenti excrearent, ipſe primus id faciens, religionémque piè ſentientibus augens.*

673. *Accepto Christi corpore aliqui ad balneas ibát, quod inhibitum.* Acta.

Accepto Chriſti corpore ad balneas ire olim inhibitum reperio. in actis ſancti Theodori Archimandritæ hæc de Sergio leguntur: *Reprehendebat vir ſanctus illum morem, quo multi, præſertim in dignitate conſtituti, poſt myſteriorum perceptionem ad lauacra ſe conferebant. Quamobrem clericorum cœtus ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ, ad eum ſe contulit: & ſic eum eſt allocutus: Quoniam audiuimus, Pater ſanctiſſime, te eos reprehendere, qui poſt myſteriorum perceptionem ſe lauant, ad te confugimus, vt intelligamus, vt id ex ſacra Scripturæ lectione, an aliunde didiceris. Vir diuinus ita reſpondit. Legimus in Scripturis ſanctis: Omne mendacium a malo eſt: & perdet omnes qui loquuntur mendacium. Scitote igitur, filij, Deum mihi indicaſſe, eos valde peccare, qui poſt ſanctam communionem ad balnea ſe conferunt, vt corpus lauent, & curent. Quis enim vnguento & aromatibus eorum abſterget ſuauitatem? Quis ſimul ac cum Imperatore pranſus eſt, ad balneum currit.*

A templo ad balneum ire Gentilium. Plut.

A templo ad balneum ire Gentilium fuit. Plutarchus in vita Agidis, & Cleomenis: *Ducebant eum ſecum ex templo ad balneum.*

674. *Intemperantia, & luxus poſt ſacram Euchariſtiam damnati.* S. Chryſoſt.

Sumpta Euchariſtia, in qua ſuperæ delitiæ deliteſcunt, ad terrenas, & perituras minimè currendum; malè illi, qui communioni ſacræ abſtinentiam præmittunt, & ea deguſtata abſtinentiam, abſtinentiæque fructum nimia, & noxia intemperantia obruunt, & ſepeliunt; hos perſtringebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 27. in epiſt. 1. ad Corinth. hiſce verbis: *Non audiuiſti quomodo etiam illa tria millia quæ perceperant communionem, perpetuò perſeuerabant in oratione, & doctrina, non in ebrietatibus & comeſſationibus. Tu autem priuſquam quidem communices, ieiunas, vt quomodocumque dignus appareas. Quando autem communicaueris, cùm te oporteret magis agere abſtinentiam, omnia perdis. Adeò perdit qui luxu diffluit, vt ſe quoque perdat, niſi ſe cohibeat.*

Voluptuoſi Iudæis pariati, qui Barabbã Chriſto prætulerunt. S. Athanaſ.

Acriter voluptuoſus, & delitiis deditos ferit ſanctus Athanaſius Iudæis illos parians, qui Barabbam Domino prætulerunt; hæc ſancti huius Patris verba hom. de Paſſione, & cruce Domini poſt medium: *Ne ignoret qui detinetur à voluptatibus, maioremque in illis delectationem ſentit, quod & ipſe ſicut Iudæi Barabbam depoſcit, & Dominum interficit;* quod eos præcipuè tangit, qui ſuperis, veriſque delitiis in euchariſtica menſa deguſtatis, ad terrenas, & non veras decurrunt.

Ab euchariſtico conuiuio ita modeſtus quiſque abeat, vt modeſtiam, & diſciplinã comediſſe videatur. Tertull.

Olim Chriſtianorum agapes, conuiuia, & cœnæ tales erant, vt modeſtiam, & diſciplinam in illis degluriuiſſe viderentur potius quàm fercula; hinc illud Tertulliani in Apolog. cap. 39. *Æquè oratio conuiuium dirimit, inde diſceditur non in cateruas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciuiarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm diſciplinam;* quod meliùs de euchariſtica cœna dicetur, quæ vt ſanctiora fercula exhibet, ſic maiorem ſanctitatis, diſciplinæ, & modeſtiæ ſpiritum illis inhalat, à quibus frequentatur; igitur tam modeſtus quiſque abire ab hoc conuiuio debet, ac modeſtiam ipſam comediſſet.

675. *Euchariſtia percepta nemo Iudæ exemplo bonos deſerat, negligat gratiarum actionem.* S. Chryſ.

Qui euchariſticæ menſæ interfuit, cœleſtium epularum particeps factus, caueat ne Iudæ exemplo ſe ſtatim proripiat. Chriſti diſcipulos deſerat, gratias benefactori agere negligens, malorum ſe conſortio det; in malorum profunda cecidit Iudas, quia hæc monita neglexit. Religio hic eſſet ſancti Chryſoſtomi verba ſupprimere, qui hom. de Baptiſmo Chriſti ita loquitur: *Quando vltimæ cœnæ communicauit Iudas nocte illa poſtrema, cæteris omnibus recumbentibus ipſe ſe proripiens exceſſit: illum imitantur & iſti, qui ante vltimam gratiarum actionem diſcedunt, niſi enim exiuſſet ille, proditor factus non eſſet: niſi condiſcipulos deſeruiſſet, non perijſſet: niſi ſeipſum extra ouile proripuiſſet, non eum lupus ſolum offendiſſet, atque deuoraſſet; niſi ſe ipſum à paſtore ſegregaſſet, belluæ præda factus non eſſet. Idcirco nimirum ille cum Iudæis, iſti verò cum Domino hymno dicto exierunt.* Tantum bonorum conſortium prodeſt, tantum obeſt malorum.

Aliqui ſumptâ Euchariſtiâ per diem integrum non ſpuunt. Dam. Gaes.

Denique cautio apud nonnullos eſt ne ſumptâ Euchariſtiâ per diem integrum in terram ſpuant; de Æthiopibus ita ſcribit Damianus Gaës: *Nec Sacerdoti, nec laico, nec alij perſonæ, cuiuſuis conditionis ſit, aſſumpta venerabili Euchariſtia licet expuere à tempore matutino vſque ad occaſum Solis, & ſi ſpuerit, grauiſſima pœna mulctatur;* noſtri non adeò religioſi, probant aliquod tempus abire antequam Euchariſtiæ factus particeps in terram deſpuant, tam diuturnum tempus non præcipiant.

CAPVT LXVII.

De euchariſticis ſpeciebus aliqua notatione digna.

Species euchariſticæ formæ ſacramentales *dictæ.*

Quæ nunc hoſtiæ, *olim oblationes vocabantur.*

Centum hoſtiæ *minimè cõſecratæ pauperibus diſtributæ die quinto hebdomadæ ſanctæ.*

Hoſtiæ rotunditas *diuinam æternitatem notat.*

Maria pannis inuoluit *Chriſtum; Gratia* euchariſticis ſpeciebus.

Panis benedictus ſub hoſtiæ forma *mulieribus poſt partum dabatur, quod fieri deinceps prohibitum.*

Hoſtiæ *etiam de laudibus.*

Sal *in Dominici corporis ſacrificio mittebatur, quod damnatum.*

Notati qui mel *admiſcendum cenſebant.*

Panis, *& aquæ* potus *cum quibuſdam verbis in Gentilium ſacris.*

SPECIES, ſub quibus latet ſacramentum, formas ſacramentales etiam appellabant; ita non ſemel Beatus Albertus Magnus tract. 4. de Euchar. diſt. 3. cap. 2. *Intra formas ſacramentales ſumere Dominum Ieſum Chriſtum.* 676.

Species euchariſticæ formæ ſacramentales dictæ. B. Alb Magn.

&

& diſt.6. tract.1. cap. 4. explicans illa verba apud Iſaiam 60. *Offerentur mihi ſuper placabili altari meo, & domum maieſtatis meæ glorificabo*; ait; *domus illa non incongruè formæ ſacramentales intelliguntur, quibus inhabitat nobiſcum Deus.*

Quæ nunc hoſtiæ, olim oblationes vocabantur. Fortun.

Quæ nunc *hoſtiæ* dicuntur, etiam *oblationes* olim vocabantur, quæ à mulieribus etiam nobilibus fiebant; de ſancta Radegunde Regina ita ſcribit Fortunatus Epiſcopus: *Oblationes etiam ſuis manibus faciens locis venerabilibus inceſſabiliter diſpenſauit.*

Centum hoſtiæ maximè conſecratæ pauperibus diſtributæ die quinto hebdomadæ ſanctæ. Vet. Conſ.

Olim apud Floriacenſes in die Iouis hebdomadæ ſanctæ centum hoſtiæ, eæque minimè conſecratæ centum pauperibus diſtribuebantur; veteres eorum conſuetudines ſic ſe habent: *Ipſa die poſt capitulum Sacerdos, qui Miſſæ minoris hebdomadarius eſt, cum Diacono cantat Miſſam de die ad altare ſanctæ crucis ad centum pauperes, & finita Miſſa ſingulis ſingulæ dentur hoſtiæ non conſecratæ.*

Hoſtiæ rotunditas diuinã æternitatem notat. S. Vinc. Ferr.

Illa hoſtiæ *rotunditas*, ait S. Vincentius Ferrerus ſerm. in cœna Domini, *repræſentat diuinam æternitatem, quæ caret principio, & fine*; & rectè monet æterna cogitanda, & quærenda non peritura.

677. *Maria pannis inuoluit Chriſtũ Gratia euchariſticis ſpeciebus.* Guarr. Abb.

Vt Maria Ieſum pannis inuoluit, ſic gratia euchariſticis ſpeciebus Chriſti corpus obtegit, obtegit myſterij huius veritatem. Scitè Guarricus Abbas ſerm. 5. de Natiuit. Dom. qui huc ſpectans, ait: *Fratres & vos inuenietis hodie infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio altaris, videte ne vilitas tegminis offendat, aut perturbet obtutum veſtræ fidei, veritatem reuerendi corporis ſub alijs rerum formis intuentis. Sicut enim mater Maria quibuſdam aſſumentis pannorum inuoluit infantem, ſic mater gratia diſpenſatorijs ſpeciebus rerum eiuſdem ſacri corporis nobis obtegit veritatem.*

Panis benedictus ſub hoſtiæ forma mulieribus poſt partum dabatur, quod fieri deinceps prohibitum. Acta Med.

Poſt fœtus editionem panis benedictus ſub hoſtiæ forma mulieribus offerebatur, quod ne deinceps fieret prohibetur in actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 30. cap. 2. in hæc verba: *Fœminis poſt puerperium ad Eccleſiam venientibus panis benedictus ſub hoſtiæ forma ne præbeatur.*

Hoſtia etiam de laudibus. Merc. Triſm.

Hoſtias etiam de laudibus diei ſcitum in ſacris litteris eſt; hinc illud; *Vitulos labiorum noſtrorum*, & ibi ſacrificabo hoſtiam laudis; nec nouum iſtuc etiam Mercurius Triſmegiſtus cap. 1. Deum alloquens ait: Sanctus & excellentior omni laude; ſuſcipe verborum hoſtias puras ab anima, & corde tibi oblatas.

678. *Sal in Dominici corporis ſacrificio mittebatur, quod damnatum.* B. Alcuin. *Notati qui mel admiſcẽdum cenſebant.* S. Paſchaſ.

Plerique ſalem adhibendum in corporis Dominici ſacrificio contendebant, quod & refert B. Alcuinus, & reiicit epiſt. 69. his verbis: *Audiuimus aliquos in illis partibus adfirmare, ſalem eſſe in ſacrificium corporis Chriſti mittendum. Quam conſuetudinem nec vniuerſalis obſeruat Eccleſia, nec Romana cuſtodit auctoritas*; ſic ille. Alij præter ſalem etiam mel, quod damnat S. Paſchaſius Radbertus epiſt. ad Frudegardum his verbis: *Ad vltimum quæſo ne ſequaris ineptias de tripartito Chriſti corpore, non ſalem, aut mel in eo admiſceas, quod quidam voluerunt.* Quid mel adiiciendum, cùm ipſum mel ſit totum dulce, totum ſuaue.

Panis, & aqua potus cum quibuſdam verbis in Gentilium ſacris. S. Iuſt. Mart.

Porrò quia Dæmon Dei ſimia eſt, etiam in hoc imitari Deum voluit, ſectatores habens qui in ſolis ſacris panem, & potum in initiatione certa quadam iuſtorum formula Chriſti exemplo offerrent; rem in hunc modum refert S. Iuſtinus Martyr apologia ſecunda pro Chriſtianis: *Apoſtolis in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderunt, eum accepto pane cum gratias egiſſet, dixiſſe, Hoc facite in memoriam mei, hoc eſt corpus meum: dixiſſe etiam accepto poculo cum egiſſet gratias, Hic eſt ſanguis meus, ſibique ſolis dixiſſe. Quod etiam imitari maligeni in ſolis ſacris faciendum tradiderunt. Panem enim, & potum aquæ poni in initiatione eius qui initiatur cum certis quibuſdam verbis, aut ſcitis, aut cognoſcere poteſtis.* Sed iam de ritu, & modo, quo hoſtiæ conficiebantur, aliqua producamus in medium, vt noſtri habeant quæ in antiquioribus laudent, & laudabiliter imitentur quæ laude digna.

CAPVT LXVIII.

Panes qui Euchariſtiæ conficiendæ adhibebantur, vt pararentur.

Cautio in frumento colligendo, *& ferendo, quod hoſtijs conficiendis deſeruire debebat.*
Mundities *ſingularis in hoſtiarum paratura.*
Pſalmi cantabantur *dum hoſtiæ coquerentur.*
Formæ euchariſticæ *à Sacerdotibus fieri iuſſa.*
Hoſtiarum confectio *etiam puris virginibus iniuncta.*
Panem, & vinum populus offerebat, *& viri prius quàm mulieres.*
Farinam hoſtiæ conficiendæ *populus aliquando offerebat.*
Quanta puritate, *&* nitore *hoſtiæ parandæ.*
Noſtrorum negligentia *perſtricta.*
Hoſtias *contracturus* abluere manus *iubetur.*
Panis qui conſecratur in denarij formam, *licèt aliter olim fierent.*
Panis *homines docet quo* honore excipere *Chriſtum debeamus.*
Ad contritionem nos vocant grana quæ conteruntur.

QVo ſtudio, quo nitore, qua ſolicitudine, qua religione olim & frumentum pararetur ad hoſtias conficiendas in molendino moleretur, & hoſtiæ ipſæ conficerentur, apparet ex his, quæ habet D. Lanfrancus in decretis pro Ordine ſancti Benedicti, quæ nouiſſimè ex Mss. codd. prodierunt, ſic autem ille ſcribit cap. 6. *Cura faciendi hoſtias ſuper eum* (ſacriſtam) *eſt, qua vt mundiſſimè, & honeſtiſſimè fiant ſummopere ſtudere debet. In primis, ſi fieri poteſt, frumentum cum magno ſtudio granatim eligatur; electum in ſacculo mundo, & de bono panno facto, & ad hoc opus tantùm ponatur, & à famulo boni ſtudij ad molendinum deferatur. Quo delato famulus aliud frumentum in ipſo molendino moli prius faciat, vt illud, vnde hoſtiæ fieri debent, ſine aliqua ſorde moli poſtea valeat.* Pergit & de ritibus agit, qui ſeruandi in hoſtiis ipſis ex farina conficiendis: *Reportata farina ſecretarius, & fratres, qui eum iuuare debent, antequã incipiant manus, & facies lauẽt, albis induãtur, capita amictibus velẽt, præter eum, qui ferra tenturus, & inde ſeruiturus eſt. Horum vnus ſuper tabulam mundiſſimam ipſam farinam aquâ conſpergat, & manibus fortiter compingat, & maceret; frater, qui ferra, in quibus coquuntur, tenet, manus chirothecâ habeat inuolutas. Interim dum ipſæ hoſtiæ fiunt, & coquuntur, dicant ijdem fratres pſalmos familiares horarum, & horas canonicas, vel de Pſal-*

679. *Cautio in frumento colligendo, & ferendo quod hoſtijs conficiendis deſeruire debebat.* D. Lanfr.

Munditiès ſingularis in hoſtiarum paratura. Idem.

Pſalmi cantabãtur dum hoſtiæ coquerentur.

terio ex ordine, quòd tantundem valent, ſi ita potius voluerint. Silentium loquendi omnino teneant, ille tamen qui ferra tenet, ſi neceſſe ſit, breuiter, quod vult indicare poteſt famulo, qui focum facit, & ligna portat, quæ debent eſſe valdè ſicca, & ante multas dies de induſtria præparata.

680. *Forma eucharisticæ à Sacerdotibus fieri iuſſa.* Theodulph.

Panes qui menſæ euchariſticæ ſeruiebant olim à Sacerdotibus fieri iubebantur, aut ab eorum pueris, ſed coram ipſis, ita decernit Capitulare Theodulphi cap. 5. dum ait: *Panes, quos Deo in ſacrificium offertis, aut à vobis ipſis, aut à veſtris pueris coram vobis nitidè, ac ſtudioſè fiant. Et diligenter obſeruetur, vt panis & vinum, & aquæ, ſine quibus Miſſa nequeunt celebrari, mundiſſimè, atque ſtudioſè tractentur, & nihil inhiſride, nihil non probatum inueniatur, iuxta illud quod ait Scriptura: ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.*

Hoſtiarum confectio etiā puris virginibus iniuncta. Petr. Abaël.

Hoſtiæ à virginibus confici olim iubebantur, ſicut & purgari frumentum, ex quo fiebant. Certè id ſuadet Petrus Abaëlardus cùm regulam mulieribus ſcriberet, quæ in congregatione ſimul viuebant, ait enim, vt habetur epiſt. 8. *Hoſtias ſi fieri poteſt* VIAGINSS CONFICIANT, *& frumentum purgent, vnde fiant, & altaris pallas abluant.*

Panē, & vinum populus offerebat, & viri prius, quàm mulieres. Ord. Rom.

Populus olim panem, & vinum offerebat ad ſacrificium, nec viri tantùm, ſed & mulieres, licèt illi priùs iſtis: diſco id ex libello ordinis Romani, vbi ait: *Populus dat oblationes ſuas, id eſt, panem, & vinum, & offerunt cum fanonibus candidis, primò maſculi, deinde fœminæ.* Virorum, & fœminarum mentio fit etiam in decreto Fabiani P. P. in codice Decretorum lib. 5. cap. 7. vbi hæc habentur: *Decernimus, vt in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus fiat tam panis, quam vini, vt per has oblationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.*

681. *Farinam hoſtiæ conficiēdæ populus aliquando offerebat.* Honor. Aug.

Farinam hoſtiæ conficiendæ populum aliquando abſtuliſſe, indicat Honorius Auguſtodunenſis cap. 18. dum ait: *Fertur quòd olim Sacerdotes de ſingulis domibus, vel familijs farinam accipiebant: (quod adhuc Græci ſeruant) & inde Dominicum panem faciebant, quem pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuebant.*

Quanta puritate & nitore hoſtiæ parandæ. Cæſarius.

Quanta puritate, & nitore parandæ hoſtiæ ſint, quæ euchariſtico ſacrificio debent deſeruire, colligi ex hoc poteſt, quod verſat Cæſarius lib. 9. cap. 65. *Circa hoc biennium iuxta Coloniam in villa quæ Belle vocatur, geſtum eſt quod dico die quadam, cum Sacerdos Miſſam celebraret, & dicto Euangelio, vt ſæcularibus mos eſt, miniſtrante ſcholare, hoſtiam patenæ ſuperpoſitam ſuper corporale locaſſet, illa mox reſiliuit, putans hoc Sacerdos caſu accidiſſe, neque hoſtiam benè locatam denuò eandem ſuperpoſuit, quæ remotius eò intuente reſiliuit quam priùs: cùmque tertiò id tentaſſet, quaſi turbine impulſa, proiecta eſt de altari. Quo viſo territus eſt valdè, & ſe tanto miniſterio indignum reputans, præcepit ſcholari vt eadem hoſtia reſeruata, aliam ſuperponeret, quam & conſecrauit; dicta verò Miſſa, tollens ſecum hoſtiam prædictam Coloniam properauit, inueniénſque Priores apud ſanctos Apoſtolos, hoſtiam eis oſtendit, quid de eo dictum ſit recitauit. Cunctis cauſam mirantibus, vnus Clericorum hoſtiam contra lucem leuans maculam in ea contemplatus eſt: quam cùm in aſpectu multorum fregiſſet, cimex, qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit in ea decoctus; & glorificauerunt Dominum omnes qui aderant. Haud dubium quin à ſanctis Angelis reiecta eſt, qui non ſunt paſſi, vt panis tam fœdo vermiculo corruptus per miniſterium Sacerdotis, tranſiret in corpus Domini. ſic Hellevvecus Prior montis ſanctæ VValburgis teſtatur ſe eandem hoſtiam vidiſſe. Sacerdos adhuc viuit, qui mihi minus credis, interroget illum.*

682. *Noſtrorum negligentia perſtricta.*

Pergit, & noſtrorum Sacerdotum negligentiam pungens, ait: *Vides quanta ſit negligentia Sacerdotum noſtrorum? Olim Sacerdotes legales, ad propoſitionis, agros ipſi excolebant, ſeminabant, triturabant, molebant, pinſebant, panes formabant, & coquebant, erántque de ſimila mundiſſima: attamen in illis panibus ſola erat figura. Heu modò panes, ſub quibus eſt veritas, id eſt, corpus Chriſti poſt conſecrationem, modò pinſunt, formant, & coquunt negligentes vxores campanariorum, & ideò tales eueniunt negligentiæ. Vnde cùm Abbas noſter die quadam celebraturus eſſet Miſſam in quadam Eccleſia, & eſſent hoſtiæ nigerrimæ, ait campanario: De quo grano ſunt hoſtiæ iſtæ? Reſpondente illo, de auena. Noluit celebrare, valdè arguens illum dixit, quòd nihil ibi fieret.*

Hoſtias contrectaturus abluere manus iubetur. And. Gaſt.

Hoſtias contrectaturus abluere priùs manus debet, ſic ex noſtrorum conſuetudine notabat noſter in hiſce verbis periſſimus pater Andreas Gaſtaldus in ſua praxi cæremoniarum lib. 1 ſect. 3. c. 5. n. 7. ait enim: *Quoties vt ſuum exequatur munus, hoſtias tangere contingit, priùs lauet manus, linteamina munda adhibeat, ferreiſque inſtrumentis politis vtatur, nulli alij vſui vnquam applicandis.*

Panis, qui cōſecratur in denarij formam, licèt aliter olim fierent. Honor. Aug.

Panis, qui conſecratur, denarij formam habet, habuit & ſuperioribus ſæculis, licèt antiquitus aliter fierent, panis quippe magnus conſecrabatur, ſumpta ex ſingulis domibus à Sacerdotibus farina, qua panis conficeretur. Meminit moris vtriuſque Honorius Auguſtodunenſis in gemma animæ lib. 1. cap. 66. dum ait: *Fertur, quòd olim Sacerdotes è ſingulis domibus, vel familijs farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſeruant, & inde Dominicum panem faciebant, quē pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuerunt; poſtquam autem Eccleſia numero quidem augebatur, ſed ſanctitate minuebatur propter carnales, ſtatutum eſt, vt qui poſſent ſingulis Dominicis, vel tertia Dominica, vel ſummis feſtiuitatibus, vel ter in anno communicarent. Ne ante confeſſionē, & pœnitentiam, pro aliquo crimine iudicium ſibi ſumerent. & quia populo non communicante, non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum eſt in modū denarij formari, vel fieri, & vt populus pro oblatione farinæ denarios offerrēt, pro quibus traditū Dominū recognoſcerēt, qui tamen denarij in vſū pauperū, qui mēbra ſunt Chriſti, cederēt, vel in aliquid, quod ad hoc ſacrificium pertineret.*

683. *Panis homines docet quo honore excipere Chriſtū debeamus.* Guill. Par.

Vel à pane diſcamus honorem Chriſto ſub Euchariſtia latitanti deferre; panis ſubſtātiam relinquit, accidentibus contectus, vt honoret creatorē; hinc illud Guillemi Pariſ. tract. de Euchariſtia: *Iuſtum, & conſentaneum erat, quòd adueniente vero pane cedat materialis, neque eſt eius iniuria, imò ius creatoris eſt, vt ei aduenienti honorem deferat creatura, relinquetis ei penitus locum ſuum, & cætera, quæ ab eodem creatore acceperat, vtpotè albedinē ſaporem, & quantitatē.* In creatoris obſequium in nihilum creatura inſenſibilis vertitur, & rationalis fidem non exhibebit, ſed perfidia in ſummum eſt? Qui ſapiet, mentem ad nihilitatem ſuam voluat, nihilum ſe putet in ſui creatoris aduentu.

Ad contritionem nos vocant grana, quæ conterūtur. B. Alb. Magn.

Grana priùs conteruntur, vt panis fiat, qui in Chriſti carnem vertendus eſt; rectè hæc res contritionem docet, quæ peccatori neceſſaria, vt huius menſæ cōuiua ſit; ſcitè B. Alb. ſer. 15. de Euch. *Grana ad ſtatum, in quo ſunt, in hoſtia ſunt deducta in hunc modum, primò contrita eſt duritiès eorum per molā, & in minutas partes redacta; ſic peccator qui dignus erit corpus Domini ſumere, debet ſe præparare per cordis contritionem; fac in te molam ſpiritualem de duabus molaribus, conſiderando miſericordiam Dei, & iuſtitiam ad molliendum cordis tui duritiam;* conterantur vt granum, qui euchariſticum panem ex tritico contrito confectum, edere ad vitam cupit.

CAPVT

Capvt LXIX.

Quædam obſeruationes circa formarum formationem, & apparatum.

Hoſtiæ vt parandæ.

In hoſtijs annus *expreſſus, quo ferreum inſtrumentum quo conficiuntur, confectum eſt.*

Tres *ſimul* hoſtias *ex ferreo inſtrumento prodire.*

Sepulchrum *in euchariſticis formis.*

Lilia, roſæ, *&* flores *varij in euchariſticis formis.*

Vaſa *quibus formæ conſecrandæ ſeruantur, qualia eſſe debeant.*

Minores hoſtiæ *in peculiaribus* vaſculis *cuſtodiendæ.*

684. *Hoſtiæ vt parandæ.* And. Gaſt. De hoſtiarum apparatu, & inſtrumentis, quibus aptantur, ita ſcribit noſter Gaſtaldus in ſua praxi cæremoniarum lib. 1. cap. 5. *Hoſtias pro Miſſis celebrandis Clericus, vel Sacerdos ad id deputatus præparabit, aduertens diligenter, vt vigeſimo quoque die ad ſummum recentes aptentur, antiquioribus abſumptis. Imago ſacra Crucifixi, & non alia in maioribus, & Pietatis in minoribus impreſſa ſit, & vt nitidè ac ſtudioſè fiant, diligenter obſeruet, eaſque forcipibus ad id tantùm paratis, vel alio ſimili inſtrumento tondeat, aduertens præcipuè, quod in Rubrica Miſſalis nouiter emendati eſt additum, vt ſint integræ, & à fragmentis purgata*; ſed de imagine tradit, non ſolet tanta religio ſeruari, quin aliæ quoque imagines imprimantur, vt videre in illis eſt, quas infrà ſubiiciemus.

In ferreo illo inſtrumento, quo confici hoſtiæ ſolent, & euchariſticæ formæ formari, annus aliquando quo factum ſculpebatur, qui & in hoſtiis ipſis apparebat, cùm cuderentur in hunc modum. *In hoſtijs annus expreſſus, quo ferreum inſtrumentum, quo conficiuntur, confectum eſt.*





1603




Digitized by Google

Geminæ ex inſtrumento ferreo prodire hoſtiæ ſolent, additis & formis particularum: tres exire non adeò frequens: ſed tamen factum aliquando, vt ſubiecta imago confirmat. 208.

Tres ſimul hoſtias ex ferreo inſtrumento prodire.








68 5. *Sepulchrum in eucharisticis formis.* **Molan.**

Buccelle, quæ ad Sacramentum parabantur olim, ferè Domini effigiem referebant; alterum pedem ſupra ſepulchrum alterum introrſum defigentis, vt notauit etiam Molanus. certè talis apparet miraculoſa illa, quæ Amſtelrodami adſeruatur, Chriſti ſepulchrum impreſſum varijs modis variæ hoſtiæ referunt, vt conſtat in his, quas hic ſubijcio.









Lilia, roſas, varióſque flores ſculpi ſolitos in formis euchariſticis obſeruatum à nobis eſt,& colligi ex illis poteſt, quos aliò ſpectantes alibi plantauimus,& ex his, quas hîc exhibemus in hunc modum. *Lilia, roſa, & flores varij in euchariſticis formis.*











686. De vaſculis, in quibus hoſtiæ ſeruandæ ſunt, hæc habet noſter Gaſtaldus in ſua praxi cæremoniarum lib. 1. ſect. 3. cap. 5. *Vaſa pro ſeruandis hoſtijs ſint* ARGENTEA, *ſeu* EBVRNEA, *vel* OSSEA, *quod ſi ſint* LIGNEA, *intus deaurentur, vel panno ſerico polite obuolutum in ipſis vaſculis, ſeu hoſtiarijs adhibeat.*

Vaſa quibus formæ conſecrandæ ſeruantur, qualia eſſe debeant Andr. Gaſt.

Et de domibus hoſtiarum minorum ſtatim ſubdit. *Sint & alia vaſa ſimilia pro conſeruandis hoſtijs minoribus, quæ non ſolùm ſint in ſacriſtia, verùm etiam in ſacellis, in quibus ſolet fieri ſacra communio.* Sed maiori ſtudio & cura cordis vas parandum eſt, & diligentiùs cuſtodiendum, quo excipi Euchariſtiæ ſacramentum debet.

Minores hoſtia in peculiaribus vaſculis cuſtodiendæ. Idem.

CAPVT LXX.

Nomen Ieſu in euchariſticis formis variè expreſſum.

Ieſu nomen in formis contractè *formatum.*
Ieſu nomen *Angelorum, & aliorum Sanctorum* imaginibus *formatum.*
Ieſus abſque vlla contractione *in hoſtijs ſculptum.*
Ieſus Chriſtus in formis.
Agnus *nomini Ieſu ſubiectus.*
Domus *ſub nomine Ieſu.*
Nomen Ieſu in minoribus hoſtiis *variè expreſſum.*

MELLITISSIMVM Ieſu nomen cum mellitiſſimo Euchariſtiæ ſacramento maximè cohæret, ideò in euchariſticis formis variè exprimi hoc nomen ſolet. 687.

Et in primis contractè ſcriptum hoc nomen plures referunt cum erecta ſuper illud cruce, cui Chriſtus affixus, vt apparet in formis iſtis, quas ſubiicio. *Ieſu nomen in formis contractè formatum.*










Illud magis ſingulare, nec adeò alienum, hoc nomen Angelorum imaginibus & Sanctorum efformatum, in hunc modum





Ieſu nomen Angelorum, & aliorum Sanctorum Imaginibus formatum,

In alijs non contractè ſcribitur, ſed integrè, vt apparet in duabus iſtis, quas hic delineandas curaui.





Ieſus abſque vlla contractione in hoſtijs ſculptus

Nonnullæ formæ non nudè nomen Ieſu habent, habēt & Chriſtum cum Ieſu in hunc modum.

688. *Ieſus Chriſtus in formis.*



Aliter rem eandem aliæ repræſentant, ita ſcilicet, vt duæ formæ ſimul formentur, & vna Ieſum habeat, altera Chriſtum, vt videre in iſta eſt, quam hic repræſento,





Agnum huic diuiniſsimo nomini in aliquibus hoſtijs ſubiectum, ſubiecta imago demonſtrat, quæ talis eſt.

Agnus nomini Ieſu ſubiectus




Etiam ſacram domum ſub nomine Ieſu locatam diſces ex hoſtia, quam ad me tranſmiſſam, hic delineandam curaui in hunc modum. 212.

Domus ſub nomine Ieſu.



In minoribus quoque hoſtijs, quas particulas vocamus, variè Ieſu nomen vidimus impreſſum, & cum rebus varijs copulatum, cum ſtellis, cum cruce, cum clauis, vt apparet ex his, quas hic delineatas habes.

689. *Nomen Ieſu in minoribus hoſtijs variè expreſſum.*



Digitized by Google


CAPVT LXXI.


Crux in maioribus formis variè impreſſa, variè in minoribus.

Crux *in pane impreſſa.*
Nuda crux *ſine Chriſto crucifixo in euchariſticis formis ſculpta.*
Crux cruci *ſuperpoſita.*
Chriſtus cruci affixus *variè in euchariſticis formis ſculptus.*
Mortis imago *in ima crucis parte.*
In minoribus hoſtijs variè crux *inſculpta.*
Cruci, & ſepulchro Chriſtus adhærens.
In aere diuinitus cruces formant *hoſtiæ.*

CRVCEM in hoſtiis imprimi ſolitam oefas eſt ambigere; de pane conſecrando loqoens Nicolaus Cabaſ. c. 5. de ſacrificio, ait: σημεῖον ἐν τῷ ἄρτῳ χαράττει; *crucem in pane imprimit.* 690. *Crux in pane impreſſa.* Nic. Cabaſ.

Apud noſtros variis modis io euchariſticis formis crucem efformatam euincuot eæ, quas in variis capitibus videndas exhibuimus, & præter illas iſtæ, quæ ſubiiciuntur: & in primis nudam crucem ſculptam probant hæ duæ, quæ ad nos ex Hiſpania tranſmiſſæ ſunt, iu quarũ altera nuda crux viſitur, io altera præter crucem, & hæc verba ſunt: *In hoc ſigno vinces Conſtantine*, geminas hîc implanto. *Nuda crux ſine Chriſto crucifixo in euchariſticis formis ſculpta.*





In hac prima ſeruanda vides Crucem cruci ſuperpoſitam minorem maiori quod in aliis quoque factum deprehendes ſi eas formas aſpexeris, quæ impreſſæ fuere. Hec Chriſtum cruci affixum habet. & Crucem cruci additam in hunc modum.



Crux cruci ſuperpoſita.

Frequentiùs in formis Chriſtus cruci affixus exprimi ſolet, quod varijs modis fit, & preter exhibitos hos quoque, habes hic excaratos.





Chriſtus cruci affixus varie in Euchariſti-cis formis ſculptus









Inter has, quas oculis tuis obrulimus, poſtremas vides mortis imaginem in ima crucis parte offerentes, quæ auctori vitæ in Euchariſtico ſacramento, quo vita eſt, & ad vitam eſt, iure ſubiiciuntur. 691.


Mortis imago in ima crucis parte.

In minoribus quoque hoſtiis, variè crux, & cruci affixus Chriſtus impreſſa, impreſſus eſt, vt videre licet ex iſtis, quas hîc exaratas offero.

In minoribus hoſtijs variè crux inſculpta.



Cruci adhærentem christum iste repræsentant, & sepulchrum cruci, & christo subiectum.



Cruci & sepulchro Christus adhærens.

692. Mirum illud, & cùm cruce cohærens, in aëre diuinitus in crucis formam quinque hoſtias viſas; rem his verbis narrat Cæſarius lib.9.cap.15. *In villa, cui .... vocabulum eſt, Sacerdos quidam eſt nomine Euerardus, hic ante annos paucos ad Eccleſiæ eiuſdem feſtiuitatem vicinos Sacerdotes conuocans: ſolemnizantibus eis in veſperis circa altare, & inſanientibus, vnus ex eis pyxidem, quæ ſuper altare cum corpore Domini pendebat, caſu euertit, & quinque ex ea hoſtias exhauſit. Quod vbi comperer ant cæteri, mox organa ſua ſuſpenderunt; quærentibus eis hoſtias, & non inuenientibus, populo eiecto, & foribus obſeratis, dum omnes angulos perſcrutarentur, nec comparerent, vnus eorum, diuino ductu, ambitum, qui erat circa murum, aſcendit, vbi eaſdem hoſtias in modum crucis diſpoſitas attendit: erat enim idem circuitus pyxide multo altior: obſequens aër ſuo Domino, corpus eius de pyxide lapſum, excepit, nec in locum illum ſublimem deportatum eſt.* Amat crucem hoc ſacramentum, amet, & qui hoc ſacramentum amat.

In aëre diuinitus cruces formant hoſtiæ.
Cæſarius.

CAPVT LXXII.

Stellæ in hoſtiis impreſſæ, impreſſus Sol, impreſſa Luna.

Stellas *cum euchariſtico pane connectunt Græci.*

Stellæ variis modis *vario numero in formis euchariſticis locatæ.*

Sol, & Luna *in euchariſticis formis.*

Stellæ *in particulis, & minoribus hoſtijs impreſſa.*

STELLAS cum euchariſtico pane nectunt Græci; hinc illud ſancti Chryſoſtomi in ſua Liturgia: καὶ ὁ ἱερεὺς θυμιάσας τὸν ἀστερίσκον τίθησιν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ ἄρτου, καὶ λέγει· ὁ ἀστὴρ ἐλθὼν ἐπάνω, οὗ ἦν τὸ παιδίον κείμενον. eodem reſpiciebat Nicolaus Cabaſilæ in expoſit. Liturgiæ cap.11. in hæc verba: *Qui autem, quæ in pane dicta, & facta ſunt, per quæ mors Domini ſignificabatur, nihil aliud ſunt, quàm typus, & figura: panis autem adhuc panis manſit, neque quidquam aliud accepit, quàm vt Deo donum eſſet, & ideo fert typum Dominici corporis in prima ætate, quoniam illud quoque ab initio donum fuit, vt antè dictum eſt: ea de cauſa miracula, quæ in illo facta ſunt, cùm recenter eſſet natus, & adhuc in præſepio poſitus, Sacerdos in pane recitat, & oſtendit, ſuper eum enim imponens aſteriſcum, qui dicitur, ſeu ſtellulam. Et ecce, inquit, ſtella veniens ſtetit ſuprà vbi erat puer.* 693.

Stellas cum euchariſtico pane connectunt Græci.
S.Chryſoſt.
Nic.Caba.

Stellas variis modis, vario, & diuerſo numero in euchariſticis formis locatas vides in iis, quæ hîc exprimuntur.

Stellæ varijs modis, vario numero in formis euchariſticis locatæ.

















Digitized by Google

Digitized by Google

Solem & Lunam hæ hoſtiæ offerunt quas ſubijcio.





694. *Sol & Luna in Euchariſticis formis.*



Minores quoque hoſtiæ, & buccellæ varijs modis ſtellas repræſentant, vt videre ex ipſis eſt, quas videndas offero.





695. *ſtellæ in particulis, & maioribus hoſtijs expreſſæ.*



















F.V.W. f.

Digitized by Google


CAPVT LXXIII.

Angeli in euchariſticis formis ſculpi ſoliti.

Angeli *in hoſtiarum ambitu variè expreſſi.*
Angeli ſub crucifixi *alis.*
Angeli calicibus *tanquam effluentem è Chriſto ſanguinem excipientes.*
Decem Angeli *in aliquibus hoſtijs vt locati.*
Angeli in minoribus hoſtiis, *particuliſque expreſſi.*

ANGELOS circa Euchariſtiam excubias quodammodo agere, Deúmque ſuum ſub Euchariſtia latentem ſumma humilitate, ac reuerentia colere, & adorare ſuperiùs dixi, & adductis ſanctorum Patrum auctoritaribus probaui; hîc quia de illis ago, quæ in euchariſticis formis exprimerentor, probabo Angelos in illis variè ſculptos. 696.

Et in primis in hoſtiarum ambitu Angelos varia forma, & numero locatos hæ firmant, quas hîc delineandas curaui in hunc modum. *Angeli in hoſtiarum ambitu variè expreſſi.*










Digitized by Google

Digitized by Google




V.2.

Digitized by Google

Aliæ formæ alio loco Angelos repræſentant, nimirum ſub geminis crucifixi brachijs, geminos in hanc formam.

697. *Angeli ſub crucifixi alij.*










Pleræque duos Angelos habent eo habitu, ut calicibus effluentem ſanguinem recipiant, in hanc formam.





698. *Angeli calicibus tanquam effluentem à Chriſto ſanguinem recipientes.*



F.V.W. fec.

Digitized by Google

Digitized by Google





Prӕter duos Angelos ſub crucifixi alis octo alios in ambitu præfert forma iſta, quæ ad nos miſſa.





Decem Angeli in aliquibus hoſtijs ut locati.

In bucceltis, hoſtiiſque minoribus Angelos varijs modis exaratos habes, ut videre in iſtis eſt, quas videndas hic lectorum oculis obijcio.





699. *Angeli in minoribus hoſtijs particulisque variè expreſſi.*









F.V.W. fecit

CAPVT LXXIV.

Paſſionis Chriſti inſtrumenta in euchariſticis formis efformata.

Tres claui *in formis euchariſticis.*
Claui *cordi infixi.*
Duo claui *in nonnullis hoſtijs.*
Coronea ſpina *malleuſque ſub tribus clauis.*
Spinea corona.
Flagella.
Lancea, *&* ſcala *in euchariſticis formis.*
Angeli inſtrumenta *paſſionis geſtantes in hoſtia peripheria.*
In minoribus hoſtiis *variè* claui *impreſſi.*

EVCHARISTICVM ſacramentum ad hoc præcipuè Chriſtus inſtituit, vt per illud paſſionis ſuæ mortiſque memoriam noſtris mẽtibus inſcriberet, altéque cordibus ſculperetur, quòd paſſus pro nobis Seruator noſter eſt, vt cùm mirum ſi non crux tantùm, & cruci affixus IESVS in euchariſticis formis exprimatur, ſed & alia paſſionis inſtrumenta, vt per oculos res ad mentem iret, hæreretque memorię, quod corporeis oculis obiicitur, varia hîc dabo ab aliis citata, ſed fors non obſeruata. 700.

Tres clauos cruci ſubiicere vſitatiſſimum eſt, vt videre in multisformis liceat, quas aliò reſpicientes aſpiciendas dedimus, duas hîc exhibeo. *Tres claui in formis euchariſticis.*




Plerumque claui cordi infixi apparent, vt videre in iſta eſt.




In aliquibus non tres claui crucifixo ſubiiciuntur, ſed duo tantùm, rem firmat forma iſta, quæ ad nos tranſmiſſa eſt.

Claui cordi infixi.



701. *Duo claui in nonnullis hoſtijs.*



...van ...rin. fecit

Aliæ tres clauos habent, ſed non ſoles, coronam quoque ſubiectam exhibent, & ex uno latere malleum, ex altero forci-pem, in hunc modum.

...rona ſpinea ...alloiſſimo ...o tribus cla-ui.



Nudam ſpineam cruci ſubiectam in non-nullis videre licet, ut in iſta.

Spinea co-rona.



Flagella & Chriſtum columnæ alligatum cædendum flagellis iſte repræſentat, quam ex Hiſpania accepimus.

702.
...gella.



Lancea, qua Chriſti latus deductum eſt, & arundinem, quæ ſpongiam fert, efferunt iſtæ, quas hic addo,

Lancea.






Iſta quæ ſequitur lanceam repræſentat, & ſcalam, in hunc modum.


Lancea & ſcala in eu-chariſticis formis.



703. *Angeli inſtrumẽta paſſionis geſtantes in hoſtia veripheria.* Denique ditior Dominicæ Paſſionis inſtrumentis forma iſta eſt, quæ prçter clauos Cruci ſubiectos in ambitu,& peripheria octo Angelos habet plora paſſionis inſtrumenta geſtantes, digna res eſt, quæ hîc periti lectoris oculis videnda obiiciatur.

In minoribus quoque hoſtiis, & particulis variè clauos impreſſos, euincunt hæ, quas hîc implanto. *In minoribus hoſtijs variè claui impreſſi.*





CAPVT LXXV.

Verba quædam hoſtiis, euchariſticíſque formis imprimi ſolita.

Res mira de litteris *in hoſtia conſecrata impreſſis.*

Chriſti imago, & litteræ *in pane expreſſa.*

Varia verborum formulæ *in euchariſticis formis.*

Chriſtus ſub Euchariſtia via, veritas, *&* vita.

Conſecrationis verba *in euchariſticis formis.*

704. *Res mira de litteris in hoſtia conſecrata impreſſis.* Cæſar. LITTERAS quaſdam hoſtiæ imprimere antiqui moris fuiſſe, euincit res, quæ habet Cæſarius lib.9.c.14. hoſtiam ſcilicet conſecratam in terram cùm cecidiſſet impreſſiſſe lapidi litteras,quas efferebat; hæc huius auctoris ſunt verba: *Plebanus ſancta Columba in Colonia,cum in quadam ſolemnitate Paſchali populum communicaret; hoſtia de manu eis lapſa cecidit ſuper pauimentum lateribus ſtratum; vt autem Dominus ſe oſtenderet Dominum terra, ſicut & maris, mox vt hoſtia quantum ad ſpeciem modici ponderis lapidem tetigit, lateris illi duritia ceſſit, ita vt circulus, & littera in illo apparerent, quemadmodum fieri ſolet, cùm molli cera ſigillum imprimitur; Sacerdos territus, mox hoſtiam leuauit,& laterem eruit; in quo cùm tam ipſe, quàm multò aly, tantum miraculum vidiſſent,& expaniſſent, conſily inops Sacerdos locum tam mirabiliter hoſtia ſignatum raſit, puluerem ponens inter reliquias. Huic miraculo Arnoldus Monachus noſter dicit ſe interfuiſſe.*

Chriſti imago, & littera in pane expreſſa. Honor. Aug. Forma panis conſecratione ſubiiciendi in denarij formam etiam ſuperioribus ſæculis, erat, aderátque in eo Chriſti forma, & litteræ adiiciebantur. Ita Honorius Auguſtodunenſis lib.1. de antiquo ritu Miſſarum, cap.35. *Panis*, inquit, *ideo in modum denary formatur: quia panis vita Chriſtus pro denariorum numero tradebatur, qui verus denarius in vinea laborantibus in pramio dabitur. Ideo imago Domini cum litteris in hoc pane exprimitur: quia & in denario imago, & nomen Imperatoris ſcribitur, & per hunc panem imago Dei in nobis reparatur, & nomen noſtrum in libro vita notatur.*

Varia porrò verba, diuerſaque dicta in hoſtiis exprimebantur, plures ergo formulas in formis euchariſticis exarari noſtro æuo ſolitas obſeruo, quarum aliquas rerum Eccleſiaſticarum perito lectori hîc exhibebo, & ſunt iſtæ:

In hoſtiæ peripheria, ambitúque hæc verba expreſſa vidi; EGO SVM VIA, VERITAS, ET VITA; vt videre in iſta eſt, quam videndam ſubiicio in hunc modum. 705. *Varia verborum formula in euchariſticis formis.*



Verus ille fuit, qui de Eochariſtia loqoens, dicit: In Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus via eſt, qua ad cœleſtem Patriam itur, vnde & viatici nomen habet; veritas eſt, quia veritatem nutrit, falſitatem tollit, ac errores; vita eſt, & vitam comedentibus exhibet. *Chriſtus ſub Euchariſtia via. veritas, & vita.* Anon.

Alia hac verba efferunt in ambitu, EGO SVM PANIS VIVVS QVI DE COELO DESCENDI, *ſpecta iſtas quas hic offero.*





Eandem ſententiam preſeferunt iſte, licèt extremum verbum integrum ob ambitus anguſtiam non ſit.





Sunt quæ hac verba expreſſa efferunt: ET CLAMANS IESVS VOCE MAGNA EMISIT SPIRITVM. *Vario charactere eadem verba continent forma iſta, quas hic tuis oculis offero.*





Illa quoque Chriſti verba: SI QVIS MANDVCAVERIT EX HOC PANE, VIVET IN ÆTERNVM; inſignire euchariſticas formas pleꝛumque ſolent; exemplum in iſta habeo, quam exprimi hîc curaui.

In aliis coronea ſpina redimitus Chriſtus apparet, cum verbis, quibus res exprimitur, ex Euãgeliſta Ioanne deſumptis cap. 19. 12. in hunc modum. PLECTENTES CORONAM DE SPINIS IMPOSVERVNT CAPITI EIVS. Ad nos illata forma iſta in hanc formam eſt.





Conſecrationis verba in euchariſticis formis.

Ipſiſſima conſecrationis verba, ea ſcilicet, quibus panis in Chriſti corpus conuertitur, in euchariſticis formis obſeruaui delineata; ſcilicet. HOC EST ENIM CORPVS MEVM, ex Hiſpania hanc ad nos tranſmiſit cum multis aliis noſter Franciſcus Manco & mihi, & meis laboribus amicus.

Lego & iſta Chriſti verba, PANIS QVEM EGO DABO CARO MEA EST, in euchariſticis formis exarata; rem euincit iſta quam ex Hiſpania accepimus.





Aliquæ hoſtiæ etiam in medio quædam verba referunt, ſunt iſta: ECCE HOMO, & Chriſtus eam formam repræſentans, qua populo oſtenſus eſt.

In nonnullis hæc verba leguntur: EGO SVM RESVRRECXIO, ET VITA, in hunc modum.





Denique & contracta verba in aliquibus legimus: vna ad me tranſmiſſa duplex R R cum O ſuperſcripto habet in hunc modum R°R Dñi; quæ ſi integrè exprimatur, me interprete ſonat, RESVRRECTIO DOMINI. obſignabit mihi facilè Lector, ſi alia litteris adnexa ſpectabit, quod vt præſtet integram formam hîc efformari volui.



Omitto nomen Ieſu variis modis, & formis exarari in formis euchariſticis ſolitum, nam integrum aſſignamus; alia etiam verba exprimi in hoſtiis ſolita, præter ea, quæ diximus, aliæ formæ probant, quas aliò ſpectantes alibi exhibuimus, vt in illa, in qua nuda crux, hæc leguntur; IN HOC SIGNO VINCES CONSTANTINE; quam cùm de cruce in euchariſticis formis ſculpenda ageremus, delineandam dedimus.

CAPVT LXXVI.

Spicæ in euchariſticis formis expreſſæ.

Cruenta ſpicæ *demeſſa.*
De ſpicis ſanguine *cruentatis res ſingularis.*
Culmi, *& ſpicæ ex Euchariſtia germinarunt.*
Spicæ *in hoſtiarum peripheria.*
Spicæ, *& vuæ oſtenſorium exornantes.*
Tritici vbertas, *& ſpicarum copia.*
Spicæ *ex arbore nata.*
In ligno crucis *nos panem habemus.*
Hordeum *ex arborum culminibus.*
Fruges *ex arboribus nata.*
Spicæ *ex quibus eruebatur, panes primitiarum conficiendo igni admouebantur.*
Cum baculis *grana ex ſpicis non excuterentur apud Hebræos.*
Paleas *abijciat, ſpiritus frumenta edere diſponit.*
Palea *falſorum Doctorum ſermo.*
Cor à vitiorum paleis *purgandum.*
Tribulationis tribula *boni tanquam triticum purgantur.*

CRVENTAS ſpicas aliquando demeſſas, auctor eſt Plutarchus in vita Fabij Maximi; *Iuſta*, inquit, *ſanguinem ſua ſponte ferebant ſudaſſe cruentas Antij ſpicas demeſſas.* 706. *Cruenta ſpica demeſſa.* Plutarch.

De ſpicis ſanguine cruentatis dabo hîc aliquid, quod omnium admirationem vertere in ſtuporem poſſit. Auctor vitæ ſanctæ Hunegundis hæc habet: *Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimoquarto in ipſis Ferijs beata Hunegundis in villa, quæ dicitur Samulphi, cohors meſſores frumenta ſecabant; eos Presbyter illorum Lanfridus crebrò reprehenderat, dicens ſe interfuiſſe Synodo, in qua Rodulphus Nouiomenſis Epiſcopus iuſſiſſet ſanctæ Hunegundis feſtum deuotiſſimè celebrari: at illi ſe excuſabant, quòd vicinos ſuos cernerent laboribus inſudare. Itaque Rotgildis puella Presbyteri huius, ſicut ipſe nobis retulit, ex ſorore neptis colligebat ſpicas, quas illi meſſores relinquebant. Ecce autem dum ſe inclinat ad eas colligendas, eam quamprimum ſuſtulit, recenti ſanguine madente conſpicit, admirans vnde ille eſſet ſanguis, reiecit ſpicam. Tollit alteram, tollit tertiam, quartam, quintam, & multas alias, & omnes videt ſanguinolentas. Territa valde, currit ad patrem ſuum, qui tum fortè in agrum exierat; indicat, quid ſibi acciderit. Pater ceu puellari lenitate ducta reprehendit; iubet redire ad cœptum opus. Illa verò trepidante, ſequitur eam pater, ſimúlque plurimas colligunt ſpicas cruore madidas; inquirunt num quis ex meſſoribus digito ſaucio ſit. Illis obſtupeſcentibus, & ſanctè affirmantibus nullius eſſe læſam manum, quaſdam ſpicas ad Eccleſiam perferunt, offerunt Presbytero, rémque ei omnem exponunt. Ille ait niſi certiora adferant documenta, ſe hominibus incredulis non auſum eſſe pro concione id indicare. Illo hoc dicente, quaſi craſſæ quædam lachrymæ è ſpicis ſanguineæ prorumpentes guttæ in terram decidunt. Tum ille penè exanimis effectus præ timore, ſicut prius timuerat indicare illud populo, ita nunc multò etiam magis celare timet, ne ſua negligentia tardius ad populi notitiam perferatur. Dato igitur ſigno, populum ad Eccleſiam conuocat, eius inobedientiam reprehendit, diuinum exponit miraculum; illi audito tam inſolito miraculo animis conſternantur, ad agendam pœnitentiam ſe promptiſſimos exhibent.* Sed ad euchariſticas ſpicas accedamus. *De ſpicis ſanguine cruentatis res ſingularis.* Acta.


Ex Euchariſtia culmos, ſpicáſque diuinitus germinaſſe, narrat his verbis Sophronius in Prato ſpirituali, cap. 29. *Cùm veniſſem Seleuciam conuenimus Abbatem Theodorum Epiſcopum eiuſdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub ſancta memoria Dionyſio huius ciuitatis Epiſcopo prædeceſſore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator valde religioſus, & diues, ſed hæreticus: erat enim de Seueri ſectoribus. Habebat autem ſeruum fidelem quemdam ſanctæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ communicantem. Hic ſecundùm prouinciæ conſuetudinem die ſancto Cœnæ Dominicæ ſumptam communionem inuoluit in linteo mundiſſimo, & in armario repoſuit. Contigit autem, vt poſt ſanctum Paſcha vir ille fidelis mitteretur Conſtantinopolim negotij cuiuſdam cauſa, dimiſſa per obliuionem ſacra communione in armario: dedit autem eius clauem domino ſuo.* 707. *Culmi, & ſpica ex Euchariſtia germinarunt.* Sophron.

Quadam

Quadam verò die aperuit armarium Dominus, inuenis linteolum, inuolutáſque in eo ſanctas particulas communionis. Contriſtatus eſt autem in hoc, & haſitabat, quidnam de illis faceret. Nam ex illis communicare nolebat; eo quòd eſſent ſancta Eccleſiæ Catholicæ, ipſe verò Seueriana hæreſis. Et tunc quidem dimiſit eas in armario, vt erant, cogitans, quia rediturus eſſet ſeruus, & ſumpturus eas. Cum autem veniſſet Cœna Domini, nec ſeruus ille fidelis rediſſet, voluit eas Dominus ipſius comburere, ne rurſus & in ſecundum annum ſeruarentur. Apertóque armario, vidit omnes ſanctas particulas culmos, & ſpicas germinaſſe. Vnde ingenti timore comprehenſus in nouo admirandóque ſpectaculo, ſumens ſanctas particulas, & cum omni domo ſua clamans, Kyrie eleiſon, conuenit ad ſanctam Eccleſiam, ad ſacroſanctum, ac venerabilem Dionyſium Epiſcopum, Hoc autem magnum, & terribile, & omnem rationem, omnémque mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, ſed omnis Eccleſia, ciuéſque ruſtici, & indigenæ, qui continentem ambulant, & qui nauigant viri, & alÿ omnes, & illi quidem clamabant, Kyrie eleiſon: cæteri autem aliter Deum laudabant: omnes verò pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Sed ad euchariſticas formas accedamus.

Spicas in hiſtoriarum peripheria exprimi ſoli- 708.
tas non eſt, quod vocemus in dubium, hoc euincunt hæ formæ, quas ſubiicio.

Spica in Loſtiarum peripheria.





In iſta quoque Spicæ ſunt Sed rariores.





709. Spicas ex auro formatas oſtenſorium ipſum, vt vocant, ornaſſe aliquando, non eſt dubium; certè tale fuit illud, quod ex mente Pauli IV. Summi Pontificis ſtruendum erat, noſtri ad hanc formam, ad hanc ferè mentem, licèt non magnificentiam, hoc perfecerunt; cuius effigiem hîc delineandam curaui, quæ ita ſpicas refert, vt vitem, vuámque præſeferat in hunc modum.

Spica ex auro formata in oſtenſorio.



Sed quia hîc ſumus, alia de ſpicis afferamus, quæ licèt euchariſticas formas non tangant, euchariſticatum tamen occaſione à nobis tanguntur.

710. *Tritici vbertas, & ſpicarum copia.* Alexander Gerard.


De tritici vbertate, déque multiplicibus ſpicis ex vno grano pendentibus, res digna recenſitu eſt, quæ in terra Hiſpaniola frequens, rem his verbis narrat Alexander Gerardinus io ſuo itinerario lib. 15. *Ignoro, quid referam de tritico: feruntur frumenta, & ab vno grano plurimi è veſtigio culmi oriuntur, in quorum cuſpide longiſſimæ ſpicæ ſunt. Inde è ſingulis intermedijs multi procedunt rami, in quibus nouæ quotidie ſpicæ naſcuntur, & prima ſpica nondum matura recentes omni parte ſpicæ pullulant, quarum maturitatem operiri longum videretur, & veram elicere meſſem, labor Siſiphius eſſet.*

Ex vno grano alicubi quindecim ſpicas germinaſſe notatum ab aliis eſt, oculis rem viſam, videndam aliis exhibemus in hac pagina.



Spica ex arbore nata.

Spicas ex arbore natas traditum à pleriſque eſt, & io hanc ferè formam res intuentium oculis exhibita.



711. Nobis in crucis ligno vitæ panis eſt coctus, quo alimur ad vitam; hinc illud Anonymi, ſed Nouarini *Agnus Euchariſt.* pij auctoris inediti, tract. de præparat. Miſſæ, feriæ 5. *O Panis cœleſtis coctus igne charitatis in ligno crucis, præbe vires animæ meæ, præbe ferulam*; non ſpicas tantùm habemus in arbore, panem habemus ad vitam, ad delitias. *In ligno crucis nos panem habemus.* Anonym.

Hordeum quoque ex arborum culminibus prodiiſſe traditum ab aliis eſt. Capirolinus in Antonino Pio, ita ſcribit: *Viſus eſt in Arabia Iubatus anguis, maior ſolitis, qui ſe à cauda medium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in Maſia in culminibus arborum natum eſt.* *Hordeum ex arborum culminibus.* Capitol.

Fruges ex arboribus natas olim, referebat Conradus Abbas Vrſpergenſis in Chronico, dum ait: *In Bononienſi agro fruges ex arboribus natæ ſunt.* *Fruges ex arboribus natæ.* Vrſpergenſ. Abb.

Spicæ ex quibus frumentum eruebatur, quod panibus primitiarum conficiendis deſeruire debebant, igni admouebantur apud Hebræos, nonnihilque terrebantur. ſic habet auctor שלשי הגבורים cap. 74. licèt aliqui non de ſpicis id intelligant, ſed de granis ipſis ex ſpicis excuſſis, quæ vaſo perforato igni admouebantur; vbi etiam addit ex Rabbinorum meote non baculis excuſſa grana ex paleis, vt mos erat, ſed arundinibus viridibus, ne ſcilicet grana baculorum ictibus frangerentur. *Spicæ ex quibus frumentum eruebatur panis primitiarũ conficiendo igni admouebantur.* Hebr. *Cum baculis grana ex ſpicis non excuterentur apud Hebræos.*

712. *Paleas abyciat, qui ſpiritus frumenta edere diſponit.* S.Gregor. *Palea falſorũ Doctorum ſermo.*

Paleam, & triticum ita verſat ſanctus Gregorios io Prolog. Cantic. *Sicut enim palea frumentum, ſic & litera tegit ſpiritum, ſed quia iumentorum eſt paleis, hominum frumentis veſci, qui humana ratione vtitur; paleas abyciat, frumenta ſpiritus edere diſponat.* Olympiodorus in cap. 23. Hieremiæ ita de palea, triticóque diſſerit. *Palea ignis alimentum eſt Pſeudoprophetarum ſermo, triticum verò homini vitalem largitur vim ſermo veracis Prophetæ, quæ enim conſociatio mendacij, & veritatis.* Paleam referunt hæreticorum ſermones, frumentum Doctorum verba, qoi veritati litant, veritatem tuentur.

Triticum, quod excuſſis paleis teritur, vt panis fiat, rectè monet, cor à vitiorum paleis purgandum eſſe, vt norabat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 10. *Cor à vitiorum paleis purgandum.* S.Thom.

Non vna olim ratione grana ex paleis excutiebantur; hioc Varro lib. 1. de re ruſtica cap. 52. *Ex ſpicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis vinctis, ac tribulo, id fit è tabula lapidibus, aut ferro aſperata.*

Tribulæ in hanc rem meminit etiam ſanctus Auguſtious in Pſalm. 92. *Boni grana ſunt, mali palea. In aream intrat tribula, paleam concidit, triticum purgat.* Triticum ille maximè referre debet, euchariſticum panem edere dignè deſiderat. *Tribulationis tribula boni tanquam triticum purgantur.* S.Auguſt.

CAPVT LXXVI.

De particulis quædam obſeruationes.

Particulæ minores hoſtiæ *dicebantur.*

Minores hoſtiæ perfectæ rotunditatis *eſſe debent, & à maculis immunes, à fragmentis purgatæ.*

Particulæ octauo quoque die *renouandæ.*

Cribro *particulæ à fragmentis exempta.*

Pyxidum numerus, *qualitas, amictus.*

Quî vnus Christus in tot particulis *ſit, ſcito exemplo explicatur.*

B.Clara *cum pyxide in particulis expreſſa.*

Agnus *in minoribus hoſtÿs.*

Annus *in ferreo inſtrumento, quo particulæ conficiuntur.*

Res variæ *expreſſæ in minoribus hoſtÿs.*

713. PRÆTER ea, quæ de particulis, hoſtiiſque minoribus conſignani cùm de maioribus agerem, ſuperſunt mihi aliqua quæ in hoc caput coniicio, illa prætermittens, quæ obuia cuique, & obſeruata ſunt.

Particulæ minores hoſtiæ dicebantur. Cæſar.

Particulæ dicebantur olim, quæ hoſtiæ illæ, quæ populo diſtribuuntur in ſacra communione, Cæſarius lib. 9. cap. 35. ita loquitur. *Noſtis quot hic repoſueritis particulas? ſic enim hoſtias vocare ſolent.*

Minores hoſtiæ perfectæ rotunditatis eſſe debent, & à maculis immunes, à fragmentis purgatæ. Andr.Gaſt.

Eius, qui buccellas præparat, præcipuum munus eſt curare, vt perfectæ ſint rotunditatis, maculis careant, & fragmentis. Noſter Doctiſſimus Pater Andreas Gaſtaldus in ſua praxi cæremoniarum lib. 1. ſect. 3. cap. 5. num. 6. vbi hæc habet in hanc rem. *Pro diebus feſtis præparabit ſufficientem numerum hoſtiarum minorum, prouidens, vt pridie conſecrentur, prius tamen omnem adhibeat diligentiam, ne qua ſit inter eas macula, vel non ſint perfectè orbiculares, ſed omnes ſint puræ, nitidæ, & à fragmentis purgatæ, in pyxide, ſeu in vaſe, in quo fieri debet earum conſecratio, benè, ac diligenter diſpoſitæ.*

Particulæ octauo quoque die renouantæ. Act.Mediol.

De particulis octauo quoque die renouandis, & earum numero, hæc habentur in actis Eccleſ. Mediol. lib. 3. tit. 26. cap. 17. *Quinque ſaltem particulæ conſecratæ ſeruentur aſſiduè vbi ſanctiſſimum Sacramentum conſeruatur, quæ octauo quoque die renouentur.*

714. *Cribro particulæ à fragmentis eximuntur.* Andr.Gaſt.

Cribro particulæ eximi à fragmentis debent; ita præcipit in ſua praxi cæremoniarum lib. 1. ſect. 2. cap. 5. num. 2. harum rerum peritiſſimus Andreas Gaſtaldus; *Ad minores hoſtias adaptandas inſtrumento ferreo forma rotunda eas adamuſſim circumcidente, vtatur, & cribro è retibus confecto antequam conſecrentur benè purgabit.*

Pyxidum numerus, qualitas, amictus. Idem.

De pyxidum numero, qualitate, amictu, hæc noſter Andreas Gaſtaldus habet in ſacra praxi cæremoniarum lib. 1. ſect. 3. cap. 2. *Pyxides, quæ ad ſanctiſſimam Eucharistiam cuſtodiendam adhibentur, ſint ſacramento dignæ, vbi corpus Dominicum diligenter cuſtodiatur, ac propterea erunt ex auro, vel ex argento deaurato; ſaltim duæ in vnaquaque Eccleſia ſint, vt cùm ad communicandum ſacramentum deferatur, altera in Tabernaculo remaneat. Vbi verò præ inopia ex auro, vel argento haberi non poterunt, pes ex aurichalco, ſeu ſtanno inaurato erit, vas verò, ſeu cuppa erit ex argento, ſaltem intus auro illita, omnes à Prælato benedictæ benedictione, quæ habetur in fine Miſſalis nuper emendati; omnes autem paruo conopeo ſericeo, atque auriphrygiato, coloris tempori conuenientis, cooperiantur. Licet autem in aliquibus Eccleſiis ſemper albo tegumento operiantur, excelſius tamen Sacra ipſa pertractantes, parua conopea immutant, ſicut & in reliquo ornatu eiuſdem ſanctiſſimi Sacramenti, videlicet in ciborio, ac ſtola, quæ communi omnium conſenſu mutantur.*

715. *Qui vnus Christus in tot particulis ſit ſcito exêple explicatur.* Guitmund.

Qui vnus Chriſtus in tot particulis ſit, ſcito explicat exemplo Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſtiæ, dum ait: *Quotidiano experimento cognoſcimus, quia intellectus noſter, id eſt, verbum cordis noſtri cum illum quodammodo voce veſtimus, vt qui in corde noſtro latens nobis ſolus cognitus erat, per vocem alÿs etiam manifeſtari poſſit; eodem tempore & totus in corde noſtro remanet, & totus æquè mille hominibus cum aſſumpta voce ſua quantum in ſe eſt, ita apparere poteſt, vt non ſolùm ipſe ſimul omnium corda colluſtrat, ſed aures etiam cunctorum ipſa qua veſtitus eſt voce, eodem tempore tota, & indiuiſa perſtringat. Si igitur humano verbo Deus tantum præſtitit, vt non ſolum ipſum, ſed etiam vox, qua quodammodo veſtitur, ad mille homines eadem ſimul, totáque pertingere valeat: nemo hoc ipſum de omnipotentis Dei vnico, & omnipotente, & coæterno verbo, & de carne eius, qua ſimiliter, vt nobis ipſum verbum appareret, veſtiuis, & ſi capere non poſſit, habere incredibile debet, quod de fragiliſſimo, & tranſitorio verbo hominis, & momentaneis vocibus vixque exiſtentibus, & nunquam præualet capere, & tamen penè experimento habet.* Sed ad formarum formas veniamus, & quæ à nobis in hac re obſeruata fuere, docto Lectori expendenda exhibeamus.

B.Clara cum pyxide in particulis expreſſa.

Varia exprimi in particulis ſolita, ſicut & in maioribus noſtris, non eſt quod dubitemus, quæ ſuperiùs variis in locis dedimus id euincunt, euincunt quæ hîc ſubiiciam. Beatiſſimam Virginem Claram Euchariſtiæ ſacramento impios monaſterij ſui inuaſores in fugam vertiſſe notum eſt: ſuperno ſpiritu acta ſumpſit hæc virgo vas, in quo condebatur Dominicum corpus, & barbaris hominibus hoc ſacramento munita occurrit, qui monaſterij muros aſcendere conabantur, ſicque factum eſt in fugam conuerterentur; hinc natum crediderim vt in particulis iſtius beatæ Virginis imago cum pyxide ſculperetur, quo has, quas hîc delineandas curo, ſpectare cenſeo, ſi calculum quoque ſuum peritior adiiciat.

Agnum





Agnum in minoribus hoſtiis aliquando expreſſum, hæ quæ ſtatim videnda obuciantur firmant.

Annum quo formatum inſtrumentum eſt hoſtiis & particulis conficiendis impreſſum ſuperius dedi, hic aliam formam addo rei firmandæ & eſt iſta 1569.

Agnus in minoribus hoſtijs.





Annus in ferreo inſtrumento quo particulæ conficiuntur.

Et vt definiam varias hic particulas offeram, quæ res varias efferunt, & repreſentant, vt quilibet poteſt obſeruare ſi in has oculus coniiciat.

716 *Res variæ expreſſæ in minoribus hoſtijs*












Alias minores formas variè formatas hic p[illegible] [illegible] poteram obiicere, ſed quia eas ferè repreſento, quæ non adeo [illegible], [illegible], quas exhibui ſatis putaui inſtituto meo, ſatis & legentium ſiti.

F.V.W. fe

CAPVT LXXVII.

Beatiſſimæ Virginis effigies in euchariſticis formis, & particulis.

Maria *eſcam parauit, quæ mundo vitam afferret, & ſalutem.*

In hoſtia Virgo *inſidere viſa.*

Quantum Virgini *debeamus eius carnem in Euchariſtia comedentes.*

In Virginem *migret, qui virgineo lacte paſcitur in Euchariſtia.*

Poſt Deum Virginis precibus *debemus, quòd euchariſticis delicijs beamur.*

In euchariſticis formis Virginis *imago.*

Virgo domui inſidens *in minoribus hoſtijs.*

717. DE Euchariſtia agni non eum Virgine aliqua ſuperiùs tetigi, ſed tetigi tantùm, alia hic adiiciam, illis addenda, quæ alibi dicta, probaturus ſtatim in euchariſticis formis Mariæ effigiem ſculptam, ſed rei manum admoueamus.

Per eſcam, quam primo homini mulier exhibuit, mors mundo illata eſt, inuenta tot mala in orbem; quid igitur præſtandum vt à ſequiori ſexu hæc nota elueretur, altera mulier per aliud epulum vitæ reſtituere, & ſaluti, humanum debebat genus; præſtitit hoc Maria, per quam euchariſticum cibum habemus, quo viuamus, eius precibus hoc ſacramentum inſtitutum, eius meritis nobis quoque exhibetur, ſcilicet, vt ille ait, Eua mortem, cibum viro offerens, mundo attulit. *Maria per eibum, quem proprij ſanguinis oblatione parari ſtuduit, vitam mundo inuexit, & ſalutem offert, & ad eſum inuitat ardentius, quàm virum ad pomi eſum inuitauerit prima mulier.* Ebibit à Virgine gratiam, qui auidè hunc eibum vitæ, ad vitam eomederit, nec reſpuit nauſeabundus, quod Dei Mater tanto amore exhibet.

Maria eſcã parauit, quæ mundo vitam afferret, & ſalutem. Anon.

Ob nexum quem in Euchariſtia Dei Mater habet, viſa eſt aliquando in hoſtia ipſa inſidere. Cæſarius lib. 9. cap. 3. *Cùm Adolphus, inquit, Miſſam celebraret, & ante Agnus Dei hoſtiam leuaſſet ad frangendum, in ipſa hoſtia Virginem in ſede reſidere, infantémque in ſinu ſeruare contemplatus eſt:* vt hinc euniiciamus etiam in Virginem reſilire quodammodo eum honorem, quem Euchariſtiæ exhibemus, ſub qua Chriſtus Filius Virginis delitеſcit; non quòd verè, & perſonaliter Virgo in Euchariſtia lateat, quò lapſa ſimpliciorum quorundam ignorantia eſt.

In hoſtia Virgo inſidere viſa. Cæſar.

In Euchariſtia carnem Virginis eomedimus, vt in Virgine quodammodo immigrandum nobis ſit, virginei mores ebibendi. Benè bonus ille auctor. *Quoties comedimus carnem Chriſti in Euchariſtia, toties in eadem comedimus realiter carnem beatæ Virginis, quia caro Chriſti eſt caro beatæ Virginis: imò ipſiſſima caro Chriſti, antequam in Incarnatione à beata Virgine carne decederetur, & daretur Chriſto, fuit propria caro beatæ Virginis, eiúſque anima informabatur, & animabatur. Sicut ergo quotidie eſurimus carnem Chriſti in Euchariſtia, ſic & eſurimus in eadem carnem beatæ Virginis, vt virgineas eius dotes, & mores imbibamus, nobíſque incorporemus. Idque faciant non ſoli Sacerdotes, & Religioſi, ſed omnes Chriſtiani, omnes enim ſua, aquè ac Chriſti carne paſcit beata Virgo in Euchariſtia. Atque hinc ille virginitatis, & Angelicæ puritatis amor indignè, & frequenter communicantibus; ſanè fideles omnes hac de cauſa vt Chriſtum, ſic beatam Virginem aſſiduè corde, ore, & opere geſtare deberent, imò in beatam Virginem quaſi tranſire, & tranſmutari; ſicut ferrum igne candens tranſit in ignem, & ſicut panis fermento conditus in fermentum quaſi immigrat, & tranſit. Vnde Chriſtus ſe ſuaque comparat fermento.* 718.

Quantum Virgini debeamus eius carnem in Euchariſtia comedentes. Corn.

Carnem animantium cum ſanguine edere inhibuit aliquando Deus, Leuit. 19. ne ſcilicet vita hominum vitæ poculo ſociaretur, vt loquitur Theodoretus, néve vita rationalis hominis beſtiali vitæ necteretur, & ab eſu beſtiales mores homines ebiberent; hîc Virginis edimus carnes, vt Virginis imitemur mores, in Virginem quodammodo immigremus.

In Virginẽ migret, qui virgineo lacte paſcitur in Euchariſtia.

Poſt Deum, Deíque amore, beatæ Virginis precibus, & interceſſioni Euchariſtiæ theſaurum debent fideles; ſcitè ille: *Hac de cauſa Chriſtus ſuam carnem reliquit in Euchariſtia, optante, & fortè orante id beata Virgine, vt ſe ſe intimè fideli cuique per omnia temporum ſæcula vniret, & incorporaret*; vide eximiam in nos Virginis charitatem, inſignem in omnes amorem; ſed ad hoſtias calamum flectamus, & buccellas. 719.

Poſt Deum Virginis precibus debemus, quòd euchariſticis delicijs beamur. Cornel. à Lapide.

In euchariſticis formis Virginis imago.

In euchariſticis formis exprimi ſolitam Dei Matrem, non eſt quod ambigamus, multas prætereo, iſtâ contentus, quæ exhibet Virginem Filium iam mortuum excipientem, additis in ambitu verbis in hunc modum.



Virginem domui inſidentem, quæ facilè Bethleemiticam repræſentat, minores hæ hoſtiæ offerunt.

720.

Virgo domui inſidens in minoribus hoſtijs







Plura alia de hoc argumento obſeruata Lectori potuiſſem exhibere, cùm ex multis orbis partibus tranſmiſſæ ad nos fuerint formæ variæ; ſed hæc, quæ tradidimus, ſatis inſtituto noſtro eſſe poſſunt, & procliue petito Lectori erit, ex his quæ libauimus alia in alijs obſeruare.

CAPVT

CAPVT LXXVIII.

Tritici renes quæ dicantur; alia de tritico chartis conſignantur.

Tritici renes *qua.*

Quando eum ſeruis *domini veſcerentur.*

Varia meſſium genera *varias virtutes ſignificant.*

Piſtrinariis *ſine* pallio *ad commune palatium ire inhibitum.*

Piſtrinarij vt ſtateram *deferre ſecum debeant.*

Militi *qui terga hoſtibus vertiſſet pro* tritieo *hordeum dabatur.*

Frumenti *ſimilitudine* cor *ſurſum leuandum ſuadetur.*

Frumenti menſura *apud Athenienſes.*

Conterit priùs diabolus tribulationibus tanquam triticum *quos comedere vult.*

Theſaurus è terra in eœlum *leuandus.*

Perſtricti qui mentis puritatem *adulterant.*

Quínam ſint qui frumentum *ſeminant, & ſpinas metunt.*

Tritici aceruo *cur ſponſi* venter *comparatus.*

Frumentum ex ſepulchri *puluere.*

Puluis in frumentum *verſus.*

Res mira de frumento *benedictione munito.*

Frumentum electorum *bonum omnis boni.*

Res ſingularis de vno frumenti grano *diuinitus multiplicato.*

Iuſta punitio frumentum metentis *in Beata Virginis feſto.*

Quis auctor fuerit vt egenæ plebi frumentum *menſtruum diſtribueretur.*

Ex purò tritico *panem conficere ex regula præſcripto monialibus quibuſdam non licebat.*

Peculiares quorundam leges in frumenti *venditione.*

Frumentum pacis merces *dictum.*

Horreum frumenti *flamma correptum orantis preces à flamma vi vt exemerint.*

Eorum nomina *in ære inciſa qui ad publicam* frumenti *perceptionem admittebantur.*

Iumentis ſimiles *Hebræi* triticum *ruminãtes.*

721. RENES tritici quænam ſint, non eſt adeò obuium vt redundantis operæ ſit illud exponere; expoſuit ſanctus Auguſt. lib. 5. locutionis in Deuteronomium ad calcem: *Vt* RENES TRITICI *intelligantur velut interiora tritici, vnde farina eijcitur; hoc enim & adipem dixit: nam hoc nomen etiam farinam ſolent Græci appellare. Hoc enim habet Græcus in Exodo, vbi ſcriptum eſt: Eleuantes farinam ſuper humeros ſuos; Græcus quippè interpres* στέαρ *poſuit, quod ſunt adipes.*

Tritici renes qua.
S. Auguſt.

Domini vnà cum ſeruis poſtquam fruges, atque fructus collegiſſent, Saturni inſtituto cibum ſumpſiſſe refert Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 10. his verbis: *Philochorus Saturno, & Opi primum in Attica ſtatuiſſe ſuam Cecropem dicit, eóſque Deos pro Ioue, terráque coluiſſe, inſtituiſſéque vt patres familiarum & ſinguli, & fructibus iam coactis paſſim cum ſeruis veſcerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolerauerant; delectari enim Deum honore ſeruorum contemplatu laboris.*

Quando cum ſeruis Domini veſcerentur.
Macrob.

Varia meſſium genera varia frugum, & fructuum, quibus vita iſta fulcitur, rectè indicant, & variarum virtutum operibus abundare debere, qui ad beatam illam vitam pergit. Præclarè ſanctus Petrus Damianus ſerm. 37. *Sicut, fratres mei, quiſquis ſecundùm tranſitoria huius vitæ ordinem aptè vult viuere, non vno cuiuſlibet meſſis contentus eſt genere, ſed diuerſarum genera frugum ſatagit abundare: ita profectò quicunque ad terram viuentium, quicunque ad illud promptuarium cœleſte feſtinat, neceſſe eſt, vt per multos ſe bonorum operum labores coerceat, omniúmque intra conſcientiæ ſuæ cellarium virtutum germina congregare contendat.*

Varia meſſiũ genera varias virtutes ſignificant.
S Petr. Dam.

Ii qui frumenta molis frangunt in commune ciuitatis Brixiæ palatium ſine pallio ire non poſſunt; ſic enim in huius ciuitatis ſtatutis legitur: *Molinarij, & ſuburbiorum, & diſtrictus non audeant, nec præſumant ire, ſtare, nec morari, in palatio communis Brixiæ, niſi habeant mantellum in dorſo: pœna, & bano ſoldorum viginti planetorum pro quolibet, & qualibet vice; & quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem condemnationis.* 722.

Piſtrinarijs ſine pallio ad commune palatium ire inhibitum.
Stat.

De frumento, quod teri apud molendinum debet, exſtat hæc apud Coneplanos lex, vt qui frumentum illud ad molendinum defert, ſecum portare ſtateram debeat, iterúmque cùm farinam vehit ſtateram, his verbis concipitur lib. 4. ſtatutorum: *Molendinarius quilibet, ſeu alius, qui portauerit frumentum, vel aliud bladum alicuius perſonæ de terra, vel burgis Coneplani ad molendinum, teneat ſecum habere, & portare ad domum illius, cuius fuerit dictum frumentum, vel bladum, vnam ſtateram iuſtam, & coæquatam cum ſtatera communis, & antequam extrahat de domo illius frumentum, vel bladum, quod moli debuerit, teneatur ponderare ad dictam ſtateram, & eodem modo quando reportauerit farinam reductam ex dicto frumento, vel blado ad domum illius, teneatur ſimiliter illam ad dictam ſtateram ponderare, ſi ille, cuius dictum frumentum, vel bladum fuerit, voluerit illud, ſeu farinam ponderari. Et ſi quis contrafecerit omittendo dictum frumentum, bladum, vel farinam ponderare, vt dictum eſt, condemnetur pro quolibet, & qualibet vice in ſoldis viginti paruorum, cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia accuſatoris.*

Piſtrinarij vt ſtateram deferre ſecum debeant.
Stat.

Militibus triticum dabatur, ſed ſi terga hoſti dediſſent, in huius culpæ pœnam pro tritico hordeum recipiebant aliquando. Plutarchus in vita Marcelli: *Concione dimiſſa cohortibus, quæ terga dederant, iuſſit pro tritico hordeum dari*; huic ſe pœnæ ſponte ſubiicit, quin & maiori qui in Chriſti caſtris militat, & hoſtẽ quem fugare deberet fugit; hordeum rerum terrenarum tritico euchariſtico miſer præfert. Pergit Plutarchus: *Cohortes ignominia notatæ, vt ante ſigna collocarentur, poſtulant, idque impetrant.* idem fieri iuſtius deberet ab illis, qui timoris, & ſegnitiei nota ſub Chriſti vexillo, laboratũr. 723.

Militi qui terga hoſtibus vertiſſet pro tritico hordeum dabatur.
Plutarch.

Animam ad Deum leuet, qui vera lætitia frui vult; tritici ſimilitudine explicat ſanctus Auguſtinus ad illud Prophetæ regij Pſalm. 85. *Lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui*; legit ſanctus Doctor: *Iucunda animam*, & addit: *Iucunda eam, quia ad te leuaui eam. In terra enim erat, & in terra amaritudinem ſentiebat: ne in amaritudine contabeſceret, ne omnem tuæ gratiæ ſuauitatem amitteret, leuaui eam ad te, iocunda eam apud te. Solus enim tu es iocunditas, amaritudine ple-*

Frumenti ſimilitudine cor ſurſum leuandũ ſuadetur.
Pſalm 85.
S. Auguſt.

nus eſt mundus. Certè rectè admonet membra ſua, vt ſurſum corda habeant. Audiant ergo, & faciant, leuent ad cælum, quod male eſt in terra. Ibi enim non putreſcit cor, ſi leuetur ad Deum. Frumentum ſi haberes in inferioribus, ne putreſceret leuares ad ſuperiora: frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putreſcere? Frumentum leuares in ſuperiora, cor leua in cælum Et vnde, inquis, poſſum? Qui funes, quæ machina, quæ ſcala opus ſunt? Gradus affectus ſunt, iter tuum voluntas tua eſt. Amãdo aſcendis, negligendo deſcendis. Stans in terra, in cœlo es ſi diligas Deum. Non enim ſic leuatur cor quomodo leuatur corpus. Corpus Chriſti vt leuetur locum mutat, cor vt leuetur voluntatem mutat.

Frumenti menſura apud Athenienſes. Att.leg.

Athenis frumenti menſura ſtatam quantitatem decernebant, quam excedere emptores non poterant; in Atticis legibus hæc habentur: *Nemo eorum, qui Athenis degunt, frumenti plus quinquaginta phormis coemito.*

724. *Cõterit prius Diabolus tribulationibus tanquam triticum quos comedere vult.* S.Auguſt.

De tritico ita philoſophatur ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 100. Chriſti verba paulo aliter legens, ac nos legamus, Luc. 22. *Ideo Dominus diſcipulis ſuis ait, Hac nocte poſtulauit Satanas vexare vos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Quid eſt vexare ſicut triticum? Quomodo ab homine triticum non manducatur, niſi primo attritum, vt panem faciat; ſic neminem manducat diabolus, niſi primò per tribulationem euerterit, conterit vt manducet. Tu autem quando tribularis ſi maneas granum, non comurberis, nihil tibi contingit.*

Theſaurus à terra in cœlũ leuandus. S.Auguſt.

A frumento, quod in humido loco ſeruandum non eſt, vtile monitum elicit ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 48. *Modo ſi amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui fortè ſciret naturam corruptionis, frumentorum quam tu neſcires, daret tibi huiuſmodi conſilium, dicens, Frater, perdis quod cum magno labore collegiſti, in loco humido poſuiſti, paucis diebus iſta putreſcunt, & quid facio frater? leua in ſuperiora. Audires amicum ſuggerentem, vt frumenta leuares de inferioribus ad ſuperiora, & non audis Chriſtum monentem, vt theſaurum tuum leues de terra ad cælum: vbi non hoc tibi reddatur, quod ſerues, ſed ſeruet terram, accipias cælum: ſeruet mortalia, accipias ſempiterna: fænerare Chriſto, accipiat in terra parua, vt reddat tibi in cælo multa.*

Per triti qui mentis puritatem adulterant. S.Ambr.

Tritici ſimilitudine eos premit ſanctus Ambroſius, qui à ſui generis gratia degenerant, mentis puritatem adulterant, lib. 3. in Exaëm. cap. 7. *Herba*, inquit, *generi reſpondet ſuo, tu non reſpondes tuo generi. tritici granum ſparſum terræ generis ſui gratiam reddit, & tu degeneras. fruges non adulterant ſinceritatem ſui ſeminis, tu adulteras puritatem animæ? vigorem mentis, corporis caſtitatem.*

725. *Quinam ſint qui frumentum ſeminãt, & ſpinas metunt* Orig.

Quinam ſint illi, qui frumentum ſeminant, & ſpinas metunt, ita explicat Origenes in catena Græca Ierem. cap. 12. dum ait: *Seminant verò frumentum, ac ſpinas demetunt, qui verba Dei aſſiduè tractant, ſed non viuunt vt illa præcipiunt, vel creduut vt heretici.*

Tritici aceruo cur ſponſi venter comparatus Cant. 7. 2. B.Beda.

De tritici aceruo, cui ſponſi venter comparatur in amoris cantico, ſic enim habetur cap. 7. 2. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs*, ita philoſophatur B. Beda lib. 5. in Cantic. Canticor. dum ait: *Benè autem aceruum tritici, & non abſolutè copiam tritici dicit, vt exurgentia in altum crementa virtutum deſignet. Et quoniam* ACERVVS *ab imo latior exurgens, anguſtior in ſummo fieri conſueuit: rectè hac figura bonis noſtris congruit actionibus, quæ quo altiores ſunt merito, & pauciores ſui operarios inueniunt.*

Frumentũ ex ſepulchri puluere. Acta.

De frumento rem habeo ſingularem, quam lectori meo offeram, nimirum puluerem ſepulchri ſanctæ Hunegundis Imperatricis non ſemel in frumentum verſum fuiſſe; dabo hic verba quæ in eius actis leguntur: *Hoc etiam opera pretium, ac ſubijcere dignum ducimus quod puluis, qui ob vim curationis de ſepulchro ſanctiſſimæ Imperatricis manibus euellitur, cum receptione ſanctuarij, in purum frumentum conuertitur. Equidem, ne hoc contra rerum naturam incredibile putaremus, certa manifeſtationis iudicio rei veritatem comperimus. Enim verò quidam ruſticus vulnus ore patiens, tali puluere pro vnguento vtebatur, vt adepta ſanitate, puluerem in frumenti ſpeciem tranſmutatum, ſub teſtimonio probabilium virorum ad Eccleſiam reportauit. Et, vt iterum inde euidentius certi fieremus: Quidam vir de Beierſdorf & plures alij de Nuremberg, idem ſibi accidiſſe affirmantes cum iuramento mutatam terræ naturam in veram ſpeciem frumenti oſtendentes ad prænominatum locum detulerunt.*

Rem eandem ſtatim alio miraculo eadem acta confirmant, dum ſubijciunt: *Tale mirum adhuc non credentibus, vt dubium amputaretur; mulier caliginoſis oculis cæcutiens, ſpe ſanationis puluere madidato vtebatur: quem etiam verſo in frumenti naturam & paruum madorem, quem addiderat cum augmento inuenit: vnde nimis anxia, quid faceret; ad vltimum deliberauit, vt in venalibus rebus lucratiuam gratiam haberet: quæ diuinitus quod factum fuerat, tam diu celauit, donec febrium moleſtijs occupata, inde ſibi dolorem proueniſſe conijceret. Porrò cum populus ad adorandum in Eccleſia conueniſſet, mulier inito conſilio memorabile ſignum, quod acciderat, oſtendit, & quia diu celatum habuerat, indulgentiam peccatorum cum lachrymarum effuſione quæſiuit.* 726.

Puluis in frumentum verſus.

Res mira de frumento benedictione munito. Acta.

Triticum benedictione munitum vocem, ac caſum gallis reſtituiſſe obſeruatum nobis eſt; in actis ſancti Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis res in hunc modum narratur: *Neque illud omittendum videtur, quòd in eodem itinere poſt dies aliquot, noctis cæcitate compulſus, mediocrium perſonarum ſucceſſit hoſpitio. Nam id maximè ambitum fugiens requirebat. Cùmque in diuino opere ſolito pernoctaſſet officio, lux orta eſt, nullis gallorum cantibus nunciata, cum earum auium copia in iiſdem domibus non deeſſet. Cauſam nouitatis explorat: agnoſcit multum iam tempus eſſe, quo triſtis taciturnitas naturale gallicinium damnauiſſet. Ab omnibus exoratus mercedem manſionis exoluit. Acceptum enim triticum benedictione conducit: quo paſtæ aniculæ auditus habitantium vſque ad moleſtiam frequentatis fatigabant. Ita virtus diuina in rebus minimis præeminebat.*

Euchariſticum frumentum efferens Zacharias aiebat cap. 9. *Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum.* quæ verba ſic illuſtrat, & premit B. Alb. Magn. tract. 3. de Miſſa c. 6. *Bonum*, inquit, *omnis boni quod omnia beneficat, ſine quo nihil eſt bonum.* 727.

Frumentum electorum bonum omnis boni. Zach. 9. B. Alb. Magn.

Res ſingularis de vno frumẽto grano diuinitus multiplicato. Sim. Met.

De vno frumenti grano diuitus multiplicato ſingulare, & admiratione dignũ eſt quod legitur in vita S. Theodoſ. Cœnobiarchæ apud Metaphraſtem: *Theodoſium rogabat Marcianus, dicens: Noli ægrè ferre tanta fame laborans hoſpitium, nec conqueri quòd panem vobis non appoſuerimus, cùm frumentum nobis admodum turpiter defecerit. Cùm hoc dixiſſet, admirabilis Theodoſius defixis oculis in barbam Marciani vidit granum frumẽti, quod neſcio vnde ceciderat, & illinc ſuſtulit hilari, & canta dextera, & dixit: Ecce frumentum. Quomodo autem dicitis vos egere frumento? & hoc quidem ab eo dictum, vel etiam factum fuerat lepide, & iucundè. Ille autem cùm granum*

tamquam

tamquam egregiam aliquam, & præſtantem ſementem, ſupinis manibus acepiſſet, id poſuit in horreo frumenti, credens eam ſine labore multum fructus allaturam, & eſſe ſuperaturam agricolarum induſtriam. Id autem ei accidit longe amplius, & copioſius, quàm ſperabat. Nam cùm ſequenti die eſſet horrei oſtium aperturus (ô arcana tua Domine miracula) videt quæ intus erant plena fructibus: qui re vera prouenerant abſque agricultura, aut potius cum agricultura ſolius orationis. Cùm ergo nihil eſſet in eo cunctatus Martianus, ſtatim mittit vnum ex ſuis diſcipulis ad magnum Theodoſium, ei ſignificans mirum, & ineffabile rei euentum ad admirabilis ſpectaculi ſocietatem eum vocans. Poſtquam ergo is quoque venit, oſtium quidem erat parum apertum, frumentum autem à ſe ipſo extrudebatur, cùm non poſſet horreum capere multitudinem, & ſic ex eo per multum foras effundebatur.

Iuſta punitio frumentum metentis in Beata Virginis feſto. Acta.

Ruſticum vltio diuina ſuſtulit, quòd Beatæ Virginis feſtum negligens manum metendæ ſegeti porrexit, digna res, quæ hic recenſeatur; ſic enim legitur in actis ſancti Othonis Epiſcopi Bambergenſis lib. 3. cap. 29. *Bouco Preſbytero per viam pergente, in Aſſumptione Beatæ ſempérque Virginis Mariæ factum comperimus, duobus, ruſtico videlicet, & eius vxore in agro metentibus. Zelo etenim religionis Preſbyter eos prohibebat, dicens: Huic diei propter Aſſumptionem genitricis Mariæ honorem deberi, erat autem ſecunda feria. Dicebat ergo ruſticus: Heri, propter Dominicam operari non licuit, & iterum hodie vacare iubemur. Quæ eſt hæc doctrina quæ homines à rebus neceſſarijs, & bonis iubet ceſſare? Quando ergo collectas videbimus fruges noſtras? puto vos inuidere vtilitatibus noſtris. Cúmque iam ad blaſphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus meſſor vehemens in calamos vibraret, mirum dictu, ſubitò extinctus in ſulcos cecidit, falcémque in dextera, ſegetem autem in ſiniſtra, vt abſecta erat, tam fortiter etiam mortuus tenebat, vt à nullo auferri poſſet. Mulier autem infelix ſocia operis, morte quidem mulctata non eſt: puto, quia ſub viri obedientia poſita fuit. Sed tamen ſine pœna, & confuſione non euaſit. Nam corpus exanimi viri ad Eccleſiam ſecuta, falces, & ſegetem de manibus ſuis, & ipſa excutere non potuit, quouſque coram populo & clero argumentum hoc illicitæ operationis probaretur. Sepulto ergo viro, & abeunte cum timore populo, mulier ſoluta eſt. Ex hoc autem facto populus maiorem Dei genitricis reuerentiam, maiorémque alijs feſtis celeritatem doctus eſt exhibere.*

728. *Quis auctor fuerit vt egenæ plebi frumentum menſtruum diſtribueretur.* Plut.

Egenæ plebi vt frumentum menſtruum diuideretur auctor Cato fuit; de hac re ita Plutarchus in vita C. Cæſaris. *Veritus Cato ne egena plebe, quæ vniuerſæ multitudinis erat fax, ac ſpem omnem reponebat in Cæſare, res nouas molitur, fuit auctor patribus, vt diuideret plebi frumentum menſtruum. Vnde cæteris oneribus acceſſit per ſingulos annos ſumptus vicies, & ducenties. Magnum tamen terrorem haud dubiè reſtringit in præſenti hæc actio, plurimúmque Cæſari potentiæ detraxit, & diſſipauit in tempore, qui tum erat prætor deſignatus; ac magis ob eum magiſtratum timendus.*

Ex puro tritico panem conficere ex regula præſcripto monialibus quibuſdam non licebat. Petr. Abaël.

Tritico aliquid aliud admiſceri ſolitum ex Regulæ præſcripto iniunctum monialibus quibuſdam lego apud Petrum Abaëlardum epiſt. 8. vbi ait: Triticeæ medullæ ſimilaginem omnino perhibemus, ſed ſemper cùm habuerint triticum, tertia pars ad minus groſſioris annonæ miſceatur.

Peculiares quorundam leges in frumenti venditione. Stat.

Frumenti vendendi menſuratores ſtato tempore apud aliquos eliguntur, peculiaréſque leges eis ſeruandas iudicarunt. Statuta Pirani lib. 1. cap. 20. ſic decernunt: *Ad eligendum duos menſuratores frumenti, more aliorum extraordinariorum officialium modus obſeruetur, & eligantur de menſe Iunij, & incipiant eorum officium in Kalendis Iulij, & durent per vnum annum, qui iurare debeant ad ſancta Dei Euangelia bona fide, & ſine fraude menſurare, recto, & legaliter totum frumentum, & aliud bladum ſpecialium perſonarum, quod vendatur in terra Pirani, & decem ſtarij ſupra, & totum frumentum, & aliud bladum communis, & habere debeant paruos duos a venditoribus pro quolibet ſtario, & neuter ipſorum debent exire diſtrictum Pirani ſine licentia D. Poteſtatis, ita tamen, quòd vnus continuè ſtare debeat in diſtricta Pirani. Et quotieſcunque fuerit repetitus per fonticarium frumenti, aut per aliam ſpecialem perſonam, ad menſurandum frumentum, vel aliud bladum, teneatur ſtare in Pirano, & menſurare petentibus ſub pœna ſacramenti, & teneantur legere, vel legi facere ſuum capitulare ſemel in menſe, ſub pœna ſolidorum quinque pro quolibet menſe.*

Frumentum pacis merces dictum. Liban.

Frumentum pacis merces dictum obſeruo, hinc illud Libanij tom. 2. in Proſphonetico Iuliani: [illegible], inquit, [illegible], *alimentum autem fuit frumentum pacis merces.*

Qui frumentum in domum importat, pacem ſimul inuehere Hebræi cenſent, frumentique penuriam litium, & cótentionum fomitem eſſe; hinc illud R. Iehudah: *Semper homo ſollicitus ſit, vt in domo frumentum ſit, quia lites non inueniuntur in domo niſi frumenti cauſa; ſicut dicit Scriptura; qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.*

Horreũ frumẽti flammis correptum orantis preces vi vt exemerint. Acta.

Horreum frumento plenum flamma corripuerat, fudit orationem ſanctus Lupus; fulmen iacitur in flammas, & capiuntur, ita legitur in actis illius apud Surium 1. Septembr. *Repentè horreum vſque ad ſummum plenum, immanis flamma corripuit, nec potuit quiſquam vllum tanto malo afferre remedium. Tum vir Dei in orationem proſternitur, fulmen in flammas illas vibrari cernitur, mox ſopitur incendium, horreum nihil accipit detrimenti, Chriſtus in Pontifice laudatur, Sacerdotis meritum agnoſcitur.* 729.

Eorum nomina in ære inciſa, qui ad publicã frumenti perceptionem admittebantur. Seneca. Plin.

Olim eorum nomina incidebantur in æs, qui ad publicam frumenti perceptionem admittebantur. Diſco ex Seneca lib. 4. de beneficiis cap. 28. *Frumentum*, inquit, *publicum tam fur, quam periurus, & adulter accipiunt, & ſine delectu morum quiſquis inciſus eſt.* Idem habet Plinius in Panegyrico, vbi de pueris à Traiano inſtitutis ita ſcribit: *Tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti, & quamquam lætiſſimum oculis tuis eſſet conſpectu pubis impleri omnes antequam te viderem recipi, incidi iuſſiſti, vt iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur*; vides eos, quibus ex publico alimenta dabantur ære inciſos, deſcriptóſque fuiſſe.

Iumẽtis ſimiles Hebræi triticum ruminantes. Oſe 7. 14. S. Hier.

De terreno tritico ait Dominus apud Oſeam in populum ſuum inuehens cap. 7. v. 14. *Super triticum, & vinum ruminabant, & receſſerunt à me*; receſſerunt à Deo tritici abundantia, vt interpretatur ſanctus Hieronymus, qui addit ſignatè dictum, *ruminabant*, cùm verò *comedebant*, vt eos iumentis ſimiles fuiſſe colligeremus; contrà omnino in euchariſtico hoc tritico accidit, nam qui ſuper illud ruminat, qui eius excellentiam cogitat, eius dulcedinem, vtilitatéſque adeò à Deo non recedit, vt Deo adglutinetur, & Deo hæreat. *Qui manducat*, inquit ipſe, *meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*; ſed quia hîc ſumus, alia de frumento, alia de frumenti areis afferamus, vt ſuam nonnullis ſacræ Scripturæ locis lucem immittamus.

CAPVT LXXIX.

Frumentum de horreo, area de frugibus in aream conuehendis.

Frumentum de horreo.
Aream congregare *quid ſit.*
Area de frugibus.
Area pro areæ frugibus.
בורת אדרא *quid*; *horreum* domus areæ.

730. *Frumentum de horreo dici.* Amos 8.5. FRVMENTVM de horreo dici, in quo frumentum continetur, probat illa verba Amos cap. 8. v.5. *& aperiemus frumentum*; id eſt, horreum; vnde & LXX. vertunt, *& aperiemus theſaurum*, Chald. *& aperiemus horrea.*

Aream congregare quid ſit. Iob 39.12. Illud alicui fors magis inſolens aream de frumento, quod ad aream ducitur, dici, huc libens vocarem Dei verba ad Iobum cap. 39. v. 12. *Numquid credes illi, quoniam ſementem reddat, & aream tuam congreget?* Quamuis nullum præſeferre videatur hic locus difficultatem, vt ab interpretibus obuia expoſitione donetur, obſcurior tamen, & implexior eſt, quàm primo fronte appareat.

Sermo hic eſt de Rhinocerote, qui ad terræ culturam parum idoneus eſſe à Iob aſſeritur, ac boui opponitur, cui per antitheſim comparatur. Inter alia multa ait Iob. Numquid credes, quòd ſementem tibi reddere poſſit Rhinoceros, ac aream tuam congregare. Quæ poſtrema verba quid ſibi volunt non adeò facile eſt ſtatuere. Lyranus, Pineda, aliíque vt Vulgati ſententiam explicent, verba de ſuo ſupplent, & particulæ *ad*, ſeu, *in*, adiectione adiuuant, hoc modo: Numquid Rhinoceros reddet, id eſt, reddere faciet, & comportabit fruges in aream. Vnde Pagninus vertit, *& ad aream tuam congreget.* His igitur auctoribus area hic locus eſt, ad quem fruges ex agris aduehuntur. Non repudio iſtum explicatum, cùm præſertim etiam ſanctus Auguſtinus annot. in Iob cap. 39. hanc lectionem ſupponat, cùm dicit: *Et credes ei, quia reddet tibi ſementem; nihil eo ſuo dominatui vendicabit. Sementem quippè dicit opus ſeminandi in aream tuam inferet.*

731. Sed cùm in Hebræo nudè ſit וגרנך יאסף & Vulgatus ſimpliciter tranſtulerit, *aream tuam congreget*, ad interpretis mentem, & ad Hebraici fontis ſenſum magis accedere cenſui, ſi alia notione areæ nomen ſumatur, ac paſſim expoſitores acceperint; vt nempè area hìc fruges ipſas, ac frumenta ſignificet, non locum, quò fruges, ac agrorum prouentus conuehuntur, vt is ex his verbis ſenſus eliciatur, ne putes Rhinocerota ita vſui tibi futurum, vt eo vti poſſis ad frumenta domum conuehenda, ad frugéſque ex agris congregandas: non enim Rhinoceros boui in hoc comparari poteſt, nedum exæquari.

Hunc ſenſum eo libentiùs amplector, quo minus coactus, ac extortus videtur, nec particula culpa addit, vt ille primus ſupplendus eſt, aut iuuandus. Ex verbis ipſis nudis non tam eruitur, quàm ſua ſponte naſcitur, & fluit.

Euadet res tota firmior, & quiſque noſtræ huic ſententiæ libentior adrepet, ſi aream de frugibus dici adductis auctorum exemplis probauerimus.

Area de frugibus. Varro. Et in primis ex Latino fonte rem firmo; Varro lib. 4. de lingua Latina, ita loquitur. *Rura largitur ad aream*, id eſt, ad fruges, ad meſſes, nec enim aliam, quæ ſententiæ congruat, notionem habere poteſt area, niſi de frugibus accipiatur. Notauit hoc doctiſſimus Turnebus lib. 6. aduer. cap. 1. Turneb. vbi per aream in hoc Varronis loco, fruges interpretantur.

Igitur latiniſſimè locutus eſt Vulgatus interpres cùm dixit, *& aream tuam congreget*, id eſt, meſſes, ac fruges, Rhinoceros haud idoneus eſt, vt tibi congreget. quod fulciunt priora verba, quod ſementem reddat tibi, id eſt, aduehat ex agris frumenta, vnde aptè ſequitur, *& aream tuam, fruges tuas congreget.*

Accedit huic ſenſui etiam Vatabli verſio, qui ita Vatabl. hunc locum vertit, *An credes ei, quòd ſementem tuam conuehet, & fruges area tua congregabit?* Per aream igitur areæ fruges intelligit. Quid? quod Marinus Marinus. ita hunc locum legit, *& prouentum tuum congregabit.*

Sed iam fontem ipſum, vt res firmior euadat, & aliis etiam locis lucem afferamus, adire debemus, in Hebr. eſt וגרנך *& aream tuam*, quæ vox non ſolùm de area dicitur, ſed etiam propè de frugibus, ac meſſibus. Hinc 1. Reg. 23. 1. *Ecce* 1. Reg 23. *Philiſthym oppugnant Ceilam, & diripiunt areas*; in Hebr. ארת הגרנות Pagn. id eſt, *arearum frumenta.*

Oſea 9. v. 2. *Area, & torcular non paſcet eos*, id eſt, Oſea 9. frumentum & vinum, vt notauit etiam in cap. 3. Ioel n. 18. in Hebræo eſt eadem vox ארת הגרנות.

Alia loca non deſunt, in quibus area metony- 732. mice fruges, & frumentorum copiam ac prouentuum ſignificat. Numeri 15. *Separabitis primitias* Num. 15. *Domino de cibis veſtris, ſicut de area primitias ſeparabitis.* 4. Reg. 6. *Vnde poſſum te ſaluare de area, an* 4. Reg 6. *de torculari.* Huc etiam illud referam Ruth 3. *Nocte aream hordei ventilabant*, id eſt, fruges.

Vix hæc chartis commiſeram, cùm & Arium *Area pro areæ frugibus* Montanum meæ ſenſioni ſubſignantem, & quo Arias Mont. ad hunc locum reperiri, & etiam quo ad alios; cuius verba hìc producenda duxi; ſic ille ſcribit cap. 36. de arcano ſermone in apparatu. *Plurima loca ſunt, in quibus area metonymicè fruges, & frumentorum præſentem copiam ſignificat, vt ſeparabitis primitias Domino de cibis veſtris, ſicut de areis primitias ſeparabitis, ita de pulmentis; & vt reputet vobis in obligationem primitiuorum tam de areis, quàm de torcularibus, &, ſed dabis viaticum de gregibus, de area, & de torculari tuo, & ecce Philiſthym oppugnat, & dirumpunt areas; & vnde poſſim te ſaluare de area, an de torculari, & nunquid credes illi quod ſementem reddat tibi, & aream tuam congreget. Et area, & torcular non paſcet eos.* Hæc Arias in hanc rem.

Addo & ex Chaldaico fonte id firmari poſſe, *Horreum domus area.* Chaldaicè enim horreum dicitur בירת אדרא *domus area*, vt habetur in Dictionario Syrochaldaico, horreum autem frumenti locus eſt, non domus loci; hæc lexici verba ſunt בירת אדרא *domus area, horreum, Iud. 6.*

Licet igitur ſuſtineri etiam poſſit prior ſenſus ſi LXX. lectionem ſequamur, tamen ſimplicior & Hebræo textui cohærentior poſtremus iſte cenſeri debet, ac magis iuxta doctiſſimi Vulgati mentem, cuius lectio, vt omnibus preferri debet, ſic ſenſus qui ſimpliciter aperit, & nudat abſque vlla verborum adiectione eius verba cæteris præferendus eſt.

CAPVT

CAPVT LXXX.

De vinea,& vino Euchariſtiæ dicatis.

Peculiares vineæ *altari adſignata.*
Vinea altaris ſacrificio *deſtinata.*
Res mira de vino,*quod in Miſſa ſacrificio adhibetur.*
Ex vini vaſis *aliquod vini delibatum in vigilia natalis Domini.*
Vinum nouum *Dominici ſanguinis poculum cur dictum.*
Aqua feruens *ſacris calicibus quando infuſa.*
Damnatus mos in Miſſæ ſacrificio *mulſum adhibendi.*
Vua acerba *peccatum.*
Verborum ſpinæ *ex ore non producenda.*
In vuæ eſu *concupiſcentia domita.*
Homo fugiens homines ſimilis vuæ maturæ.
Cordis palmitem *diuinæ laudes ſuſpendant.*
Aliena virtutes *notanda,non* vitia.
Condenda cordis vaſe *ſalutaria verba.*
Ob hauſtum vini calicem *qui ſe aqua quoque abſtinentia caſtigaret.*
Sanctus *vocabatur,qui à vino abſtinebat.*
Chriſti vt vitis ſit palmes,*qui Chriſti ſanguinem bibit.*
Erroris vinum *in Gentilium auctorum verbis cauendum.*
Sacrarum litterarum doctrina caſtitati cuſtodiendæ *opportuna.*

733. A TRITICO, quod Euchariſtiæ materia eſt, ad vineam pergo, & vinearum fructum,quæ itidem eidem Euchariſtiæ vinum ſubminiſtrant.

Peculiares vineæ altari adſignata. Chron.

Peculiares vineæ quandoque ſacramenti altaris miniſterio aſſignabantur; quod indicat Chronicum Laurishamenſe,vbi de Humberto loquens ait: *Expoſuit res Eccleſiæ diſtrahendas, atque proſtituit, & quæ ipſi monaſterio, fratrúmque vſui,ſtipendiiſque ſeruiebant,ſub beneficij nomine diſtribuit,videlicet Hagenheim Cruſtillam, vineas quoque in Dochſenheim vberes, & perquam optimas, ſacroſancto altaris miniſterio antiquitus dedicatas*; meliora quippe diuino cultui ſemper mancipanda.

Vinea altaris ſacrificio deſtinata. Acta.

Sanctus Domitianus Eremita, & multorum filiorum pater vineam à Latino homine diuite legitur periiſſe,ex qua ſacrificium offerre ipſe, & ipſius poſteri poſſent. ſic habent eius acta ex noſt. codicibus: *Latinus & Sciagria cum maximis honoribus Domitianum cumulare vellent, ille nihil aliud quæſiuit, niſi ſecuritatem in eremo, & aliquam vineolam, ex qua poſſet ille, atque alij ſerui Dei poſt illum futuri Deo offerre ſacrificium*; quod obtinuit, ſubditur namque, *Sciagria Latini vxor: Domine mi*, inquit, *vineam expetit, dare illam poſſumus illis ſupra villam ſitam,quæ Vallis dicitur,& ſicuti Deo decet offerri,optimum vinum reddit.*

734. *Res mira de vino, quod in Miſſa ſacrificio adhibetur.*

De vino, quod Miſſæ ſacrificio adhibetur, res mira narratur, & digna, quæ in lectoris notitiam hîc ſubiciatur, nimirum eorum doliorum vinum aceſcere non conſueuiſſe, ex quibus vinum eſſet extractum ad Miſſas, quæ in die natalis Domini celebrantur. Dabo hîc verba ſancti Petri Venerabilis, ſic enim ille ſcribit in ſtatutis Congregationis Cluniacenſis num. 73. *Statutum eſt, vt de vaſis omnibus vinarijs, quæ in cellario fuerint ad opus fratrum,hoſpitum,vel pauperum, hoc eſt, de vnoquoque eorum vigilia Natalis Domini, frater qui vinum ad Miſſas illius ſacræ noctis, atque diei ſufficere valeat. Cauſa inſtituti huius fuit, res à multis, vt audiui, probata,& ſæpe mihi relata,quòd videlicet, nunquam vaſis illius vinum aceſcere,vel in innaturalem, & corruptum ſaporem conuerti poſſit, vnde pars quantalibet vini ad celebranda iam dicti natalis Domini ſacramenta aſſumpta fuerit.* Petr.Ven.

Ex vini vaſis aliquod vini delibatum in vigilia natalis Domini.

Apud nonnullos vigebat olim hic mos, vt in vigilia natalis Domini ex omnibus vini vaſis vini aliquid delibarent,quod illius noctis Miſſis celebrandis deſeruiret; rei huius cauſa erat, quòd experientia compertum eſſet, vinum quod remaneret, non corrumpi, non aceſcere.Petrus Abbas Cluniacenſis ſtatut. 73.ita ſcribit: *Statutum eſt, vt* DE VASIS OMNIBVS VINARIIS, *quæ in cellario fuerint ad opus fratrum, hoſpitum, vel pauperum, hoc eſt de vnoquoque eorum vigilia natalis Domini, frater qui vinum ad Miſſas prouidere ſolet, tantum accipiat, quantum ad celebrandas omnes Miſſas illius ſacræ noctis atque diei ſufficere valeat.* addit ſtatim: *Cauſa inſtituti huius fuit res à multis, vt audiui, probata, & ſæpè mihi relata, quòd videlicet, nunquam vaſis illius vinum aceſcere, vel in innaturalem, & corruptum ſaporem conuerti poſſit.* Stat Clun.

Vinum nouũ Dominici ſanguinis poculũ cur dictum. Matth 27. S.Auguſt.

Vinum nouum Euchariſtiæ ſacramentum, Dominicique ſanguinis poculum dictum, vt per illud ad immortalitatem corpora renouanda colligeremus; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba lib. 1. quæſt. ſuper Euang. q. 43. *Quod Dominus dicit ſub tempore paſſionis diſcipulis: Non bibam amodò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum in regno Patris mei: vult intelligi hoc vetus eſſe, cùm illud nouum dicit. Quia de propagine Adam, qui vetus homo appellatur, corpus ſuſceperat, quod in paſſione morti traditus erat,inde etiam per vini ſacramentum commendat ſanguinem ſuum. Quid enim aliud nouum vinum,niſi immortalitatem renouandorum corporum intelligere debemus? Quod cùm dicit,vobiſcum bibam,etiam ipſis reſurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit. Vobiſcum enim non ad illud tempus, ſed ad eamdem innouationem dicam accipiendum eſt.*

Calici iam conſecrato ſub ipſum communionis tempus infundere aquam calidiſſimam Græci olim ſolebant,vt patet in Liturgia ſancti Chryſoſtomi, & in theoria rerum eccleſiaſticarum Germani; Camiſatorum officium erat carbones ad altare deferre, & lebetibus calefaciendis operam dare. Citrius rem his verbis habet: *Camiſati ferendis ad altare carbonibus, & ſacris lebetibus calefaciendis occupati ſunt, vt illic more ſolito aqua feruens ſacris calicibus tempeſtiuè infundatur.* 735. *Aqua feruens ſacris calicibus quando infuſa.* Lit.S.Cryſ. Citr.

Damnatus mos in Miſſa ſacrificio mulſum adhibendi. Conc.Autiſ.

In Miſſæ ſacrificio præter vinum, & aquam etiam mulſum aliquos ineptè obtuliſſe, colligi poteſt ex his Cõcilij Antiſiodorenſis verbis,quod canone 8.id inhibet: *Non licet*,inquit,*in altario in ſacrificio diuino mellitum, quod mulſum appellant, nec vllum aliud poculum, extra vinum cum aqua mixtum, offerre: quia ad grande reatum, & peccatum pertinent presbytero illis, quicumque aliud poculum, extra vinum, in conſecrationem ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit.* Redeo ad vitem, redeo ad vuam & vinum, vt ex omnibus aliquid vtilis, & proficui ſucci exprimam.

Vua acerba peccatum. S. Thom.

De vua acerba ita philoſophatur ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 22. *Quid eſt vua acerba, niſi peccatum? Vua quippe acerba eſt fructus ante tempus. Quiſquis enim præteritus vitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus comedere feſtinat. Sed qui vuam acerbam comedit, dentes eius obſtupeſcunt, quia qui præſentis vitæ & mundi delectationibus paſcitur, interni ſenſus eius ligantur, vt iam ſpiritualia ſapere nequeant.*

736. *Verborum ſpinæ ex ore non proferendæ.* Hyper. Abb.

Vitis, quæ vuam profert, ex qua vinum exprimatur, docere nos poteſt ex ore malorum ſpinas non eſſe emittendas. In vitis Patrum lib. 5. libello de continentia n. 50. hæc leguntur. *Dixit Abbas Hyperichius; Verbum malum non proferat os tuum, quoniam vitis non adfert ſpinas.*

In vua eſu concupiſcentia domita. Pallad.

Vt in vuæ eſu concupiſcentiam domuerit Beatus Machatius Ægyptius, & alij cum illo, apparet ex hoc quod Palladius narrat in eius vita, quod dignum cenſui vt in omnium exemplum hic inſereretur. *Cùm aliquando*, inquit, *cupiſſet veſci vuis recentibus, perbelliſque ad ſe miſſis, oſtendens continentiam eas miſit ad alium fratrem laborantem, qui ipſe vuas deſiderabat. Qui cum eas accepiſſet, & magna affectus eſſet lætitia, ſuam celare volens continentiam, eas miſit ad alium fratrem laborantem, qui ipſe quoque eum cibum appeteret. Cùm ille quoque accepiſſet, rurſus hoc ipſum fecit, etſi ipſe valde veſci cuperet. Poſtquam autem ad multos fratres deinde venerunt vuæ, cum nullus eis veſci voluiſſet, poſtremus, qui eas acceperat, eas rurſus miſit ad Macharium, tanquam magnum ei donum largiens. Qui cùm rem curioſè inquiſiſſet, admiratus, & Deo actis gratijs ob tantam eorum continentiam, ne ipſe quidem ex ijs tandem comedit.*

Homo fugiens homines ſimilis vuæ maturæ. Moyſes Abb.

Maturæ vuæ hominem qui homines fugiebat comparabat Abbas Moyſes, acerbæ verò, & immaturæ illos, qui cum hominibus conuerſantur, in vitis Patrum lib. 5. tract. de quiete n. 10. hæc habentur: *Dixit Abbas Moyſes: Homo fugiens hominem ſimilis eſt vuæ maturæ; qui autem cum hominibus conuerſatur, ſicut vua acerba eſt.*

Cordis palmites diuinæ laudes ſuſpendant. S. Auguſt.

Cordis palmes ad diuinas laudes ſuſpendi debet, quæ in diuinis Scripturis ſunt. Sanctus Auguſtinus lib. 1. confeſſ. cap. 17. ita Deum alloquitur: *Laudes tuæ per ſcripturas tuas ſuſpenderent palmitem cordis mei, & non raperetur per inania nugarum turpis præda volatilibus.*

737. *Alienæ virtutes notanda, non vitia.* S. Io. Clim.

Alienæ virtutes notandæ ſunt, minimè notanda ſunt vitia, quod vuæ ſimilitudine ita explicabat ſanctus Ioannes Climacus in ſua ſcala gradu 10. *Vt prudens vuæ vinitor maturos duntaxat acinos comedit, labruſcas, & acerbas vuas negligit: ita bona mens, & ſapiens quaſcumque in alijs virtutes viderit ſtudioſè notabit; inſipiens vero, tantum vitia, defectúſque peruestigabit.*

Condenda cordis vaſe ſalutaria verba. Ioan. Caſſ.

Condenda cordis vaſe ſalutaria verba ſunt, quæ poſtea ad vini inſtar quadam vetuſtate decocta, ac depurata vtiliter ad alios effundentur. Præclarè Ioannes Caſſianus collat. 14. cap. 13. *Euidens eſt tepidæ, ac ſuperbæ mentis indicium, ſi verborum ſalutarium medicinam, quamuis ſtudio nimiæ aſſiduitatis ingeſtam, ſtudioſè negligentérque ſuſcipiat. Anima enim, quæ in ſatietate eſt, fauis illudit: anima autem egenti etiam amara dulcia videntur. Si itaque hæc diligenter excepta, & in receſſu mentis condita, atque indicta fuerint taciturnitate ſignata, poſtea vt vina quadam ſuaueolentia, & lætificantia cor hominis, cùm ſenſus canitie, & patientia fuerint vetuſtate decocta, cum magna ſui fragrantia de vaſe tui pectoris proferentur, & tamquam perennis fons de experientia venis, & irriguis virtutum meatibus redundabunt, fluentáque continua, velut de quadam abyſſo tui cordis effundent.*

Ob hauſtum vini calicem quiſ ſe aqua quoque abſtinentia caſtigaret. Vit. Patr.

Sanctus Machatius ob hauſtum vini calicem ſe aquæ abſtinentia caſtigabat; in vitis Patrum lib. 5. cap. de continentia num. 16. hæc habentur: *Dicebat de Abbate Machario, quia ſi vocauit inter fratres, ponebat ſibi terminum vt quando inueniebatur vinum, & propter fratres bibebat, & pro vno calice vini die integra aquam non bibebat, & fratres quidem volentes eum recreare, dabant ei vinum. Sed & ſenex cum gaudio ſumebat, vt ſemetipſum poſtea cruciaret. Diſcipulus autem eius ſciens cauſam, dicebat fratribus: Propter Deum rogo, ne detis ei, quia in cella poſtea ſe cruciatu domat. Quod cognoſcentes fratres, vltrà ei vinum non dederunt.*

738. *Sanctus vocabatur qui à vino abſtinebat.* R. Moſes.

Hebræorum mente Sanctus vocabatur qui abſtinebat à vino. R. Moſes Ægyptius duct. dubit. lib. 3. cap. 49. ita ſcribit: *In indicio verò voti huius venit prohibitio facta in omnibus quæ proueniunt ex vite, elegantia ſcilicet magna: vt recedat ab ea homo propter magnum nocumentum ipſius: quia qui abſtinet ab illo, vocatur ſanctus, & habet ſe in gradu Sacerdotis maioris in ſanctificatione: adeò quòd non debet pollui ſuper patre ſuo, vel matre: ſicut & ipſe maior Sacerdos. Hic autem honor magnus debetur, quoniam abſtinet à vino.*

Christi vt vitis ſit palmes, qui Chriſti ſanguinem bibit. Honor.

Qui Chriſti ſanguinem ſub vini ſpecie bibit, ſtatim cogitet ſuum eſſe eius vt vitis eſſe palmitem, qui ſe exhibet ſuis in cibum, & in potum. Scitè Honorius Auguſtodunenſis in animæ gemma lib. 1. cap. 99. *Vinum quaſi à vite natum dicitur, hoc ideo offertur, vt ſicut palmites viti, ita Chriſto inſeramur.*

Erroris vinū in Gentilium auctorū verbis cauendum. S. Auguſt.

Erroris vinum, quod in verbis Gentilium velut in vaſis latet, cauendum dum ab ebrioſis doctoribus exhibetur, docet in hunc modum ſanctus Auguſtinus lib. 1. confeſſ. cap. 16. *Non accuſo verba quaſi vaſa electa, atque pretioſa, ſed vinum erroris, quod in eis nobis propinabatur ab ebrijs doctoribus: & niſi biberemus, cædebamur, nec appellare aliquem iudicem ſobrium licebat.*

Sacrarum litterarum doctrina caſtitati cuſtodiendæ opportuna. Amos 8. S. Hieron.

Denique ſicut ſacrarum litterarum vinum virgines germinat, puritatem cuſtodit; ſic vbi aderit iſtius vini ſitis, iſtius panis fames, facilè & caſtitas abibit; vix dixerat Dominus per Amos cap. 8. *Mittam famem ſuper terram, non famem panis, & aquæ, ſed audiendi verbum Domini*, cùm ſtatim ſubiicit; *in illa die deficient virgines pulchræ*, quaſi ad doctrinæ defectum caſtitas defectura ſit; quod opportunè notauit ſanctus Hieronymus ad hæc verba, dum ait: *Ex quo colligimus quando doctrina non fuerit in Eccleſijs perire pudicitiam, caſtitatem mori, omnes abire virtutes, quia non comederunt verbum Domini.* Ergo ne abeant, ne moriatur caſtitas, deficiat pudor, doctrinæ calices ſiccentur, ſcientiæ panis ad vitam traiiciatur.

CAPVT LXXXI.

De vineis quædam obſeruationes.

Vinea *de populo.*
Vinea grandinata *quæ diceretur.*
Vites *cum radicibus vendere iudicum iniuſſu alicubi non licebat.*
De lignis vinearum *non adſportandis aliquorum lex.*
De vitium ſurculis *aliò non deferendis aliquorum mos.*
Auari vitis infœcunda, *fœcunda non auari.*

Vnguenta

Vnguenta *vulneribus ſanandis ex vineis.*
Vitis *auro cælata.*
Lex de alienis vitibus *non extirpandis.*
Alienæ vineæ *vuarum tempore non inuadendæ.*
Alterius vineam *ingredi ſtatim à vindemia non licebat.*
A vinearum plantatione *anno biſſexto abſtinebant ſuperſtitioſi.*
Fertilis ſacræ Scripturæ vinea.

739. *Vinea de populo.* VINEÆ nomen ad populum ſignificandum vſurpari notum in diuinis litteris eſt, vt ſit redundantis operæ id fusè probare; quod noſter habet Iſa. 3. v. 14. *Vos depaſti eſtis vineam*, Chald. vertit: *Vos autem diripuiſtis populum meum*; quin & alibi non ſemel quod vulgatus vineam habet, Chaldæus habet populum, vt vineam loco populi ſtare noſceremus. *Iſa.3.14. Chald.*

Vinea grandinata qua diceretur. Acta. *Vinea grandinata*, eſt vitis grandine percuſſa, de qua res mira habetur in actis ſancti Clari in hæc verba: *Ingrandinata vinea, Clarus cum fratribus aduenit; vocato cuſtode quæſiuit ſi racemi ad vſum vini aliqui remanſiſſent; ſed cùm vix pauci eſſent inuenti, proſtratus humi, noctem ibi fecit, & in craſtinum (quod vix credi poteſt) ita dependens vinea racemis ſuis onuſta apparuit, vt nullo modo quòd grandine percuſſa fuerit indicium dari poſſet.* Tantum viri ſancti oratio.

Vites cum radicibus vendere iudicum iniuſſu alicubi non licebat. Stat.Fer. Vites cum radicibus vendere iudicum iniuſſu olim Ferrariæ non licebat; in ſtatutis Ferrariæ lib.4.num.55. hæc lex his verbis habetur: *Nemini liceat in ciuitate Ferrariæ, vel extra alienare quouis modo vites, ſeu propagines cum radicibus alicui, niſi licentiam habuerit à iudicibus victualium, de qua appareat, ſine tamen mercede aliqua, ſub pœna librarum decem march. communi Ferrariæ applicanda, quoniam fictione præſentis ſtatuti eas vites, vel propagines ex aliena terra ſubtractas eſſe præſumimus, ac iudicamus, pro quidem præſumpto furto quilibet bonæ famæ legitimus accuſator exiſtat, & dimidiam pœnæ pecuniariæ conſequatur: niſi accuſatus habuerit duos teſtes recipiendos ſine ſcriptis, & ſine mercede notarij, & iudicum, teſtificantes vidiſſe alienantem habuiſſe vites, & in ea quantitate vendita, vel circa ſuper ſuo, & poſt venditionem eas non eſſe in illo loco, quo ipſas viderint: vel niſi habueris bulletinum à domino ſuo: fiatque proclama ſingulis annis tempore congruo de mandato ipſorum iudicum victualium, & contra faciens etiam puniri poſſit per Poteſtatem Ferrariæ.*

740. *De lignis vinearum non adſportandis aliquorum lex. Stat.Len.* De lignis à vitibus non adſportandis exſtat peculiaris quædam lex apud Leniacenſes, ſic enim habent illorum ſtatuta lib. 3. cap. 119. *Statuimus quòd ſi aliquis acceperit de lignis vinearum, emendet pro qualibet faſce 20. ſol. pro maiore ſumma ſol. 40. pro vno plauſtro centum ſol. in die, & duplum in nocte, & damnum reddat, & ſi aliquis non habens vineas, aut aliquas arbores, inuentus fuerit domi, vel alicubi habere aliqua ligna, vel aliquod frugum genus, ſi fuerit factus culpabilis, teneatur rationem reddere, vnde, & quomodo eas res habuerit, & ſi nullam rationem reddiderit, accuſari poſſit, & præſumatur cum alieno damno accepiſſe, & ei qui primus conqueſtus fuerit ea ligna ſibi ablata fuiſſe; ſatisfiat ab eo, qui rem acceperit, tanquam conſtiterit eum dediſſe damnum, & quilibet præſumatur dediſſe qui vineas, vel fructus non haberet in ea parte, in qua aliquid earum rerum abſtulerit, niſi iuſſu domini illius loci, vnde accepiſſet, de quo iuſſu, & licentia ſtetur Sacramento ipſius met domini.*

De vitium ſurculis non deferendis exſtat hæc lex apud Piranenſes, vt habent illorum ſtatuta lib.4.cap.7. *Statuimus, quòd nemo tam ciuis, quàm habitator Pirani, tam maſculus, quàm fœmina cuiuſcunque conditionis ſit, modo aliquo, vel ingenio audeat conducere, vel portare in Pirano, ſeu mouere de ſuis alienis vineis aliquem pedem vitis viridis, vel ſiccæ, in toto anno, niſi à feſto ſancti Michaelis vſque ad feſtum Sancti Andreæ ſine domini Poteſtatis, ſub pœna ſolidorum centum paruorum, pro quolibet, & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habebit medietatem pœnæ.* *De vitium ſurculis alienis non deferendis aliquorum lex. Stat.Pir.*

Auari cuiuſdam vinea infœcunda vt fuerit, & fœcunda non auari dignum recenſitu, quod accidiſſe S. Hilarioni ſanctus Hieronymus in eius vita refert in hæc verba: *Alio quoque anno cùm exiturus eſſet ad viſenda monaſteria, & digereret in ſchedula, apud quos manere, quos in tranſitu viſitare deberet: ſcientes Monachi quendam de fratribus parciorem, ſimúlque cupientes vitio eius mederi, rogabant vt apud eum maneret. Et ille, Quid, inquid, vultis, & vobis iniuriam & fratri vexationem facere? quod poſtquam frater ille parcus audiuit, erubuit, & annitentibus cunctis, vix ab inuito impetrauit, vt ſuum quoque monaſterium in manſionum ordine poneret. Poſt diem ergo decimum venerunt ad eum, cuſtodibus iam in vinea, quaſi villa eſſet alieno, ob eo diſpoſitis: qui eum lapidibus, & glebarum ictu fundaque verugine accedentes deterrerent; ſine eſu vuæ manè omnes profecti ſunt, redeunte ſene, & diſſimulante ſcire quod euenerat. Porrò ſuſcepti ab alio Monacho, cuius Sabas vocabulum eſt (debemus quidem parci tacere vocabulum, largè dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo vniuerſi in vineam, vt ante horam cibi vuarum paſtu laborem viæ ſubleuarent. Et Sanctus, Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis, quàm animæ quæſierit. Oremus, pſallamus, reddamus Domino officium, & ſic ad vineam properabitis. Completo itaque miniſterio, in ſublimi ſtans benedixit vineæ, & ſuas ad paſcendum dimiſit oues. erant autem qui veſcebantur non minus tribus millibus. Cúmque centum lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc vinea, poſt dies viginti trecentas fecit. Porrò ille parcus frater multo minus ſolito colligens, etiam id, quod habuerat, verſum in acetum ſerò doluit. Hoc multis fratribus ſenex antè futurum prædixerat.* 741. *Auari vitis infœcunda, fœcunda non auari. S.Hieron.*

De vnguentis ſanandis vulneribus opportunis ex vineis apud Æthiopes naſcentibus hæc ſcribit Alexander Geraldinus lib.11. ſui itinerarij: *Qui etiam vineas habent, quarum malleolis primo vere putatis liquamina manat, quæ ſolubria toti genti vnguenta præbent, vulnera eo modo ſanant, vt nulla remaneant ſigna cicatricum, membra obtorta dirigunt, omne è toto corpore dolores.* *Vnguenta vulneribus ſanandis ex vineis. Alex.Ger.*

Vitem auro cælatam lego apud Q. Curtium lib.8. *Regia aureas columnas habet, totas eas vitis auro cælata percurrit, aurúmque quarum vſu maximè gaudent, argenteæ effigies opera diſtinguuntur*; adeò ſe luxus apud orientales Reges porrexerat. Alex. in epiſt. ad Ariſt. *Vineámque ſolidam auro, argentóque inter columnas pendentem miratus ſum, in qua folia aurea, racemique cryſtallini, & Lychnites erant interpoſiti diſtinguentibus ſmaragdis.* 742. *Vitis auro cælata. Q.Curt.*

De alienis vitibus non extirpandis hanc legem Leniacenſes habent, quę his verbis traditur lib. 3. cap. 118. ſtatutorum: *Statuimus, vt ſi quis inciderit, vel extirpauerit, vel quouis modo deſtruxerit alienas vites, puniatur pro qualibet vite inciſa, ſeu deſtructa in ſold. 60. de die, & in duplo de nocte. Si verò inciderit earum palmites pro vna faſce puniatur arbitrio* *Lex de alienis vitibus non extirpandis. Stat.Len.*

 iudicis

iudicis, niſi hac facta fuiſſent iuſſa domini vinearum, & de prædictis omnibus quilibet ſit accuſator, & dimidiam habeat.

Alienæ vineæ vuarii tempore non inuadendæ. Stat. Plac.

Ab alienis vineis vuatum tempore alienos arcent Placcntina ſtatuta, ſic enim lib 6. num. 348. decernunt: *Vt aliena interrumpendi materia tollatur. Quicumque intrauerit vineam, ſeu ſillagnes alicuius tempore vuarum ſine præſemia, vel licencia illius ad quem ſpectas, ſoluat pro introitu ſoldos 20. Placen. Cuius pœna medietas ſit accuſatoris, & alia medietas ſit communis Placent. niſi intrauerit cauſa eundi ad aliquam ſuam terram, vel eius, qui ipſum mitteret cùm ad dictas terras aliunde iri non poſſit. Et ſi de die vuas abſtulerit, ſoluat ſex denarios de ſingulis vuis damnum paſſo: ſi verò de nocte ſoluat de introitu ſoldos 40. cuius pœna medietas ſit communis, & alia accuſatoris, vt ſuprà, pro qualibet vua duodecim denarios damnum paſſo. Et in caſibus prædictis pater teneatur pro filio, frater pro fratre, & dominus pro famulo. Et quicumque, penes quem reperta fuerint vua, qui non habuerint vineas, ſeu ſillagnos, intelligatur vuas abſtuliſſe de alienis. Et ſi non conſtiterit ex cuius vineis, vel ſillaguis abſtulerit, ſoluere teneatur communi Placent ſold 40. pro introitu pro qualibet vua duodecim denarios, nec liceat alicui portare de diſtrictu Placent. vuas, exceptis lugiarijs ad vendendum in ciuitate Placent. nec ad aliquem locum ſupra diſtrictu ante feſtum ſanctæ Mariæ menſe Septembris: ſub pœna ſoldorum 20. pro qualibet beſtia, & ſold. 10. pro qualibet perſona, ſine beſtia.*

743. *Alterius vineam ingredi ſtatim à vindemia non licebat* Stat. Pat.

Non ſtatim à vindemia ingredi alterius vineas apud Patauinos licebat reliquiarum colligendarum cauſa, niſi tres ſaltem dies tranſiſſent, ſic enim habent illorum ſtatuta: *Non intret aliquis vineam cauſa ſpigandi ad tertiam diem poſtquam vindemiatum erit, ſub pœna ſoldorum ſexaginta. Et perſona aliqua factis vindemijs, vel ante non audeat permittere intrare aliquas beſtias in vineas cauſa paſculandi, vel alia cauſa, ſub pœna ſolidorum decem pro quolibet equo, equa, & polerio, aut boue, ſeu vacca, vel aſino: & ſi fuerit aliqua alia beſtia, ſoluat ſoldos quinque pro quolibet capite. Et prædicta locum habeant in campanea Paduæ, & in villis de Pedeuenda, & pœna huiuſmodi pro regula diuidatur in quatuor partes ſecundùm formam ſtatutorum.*

A vinearum plantatione anno biſſexto abſtinebant ſuperſtitioſi. S. Auguſt.

Superſtitiose aliqui à vineæ plantatione abſtinebant eo anno, qui biſſextus erat; ſanctus Auguſtinus hunc errorem recenſet epiſt. 119. *Non plantem hoc anno vineam, quia biſſextus eſt.*

Fertilis ſacræ Scripturæ vinea. S. Chryſoſt. S. Anſelm.

De ſacræ Scripturæ vinea, eiúſque fœcunditate ita diſſerit ſanctus Chryſoſtomus carc. 4. de Lazaro: *Vinea poſt fructus ſemel à vindemiatore deſertos ſtat nuda fructu, nihil habens præter folia; verùm ſpiritualis, diuinarúmque Scripturarum vinea non item, ſed quamuis quicquid videbatur ſuſtulerimus, tamen adhuc amplius ſupereſt tollendum.* Sanctus Anſelmus orat. de transf. ita rem verſat: *Vitis quando fuerit vindemiata efficitur abiecta, & humilis: Scriptura autem quotidie vindemiatur, & botri eius nunquam conſumuntur.*

CAPVT LXXXII.

Vineas opponere quid in ſacris, de vineis, vinearum fructu, nonnullæ obſeruationes, nonnullæ de vindemia.

Vineas opponere *quid ſignificet.*
Opponere *quid ſignificet.*
Vitis *cur* ἡμέρης *dicatur.*
Vinea auctori ſuo *non pepercit, vt alij ſibi ab ea cauerent.*
Res mira de eo, qui alienam vineam *inuaſerat.*
Vtile monitum ex vinea *humi hærentem.*
Aurea vitis *ſuper templi portam.*
Vineæ *nimis* luxuriantes *combuſta.*
Lex de vuis non exportandis *à vindemiatoribus.*
Cautio de vua non deferenda *in Vrbem.*
Vuam premere *ſine licentia apud aliquos non licebat.*
Lex de vua *non importanda in Vrbem.*
Canes vindemiæ *tempore ligari ſoliti.*
Canes à vineis *lege arcebantur.*
Quamdiu canes *vindemiæ cauſa vinculis coërcerentur.*
Peculiaris ordo in vindemia *ſeruari ſolitus.*
Vua *barbam emittens.*

CVM de vineis aliqua libauerim, calamum vix potui cohibere, quin ad verba illa porrigeretur, in quibus vineæ, agríque opponi dicuntur. 2. Eſdræ cap. 5. verſ. 3. hæc leguntur: *Agros noſtros, & vineas, & domos opponemus, & accipiamus frumentum in fame.* verbum opponendi in hac ſententia tanquam obex moleſtior multis non leue exhibuit negotij, vt vim eius, & vſum non plenè percipientes in aliena diuerterent, aliamque lectionem nobis obtruderent, quæ vertendi, & exponendi ratio tam dubia cenſenda eſt, & ſuſpecta, quàm Vulgati interpretis non extima etiam in externa litteratura eruditio fuit. 744. 2. Eſd. 5. 3.

Vineas opponere quid ſignificet.

Duplici igitur via à vulgata lectione diſcedere interpretes video, aut verbi mutatione, aut verborum adiectione, vt locus integer, ac ſenſus plenus redderetur. Primi habent Complutenſem editionem, quam ſequuntur: Complutenſis enim pro *opponamus*, habet *apponamus*; alij habent Gloſſam, aliáſque editiones, quæ in textum alia verba inuehunt, ad hunc modum enim legunt. *Et domos noſtras apponamus pignori*, ac ſi manca eſſet ſententia, ſi verbum *apponamus* tantùm opponatur.

Sed neutri lectioni, aut verſioni facilè ſubſignâtim, non primæ, quia ſenſus verbi illius mutatione non illuſtratur, ſed potiùs implexior euadit, vt ex vera verbi opponendi notione, quam paulo pòſt ſubiiciam, perſpicuum erit. Non ſecundæ, quia abſolutus euadit ex nuda verbi ſignificatione ſenſus, integérque, & licèt demus *τὸ pignori* ad illuſtrationem extra textum adiici poſſe, in litteræ tamen textu tanquam neceſſarium recipi non debet, quum totum ſatis ex ſe ſuppleat apponendi verbum.

745. *Opponere quid ſignificet.* Plaut.

Vt igitur omne dubitationis nubilum diſpellamus, & Vulgati verſionem ab omni nota vindicemus, ſtatuendum eſt apponere, apud optimos Latinæ linguæ auctores idem ſignificare, ac oppignerare, & pignori dare. Plaut in Curcul. in hoc ſenſu vtitur, dum inſit. *Pono pallium, ille ſuum annulum* OPPOSVIT.

Catull.

Nec aliò reſpexit Catullus dum in huius verbi ſignificatione ita luſit.

Furi villula noſtri non ad Auſtri
Flatus OPPOSITA *eſt, nec ad Fauonem,*

Nec

Nec ſani Borea, aut Apeliota,
Verùm ad millia quindecim, & ducenta,
ſcilicet oppoſita eſt, & oppignerata, vt primæ notæ critici notauere, & ſententiæ acumen deperit, ſi aliter accipiamus.

Iuuenal.

Etiam Iuuenalis hoc verbum, hoc eodem ſenſu extulit dum canit,

Lancibus OPPOSITIS, *& matris imagine fracta,*
oppoſitis, id eſt, oppigneratis, vt monuit etiam doctiſſimus Turnebus.

Ex his apertiſſimè conſtat ne dum plenè, ſed etiam latiniſſimè Vulgatum interpretem vertiſſe *opponemus*; nec ita tutum eſſe Complutenſis verſionem, quæ pro *opponemus* habet *apponamus*, fruſtráque fuiſſe, qui in textum adiiciendum putarunt, pignori, cùm apponere abſolutè poſitum oppignerare, & pignori opponere, abſque vllo addito, ſignificet. Sed quia hîc ſumus alia de vite adiiciamus.

746. *Vitis cur ἄμπελος dicatur.* S. Iſid. Peluſ.

Cùm Græcè vitis ἄμπελος dicatur, explicat in hunc modum ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 413. VITIS ἄμπελος, MITIS DICTA, *quod vinum mitiores nos, ſi tempori, ac moderatè ſumatur, reddat. Fidem enim, amorémque mutuum hominibus conciliat, lætitia etiam cauſa eſt, & mœrorem auerruncat, ignauiam excitans, ac pellens; ægris opem varijs in morbis afferens; ſanis verò valetudinem tuetur, atque conſeruat.* Sed ne quis horum commodorum ſpe illectus vino ſe obruat, addit ſtatim; *ſi itaque quis illud: Ne quid nimis, aut modus optimus negligens in vino debacchetur, iniurias vindicabit, & caput quidem, temporáque conturbabit, robur exagitabit, corpúſque adeò totum ſoluet, manus, pedéſque vinciens, aliáque his etiam magis abſurda, ne dictu quidem honeſta adferens, atque amicis iuxtà, & inimicis riſum debebit.*

Vinea auctori ſuo non pepercit, vt alij ſibi ab ea caueren. Petr. Bleſ.

Non pepercit auctori ſuo vitis, ſæuiit in eum à quo plantata; quis ab ea tutum ſe putabit? rem benè vrget Petrus Bleſenſis epiſt. 7. *Loth quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Vinea quoque quam Noe plantauerat, ſuo non pepercit auctori, & ex delicto patris vſque hodie deriuatur ad poſteros macula ſeruitutis.*

Res mira de eo qui alienā vineam inuaſerat. Petr. de Nat.

De eo, qui alterius vineam inuaſerat, rem ſingularem narrat Petrus de Natalibus lib. 5. cap. 95. in vita ſancti Medardi Epiſcopi: Cùm, inquit, quadam nocte fur eius vineam introiſſet, & vuas exportandas præcidiſſet, nec ex ipſis guſtare, nec tamen valuit ſe mouere, donec mane repertus à Medardo ſolutus, tamen ſolutus receſſit.

Vtile monitū ex vinea humi hærente. S. Ephræm.

Ex racemo, qui in terram trahitur, hæret humi, vtile monitum exculpſit ſanctus Ephræm lib. de Prouerb. dum ait: *Quemadmodum racemus in terram detractus inutilis redditur: ſic etiam mens, atque cogitatio hominis, rebus diſtracta terrenis ad virtutem inepta afficitur.*

747. *Aurea vitis ſuper templi portam.* Hebr.

De aurea vite, quæ ſuper templi portam apud Hebræos extendebatur, hæc habentur in libro quem vocant Middoth cap. 3. ſen. 8. *Vitis aurea expandebatur ſuper portam templi, erigebatúrque ſuper canterios; quicumque vouebat folium, aut vuam, aut botrum adducebat, ſuſpendebátque ex ea;* & Ioſephus: *Deſuper habebat aureas vites, vnde botri humana ſtatura dependebant.*

Vinea nimis luxuriantes combuſta. Vgo Car.

Aliquorum mos fuit vineas nimis luxuriantes comburere, vt vberiorem fructum producerent, quod ad tribulationis vtilitatem in hunc modum flectebat Vgo Carenſis in Pſalm. 79. dum ait: Iſa. 27. *In prælio gradiar ſuper eam, & ſuccendam eam igni, quod parum fructificat in proſperitate; vel ego faciam eam fructificare in aduerſitate: & tangit conſuetudinem quarundam Regionum; in Aluernia enim in aliquibus locis, ita quandoque multiplicantur vineæ, quòd quaſi in ſyluas degenerant, & tunc homines comburunt eas, & poſtea optimè fructificant;* ita Vgo.

Præter ea, quæ de vuis protulimus, ſunt alia quæ à nobis obſeruata, proferenda à nobis ſunt, ea ferè continent peculiares quorundam ritus, qui circa vuarum collectionem, delationémque ſeruabantur, ſumptáque ſunt ex diuerſis diuerſarum vrbium ſtatutis, quorum verba ipſiſſima dedita licèt barbarie ſua oblita dedi, veritati potius litans, quàm elegantiæ.

Lex de vuis non exportandis à vindemiatoribus. Stat. Ferr.

De vuis non exportandis à vindemiatoribus extabat hæc lex apud Ferrarienſes his verbis concepta in illorum ſtatutis lib. 4. n. 68. *Statuimus, quod nullus vindemiator, poſſit, audeat, vel præſumat accipere, & exportare de vinea, in qua vindemiauerit, vltra grappos quatuor vuarum etiam de voluntate, & conſenſu laboratoris, factoris, caſtaldionis, aut domini, & ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam ſolidorum quinque march. pro quolibet grappo pluris, & perdat vuas, in quam pœnam etiam incurrat laborator, factor, caſtaldio, aut dominus conſentiens, & quilibet poſſit accuſare, & denuntiare: & credatur ſacramento ſuo cum vno teſte: & lucretur dimidiam pœna, quæ accuſationes, & condemnationes fieri debeant ad officium damnorum datorum.*

748. *Cautio de vua non deferenda in Vrbem.* Stat. Tar.

De vua non ferenda in ciuitatem mirum quàm cauti eſſent Taruiſini, tract. 3. rubr. 23. ita loquuntur: *Et quòd omnes cuſtodes portarum ciuitatis Teruiſij, teneantur, & debeant bene cercare omnes intrantes dictas portas ciuitatis cum vua in faſſis de herba, vel de fœno, in ceſtis, in gremio, & in ſinu, & in quocumque alio loco pœna, & banno quadraginta ſoldorum denariorum paruorum pro quolibet cuſtode. Et ſi quos inuenerit cum vua, eos capere teneantur, & captos conducere ad dominum Poteſtatem, ſeu rectorem. Qui ſi reperti condemnentur, vt ſuperiùs dictum eſt, medietas cuius banni ſit cuſtodis, & alia medietas ſit communis. Qui cuſtodes etiam teneantur accuſare, & manifeſtare accipientes de muris, & lapidibus pontium, & murorum ciuitatis Teruiſij.*

Vuam premere ſine licentia apud aliquos non licebat. Stat. Pat.

Vuam ſine licentia muſti conficiendi cauſa premere nefas erat apud Patauinos; ſic enim habent illorum ſtatuta: *Communia villarum quolibet anno in Calendis Auguſti teneantur, & debeant eligere homines bonos, & legales quatuor, vel plures ſecundùm qualitatem villæ pro qualibet villa. Qui electi debeant procurare vſque ad feſtum omnium Sanctorum ad minus, quòd aliquis non furetur, non vendat, non emat, non abſcondat vuam, neque muſtum faciat furtinè in aliquo loco. Et intelligatur furtinè muſtum facere, qui ſine licentia communis, vel officialium villarum, qui debeant de prædictis inquirere, ipſum faciat. Et ſi aliquos inuenerint contrafacientes, teneant ipſi capere, & captos domino Poteſtati Paduæ, vel Poteſtati, ſeu Vicario, in cuius iuriſdictione factum fuerit, præſentare. Et poteſtas Paduæ, ſeu rector, cui facta erit præſentatio, debeat præſentatum condemnare pro regula in libris decem ad minus, & in pluribus arbitrio ſuo, attenta qualitate facti, quæ pœna diuidatur in quatuor partes ſecundùm formam ſtatutorum. Et condemnatus ſi ſoluere non potuerit, ponatur in catenis communis Paduæ in plateis, & ibi teneatur per tres dies. Et poſtmodum circa palatium ter fuſtigetur, & publicani, ſeu officiales, qui prædicta non obſeruabunt, condemnentur in libris decem paruorum pro quolibet. Et commune villæ, qui non elegerit, condemnetur in libris viginti quinque paruorum: quorum medietas ſit communis Paduæ, ſeu cameræ*

nostri

noſtri dominij, & altera medietas ſit accuſantis.

749. *Lex de vua non importāda in vrbem.* Stat.Pat.

De vua in vrbem non importanda extat hæc in Patauinis ſtatutis lex: *Aliquis non portet vuam, vel muſtum ad Paduam, vel ad alium locum in plauſtro, vel beſtia, aut in rocijs, vel in ciſtis ante vindemiam generalem, & qui contrafecerit, puniatur ſi portauerit in plauſtro, in libris decem paruorum, ſi verò portauerit cum beſtia, vel aliter, in ſolidis centum puniatur, & condemnetur; & aliquis etiam dominus, vel laborator non poſſit decernere in videmia vltra ſingulos ciſtos de vua, de vinea, de monte, ſub pœna ſolidorum centum. Et pœna iſta diuidantur in quatuor partes ſecundùm formam ſtatutorum. Et de prædictis Decani, & officiales villarum de Montanea inquirere, & manifeſtare teneantur ſub dicta pœna.*

Canes vindemiæ tempore ligari ſoliti. Stat.Conepl.

De vinea quia hîc agimus, non erit ab re ſi morem quorundam circa vindemiam lectori exponamus, quo ſcilicet canes ligare viudemiæ tempore tenentur; in ſtatutis Coneplani lib. 4. hæc habentur; rem ipſiſſimis verbis dabo: *Quicumque ruſticus habet canem aliquem, teneatur illum ligatum tenere Calendis menſis Septembris vſque ad Calendas menſis Nouembris, ita vt in vineis alicuius damnum non poſſit inferre; & ſi in dicto tempore in aliquibus campis, ſiue vineis repertus fuerit non ligatus, condemnetur dominus eius in ſoldis quadraginta paruorum pro quolibet cane, & qualibet vice, & damnum, ſi quod intulerit, emendare teneatur.*

Canes à vineis lege arcebantur. Stat Placent.

Mos aliquorum erat, vt canes vindemiæ tempore à vineis arcerent, ſic enim Placentina ſtatuta lib 6. num. 384. Quilibet habitans in villis tenens canem teneatur eo tempore, quo ſunt vuæ ſuper vineis tenere ipſis canibus ad collum vnum tramaiolum longitudinis vnius brachij cum dimidio, vt impediantur canes intrare vineas, in pœna ſoldorum decem pro quolibet cane applican. communi pro qualibet vice, quia inuenti fuerint canes ſine dicto tramaiolo, poſſint tamen dicti tramaioli amouere à canibus tempore venationis.

Quando canes vindemiæ cauſa vineis arcerentur Stat.Taru.

Taruiſini quoque hanc eandem legem habebant. lib. 3. ſtatut. tract. 5. rubr. 36. ita loquuntur: *Mandamus quòd qualibet perſona habens canes a medietate menſis Auguſti vſque ad octauam ſancti Michaëlis tenere debeat canes ſuos ligatos, ita quòd damnum non faciant in clauſuris, brolys, & hortis, & vineis circa ciuitatem, & burgis, & in villis de diſtrictu Teruiſij, & ſi quis canis repertus fuerit in aliquo prædictorum locorum, quòd ille cuius fuerit canis pro quolibet cane, & qualibet vice viginti ſol. den. communi Teruiſij pro banno perſoluat, & ſi occideretur canis, repertus in aliquo prædictorum locorum faciens damnum, non emendetur canis dominio, & ſuper his credatur domino clauſura, broly, & horti, & vineæ, & cuilibet de eius familia, & laboratori eorum cum ſacramento.*

750. *Peculiaris ordo in vindemia ſeruari ſolitus.* Stat.Rober.

In vindemia peculiaris ordo ſeruatur apud Roberatones, ſic enim habent illorum ſtatuta c. 150. *Statuimus, & ordinamus, quòd in vindemia hic ordo ſeruari debeat. Omni anno in die ſancti Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ de menſe Septembris, Domini prouiſores omnes, vel qui præſentes fuerint, compareant in platea poſt veſperas, & conuocatis dominis decimarum, montis, & plani, & alys ex ciuibus Roboreti proponatur, & tractetur quando debeat incipere vindemia, & quod fuerit ibi concluſum per maiorem partem fiat, ſeruando hunc ordinem Quòd per vnum diem antequam vindemietur ad montem, per quos, & non citiùs, vindemietur ad planum, & talis ordo ſeruetur, & nemo poſſit citiùs vindemiare in totum, pro faciendo enim muſto impertiri poſſit licentia à DD. Prouiſoribus, & detur in notam quantitas muſti illi, quem decimarij deputauerint, ne fraudetur decima, ſub pœna librar. viginti quinque marani irremiſſibiliter, & ſubitò auferenda contrafaciendo, & pro tertia applicanda accuſatori, & facto hoc ordine ſubitò publicetur, & fiat proclama de mandato domini Prætoris ad inſtantiam ipſorum dominorum Prouiſorum, vt ſuprà.*

Viſa quandoque eſt vua barbam emittens, vt ſequens figura repræſentat. *Vua barbam emittens.*



Pleraque alia de vineis, vuiſque conuehere huc poteram, ſed abſtinui, nam alia nos aliò vocant; de vino quædam libo, quædam de poculis, quibus vinum traiicitur, & rem obſigno.

CAPVT LXXXIII.

De vino aliqua in omnium notitiam hîc exponuntur.

Res mira de vino *diuinitus aucto.*
Doloris, & vini *nexus.*
Vinum captiuitatis *omen.*
Non ligneis, *ſed* terreis vaſis *vinum ſeruabatur in terra Iſraël.*
Herbata vina, *quanam dicerentur.*
Vinum equulei loco *ad extorquendam veritatem adhibitum.*
Nullum ſecretum *vbi regnat ebrietas.*
Noxium ignorantiæ *vinum.*
Probrum olim fœminis ſi meribulæ *dicerentur.*
Cor *humilitate liniendum.*
Sacra lipſana vino *abluta.*
A vino *diſcimus* humilitate *labores cuſtodiendos.*
Vinum colorari *ſolebat.*
Vini minæ *fugienda.*
Seueriani cur à vino *abſtinerent.*

Vinum

Vinum ex pomis *exprimere ſolebant.*
Tempore Quadrageſimæ liquorem ex pomis *eliciebant.*
Senes *in iram procliues* vini *ſimilitudine explicantur.*

751. PRÆTER ea, quæ ſuperiùs de vino tetigi, rurſus vino calamum immitto, de vino pleraque obſeruabam, quæ à docti lectoris no titia ſubducere nolui, & ſunt iſta, quæ ſubiicio.

Res mira de vino diuinitus aucto. Ioan. Gerbr.

De vino diuinitus aucto dignum eſt vt hîc recenſeatur illud, quod ſancti VVillebrordi meritis accidit, hæc quippè de illo refert Ioannes Gerbrandus lib. 2. Chron. Belg. cap. 28 *Singula fratrum circumiens habitacula, peruenit ad cellarij oſtium, & interrogans quid in illo tecto haberent? reſpondit miniſter, Cellarium eſt. Sanctus autem dixit ſe velle illuc introire. Cui cùm nemo auderet contradicere, ingreſſus, interrogauit, ſi quid vini in vno de illis vaſculis eſſet? Et deſignato vaſe quaſi pro benedictione, ſuum baculum ſuperiori foramini immiſit, & abſceſſit. Sed ſubſequente nocte in ipſo vaſculo cœpit vinum augeri, & exundante copia ſuperna defluens omne pauimentum in circuitu madere. Inſperata autem miniſter ſtupefactus abundantia celare non audebat, quòd diuina miſericordia per ſerui ſui benedictionem geri cognoſcebat. Tamen ſecum prudenter tractans, ne fortè ſanctum Archiepiſcopum conturbaret, ſi illud publicè prædicaretur, pedibus illius proboluitur, confitêt quòd videatur. Qui ſolito more Deo agens gratias, ſimúlque pij magiſtri inſtruit exemplo, diſcipulis ſuis præcipientis, ne cui transfigurationis gloriam ante diem reſurrectionis dicerent, præcepit eidem, ne quod cernebat ante diem obitus ſui diceret.*

Doloris, & vini nexus. Hebr.

Vinum licèt lætitiam afferre videatur, parturit tamen mœſtitiã, doloremque. hinc apud Hebræos vinum dicitur היין *haiain*, quæ vox eundem numerum parturit ac יללה *ielalah*, quæ vox mœſtitiam, querelaſque ſignificat, & lamentationem; innuere videtur à vino hæc omnia prodire.

752. *Vinum captiuitatis omen.* Hebr.

Vinum captiuitatis omen eſt, certè rationem ligat, captiuam mentem ſtatim ducit, ſed & aliam captiuitatem portendere cenſent Hebræi, qui obſeruant de Noë vino obruto, dici Gen. 9. ויתגל *& nudatus eſt*; huius vocis litteræ formant גליות quæ captiuitates ſignificat: nam גלות eſt captiuitas; vt *innueretur*, inquiunt, *per vinum in captiuitatem ire debere Hebræos*; certè mentem captiuam reddit; & rationem quæ quacunque alia captiuitate nocentior eſt.

Non ligneis, ſed terreis vaſis vinum ſeruabatur in terra Iſrael. R. Ioſ.

Olim, præſertim in terra Iſraël, vinum non ligneis doliis ſeruabatur, ſed terreis vaſis, & magnis, quod nunc quoque à pleriſque in illis locis audio fieri; ad hunc morem ſpectauit R. Ioſue filius Chananię, qui dicenti ſibi filiæ Imperatoris: *Quàm pretioſa ſcientia in tam vili vaſe*; erat enim doctus, ſed deformis, reſpondit: *Rex, pater tuus, quo vaſe vinum ſuum ſeruat?* ipſa reſpondit, *in vaſis terreis*; & ille; *totus mundus in terreis vaſis vinum ſeruat, & tuus pater qui Rex, & ſuper alios in hac re cæteris eſt?* quo tandem cullegit etiam ſcientiam in vilibus vaſis probè contineri; facilèque ſcientiæ vinum in iis aceſcere, qui ob pulchritudinem, ob diuitias, generiſque ſplendorem intumeſcunt.

Herbata vina dicebantur, quæ herbis parata ad medicinam. Petrus Abaëlardus epiſt. 8. *Vt pro medicamento* HERBATA VINEA *conficiantur, aut etiam vinum purum ſeruatur, non prohibendum eſt.*

Vinũ equulei loco ad extorquendam veritatem adhibitum. S. Ambroſ. *Nullum ſecretum vbi regnat ebrietas.* Petr. Bleſ. Seneca.

Vino equulei loco aliquos vſos extorquendæ veritati indicat ſanctus Ambroſius de Elia, & ieiunio, cap. 17. dum ait: *Plerique & vino vtuntur, vt equuleo, & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, vt Patriæ ſtatum, ſalutem ciuium defenſionis ſuæ prodant conſilia*; nam, vt ait Petrus Bleſenſis epiſt. 7. *Nec vllum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas.* Seneca epiſt. 83. rem ſic explicabat: *Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummam partem vis caloris eiectat: ſic vino extante quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in medium.*

753. *Noxiũ ignorantiæ vinũ.* Triſm.

Vinum cognitio eſt, eſt & ignorantia; ſed noxium iſtud, illud ſalutare; nos ab ignorantiæ vino Mercurius Triſmegiſtus auocat cap. 7. dum inſit; *Quò rapimini ô temulenti homines, qui merum ignorantiæ ſermonem* EPOTASTIS, *quem nec ferre quidem poteſtis? atqui iam ipſum vomite.*

Probrum olim fœminis ſi meribulæ dicerentur. S. Auguſt.

Probrum olim ſeminatum erat, ſi *meribulæ* dicerentur. Indicat iſtud ſanctus Auguſtinus lib. 9. confeſſ. cap. 8. dum ait: *Ancilla, cum qua ſolebat accedere ad cupam litigans cum domina minore, vt fit, ſola cum ſola obiecit hoc crimen amariſſima inſultatione, vocans meribulam.*

Cor humilitate liniendum. B. Iſa. Abb.

Cor qui cuſtodiendum, & humilitate liniendum, dolij metaphora ita explicat B. Iſaias orat. 12. *Dolium*, inquit, *niſi vndique ſit pice illitum, & nullas habeat rimas, vinum non poteſt continere; cor niſi humilitate, & caſtitate muniatur, & nullas habeat vitiorum rimas, Dei non poteſt eſſe domicilium; fieri enim nequit vt Deo quis ſimul, & voluptatibus ſeruiat.*

Sacra lipſana vino abluta. Anon.

Olim hic mos vigebat in ſacrorum lipſanorum honorem, vt & vino abluerent, aut certè thecas quibus continebantur; vinum deinde tanquam medica virtute præditum bibebant. Anonymus Floriacenſis lib. de miraculis ſancti Benedicti cap. 21. ita ſcribit: *Defertur vinum in amphoris, & alijs vaſis deportando vino aptatis, & funditur in eis, quatenus loto feretro, quo Beati Martyris continebantur membra ex illa potatione quaſi de ipſis ſacris condita membris, velut de confectione aliqua medicinali, omnes poterentur.* Eôdem ſpectat idem auctor c. 43. vbi indicat ipſaſmet reliquias vino ablutas; hæc eius verba: *Sacris pignoribus lotis mero, ſibique in potum dato, obtinuit ſalutem, quam expetierat*; & non pleniùs medicam virtutem oſtendet vinum, quod in euchariſtica menſa exhibetur.

A vino diſcimus humilitate labores cuſtodiendos. B. Iſa. Abb.

Vinum in profundis locis conſeruatur, & ſubterraneis; ſic & labores noſtri humilitate à corruptione vindicantur. Scitè B. Iſaias Abb. orat. 12. *Niſi*, inquit, *vinum in locis profundis, & ſubterraneis recondatur, euaneſcit; ſic adoleſcentiæ labores omnes ſunt vani, niſi in humilitate conſeruentur.*

754. *Vinum colorari ſolebat.* Plut.

Vinum arte colorari ſolitum, mecum diſces ex his Plutarchi verbis ſympoſiacon lib. 6. quæſt. 7. *Qui vinum aloe, aut* CINNAMOMO, *vel* CROCO *inficiunt, ij quaſi mulierem cunctam curioſè in conuiuia adducunt, & proſtituunt. Qui autem quod vino ineſt, ſordidum, & inutile adimunt, ij purgant illud, atque ſua opera commodius reddunt.* Non intelligit autem Plutarchus ſuum aloes, quoad medicamentum, & amarorem habet, ſed de aliquo ligno.

Vini minæ fugiendæ. Clem. Alex.

Vini minas fugiendas monebat Clemens Alex. 2. pædag. cap. 2. *Et*, inquit, *laudo, & admiror qui vinum, tanquam ignis minas quàm longiſſimè fugiunt.*

Seueriani cur à vino abſtinerent. S. Auguſt.

Seueriani cur à vino abſtinerent, ſic explicat ſanctus Auguſtinus lib. de hæreſibus, in hæc verba:

verba : *Seueriani à Seuero exorti vinum non bibunt, eo quòd fabuloſa vanitate de ſatana, & terra germinaſſe aſſerunt vitem.*

Vinum ex pomis exprimere ſolebant. Plin. *Tẽpore Quadrageſima liquorem ex pomis eliciebant.* S.Auguſt.

755. Vinum ex pomis elicere olim ſolebant. Plinius lib. 14. cap. 16. de vinis factitiis agens, ait, *Fiunt & è pomis.* Fideles olim Quadrageſimæ tempore ex pomis liquores ſibi exprimebant, vini loco, quod arguit ſanctus Auguſtinus ſerm. 74. de diuerſis : *Sunt qui vinum non bibunt, vt aliorum expreſſione pomorum alios ſibi liquores, non ſalutis cauſa, ſed iocunditatis, exquirant, tamquam non ſit Quadrageſima pia humilitatis obſeruatio, ſed noua voluptatis occaſio. Quanto enim honeſtius, ſi ſtomachi infirmitas aquam potare non tolerat, vino vſitato, & modico ſuſtentetur, quàm quærantur vina, quæ vindemiam neſciunt, quæ torcularia non nouerunt.*

Senes in iram procliues vini ſimilitudine explicantur. Bellic.

Vini ſimilitudine, quod in imo ſubſidens in acetum facilè vertitur, probabat Bellicarius ex incerti auctoris mente ſenes in iram procliues, ait enim.

Parua cadis vini reliqua eſt quæ portio; aceſcit,
Portio melliti, quæ fuit antè meri.
Sic totam exhauſit qui vitam, eſt pronus ad iras
Ipſe ſuo tandem triſtis acore ſenex.

CAPVT LXXXIV.

De vino alia in lucem proferuntur.

Vino ſeruire *quàm noxium.*
Plumbea vina *quæ.*
Vinum loquax.
Monſtra *in vini calice.*
Vinum effræno equo *comparatum.*
Per vinum multa mala *mundo inuecta.*
Vini *nexus*, & ſenectutis.
Qui Chriſtum annuntiat, à vitiorum incentiuo *ſit alienus.*
Ritus quidam à quibuſdam ſeruati in vini *venditione.*
Noctu vinum *in taberna vendere alicubi illicitum.*
Noctu poſt tertium campanæ ſonum vinum *vendi prohibitum.*
Certa noctis hora à tabernis bibendi vini *cauſa aliqui auocant.*
Vinacia *à porticu amoueri iuſſa.*
Ab adulatoribus *nos* vini *ſimilitudo auocat.*
Forma vaſis *quo* vinum *vendebatur.*
Piſtrinarius à tabernis *excluſus.*
Calices abluere *tabernarius lege debebat.*
Lex quorundam de vino aqua *mixto.*
Aliò ituris vini, & aquæ *ſtata quantitas deferenda decernitur.*
In vino ſatanas *vt lateat.*
Piſcis hamo *capitur*, vino *ebrioſus.*
Ab Ægypti vino *vt cauendum.*
Doctrina vinum.
Ingenitores peiores *fiunt ſi degenerant.*
In corde odium *non admittendum.*
Nemo totus ſapit, *nemo ſemper.*

756. VARIA adhuc dabimus de vino, nam & pleraque monita, pleraſque cautiones à vino eliciemus, informandis moribus, & varios variorum ritus circa vinum in medium proferemus, variæ eruditionis opibus augendis; ſed ad rem.

Vino ſeruire quàm noxium. Ad Tit. 2. S.Hier.

Tyrannidem in eos vinum exercet, qui illud ſine vlla temperantia traiiciunt; mancipia ſua reddit quos obruit; ſignatè monebat Paulus epiſt. ad Titum 2. *Non multo vino ſeruientes*; nimirum ſeruire vino coguntur, qui intemperanter vinum ebibunt; rem ſic expendebat ſanctus Hieronymus in hanc epiſtolam : *Hic ſignanter expreſſit non multo vino ſeruientes, SERVITVS enim quædam eſt, & extrema conditio vino ſenſus hominis occupari, & non ſuum eſſe, ſed vini; miſera ſeruitus, quæ hominem homine reddere videtur, dum cogit vino obtemperare.*

Plumbea vina quæ. Mart.

Plumbea vina ab aliquibus dicta obſeruo quæ vilia; huc ſpectabat Martialis lib. 10 epigr. 49.

Quiſquam PLVMBEA VINA vult, vult in auro.

Vinum loquax. Athen.

Vinum *loquax* dictum aliquando eſt, quia nempè in verbis effunditur, qui fusè bibit. Athen. lib. 1.

Fluxile vinum omnifariis vocibus loquax.

Monſtra in vini calice.

Monſtra cum vino ex calice in pectus ire pulchrè Balduinus monebat.

Nunc toruo è vitro frondoſa ad cornua Bacchi
Fit lupa, hyæna, leo, pardus, & vrſa calix.
Qui bibis, hæc ea MONSTRA putas iuuare Lyæo?
Fallere, iam vinum pectore pota tuo.

Vinum effræno equo comparatum. Mneſim.

Vinum effræno equo comparatur. Mneſimachus in Philippo : HOSTES CALICES, EQVI MERVM; & Hallicarnaſſæus epigrammat. in Catinum,

Vinum EQVVS eſt lepido promptus, velóxque Poetæ.

Per vinum multa mala mundo inuecta. Hebr.

Malum etiam ſolo nomine vinum portendit, multa mala mundo parturinit, hominum ſcilicet abuſu; Gen. 9. 21. de Noë dicitur, vineam plantaſſe, & vinum bibiſſe, atque inebriatum; in fonte vox יין *haiain*, vinum ſignificat, & eundem numerum producit ac יללה *iehalah*, quæ ſignificat *væ*; *quia*, nimirum inquiunt Hebræi, *per vinum multa mundo inuecta mala ſunt*; & multa inuehuntur, inuehentur.

Vini nexus, & ſenectutis. Hebr.

Vinum ſenectutis nutrimentum eſſe acutè col- 757.
ligunt Hebræi, ex illo Geneſis cap. 27. 1. vbi de Iſaac habuit; *& ſenuit Iſaac, & caligauerunt oculi eius*; in fonte pro *& ſenuit*, ita ſcribitur, ויהי כי זקן à quibus ſi extrema elementa auferas, fit יין *vinum*, vt ægrè à ſenibus vinum abiungas.

Qui Chriſti annuntiat à vitiorum incentiuo ſit alienus. Luc. 1. S.Ambr.

Legimus de Ioanne : *Vinum, & ſiceram non bibet*, Luc. 1. 15. &, *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens*, Matth. 11. 8. Adeò abſtinens, & ab omni luxu alienus, qui annuntiare Chriſtum debebat. Sanctus Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 5. *Denique annuntiauit eum Ioannes, neque manducans panem, neque bibens vinum, qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni VITIORVM INCENTIVO præſtare ſe debet alienum*; quàm alienior eſſe debet, qui non annuntiat ſolum Chriſtum, ſed ſumit Chriſti corpus.

Ritus quidã à quibuſdam ſeruati in vini vẽditione. Stat. Pir.

Apud Piranenſes quidam eliguntur, quorum eſt vinum, quod venditur, menſurare quibuſdam legibus; in ſtatutis Pirani lib. 1. cap 16. *Iurare teneantur ad ſancta Dei Euangelia bona fide, ſine fraude decem menſuratores, qui eligantur in maiori conſilio more aliorum officialium extraordinariorum de menſe Iuny, & duret eorum officium vno anno incipiendo in Kalendis menſis Iuly menſurare totum vinum, quod vendetur in terra Pirani ad vrnam bene, & legaliter à decem vrnis ſuprà. Non iuuando amicum, nec nocendo*

tendo inimico, ad cuiuſcumque perſonæ petitionem omni hora dici qua fuerint requiſiti, & deinde ſe non remouere donec neceſſe fuerit, & ſi vellent ire ad prandium, debeant redire quam citiùs poterunt, quod habere debeant paruum vnum pro qualibet vrna vini. Videlicet medietatem à venditare, & aliam medietatem ab emptore, & non plus, & de vino quod conducetur per terram, ſolidum pro qualibet ſumma, & teneantur conſulere emptoribus, & ire cum ipſis ad inquirendum vinum, & facere rationes ſuas, & habere debeant pro qualibet vrna olei paruos octo ab emptoribus, quòd omnes non audeant exire diſtrictum Pirani ſine licentia D. Poteſtatis, & tamen quinque ſtare debeant in diſtrictu Pirani proyciendo ſortem inter ipſos qui ſtare debeant in hebdomada ad menſurandum, & hæc ſub pœna groſſorum duorum pro qualibet vice, & alij quinque poſſint exire diſtrictum Pirani cum licentia D. Poteſtatis, & ſi quis ciuis, vel habitator Pirani vendiderit vinum, vel aliqua alia perſona à decem vrnis ſuprà, & non fecerit menſurari per ipſos menſuratores, cadat ad pœnam ſolidorum centum, & qui accuſator fuerit, habeat tertium, & teneatur de credentia.

Noctu vinũ in taberna vendere alicubi illicitũ.
Stat.Conepl.

758. Noctu vinum in taberna vendere alicubi nefas eſt; in ſtatutis Coneplani lib. 4. hæc leguntur: *Non liceat alicui tabernario de noctu vendere vinum, vel aliquem tenere in taberna, vel oſtium dictæ apertum tenere poſt tertium ſonum campanæ in pœna librarum trium paruorum pro qualibet, & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat pœnæ medietatem.*

Noctu poſt tertium cãpanæ ſonum vinum vẽdi prohibitum.
Stat.Bell.

Vinum à caupone vendi poſt tertium campanæ ſignum non poteſt apud Bellunenſes, niſi adhibito lumine vinum quæratur; in illorum ſtatutis lib. 3. ita ſcribitur: *Statuimus quòd nullus tabernarius per ſe, vel per alium det, ſeu tradat modo aliquo vinum alicui poſt ſonum tertiæ campanæ, nec tenere debeat aliquem ciuem, ſeu forenſem in taberna ſua commorantem in ciuitate, vel burgis, vel alio loco morantem, in pœna, & banno ſol. ſexaginta den. & qui inuentus fuerit, ſeu ſteterit in taberna aliena poſt ſonum tertiæ campanæ ſol. viginti den. pro banno communi componat, & hoc ſtatutum locum non habeat in perſonis petentibus cum lumine, ita quòd tabernarij eis impunè dare poſſint de vino; quòd hoc etiam locum non habeat in hoſpitibus publicis pro illis perſonis, quæ in eorum domibus hoſpitantur, ſed vinum eis dare poſſint impunè.*

Stat Plac.

Vinum à caupone nocte vendi non poterat apud Placentinos quoque poſt tertium campanæ ſignũ; ſic enim in eorum ſtatutis habetur lib. 6. *Nullus tabernarius, vel tabernaria vendat, vel vendi permittat vinum, vel teneat apertam tabernam poſt tertium ſonum campanæ communis quæ pulſatur de ſero, in pœna decem ſoldorum, qui autem repertus fuerit in dicta taberna poſt dictum ſonum, condemnatur in 10. ſold. Plac.*

Stat Feltr.

759. Statuta Feltriæ lib. 4. rub. 63. de hac eadem re ita decernunt: *Statuimus quòd nullus tabernarius ciuitatis, & burgorum debeat dare bibere alicui homini in ſua taberna poſt ſonum tertiæ campanæ ad hoc conſtitutæ, niſi fortè daret hoſpitibus, & forenſibus intus tantùm bibentibus, nec debeat in die, vel in nocte permittere aliquam perſonam ludere in domo ſua, vel taberna, neque quietare ad aliquem ludum biſcazzariæ, & ſi quis tabernarius contrafecerit retinendo ludum, vel biſcazzariam in die 10. libras vice qualibet componat pro banno; ſi verò in nocte pœna duplicatur, & ille qui bibet poſt campanam 20. ſoldos componat, & tabernarius ſoldos ſexaginta paruorum, quorum bannorum medietas ſit communis, & alia medietas accuſatoris.*

Stat.Mart.

De inhibita noctu vini venditione in tabernis poſt datum ſignum extat hæc lex in ſtatutis Martinenghi lib. 1. cap. 24. *Statuerunt vt octo accuſatores boni, & idonei ſint in officio tabernariorum, ſeu tabernarum, & non plures, quòd teneantur quolibet ſerò ante tertium ſonum campanæ, quæ eſt ſuper turri grande, comparere coram Poteſtate, & conſulibus dicti communis, & ire per burgum Martinenghi cum famulo dicti Poteſtatis, & vno ſeruitore ad quærendum tabernas, & accuſare omnes habentes, & tenentes oſtium tabernæ apertum, & vendentes vinum alicui poſt dictum tertium ſignum campanæ, & ſtantes in taberna, & omnes euntes per burgum Martinenghi poſt tertium ſignum campanæ ſine lumine, & etiam accuſare teneantur vendentes vinum ad minutum malè menſuratum, vel menſuris non coadunatis, & punctis, ſeu ſignatis ſigno Poteſtatis, ſiue dicti communis, & ſint, & eſſe debeant per tres menſes tantùm, & per ſortem eligantur; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno ſol. duos, & vltra arbitrio domini Poteſtatis, & quod accuſator qui accuſauerit aliquem contrafacientem, habebat medietatem condemnationis.*

Certa noctis hora à tabernis bibendi vini cauſa aliqui auocant.
Stat.Taru.

Statuta quoque Taruiſina à tabernis bibendi cauſa certa noctis hora omnes auocant; lib. 3. tr. 6. rub. 17. ita loquũtur: *Decernimus, quod nullus de ciuitate Taruiſij, vel burgis ipſius audeat ſtare, bibere, vel comedere in taberna aliqua poſt tertium ſonum campanæ, debeat dare bibere eis, vel comedere, vel tenere tabernas ſuas apertas ſub pœna, & banno centum ſol. den. par. Et quilibet teneatur denuntiare contrafacientes, & quicunque denunciauerit, habeat medietatem banni, & ſtetur ſacramento ſuo cum vno teſte, exceptis cuſtodibus ſchireguatis nocturnis, quibus, vel vni quorum credatur ſuo ſacramento facto de nouo. Et hoc ordinamentum intelligatur non in forenſibus, qui ſoliti ſunt hoſpitari in domibus tabernariorum, vel etiam in ruſticis dictæ terræ. Et quòd tabernarius, ſiue albergator de die, & de nocte incontinenti debeat aperire oſtium, ſiue domum familiæ, vel nuntij domini Poteſtatis in banno decem lib. den. par. & credatur familiæ D. Poteſtatis, vel vni ex eis ſine ſacramento.*

Vinacia à porticu amoueri iuſſa.
Stat.Mut.

De vinaceis à porticu amouendis extat hæc lex apud Mutinenſes, vt habetur in illorum ſtatutis lib. 5. rub. 117. 760.
Quia temporibus, quibus vina conficiuntur, vinacea extrahuntur ex tinacijs, & portantur, ſeu deferuntur ſub porticibus, vel vijs publicis in maximum dedecus ciuitatis, quia iter eum pedibus, & muſſini intrant ora hominum, vel excæcant oculos, propterea ſtatuimus, quòd aliquis non poſſit tenere, vel habere vinacia prædicta ſub porticibus prædictis, vel vijs publicis ſub pœna ſold. 20. applicãd. vt in præcedenti ſtatuto.

Ab adulatoribus nos vini ſimilitudo auocat.
S.Bern.

Ab adulatoribus non vini nos vini ſimilitudine nos ita auocabat ſanctus Bernardus lib. 4. de conſider. malóſque Conſiliarios, qui verborum blanditie decipiunt; hæc illius verba: *Scorpiani non eſt in facie quod formides, ſed pungit à cauda ſi ad talium blanditias cor tuum, vt aſſolet, moliri ſenſeris, memineris ſcriptum, Omnis homo primum bonum vinum ponit, cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt.*

Forma vaſis, quo vinum vendebatur.
Stat.Crem.

De forma, & materia illius vaſis, quo vinum vendi poterat apud Cremonenſes, extat hæc lex, vt habetur in illorum antiquis ſtatutis rub. 557. *Statutum eſt, quòd omnes, & ſinguli vendentes vinum ad minutum teneantur, & debeant vendere cum bazela de vitro, larga à parte inferiori, & ſtricta inſuper, & ſi contra fecerint, condemnentur in ſoldis viginti infer. pro quolibet, & qualibet vice.*

Piſtrinarius à tabernis excluſus.
Stat.Ferr.

Apud Ferrarienſes publicè vinum vendens, vinum piſtrinario exhibere non poterat, nec cauponi piſtrinarium recipere licebat, ſic enim in eorum ſtatutis habetur lib. 7. cap. 55. *Statuimus quòd nullus tabernarius, vel alia perſona vinum vendens in comitatu Ferrariæ, audeat, vel præſumat vinũ vendere, ſeu ad bibendum dare alicui molẽdinario: nec aliquis*

molendinarius audeat intrare tabernam temporibus, quibus artem ſuam exercere poteſt: ſub pœna cuilibet eorum imponenda ſolidorum decem marcul. & quilibet ſit legitimus accuſator, & dimidiam pœnæ lucretur.

761. *Calices abluere tabernarius lege debebat.* Stat. Felet.

Vini venditor, & tabernarius cyathos, calicéſque abluere tenetur apud nonnullos, lignum vas aqua plenum habere; ſtatuta Feltriæ lib. 1. tub. 111. ita loquuntur: *Statuimus quòd tabernarij quando vendunt vinum ad minutum, teneantur lauare bochalos, & cyathos, & ipſos lauatos exhibere vinum volenti portare, & hoc pœna, & banno viginti ſoldorum denariorum pro qualibet vice, & ſi volentes vinum bibere, in lauando curialiter cyathum, & bochale, tabernarius damnum ſibi ſtatuat, & non clamet, banno 20. ſoldorum paruorum puniatur. Et quilibet tabernarius quandocunque vendit vinum ad minutum tenere debeas, & habere vnam maſſellam, ſeu vas ligneum clauſum, coopertum deſuper, in quo ponatur aqua, & ſtare debeat continuè munda fluuialis, vel fontanalis pro lauandis cyathis, ſeu vaſe, qua aqua debeat hauriri, ſeu accipi per ſpinam, vel candulam, & non aliunde, & quilibet tabernarius contrafaciens condemnetur banno prædicto, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, dummodo ſit homo bonæ famæ.*

Lex quorundam de vino aqua mixto. Stat. Plac.

De vino aqua mixto extat hæc apud Placentinos lex, vt habetur in illorum ſtatutis lib. 5. n. 307. *Nullus vendat, ſeu ducas, ſeu duci faciat muſtum, ſeu vinum adaquatum, niſi de hoc emptorem, vel alium cui vinum duxerit certiorauerit, in pœna 100. ſoldorum Placent. pro quolibet carro, cuius medietas ſit accuſatoris, vel denunciatoris, & alia medietas ſit communis.*

Allò ituris vini & aquæ ſtata quantitas deferenda decernitur. Stat. Iad.

Apud nonnullos aliquò ituris vini, & aquæ quantitas deferenda decernitur, vt eam excedere non liceat; ſtatuta Iadertina lib. 4. cap. 28. ita decernunt: *Confidenter præcipimus, vt ituri vltra mare, & per totam Barbariam habere poſſint in naui, tam eundo, quàm redeundo vnum bigoncium vini, vel quatuor Iadrenſia modia pro quolibet, & non vltrà, & totidem de aqua, & non plus. Ad alias verò partes quilibet iturus portare poſſit & debeat in naui duo modia, & dimidium Iadrenſia de vino, & totidem de aqua, & non plus; quicunque verò plus poſuerit in naui ſiue de vino, ſiue de aqua, illud plus computatur in miliarijs, & cantarijs ſuis, hoc locum habere volumus non ſolùm in naui, verùm etiam in quolibet ligno coopertum de centum miliarijs, vel ab inde ſuprà.*

762. *In vino ſatanas vt lateat.* Vit. Patr.

In vino ſatanam latere, ſatanam vinum eſſe, quidam ex Patribus antiqois ſentiebat; in vitis Patrum lib. 5. libello de continentia n. 36. hæc habentur: *Tollens vnus de ſenioribus paruum calicem portauit ab Abbatem ſiſoi, & dedit ei; & bibit ſemel; & ſecundò accepit & bibit: attulit etiam ei tertiò, ſed non accepit, dicens: Quieſce, frater, an neſcis, quia* SATANAS EST?

Piſcis hamo capitur, vino ebrioſus. S. Aug.

Hamo capitur piſcis, ebrioſus vino; ſanctus Auguſtinus lib. de ſalutaribus documentis cap. 37. *Per vinolentiam armatur ad maledicta, & conuicia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit. Huiuſmodi enim vir cùm ſe putat bibere vinum, bibitur à vino. Plurimi namque homines per vinum maximam debilitatem contraxerunt, nec potuerunt conſequi priſtinam ſanitatem, quia non temperauerunt gulæ ardorem. Sicut enim piſcis cùm auidas fauces profert, vt glutiat eſcam, repentè hamum intra fauces reperit, ita & ebrioſus intra ſe vinum ſuſcipit inimicum, qui eum introiecerit, mox impellit ad omne opus nefandiſſimum: & ſic homo rationalis capitur, vt irrationale animal.*

Ab Ægypti vino cauendum. Abſal. Abb.

Ab Ægypti vino ad illud, quod exhibet Engaddi vinea, ita nos inuitat Abſalon Abbas ſerm. 1. de Pentecoſt. *Quouſque anima miſera, vino Ægypti ebria eris, quod operatur obliuione Dei in hominibus? quin potiùs transfers te ad vinum, quod propinat Engaddi vinea, vinum ſcilicet lachrymarum, & compunctionis. De hoc genimine vitis bibit Petrus cùm recordatus eſt verbi, quod dixeras Ieſus: & egreſſus foras fleuit amarè. De hoc bibit & ille Publicanus qui percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Funde ſimiliter & tu pectus tuum, funde lachrymam per diem, & noctem, quia irritaſti iram Dei, & malum feciſti in conſpectu eius. Nunquid in vanum fundis illas? nequaquam: à maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum; nec eſt alia hoſtia magis acceptabilis in conſpectu Dei. Triſtitia veſtra, inquit Dominus, vertetur in gaudium, & gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis.*

763. *Doctrina vinum.* S. Chryſ.

Vini ſimilitudine ſe, ſuámqoe doctrinam alterius Epiſcopi comparatione ita demittebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. de verbis Iſaiæ: *Quæ nos aſſerimus, ſimilia ſunt* VINO *quod recens è lacu hauſtum eſt: quæ verò dicuntur ab illo (ſcilicet Epiſcopo præſente) ſimilia ſunt vino, quod quoniam vetuſtatem, ſeniúmque collegit, multum adfert tum vtilitatem, tum vim ijs, qui opus habent, nobiſque accidit hodie illud Euangelij: Poſt deterius vinum id quod melius eſt infertur.*

Ingenioſiores peiores ſiunt ſi degenerãt. Poët.

Ex optimo vino optimum acetum fieri obſeruatum eſt. torqueri in illos poteſt, qui vbi à bonitate ſua exciderant nequiſſimi fiunt; torſit & in eos, qui ingenio pollent, Poëta quidam quem Linum premens,

Vt bona VINA *bonum faciunt, vt fertur, acetum,*
Ingenioſior es, quo Line peior eò es.

In corde odiũ non admittendum. S. Aug.

Vt in dolia, quæ optimum vinum continent, acetum non mittetur, ſic nec in corde odium admittendum, ne boni virtutum liquores corrumpantur. Feſtinè S. Aug. ſerm. 34 de diuerſ. vbi ait: *Si ſe tutos putant, mittant acetum in vaſa, in quibus bonum vinum ſeruare conſueuerunt. Non mittunt, & cauti ſunt, ne teſta vitietur. Et odium mittunt in cor ſuum, non timentes ne quid ibi corruptionis operetur?*

Nemo totus ſapit. nemo ſemper. Poët.

Nullum eſſe qui totus ſapiat, qui ſemper vini mētaphora fæce non carentis pulchrè quidam ſic exprimebat,

Quis ſine FÆCE MERVM *poterit reperire? ſagacem*
Qui non deſipiat quis reperire virum.
Deſipit omnis homo, ſapientia nulla furoris
Labe caret, nullum eſt vt ſine fæce merum.

CAPVT LXXXV.

De poculis aliqua notantur.

Poculum Regi præbere *maximæ dignitatis.*
Pincerna *poculum deferens Imperatorem comitabatur.*
Quàm ægrè quis tulerit impurum *ex vini patera bibere.*
Res ad Euchariſtiam *flectitur.*
Purpureo colore *poculum cur adhibitum.*
Pocula *olim* in manus *haud dabantur.*
In ſcyphis crux *aliquando impreſſa.*
Cornibus *ad potum vtebantur.*
Cornu *poculi genus.*
Cornea *pocula in vſu.*
Cornua *Baccho tributa.*
Ebrietas arrogantiam *gignit.*
Amicitiæ pocula *quæ.*
Pocula in conuiuio priùs minora, *poſtea* maiora *apponebantur.*
Sinarum pocula *quàm parum vini caperent.*

Nomen

Nomen in poculis *Dijs oblatis.*
Boum cornibus *vtebantur loco poculorum.*
Cothon *poculum Laconicum.*
Bonus calix, *quem* Martyres *ſiccauere.*

764. *Poculū Regi præbere maxima dignitatis.* S. Hier.

POCVLVM Regi præbere olim maximæ dignitatis habebatur, quod obſeruat ſanctus Hieronymus, in tradit. habit. in Geneſim, ait: *Vbi vos poſuimus, Principem vinariorum, in Hebræo ſcriptum habet* משקה *maſkeh: illud verbum, quod in nomine ſerui Abraham dudum legimus, quem nos poſſumus more vulgi vocare pincernam: nec vile putetur officium, cùm apud Reges barbaros vſque hodie maximæ dignitatis ſit, Regi poculum porrexiſſe. Poetæ quoque de Catamitho, & Ioue ſcriptitant, quòd amaſicum ſuum huic officio mancipârit.*

Pincerna poculum deferens Imperatorem comitabatur. Georg. Cod.

Mirum quàm accuratè olim prouideretur, ne Imperatori extra vrbem eunti bibendi commoditas deeſſet, adeò vt pincerna poculum deferens eum comitaretur; qui tamen mos in deſuetudinem abiit; quod his verbis refert Georgius Codinus de offic. Conſtantinop. cap. 7. num. 17. *Et olim quidem,* inquit, *pincerna extra ciuitatem Imperatorem comitans ferebat ſuſpenſum ex catenula poculum, vt ſi Imperator ſiti vrgeretur, ex fonte, vel fluuio hauſtum porrigeret; quod hoc tempore non eſt vſitatum.*

Quàm ægrè quis tulerit impurum ex eius patera bibere. Acta.

Quàm ægrè ſanctus Godefridus Epiſcopus Ambianenſis tulerit, quòd impurus homo ex eius patera biberit, ex his verbis apparet, quæ in eius actis leguntur in hunc modū: *In quadam ſolemnitate hora veſpertina à Clero deductus in Eccleſiam honorificè, expletóque officio itidem inde reductus in domum ſuam, iuſſit omnibus ex more potum offerri. aderat cum alijs etiam quidam è Clero, facilè, & nomine mihi non ignotus, & prodere nomen eius nolo, ne ea re exacerbatus ſe ipſe deterior fiat. Erat is ex illorum grege, quos ſuprà diximus impuro coniugio pollutos, quibus cum multum beato Epiſcopo negotium fuit, vt corrigerentur. auſus fuit ille arripere pateram, ex qua bibere Epiſcopus ſolebat, & cum vinum in illam infudiſſet, irridiculè illud epotare. Aduertit hoc Epiſcopus, ſed ne in tāta ſolemnitate iniuriam ſuam temerè vlcus videretur, continuit ſe. Poſtquam autem diſceſſerunt omnes, accito Nicolao diſpenſatore ſuo: Quid ita, inquit, pateram meam in ſterquilinium abiicere voluiſti? An ignoras nihil eſſe luci cum tenebris commercij? Territus valde œconomus, affirmat ſe pateram tuto loco cōdidiſſe; at Epiſcopus: Abi, inquit, & eam vende nullo pretio, illúdque in Chriſti pauperes erogato. Fecitque ſic œconomus*; quàm iuſtiùs Chriſtus conqueratur, ſi impurus, & impollutus ad euchariſticum calicem ſiccandum accedat, & ore fœculento euchariſticum vinum traiiciat.

Res ad Euchariſtiam flectitur.

765. *Purpureo colore poculum cur adhibitum.* Cōſt. Porph.

Purpureo colore poculum aliquando adhibitum reperio, vt bibere aquam poſſent, abſque eo quòd res ad adſtantium notitiam perueniret; de Gycia nobiliſſima viragine ita legitur in Conſtantino Porphyrogeneta de adm. Imp. cap. 53. *Poculo purpureo inuento, puella id dedit, iuſſitque in eo aquam ſibi miſcere. quod cùm maritus eius videret, aquam illam bibere non ſuſpicabatur.*

Pocula olim in manus haud dabantur. Seru.

De poculis hoc obſeruatum obſeruo, in manus poni minimè ſolita, ſed appoſita menſis, quin & in caniſtris argenteis. Seruius in lib. 1. Æneid. vtrumque indicat, dum ait: *Veteribus* NON IN MANVS DABANTVR POCVLA, *ſed menſis apponebantur, vt hodie apud plures, pocula in caniſtris argenteis apponuntur, quæ caniſtra ſiccaria dicuntur.*

In ſcyphis crux aliquādo impreſſa.

In ſcyphis crux aliquando impreſſa, vt crucibulum vocarent à Cruce quam præferebat; fecit iſtuc

VVithlaſius Rex Merciorum apud Ingulphum in hiſtoria, in diplomate, quo varia dona monaſterio Croylandiæ offert, vbi de ſcypho ita ſtatuit: *Offero etiam Refectorio dicti Monaſterij ad vſum præſidentis quotidie in Refectorio ſcyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad dracones pugnantibus cælatum, quem crucibulum meum ſolitus ſum vocare, quia ſignum crucis per tranſuerſum ſcyphi imprimitur interiùs, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus, & cornu menſæ meæ, vt ſenes Monaſterij bibant inde in feſtis Sanctorum, & in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animæ donatoris VVithlaſij.* Ingul.

766. *Cornibus ad potum vtebantur.* Acta.

Cornibus ad potum pleroſque vſos notiſſimum eſt; auratis non item, id tamen aliquos factitaſſe obſeruo; in actis S. Othonis lib. 2. cap. 31. hæc lego: CORNVA *autem grandia taurorum agreſtium aurata, & gemmis intexta potibus apta ibi conſeruabant.* Habes cornua aurata adhibita, quin & gemmis ornata, eáque cornua taurorum fuiſſe.

Cornu poculi genus. Orig.

Cornua poculi genus olim fuiſſe euincunt hæc Orig. verba in catena Græca Ier. c. 48 *Mixturas autem quaſi de vino dictas, Aquila expoſuit* CORNVA, *quæ olim poculi genus erant;* CORNIBVS *enim bibebam.*

Cornea pocula in vſu. Xenoph. *Boum cornibus vtebātur loco poculorum.* Athen.

Xenophon apud Athenæum lib. 11. *Cœnabant, & potabant corneis poculis*; de Athenienſibus eodem libro; *Athenienſes* CORNIBVS *etiam argenteis bibebant*; licèt priùs boum cornibus mortales vterentur; eiuſdem Athenæi eodem libro hæc ſunt verba: *Cornu priſcos fama eſt atque primos homines boum* CARNIBVS *olim bibiſſe. Liquet hoc ex eo, quod adhuc dum aqua vinum permiſcent κεράσαι dicunt.* S. Ambr. de Elia, & ieiunio c. 17. *Per cornua etiam fluentia in fauces hominum vina decurrunt, & ſi quis reſpirauerit, commiſſum flagitium, ſoluta aues, loco motus habetur.*

Cornua Baccho tributa.

Hinc Baccho ebrietatis præſidi cornua tributa, vt cornutus diceretur; ſcitum illud,

Accedant capiti CORNVA *Bacchus eris.*

Ebrietas arrogatiam gignit. Feſtus.

Orpheo in hymnis dictus eſt κερασφόρος, δικέρως, olim etiam cum cornibus depingebatur, quia, vt Plato de leg. & Athen. dipn. 2. olim cornibus vtebantur pro poculis. Pomp. Feſtus, quòd qui temulenti ſunt, adeò interdū truces apparent, vt cornua habere videantur. Scholiaſtes Horat. ad Od. 19. 2. lib. carm. ait cornua Baccho tribui ſolita, quia ebrietas audaciam, & arrogantiam gignet.

767. *Amicitiæ pocula quæ.* Clem. Alex.

Amicitiæ pocula nobis offert Clem. Alex. lib. 2. pædag. cap. 2. *Nos,* inquit, *qui ſumus genus pacificum ſobrijs hauſtibus amicitiæ ergo bibimus, vt verò & conuenienti nomine appellentur pocula amicitiæ. Benè igitur hos tantum inuitat. Comedite amici, & bibite.*

Pocula in cōuiuio priùs minora, poſtea maiora apponebātur. S. Ambr.

Pocula in conuiuio minora priùs apponebātur, deinde maiora, indicat iſtuc S. Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio, cap. 13. *Primò minoribus* POCVLIS *veluti velitari pugna præluditur, verùm hæc non ſobrietatis eſt ſpecies, ſed bibendi eſt diſciplina, vbi res calere cœperint, poſcunt* MAIORIBVS POCVLIS.

Sinarum pocula quàm parum vini caperent. Nic. Trig.

Sinarum pocula quàm parum vini capiant apparet ex his verbis, quæ habet Nicol. Trig. de exp. Chriſti apud Sinas lib. 1. cap. 7. *Licet enim eorum* SCYPHI *ac pateræ non plus vini, quam nucis putamen capiant, frequentiſſimè tamen hauſtus iterant.*

Nomen in poculis Dijs oblatis. Plut.

Nomen in poculis Diis oblatis inſcriptum probant hæc Plut. verba in apoph. vbi de Cicer. loquēs ait: *Poculum argenteum Dijs dedicans initia nominum ſuorum litteris expreſſit; Ciceronis loco cicer inſculpſit.*

768. *Cothon poculum Laconicum.* Plut.

Cothon poculum Laconicum erat; de quo ita ſcribit Plutarchus in Lycurgo: *In cauſa fuit, vt inſtrumentum quotidianum, & neceſſarium, velut lecti, ſedes, menſæ ſuprà modum fabricarentur apud eos conciades, & poculum Laconicum, quod Cothon dicebatur,*

in commendatione eſſet maximè, ad expeditiones, vt eſt auctor Critias, quod aqua, ad quam potandam vrgebat neceſſitas, ne offenderet oculos, tegeretur poculi colore; & quia quod turbidi inerat impingebat intus, ac labris cohibebatur, potus accedebat ori purior.

Bonus calix quem Martyres ſiccauere. S. Auguſt.

Bonus & ille calix, quem Martyres ſiccauere, vt ſuorum obliuiſcerentur ad tormenta euntes; ſcitè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 35. *In alio Pſalmo dicitur, Calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt. Hoc iam calice inebriati erant Martyres, quando ad paſſionem euntes, ſuos non agnoſcebant. Quid tam ebrium, quam non agnoſcere vxorem flentem, non filios, non parentes? Non agnoſcebant, non eos ante oculos eſſe arbitrabantur. Nolite mirari, ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte, acceperunt calicem vnde inebriarentur.*

EXCVRSVS LIII.

Sacri calicis vinum mentes vera lætitia inebriat vero gaudio.

Vinum cordis exultatio.
Vinum curas *diſcutit.*
Vinum qui Deum lætificare *dicatur.*
Eucharistici vini potus cœleſtis lætitiæ *participes nos efficit.*
Lætitia ſpirituali *mentem perfundit vinum eucharisticum.*
Ebrietas *quam affert vinum eucharisticum* mundi memoriam oblitterat, *non Dei.*
Vinum lætitiæ *eucharisticum.*
Bona opera eum lætitiæ *vino.*
Frumenti, *&* lætitiæ *nexus.*
Lætitia *ab eucharistico frumento.*
Eucharisticus calix quanta lætitia *bibentem perfundat.*
Ingens lætitia *ex Dominici corporis communione.*
Lætantes *dicti qui ex vino vineæ recèns plantatæ, & vindemiatæ bibebant.*

769. *Vinum cordis exultatio.* Clem Alex.

Vinum lætitiæ parens eſt, partus iucunditatis, curarum amuletum, & mœſtitiæ. *Illud benedictum eſt*, ait Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 2. *Exultatio animæ, & cordis vinum creatum eſt ab initio, ſi quantum ſatis eſt bibatur;* vt iure, *Hilaritatis dulce ſeminarium*, Varroni vinum dicatur; hoc à Diis creatum ait Homerus,

Varro. *Vinum curas diſcutit.*

Vt CVRAS *animi pellat mortalibus acres.*

Nonn. Pallad.

& Nonnus lib. 19. Dionyſ. *Liquorem ærumnas ſoluentem* MALA *propulſantis vini;* accinit Palladas epigram. 20. lib. 2. Anthol.

Da bibere, vt Bacchus diſcutiat CVRAS.

Vinum qui Deum lætificare dicatur. Muis. Iud 9. 13.

Pro omnibus nobis vnus ſufficiat Dauid, qui de vino ita canit: *Vinum lætificat cor hominis;* Pſalm. 103. v. 15. quæ ſic illuſtrat Muis: *Vino optimè lætificandi verbum conuenire nemo neſcit, illique tribuitur Iud. 9. 13. vbi vinum dicitur lætificare Deum, & homines: Deum dum illi in libamen offerretur, & quidem cum cantico ad hilaritatem teſtandam, quod vino erat peculiare ſi Hebræis credimus, homines verò dum modicè ab illis ſumitur.*

770. *Eucharistici vini potus cœleſtis lætitiæ participes nos efficit.*

Poteſt vinum quod humus exhibet lætitiam parturire, non id pleniùs poterit vinum, quod cùm cœleſte ſit cœleſtia dant torcularia, nec temporalis lætitiæ participes nos efficit, ſed cœleſtis; ſcitè ſanctus Cyrillus Alexandrinus in Iſaiam cap. 165. *Qui quidem potus*, inquit, *cœleſtis lætitiæ particeps nos efficere poteſt; purgat enim peccata, & extrahit, quod mœrore afficit, nec patitur vt metus ſupplicij animas noſtras perterreat.* Sic ille.

S. Cyr. Alex.

Lætitia ſpirituali mentem perfundit vinum eucharisticum. S. Paſchaſ.

Vino Chriſti ſanguis conficitur, vt ſtatim colligeremus, mentem lætitia ſpirituali plenè perfundi; quod expendit ſanctus Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 10. dum ait: *Ideo ſpeciem vini iure tenet in ſenſu, dum ſpiritaliter ſanguis potatur in myſterio, quia hinc lætificamur ſpiritali lætitia ad gaudium; hinc verò redimimur de morte ad vitam; ideo Dauid cecinerat in myſterio, quòd vinum lætificat cor hominis; vtique lætitia ſpiritali; propter quod in eadem ſubſtantia iure celebratur hoc myſterium, quia Chriſtus eſt vinum, quo lætificantur corda credentium. De quo nimirum Ioſeph meridie, qua hora Chriſtus paſſus eſt, myſticè cum fratribus ſuis legitur inebriatus; vnde & nos intus inebriamur, & gaudemus lætitia æterna, & gaudio exultationis in Domino.* Hucuſque ſanctus Paſchaſius. Rectè lætitia hæc æterna dicitur, quippè quæ non ſtatim euaneſcat, ſed cum illâ continuetur, quæ in cœlum in Beatorum animis æternùm natat.

Gen. 43.

771. *Ebrietas quā affert vinum eucharisticū mundi memoriam oblitterat, non Dei.* B. Amad.

Felix ebrietas, quæ mundi oblitterat memoriam, non tamen Dei; huc vocarim Beati Amadæi verba, qui hom. 6. de laudibus Virginis, ita omnes fideles inhortatur: *Edite panem vitæ, vinum lætitiæ bibite, inebriamini gaudio reſurrectionis: ebrietas hæc ſumma ſobrietas eſt, hæc mundi memoriam oblitterat, & Deum præſentem animo ſemper inculcat.* Alcæus apud Athenæum vocat *dolorum obliuionem inducens*, & Horatius 2. Carm. Ode 7. obliuioſum maſſicum appellat,

Obliuioſo læuia maſſico
Cibaria exple.

Vinum lætitiæ eucharisticū.

Noſtrum ita terrenorum obliuionem inducit, vt Dei, rerúmque diuinarum memoriam excitet. Nota adeò cum hoc vino lætitiam hærere, vt *lætitiæ vinum* dicatur; *edite panem vitæ*, inquiebat ſanctus Amadæus, *vinum lætitiæ bibite*, cum vino lætitiæ lætitiam bibituri.

Bona opera cū lætitiæ vino. Eccleſ 9.

Cum gaudio igitur panis eucharisticus edatur, & cum lætitia vinum; ſapientis verba ſunt Eccl. 9. *Comede cum lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum;* quod de Euchariſtia explicat etiam Vgo Catenſis in Pſalm. 103. ſed pende, quod ſtatim ſequitur, *quia Deo placent opera tua;* nimirum tunc veram lætitiam parturit cœleſtis iſte panis, cœleſte vinum, cùm comedens, ac bibens bonorum operum copia non deſtituitur, quæ Deo placeant.

Frumenti, & lætitiæ nexus. Fulgent.

Rectè non ſolùm vinum cum lætitia ſumendum, ſed etiam panis cum gaudio; de Cerere, quæ frumenti Dea eſt, à gaudio nomen habere tradunt Fulgentius lib. 1. Mythol. de Proſerpina: *Ceres*, inquit, *Græcè gaudium dicitur, & ideo illam frumenti Deam eſſe voluerunt, quod vbi plenitudo fructuum ſit, gaudia ſemper abundent neceſſe eſt*, quod verius de electorum frumento dici poteſt. Hinc illud Dauidis Pſalm. 4. v. 7. *Dediſti lætitiam in corde meo à fructu frumenti, & vini;* quæ verba de Euchariſtia intelligit ſanctus Ambroſius hîc, dum ait: *Data eſt lætitia in corde noſtro ab illo tempore, quo accepimus frumentum in corpore, vinum ſanguine;* & rectè *in corde*, nam in aliis conuiuiis in extimis labiis lætitia appareat, & riſus, intus mentem ſubire non poteſt.

Lætitia ab eucharistico frumento. Pſalm. 4. 7. S. Ambr.

772. *Eucharisticus calix quanta*

Quæ bona eucharisticus calix bibentibus parturiat, qua iucunditate perfundat explicari non poteſt;

lætitia bibentem perfundat.
Franco Abb.
poteſt; de illo ita ſentiebat Franco Abbas tom.10. de gratia Dei: *Non eſt alius calix calici Domini ſimilis, qui ſic bibentem diuina, & innarrabili iucunditate lætificat, vt omnem priſtini doloris memoriam abſorbeat, non ſolùm autem, ſed & bibentem ita ingenita ſibi ſuauitate inebriat, vt eum in exceſſum mentis mittat, adeò vt patri, & matri, Neſcio vos, dicat, vt ſemetipſum ſibi abneget; & quodammodo ſeipſum neſciat, vt quam frequenter ingreſſus eſt viam ſæculi, non videat: & vacillantes præ ebrietate greſſus, in lubrico amore immundi mundi figere iam non valeat, imò iam non libeat.*

Ingens lætitia ex Dominici corporis communione.
B. Mechtild.
De lætitia ſpirituali, qua perfundi illius mens debeat, qui ſacram Euchariſtiam ſumit, ita diuinitus afflata ſentiebat Beata Mechtildis lib. 1. viſionum cap.68. *Si homo agnoſceret quanta ſalus ex corpore Chriſti prouenit, præ* LÆTITIA *in ſe deficeret.*

773. *Lætantes dicti qui ex vino vineæ recèns plantatæ & vindemiatæ bibebant.*
LXX.
Agell.
In ſacris litteris lætantes, & de vineæ recèns plantatæ, ac vindemiatæ vino bibentes in idem plerumque recidunt, idem ſignificant. Pulchrè noſter Agellius in Pſalm.86. hoc his verbis notabat, & confirmabat: LÆTANTES *igitur apud LXX. hi dicuntur, qui vineam recèns plantatam primùm vindemiant, quod in ea gente magno cum luſu, & lætitia fiebat: itaque eodem exemplo verterunt Deuteron. cap.20. Quiſquis plantauit vineam, & non eſt lætatus ex ipſa, reuertatur in domum ſuam, ne moriatur in prælio, & homo alter lætetur ex ipſa*; ſed iuſtiùs hoc ad vinum euchariſticum transferatur, quo veræ lætitiæ fons bibitur.

CAPVT LXXXVI.

Honor quid, quid honeſtare.

Honor *de ſacrificio.*
τιμᾶν *quid.*
Cohoneſtare *in Deorum cultu adhibitum.*
Honores *de ſacrificijs.*
In ſacrificijs Dei honor *quærendus.*
Se totum quiſque Deo immolet, vt Deum honoret.
Habet quiſque in ſe *quod Deo mactet.*
Paſſiones *in mentis* altari *mortificandæ.*

774. *Honor de ſacrificio.*
Virg.1.Æn.
HONOR ex veterum more pro ſacrificio ſumitur; hinc illud,

——— Aut ſupplex aris imponat HONORES.

id eſt, hoſtias, ac ſacrificia; & illud ab eodem,

Ibid.
——— Meritos aris mactabat HONORES.

ſcilicet victimas, & hoſtias, quæ propriè mactantur; ſic quoque explicandus cùm canit,

——— Haud equidem tali me dignor HONORE.

Seruius.
vbi Seruius, *honore*, id eſt, *ſacrificio.*
Siluius.
Siluius lib...

Sternuntúrque Ioui, & delubrum ſanguine HONORANT.

Ariſtides.
Ariſtides in Panathenaïca, *Hactenus quidem de origine Deorum cibo,* HONORE, id eſt, vt alij etiam notauère, ſacrificio.

Plautus.
Quin illud Plauti in Aulul. *Dat mihi coronas huius* HONORIS *gratia*, de ſacrificio exponitur;
3.Æneid.
hac notione apertè extulit Latinorum Poëtarum princeps præter loca recenſita etiam 3. Æneidum.

——— Munera libo
Intemerata focis, perfectus lætus HONORE.

id eſt, peracto ſacrificio. Symmachus eodem ſenſu, *vndecimus*, inquit, *honor.*
Homerus Iliade vlt. Homerus.

——— Nobis HONOR *vnicus ille.*

Et vniuersè apud Græcos τιμᾶν & *honorare* ſignificat, & *ſacrificare.* Iamblicus cap. 11. τιμᾶν τῷ Δαίμονι, pro θύειν, id eſt, *ſacrificare.*
τιμᾶν *quid.*
Iamblicus.

Cuhoneſtandi quoque verbum in hac eâdem re adhibuit Arnobius lib.7. *Nidoribus cohoneſtatis Deos, & ſuccis*; id eſt, colitis, adoratis, vt fieri ſacrificiis ſoler. 775.
Cohoneſtare in Dei cultu adhibitum.
Arnob.
Honores de ſacrificijs.

Hæc cùm notaſſem, & incidiſſem poſtea in locum Machabæorum, qui templi, feſtorum meminit, & honorum, ſtatim ad hanc honoris notionem animum flexi, & eà explicari opportunè poſſe putaui; ſed producenda iam verba ſunt 1.Machab.cap.1. v.41. hæc habentur: *Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum, ſabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum*; cùm hic Templi deſtructio, ſacrorum abolitio recenſeatur, non putarim alienum ſi per *honores* ſacrificia, quæ in Templo fiebant, intelligeremus; lubentiùs huic ſenſui ſubſignarem, ſi alterius quoque auctoritate niteretur; puta hæc coniectura ſit, docti lectoris erit munus ſuo calculo hanc expoſitionem firmare, ſi arriſerit, aliuquin mihi ipſi ſoli in hac re ſubſcribere vix audeo.
1.Machab.1.

Regius Propheta honorem, gloriámque eum hoſtiis & oblationibus vectit, ſic enim ille habet Pſalm.28. v.1. *Afferte Domino filios arietum, afferte Domino gloriam, & honorem*, hortatur Iſraëlitas his verbis, vt Deum placent non ſolùm ſacrificiis, ſed etiam hymnis, laudibúſque; quod plenè ab illis quoque fit, qui virtutum ſuarum hoſtiis ita Deo litant, vt non ſuam, ſed Dei gloriam quærant; verſat eleganter hæc verba Richardus Victorinus in Pſalm.28. dum ait: *Vobis dicitur, Afferte Domino gloriam, & honorem. Acſi apertè dicat, in virtutum veſtrarum hoſtiis, non veſtram, ſed Domini gloriam quærite. In omnibus, quæ benè agitis, eius laudem, non veſtram deſiderate. At hoc agite, in eo ſtudete, vt Deus glorificetur, vt Deus honoretur. Afferte Domino gloriam, & honorem. Laudibus Deus glorificatur, operibus honoratur.* Sic ille.
In ſacrificijs Dei honor quærendus.
Pſalm.28.1.
Rich.Vict.

Olim arietes, animantia Deo immolabantur; innuebat illis Deus, ſe noſtri ſacrificium quærere, & holocauſtum; qui linguam, qui oculos, qui ſenſus omnes Deo ſacrat, holocauſtum non tam offert, quàm eſt, quod his verbis habet ſanctus Gregorius in Ezech. hom. 20. *Sunt quidam, qui nihil ſibi metipſis reſeruant, ſed ſenſum, linguam, vitam, atque ſubſtantiam, quam perceperunt, omnipotenti Domino immolant. Quid iſti niſi holocauſtum offerunt, imò magis holocauſtum ſunt?* Opportunè Deum honorat, qui in illius honorem ſe Deo mactat. 776.
Se totum quiſque Deo immolet, vt Deum honoret.
S.Greg.

Non ſunt nobis paranda pecora, quæ iugulemus, in nobis habemus quod litemus Deo. Pulchrè ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 50. *Noli extrinſecus pecus, quod mactes, inquirere, habes in te quod occidas*; ſcilicet paſſiones; quæ in quo altari ſacrificandæ ſint, docet his verbis Origenes in catenâ Græcâ cap. 2. Thren. *Animæ verò* ALTARE *eſt pars in nobis rationis compos, in quo paſſiones mortificatæ ſacrificantur.* vt olim in altari pecudes, oues, boues; ſed quia Euchariſtiæ tractatio huc nos duxit, Euchariſtiam ipſam honoris nomine, gloriæque gaudere probemus.
Paſſiones in mentis altari mortificandæ.
Orig.

CAPVT LXXXVII.

Honor de Euchariſtiæ ſacramento.

Euchariſtia Eccleſiæ honor.
Euchariſtiâ maximè Deus honoratur.
Per altaris ſacrificium Deus præcipuè glorificatur.
כבוד *quid.*
Gloriæ, *&* Euchariſtiæ *nexus.*
Gloriæ nomine *Euchariſtia ſignificata.*
Euchariſtia ſumenti non horrori, *ſed* honori *eſt.*
Natura humana honorem, *quem amiſerat, euchariſtico pane acquiſiuit.*
Quàm inſigni honore *nos Deus inſigniat in euchariſticâ menſâ.*
Quanto honore *digni, qui filij Dei carnem edunt.*

777. *Euchariſtia Eccleſiæ honor.* DIxi honorem de ſacrificio dici, iuſtiùs honor ſacrificium illod dici poteſt, quo non oues, pecudéſque offeruntur, ſed Chriſti caro, & ſanguis, iure Eeeleſiæ honor ſanctiſ-
S.Cypr. ſimo patiter, ae doctiſſimo marryri Cypriaoo dieitur, num conſultus, num hiſtriooi communia dari poſſet, qui in illius artis dedeeote perſeuerahat. Magiſtet, & Doctor non erudiendorum, ſed perpendendotum puerorum factus ita teſpondet epiſt. 61. *Puto nec maieſtati diuinæ, nec euangelicæ diſciplinæ congruere, vt pudor, &* HONOR ECCLESIÆ *tam turpi, & infami contagioni fœdetur*; per honotem Eecleſiæ ſacram Euchariſtiam intelligens, vt alij quoque notauère.

Euchariſtiâ maximè Deus honoratur. Eccleſiæ honor Euchatiſtia eſt, quin & ipſius Dei; hine illud illius: *Sacrificium laudis honorificabit me*, Pſalm. 49. v. 24. per ſacrificium laudis ali-
Pſalm. 49. 24. qui non alienè Euchariſtiam interprerantur, nam eodem Pſalmo v. 14. vhi nos hahemus: *Immola Deo ſacrificium laudis*, Aquila vettit, *Euchariſtiam*; hoc igitur ſacrificium maximè Deum honorar, quia Dei in nos amorem indicat, & prohat, eius bonitatem eommendat, & infiniram eius potentiam.

778. *Per Altaris ſacrificium Deus præcipuè glorificatur.* Huc ſpectauit Iſaias cap. 24. 23. *Cùm regnauerit*, inquit, *Dominus exercituum in monte Sion, & in Hieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit* GLORIFICATVS. de ſactoſanctâ Euchariſtiâ
Iſa. 14. 23. hæc verba accipit ſanctus Dionyſius Areopagita
S. Dionyſ. Areop. apud Turrianum, ait enim: *Per ſacram operationem ipſorum Preſbyterorum glorificabitur Dominus*;
כבוד *quid.* ſed in fonte Hebtaico nomen tantùm כבוד *chabod* adhibetur, quod honorem, & gloriam ſignificat, vt verti poſſit: *& in conſpectu ſenum ſuorum honor*; ac ſi ipſa hoſtia pet Sacerdotes conſecrata honor futura ſit, & Dei, & Eccleſiæ.

Gloria & Euchariſtiæ nexus. Pagninus hunc locum ira vertit, *& coram ſenibus ſuis* GLORIA; & qoidem magoam com Eu-
Tertull. chariſtiâ cognationem habet *gloria* nomen. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 22 ſacrificinm gloriæ illam donar, dum ait: *In omni loco offertur ſacrificium mundum gloriæ*; quia ſeilicet in eo
Gloria nomine Euchariſtia ſignificata. & Deus glotificatur. Etiam ſancto Ignario hoſtia conſecrata, *Dei gloria* dici conſueuit.

Dauid quoque *gloriæ* nomine hoc ſacramentum
Pſalm. 84. 10. ſignificare videtur Pſalm. 84. 10. *Verumtamen*, inquit, *propè timentes eum ſalutare ipſius vt inhabitet gloria in terrâ noſtrâ*; per hæc verba Filij Dei in terris aduentum proculdubio norat, qui Dei Patris honor, gloria, & ſplendot eſt; ſed à ſenſu veto non abeunt, qui ſignate de Euchariſtia hæe accipiunt; prodit enim ſuam gloriam Deus, dum ſe ineffabili modo ſuis communieat. Verus ille: GLORIA *terram noſtram inhabitat, dum in terris viſus eſt Deus homo factus, & hominibus ſe in cibum exhibuit, & in potum.* Eeeleſiæ *honor* Euchatiſtia dicta eſt, ſumenti honori, non horrori eſt; ita enim loquitur ſanctus Cyprianus ſerm. de cœnâ Domini: *Carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori.*

Vetiti cibi eſu natura decorem ſuum amiſerat, 779.
Euchariſtia ſumenti non horrori, ſed honori eſt. ſuam pulchritudinem, ſuum honorem, dignitatem ſuam; ſed reddita ſuo decori eſt per hoe ſacramen-
S. Cypr. tum, honori ſuo reſtituta, teſtituta dignitati per
Natura humana honorem, quem amiſerat, euchariſtico pane acquiſiuit. eibi huius eſum, vsúmque; hine illnd Petri Bleſenſis tract. de S. Euchar. cap. 14. de ſanguine, & eorporis Chriſti myſteriis luquentis,

His humana ſuum natura reſumpſit HONOREM.

Pett. Bleſ. Nicolaum quendam Damaſcenum vt honoraret Cæſar Auguſtus, placentas ad illum mittitabar, quæ Nicolaos vocabat; tem his verbis narrat
Quàm inſigni honore nos Deus inſigniat in euchariſticâ menſâ. Phatius in ſuâ Bibliothecâ: *Damaſcenus hic, Nicolaus ille eſt, qui Auguſti temporibus floruit, eóque eſt vſus familiari; à quo & placentarum genus Nicolaos Cæſar nominabat, quos ideo ad hunc ille* HONORIS GRATIA *mittere ſolebat, quòd parem ſibi familiaritate reddidiſſet.* Noſtrum vnumquemque maiori proſequitur honore cœli Rex, dum tantâ familiaritate uohiſcum agit, vt placentæ genus inſtituerit, quæ donarorem ipſum contineret. Eo nos honore Chriſtus extulit, vt æternum inhonorus eſſe mereatur, qui collatum ſibi cum euchariſticâ menſâ honotem non eogitat, & gratum conferenti non eſt.

Quanto honore digni qui filij Dei carnē edunt. Auguſti illis hominibus honorem, & reuerentiam exhibere volehant, qui eorum purpuram tetigiſſent; in Cod. Theodoſ. de domeſt. & Prot. l. 4. hæc hahentur: *Pœna ſacrilegij ſimilis erit, ſi his honorificentiâ non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt æſtimati.* Pende hîc, & hinc diſce quanto honote ſint digni, quantâ reuerentiâ, qui non hominis parui contingunt putpuram, ſed Filij Dei eorpus edunt, ſanguinem hibunt.

CAPVT LXXXVIII.

Nonnulla verba explicantur ad ſacrificium pertinentia.

Concupiſcere, *&* adamare *de ſacrificijs.*
חמד *quid.*
Præoccupandi *verbum, verbū ſacrificiorum.*
Sacrificium de laudibus.
Opera, *&* operari *de ſacrificijs.*
Facere *pro ſacrificare.*
עשר *quid.*
Facere *pro immolare.*
Agere *de oblationibus, & ſacrificijs.*

NOn aheam ab inſtiruro, nec ſine 780.
lectoris eompendio etit ſi aliquorum vethorum, quæ ad ſacrificium pettinent, vim hic explicem, quæ non adeò trita, & ohuia, vel ſi obuia, & nota, ad ignotiora, ohſcutioráque nos dueat; ſicque

ſicqne fiet, vt ſacræ Scripturæ locis lux immittatur, quæ alioquin aut cæca, aut ſuboſcura.

Concupiſcere, & adamare de ſacrificijs.

Et in primis obſeruo, concupiſcere, aut adamare de ſacrificiis, & immolationibus dicitur, vt Deos concupiſcere, ac deſiderate ſit iis immolare, hinc Iſaiæ 1. v. 29. *Confundentur ab idolis, quos concupiniſtis*; ſic enim ex Hebræo legendum eſt, nam verbum חמד quod hîc ponitur, *concupiſcere, & adamare* ſignificat; Pagninus in lexico legit: *Quia pudore ſuffundentur, pro ſuffundemini à dijs quos* חמד תם *deſideraniſtis*; optimè tamen ad ſenſum Vulgatus tranſtulit, *confundentur ab idolis quibus ſacrificauerunt*, vt idola concupiſcere nihil aliud ſit, quàm iis ſacrificare; ſubſcribit etiam Forerius, qui hunc Iſaiæ locum explicans, ita Vulgati lectionem defendit, & explicat: *Quibus ſacrificauerunt; Vulgatus verbi ſignificationem non reddidit, ſed ſenſum tantum. Quid enim eſt Deos appetere, concupiſcere, ſeu adamare, niſi illis immolare? nam* חמד *propriè eſt appetere, expetere, concupiſcere, ſcilicet ea, quæ hominibus iocunda, grata, voluptaria, vtilia, pretioſa ſunt; quare ſemper hoc verbum emphaticum eſt.* Sic ille.

Isa. 1. 29. — חמד *quid.* — Pagn. — Forer.

781. Præoccupandi verbum in diuinis litteris ferè ſacrificiorum eſt; ſic Micheæ 6. v. 6. *In quo præoccupabo Domino, numquid præoccupabo eum in aſcenſionibus?* ita ex Hebræo vertit Pagninus, & verbum חמד *chamad*, quod hîc habetur, ſignificat, *præoccupare*; noſter tamen qui verborum vim optimè caluit, ſcitè vertit ad ſacrificia, & immolationem reſpiciens: *Quid dignum offeram Domino? numquid offeram ei holocautomata*; innuens præoccupandi verbum ad ſacrificium referri; hinc opportunè noſter Agellius illud Prophetæ Regij: *præoccupemus faciem eius in confeſſione*, Pſalm. 94. v. 1. ad laudis ſacrificium flexit, vt ſit ſenſus: *Sacrificio*, inquit, *confeſſionis illi gratiſſimo faciem eius placemus, & gratiam promereamur: aut ſi confeſſio Dei laudem ſignificat, ſic de illa tanquam de ſacrificio loquitur, hortaturque, vt hoc vno ſacrificio laudis à Deo gratiam ineant, & quia huiuſmodi ſacrificium pſalmis perſonantibus fiebat, adiungit, & in pſalmis iubilemus ei*; nec nouum, inſoléntque ſacrificium de laudibus dici; Pſalm. 49. v. 14. *Immola Deo*, inquit, *ſacrificium laudis*, &, *ſacrificium laudis honorificabit me*; ſubdit Agellius per confeſſionem etiam nouæ legis ſacrificium intelligi poſſe: *Notandum*, inquit, *confeſſionem, quæ* תודה *thoda Hebraicè dicitur, ſæpè ab Aquila Euchariſtiam transferri, quo nomine noui Teſtamenti ſacrificium indicatur.* Sic ille.

Præoccupandi verbum, verbum ſacrificiorum. — Mich. 6. 6. — Agell. — Pſalm. 94. 2. — *Sacrificium de laudibus.*

Opera, & operari de ſacrificijs.

Operari, & operam de ſacrificio dici apud externos ſcriptores obuium eſt; hinc illud Virgilij 1. Georg.

Virg.

Sacra refer Cereri, latus OPERATVS *in herbis.*

Tibull. Hoc eodem ſenſu extulit Tibullus Eleg. 5. lib. 2.

Tunc OPERATA *Deo proles diſcumbit in herba.*

Horat. & Horatius lib. 13. Ode 14.

Prodeat iuſtis OPERATA *diuis.*

Lucil. Lucil. lib. 30. *Aut* OPERATV *aliquo in celebri cum æqualibus fano.*

Afran. Afranius; *Soluo* OPERAM *Dianæ*, id eſt, ſacrificio.

Baruch. 1. 22. Huc vocabam illud, quod habet Baruch cap. 1. v. 22. *Abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni operari Dijs alienis*; hoc eſt, idola ſacrificiis colere, venerari.

782. *Operandi* verbo affine *faciendi* verbum eſt, hoc quoque ad ſacrificia ſpectare non eſt dubium, euincunt hæc loca, quæ ſubiicio.

Facere pro ſacrificare.

Laber. Laberius hac notione hoc verbum extulit, dum ita loquitur: *Viſus hac nocte bidenes propter viam* FACERE, id eſt, ſacrificare.

Virgilius, Virg.

Cum FACIAM *vitula pro frugibus, ipſe venito.*

Varro 1. de vita pop. Rom. *Dij facientes adiuuant*; id eſt, eos qui ritè ſacris operantur, vt notarunt etiam alij; ſignatè Moretus in Tibullum. Varro.

Plautus in Stich. act. 2. ſcen. 1. Plaut.

Iámne exta cocta ſunt? quot agnis FECERAT?

CR. *Illa quidem nullum ſacrificauit.*

Idem in Rudent. act. 3. ſcen. 4.

Hic nobis cum Dijs FACERE *poſtulas?*

id eſt, ſacrificare, vt & ſcholiaſtæ monuerunt.

Etiam Græcis hæc eadem phraſis in vſu.

Pindarus Ode 10. Pyth. Pind.

Θεῷ ῥέζοντας,

id eſt, FACIENTES *Deo.*

Huic verbo hunc ineſſe ſignificatum apud Græcos tradit quoque Plutarchus lib. 8. quæſt. conuiu. cap. 8. & vniuersè Athenæus lib. 14. Plut.

id eſt, *veteres ſacrificare dixerunt* FACERE.

Per hæc ſtatuimus nobis viam ad ſacra, quæ iſtius verbi notionem non ſolùm non reſpuunt, ſed etiam exigunt, vt à vero ſenſu abeat quicumque aliò flectit; antequam aliqua loca explicem, vniuersè præmitto verbum עשה *nghaſſah*, quod operari ſignificat, & facere etiam ad ſacrificia aliarum linguarum more traduci; hinc Vulgati noſtri peritiam in multis locis admirari poſſumus. Exod. 12. v. 14. ſic habet: *Hoſtias quoque, & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo noſtro*, cùm in Hebræo ſit ועשנו *& faciemus Domino Deo noſtro*, quo pacto legit etiam Pagninus; nouit quippe interpres faciendi verbum ſacrificiorum eſſe, & de victimis immolandis dici Num. 6. v. 17. cùm in Hebræo ſit: *Arietem* יעשה *faciet*, interpres reddit: *Arietem immolabit*. Num. 28. v. 4. *Vnum offeretis manè*. Oleaſter ex Hebræo: *Vnum facietis manè*; ibid. v. 6. *Holocauſtum iuge eſt quod obtuliſtis*; idem Oleaſter, *holocauſtum iuge quod factum eſt.* Plura alia loca omitto, quæ his quæ adduximus illuſtrari poſſunt.

עשה *quid.* — *Facere pro immolare.* — Exod. 10. 24. — Pagn. — Num. 6. 17. — Oleaſt.

Ab his quoque lucem accipiunt ea, in quibus faciendi verbum ad eundem ſenſum tetinuit interpres; hinc illud Leuit. 15. *Facies vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum*, id eſt, offeret, immolabit. 3. Reg. 18. *Dentur nobis duo boues, ego faciam bouem alterum*, ſcilicet *ſacrificabo.* 783.

Leuit. 15. — 3. Reg. 18.

Hinc non alienè ea Domini verba apud Lucam cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* ad Sacerdotes dicta aliqui putant, quorum eſt in memoriam Dominicæ paſſionis corpus Domini conſecrare, ita ferè ſanctus Anſelmus. Alij huc quoque vocant illud Apoſtoli 1. Cor. 11. v. 24. *Hoc facite in meam commemorationem*, id eſt, ſacrificate, vt innuit etiam Vgo Catenſis in Pſalm. 76.

Luc. 22. — 1. Cor. 11. — Vgo Cat.

Agendi verbum in hoc ſenſu non eſt ita obuium, ſed cùm faciendi ſynonymum ſit, non mirum ſi & ipſum ad ſacrificium, oblationem, & immolationem referamus; hinc Gen. 4. *Nónne ſi benè egeris recipies?* id eſt, ſi ritè obtuleris tuas oblationes, & ſacrificia. ibi enim de his agebatur, eo quòd Cain inuidia, & irâ correptus eſſet videns fratris ſacrificia & munera, quæ Deo obtulerat, Deo grata fuiſſe, non ſua; præterea pro *recipies* Theodotion habet; *acceptabile erit*; id eſt, *munus tuum ſuſcipiam, vt ſuſcepi fratris tui*; inquit ſanctus Hieronymus referens hanc lectionem. quid? quod LXX. ad oblationem reſpicientes, ſic legunt? *Nónne ſi rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccaſti?* Hanc lectionem ſequuntur, & interpretantur ſanctus Auguſtinus, ſanctus Ambroſius, ſanctus Chryſoſtomus, aliíque; non erit igitur alienum,

Agere de oblationibus, & ſacrificijs. — Gen. 4. — Theod. — S. Hier. — LXX. — S. Ambr. — S. Chryſ.

vt L X X. cum Vulgati lectione, & ſenſu copulemus, ſi *agere* ad oblationem referamus, vt idem ſit, *Nónne ſi benè egeris, & nónne ſi benè offeras*; ſi de ſacrificiis aliqua exhibituri à nudis verbis abeamus, flectamus calamum ad rem.

CAPVT LXXXIX.

De Miſſæ ſacrificio quædam obſeruationes.

Nouam Miſſam præconari *quid ſit.*
Quanam à nouâ Miſsâ exulare *debeant.*
Cautio *olim in Oratorÿs priuatis Miſſas celebrandi.*
Arma deponi *iuſſa ab his qui ad Miſſam ibant.*
In Miſſarum primitiis *pompa declinanda.*
Ad Miſſas *qua* nouè *celebrabantur, qui longè aberant non poterant.*
Pium inſtitutum in Miſſa aliqnid off rendi.
Tota Chriſti vita *ſolemnis quadam Miſſa.*
Miſſa benedictiones, *&* Euangel a *diuerſis codicibus continebantur.*
Eleemoſynas *petere Miſſarum tempore pauperibus inhibitum.*
Quâ mente audiri *Miſſa ſacrificium debeat.*
Quo affectu *adeſſe Miſſa ſacrificio debeamus.*
Perſtricti qui Miſſæ adſtantes *aliò mentem flectant.*

784. NON potui ab Agni euchariſtici tractatione ſacrificium illud abiungere, in quo agnus iſte Deo offertur; de Miſſa itaque pauca quædam exhibebo, nam ſatiate ab aliis de hoc argumento actum eſt, quos conſolere lector poterit, qui ſuam ſitim extinguere deſiderat.

Nouam Miſſam præconari quid ſit. Hugo.

Quid ſit nouam Miſſam præconari, & cur id inhibitum, facile colligi ex ſtatutis Clumicenſium ſub Hugone edita; vni quippè hic titulus eſt: *De non praconanda Miſſa*; & additur: *cum autem primam Miſſam cantaturus eſt, eam nullus foris faciat praparari; nec nouiter ordinatus quicquam de oblatione retineat. Sed quod oblatum fuerit, conſilio Prioris Sacriſta reddatur. Plus enim talis praconatio gloriam inanem, vel ambitionem redolet, quam formam humilitatis, & deuotionem. Scriptum eſt enim, Radix omnium malorum eſt cupiditas. &, qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Qua à Miſſa noua exulare debeant. Acta Eccleſ. Mediol.

Quæ à Miſſa nouè celebranda exulare debent, ita in actis Eccleſiæ Mediol. legitur tit. 4. lib. 3. cap. 13. *Tollat Epiſcopus ſumptuoſa conuiuia, ludos, choreas, & omne inanium oblectamentorum genus, cateróſque omnes abuſus, qui populi temeritate, aut Sacerdotum auaritia, in Noua, vt vocant, Miſſa celebratione irrepſerunt, & in eos, qui in hoc genere aliquid peccarint.* Epiſcopus grauiter animaduertat.

Cautio olim in Oratorÿs priuatas Miſſas celebrandi. Cap. Theod.

Cautio olim erat ne priuatis Miſſis, quæ in Oratoriis celebrabantur, fideles à publicis ſolemnitatibus, & prædicatione auocarentur; quæ in Eccleſiarum matre fiebant; quod innuit capitulare Theodulphi cap. 46. hiſce verbis: *Admonendus eſt populus, vt ante publicum peractum officium ad cibum non accedat, & omnes ad ſanctam matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia, & pradicationem audituri conueniant: & Sacerdotes per Oratoria nequaquam Miſſas, niſi tam caute ante ſecundam horam celebrent, vt populus a publicis ſolemnitatibus non abſtrahatur. Sed ſiue Sacerdotes, qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe ſunt, ſiue populus, vt pradiximus, in vnum ad publicam Miſſarum celebrationem conueniant: exceptis Deo ſacratis fœminis, quibus mos eſt ad publicum non egredi, ſed clauſtris monaſtery contineri.*

Arma deponi iuſſa ab his qui ad Miſſam ibant. Conc. Aur.

Ad Miſſæ ſacrificium ſe conferentibus arma deferre inhibebatur, quin & ad ſacrificia veſpertina; hoc ſibi volunt hæc verba Concilij Aurelianenſis III. canone 29. *Sacrificia verò matutina Miſſarum vice veſpertina ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vſum ſpectet. Quod qui fecerit, in Sacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter eius diſtrictione debeat caſtigari.*

Declinandam omnem pompam in Miſſarum primitiis eſſe indicauit exemplo ſuo ſanctus Andreas Epiſcopus Feſulanus Ordinis Carmelitarum, de quo ita ſcribit auctor eius vitæ: *Vir Dei ardens in virtutibus, & in die magis ſanctitate pullulans, ad ſacros Ordines admittitur. Cortini omnes ſtatuunt vt primam Miſſam Andreas cantaturus oblationem magnis apparatibus, ingentique pompa celebraret. Sed ille vbi hoc audiuit, habita prius licentia a Prouinciali ſeceſſit ſeptimo milliari ab vrbe in conuentum ſyluarum, ibique deuotiſſimè ſacerdoty ſui primitias offerenti Beata Maria Virgo cum comitatu Angelorum apparuit, dicens ei, Seruus meus es tu; quia ego elegi te, & in te gloriabor: & hac dicens, paulatim in auras ſe eleuauit. Andreas ſtupore perculſus, non elatione extollitur, ſed magis per humilitatem vitabatur ſe dignum ſeruum efficere humanas laudes fugiens ſtudio bonarum artium ſibi immortalitatem parabat.* 785.

In Miſſarum primitÿs pōpa declinanda. S. Andr.

Ad Miſſas, qua nouè celebrabantur qui longè aberant non poterant. Stat.

Ad Miſſas, quæ nouè celebrabantur, ire qui longè aberant non licebat, tumultus vitandi cauſa, rixarum, humicidiorum. Apud Cremonenſes extabat hoc antiquum ſtatutum, vt in illius ciuitatis ſtatutis habetur num. 75. *Cùm propter congregationes gentium hactenus factas, & qua fiunt in locis Epiſcopatus, vel diſtrictus Cremona, in quibus Miſſa noua celebrata fuerint, & celebrantur, diuerſa homicidia, tumultus, & illicita commiſſa ſint, & perſapè comitantur, idcirco ob euiandum talibus ſtatutum, & ordinatum eſt, quod ſi contigerit aliquam Miſſam nouam celebrari in aliqua terra, villa, loco, ſeu caſtro dicti Epiſcopatus, ſeu diſtrictus Cremona, quod nullus audeat, vel praſumat ea die, qua Miſſa noua celebrabitur, ire ad dictum locum, terram, villam, ſeu caſtrum, ſeu in ipſo loco, terra, villa, ſeu caſtro moram trahere dicta die, ſub pœna librarum viginti quinque imper. pro quolibet contra faciente, & quilibet poſſe accuſare, & lucretur medietatem dicta condemnationis, & altera medietas ſit communis Cremona, & teneatur ſecretus. Saluo, pradicta pœna non vendicet ſibi locum contra habitantes in dicto loco, villa, terra, ſeu caſtro, in qua, ſeu quo celebrabatur Miſſa noua, nec etiam contra parentes, & propinquos Sacerdotis celebrantis dictam Miſſam nouam, venientes & moram trahentes ad dictum locum, villam, terram, ſeu caſtrum, in qua, ſeu quo celebrabitur dicta Miſſa noua, & quod dominus Poteſtas Cremona teneatur, & debeat vinculo ſacramenti hoc ſtatutum facere publicari, & praconizari ſingulis menſibus in ſcalis palaty ſuper platea maiori, & in locis conſuetis dicta ciuitatis, & in omnibus locis dicti Epiſcopatus, & diſtrictus Cremona.* 786.

Pium inſtitutum in Miſſa aliquid offerendi. Acta.

In Miſſa aliquid ſemper offerebat ſancta Hedvvige, ita ſcribit auctor, qui illius vitam conſcripſit:

Digitized by Google

ſcripſit : *Ad omnes Miſſas , quas audiret , vel per ſe ipſam aliquid obtulit, vel per alium.*

Tota Chriſti vita ſolemnis quædam Miſſa. B. Dion Cart.

Non defuit, qui Chriſti vitam ſolemnem Miſſam fuiſſe cenſuit ; Beatus Dionyſius Carthuſianus lib. de vita Curatorum art. 16. *Tota,* inquit, *vita Chriſti in ſæculo, quaſi vna* SOLEMNISSIMA MISSA *fuit ; in qua ipſe fuit altare , & templum, Sacerdos, & hoſtia.*

Miſſæ benedictiones , & Euangelia diuerſis codicibus continebantur. Hug.

Olim Miſſæ benedictiones , & Euangelia diuerſis codicibus continebantur : diſco id ex his verbis, quæ in actis ſancti Huberti Epiſcopi Leodienſis habentur : *Duos libros ſuper altare depoſuere , quorum vnus ſacratiſſimi Euangelij retinebat textum , alter verò benedictiones , atque conſecrationes, quibus Miſſarum peragunt ſacramentum.* Additur ſtatim : ſcilicet *vt à diuinis libris addiſcerent, quæ ſibi de his agenda forent.*

Eleemoſynas petere Miſſarum tempore pauperibus inhibitum. Conſt.

Miſſarum tempore apud aliquos eleemoſynas petere pauperes non poterant , ne Sacerdotes, adſtantéſque inperturbarent , licebat hoc illis qui pro hoſpitalibus petebant , ſed eo tempore quo Sacerdotes lauabant manus. Conſtitutiones Eccleſiæ Mantuanæ num. 2. ita decernunt : *Pauperes mendicantes , ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore Miſſarum , Prædicationum , aliorúmve diuinorum officiorum ire non ſinant , ſed eos ad valuas Eccleſiarum ſtare faciant , ſub pœna duorum ducatorum pro qualibet vice , niſi id diligenter curârint. Licitum tamen ſit illis perſonis , quæ pro hoſpitalibus , vel alijs locis pijs eleemoſynas quærunt , eas modeſtè petere ; illo duntaxat tempore , quo Sacerdotes in priuatis Miſſis lauant.*

787. *Qua mente audiri Miſſæ ſacrificium debeat.* Thom. à Kemp.

Qua mente audiri Miſſæ ſacrificium debeat, aut etiam celebrari , exponit Thomas à Kempis lib. 4. de imit. Chriſti cap. 1. ait qui, per : *Ita magnum, nouum , & iucundum tibi videri debet , cùm celebras, aut Miſſam audis, ac ſi eodem die Chriſtus primùm in vterum Virginis deſcendens , homo factus eſſet , aut in cruce pendens pro ſalute hominum pateretur , & moreretur* ; hoc ſi fidelium mentibus inſideret, nos tepor, eos inuaderet deſidia, & quidam animi nauſeantis languor , dum Miſſæ aſſiſtunt.

Quo affectu adeſſe Miſſæ ſacrificio debeamus. Gerlac.

Quo affectu intereſſe diuinæ Miſſæ ſacrificio debeamus, publicè admodum docet in ſuo ignito colloquio Gerlacus cap 4 in hæc verba : *Quali incomprehenſibili affectu erga nos ſe ipſum obtulit æterno Patri in Cruce pro nobis hoſtiam viuam , ſanctam , & immaculatam , vt ouem perditam in humeris exultans reportaret : tali affectu , & non minori offert ſe ipſum quotidie ſine intermiſſione pro nobis , præcipuè in Altari ; & quamuis prædicta ſemel exhibita ſunt ab extra : tamen omni momento in Patre per filium cum Spiritu ſancto ita recenter ſiunt , ſicut quando ab extrà oſtendebantur , & tali nihilominus affectu a nobis quotidie ſuſcipi deberent , ac ſi iam in inſtanti primùm fierent quæ Dominus noſter Ieſus ad ſalutem noſtram tempore ſuo exibere dignatus eſt.*

Perſtricti qui Miſſæ adſtantes alio mentem flectunt. S. Anaſt. Syn.

Eos qui Miſſæ ſacrificio interſunt , nec mentem in diuina illa myſteria eleuant , ſed in alia, atque adeò aliena diſtrahuntur , ita pertingebat ſanctus Anaſtaſius Synaita orat. de ſacra Synaxi: *Dicis , habemus ad Dominum ; quid ais? quid agis? attende oro , ne fortè non habeas ſurſum cor ad Dominum , ſed deorſum ad Diabolum. mens ad caduca , & mortalia hæc ſuſpenſa hæret , pecuniiſque & opibus & voluptatibus , & litibus forenſibus vacat , & dicis, habemus ad Dominum ?* Totus tantùm ſacrificio adeſſe debet , qui adeſt ; alienum valde eſt, ſi ſe ſinat in aliena rapi ; cùm incruentum ſacrificium Deo offertur.

CAPVT XC.

Miſſa iudicij quænam eſſet , & qualis, alia de Miſſis aliis.

Miſſa iudicij *quænam, & qualis.*
Miſſæ celebratio *cur eis qui perfectè non conualuerant negata.*
In euchariſtico ſacrificio omnia alia ſacrificia *vt contineantur.*
Ordo *Miſſarum celebrandarum apud nonnullos in vſu.*
Miſſa de Angelis *feria ſecunda celebratur.*
Feſtus alicuius Sancti dies Miſſa illius *dicebatur.*

MISSA iudicij quænam olim diceretur , & qualis eſſet, ſcite quiſpiam fortaſſe cupiet, cùm res non ſit adeò obuia , & trita ; exiſtimo *Miſſam iu-* 788. *Miſſa iudicij quænam , & qualis.*
dicij eam fuiſſe , quæ celebrari olim conſueuerat , cùm aquæ examine , & iudicio veritas ab aliquo eſſet eruenda , qui ritus ſolemnis erat , licet poſteriori æuo ablatus fuerit. In ordine Ord. Dunſt.
Dunſtani Archiepiſcopi Dorobernenſis Eccleſiæ hæc habentur : *Cùm homines vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes, accipe illos homines , quos vis mittere in aquam , & duc eos in Eccleſiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Miſſam & faciat eos ad ipſam Miſſam offerre.* Sequitur Miſſæ ordo in hunc modum.

Incipit Miſſa iudicij.

Antiph.

Iuſtus es Domine , & rectum iudicium tuum , fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam. Pſalm. *Beati immaculati.*

Oratio.

Abſolue quæſumus Domine tuorum delicta famulorum, vt à peccatorum ſuorum nexibus, quæ pro ſua fragilitate contraxerunt , & in hoc iudicio prout meruerunt tua iuſtitia præueniente ad veritatis cenſuram peruenire mereantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis loquutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens, Ego Dominus Deus veſter. Non faciatis furtum, non mentiamini , nec decipiat vnuſquiſque proximum ſuum. Non periures in nomine meo , nec polluas nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facias calumniam proximo tuo , nec vi opprimas eum. Non morentur opus mercenarij tui apud te vſque manè. Non maledicas ſurdo , nec coram cæco ponas offendiculum. Sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus.

Item alia lectio Epiſt. Beati Pauli Apoſt ad Epheſios.

Fratres ; Renouamini ſpiritu mentis veſtræ , & induite nouum hominem , qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia , & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium , loquimini veritatem vnuſquiſque

cum

num proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini, & nolite peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare Diabolo: qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Gradual. *Propitius eſto Domine peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum.* Verſus, *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui Domine libera nos.* Allel. *Deus iudex, iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcitur per ſingulos dies.*

Sequitur ſanctum Euangelium ſecundùm Marcum.

In illo tempore. Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus. Præcepta noſti? ille dixit, Quæ? Non occidas, non adulteres, non fureris, non falſum teſtimonium dicas, non fraudem feceris. Honora patrem tuum, & matrem tuam. At ille reſpondens ait: Magiſter, hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt, Vade quæcunque habes, vende, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.

Offertor.

Immittet Angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos, guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.

Et hinc offerant ſee.

Interceſſio Sanctorum tuorum miſericordia tua Domine munera noſtra conciliet, vt quam merita noſtra non valent, eorum deprecatio indulgentiam valeat obtinere. Per Dominum.

Præfatio.

Æterne Deus, qui non ſolùm peccata dimittis, ſed ipſos etiam iuſtificas peccatores, & reis non tantùm pœnas relaxas, ſed dona largiris, & præmia. Cuius nos pietatem ſupplices exoramus vt famulos tuos non de præteritis iudices reatibus, ſed huius culpæ veritatem ſpectantibus inſuſurres, quatenus & hoc populus tuus præconia nominis tui offerat, & te vitæ præſentis, & perpetuæ auctorem agnoſcat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Benedictio ad iudicium.

Deus de quo ſcriptum eſt, quia iuſtus es, & rectum iudicium tuum, fac cum his ſeruis tuis ſecundùm miſericordiam tuam, vt non de priſtinis iudicentur reatibus, ſed in hoc prout meruerunt, tua benedictione præueniente, veritatis ſubſequantur iudicium. Amen.

Et qui iuſtus es, & amator iuſtitiæ, & à cuius vultu videtur æquitas, fac in conſpectu populi tui, vt nullis malorum præſtigijs veritatis tuæ fuſcentur examina. Amen.

Petitiones noſtras placatus intende, & culparum omnium præteritarum eis veniam clementer attribue, & ſi culpabiles ſunt, tua larga benedictio non eis ad ſuffragium, ſed huius culpæ ad infirmandam veritatem proficiat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

Hoc dicto, communicent per Sacerdotem, & dicat Sac.

Corpus hoc, & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobis ad probationem hodie.

Antiph. poſt Communionem.

Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Ad Communionem.

Perceptis Domine Deus noſter ſacris muneribus ſuppliciter deprecamur, vt huius participatio ſacramenti, & à proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, & in famulis tuis veritatis ſententiam declaret. Per Dominum noſtrum.

Statutum Hugonis V. Abb. Cluniacenſis. Ne 789.
Monachi ipſa die, qua ab infirmariis exeunt, Miſſas cantent, hiſce verbis concipitur. *Et quoniam ſacris eſt exhibenda reuerentia, quæ præcipue in parſimonia conſeruatur, ſtatuimus vt ipſa die, qua ab eſu carnium in conuentu redeunt, à ſacrorum abſtineant celebratione. Non enim poſſunt carnes veri agni ſapere palato fidei, pleno adhuc ſtomacho, & manente ſapore carnis in palato oris.*

Miſſæ celebratio cur iis qui perfectè non conualuerint, negata. Stat.

In vno euchariſtico ſacrificio continetur quicquid in multis diuerſíſque aut naturæ, aut legis ſacrificiis continebatur; *Sapientia*, vt habetur Prouerb. 9. *ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas.* Hîc aliquis quærat quâ victimas immolauerit, cùm nudè ſe ipſum obtulerit; nimirum omnium victimarum perfectionem, viréſque continet ſacrificium illud vnum euchariſticum, quod æterni Patris æterna ſapientia immolauit; iuuat hanc mentem Vgo Carenſis in Pſalm. 22. v. 5. vbi ita loquitur: *Immolauit victimas ſuas, id eſt, ſe ipſum, in ara Crucis obtulit; ſed pluraliter dicit, victimas: quia hæc vna victima Chriſtus, per multas hoſtias in lege figurata: illæ erant vmbra, hæc fuit veritas illarum vmbrarum.*

In euchariſtico ſacrificio omnia alia ſacrificia vt contineantur. Prou. 9. Vgo Car.

Apud Patres Societatis IESV viget hæc lex, vt Eccleſiæ præfectus ſingulis diebus ſcripto in ſacriſtia doceat, quemadmodum, & quo ordine Miſſæ in Altari ſummo ſint ſequenti hebdomada celebrandæ, in Regulis enim præfecti Eccleſiæ n. 3. hæc habentur: *Singulis diebus Sabbati Veſperi in ſacriſtia ſcripto proponat, quemadmodum quotidie ſacra ſint facienda ſequenti hebdomada, & quo ordine rem diuinam in Altari ſummo facturi ſint, qui ad hoc fuerint deſignati.*

Ordo Miſſarum celebrandarum apud nonnullos in vſu. Reg.

Feria ſecunda cur ſoleret Miſſa de Angelis ce- 790.
lebrari, ita explicat Vgo Carenſ. in cap. 1. Gen. *Secunda diei operi non adhibetur benedictio, quia præuidit lapſum hac die futurum, vnde hac die celebrat Eccleſia Miſſam de Angelis ad honorem ſtantium Angelorum.*

Miſſa de Angelis feria ſecunda celebrabatur. Vgo Car.

Feſtus alicuius Sancti dies, Miſſa Sancti illius appellabatur, atque adeò terminum rei alicui præferendæ pro die Miſſam adhibebant. In capitulis Karoli Magni lib. 2. num. 18. hæc habentur. *De moneta verò, vnde eam per tres annos, & admonitionem fecimus, & tempus quando vna teneretur, & aliæ omnes ceſſarent, conſtituimus, hoc omnibus notum eſſe volumus, quoniam vt abſque vlla excuſatione citò poſſit emendari, ſpatium vſque* AD MISSAM

Feſtus alicuius Sancti dies Miſſa illius dicebatur. Capit.

SANCTI

SANCTI MARTINI *dare decreuimus,vt vnuſquiſque comitum in ſuis miniſterijs de hoc iuſſionem noſtram tunc poſſit habere adimpletam, quatenus ab illa die non alia, ſed illa ſola per totum regnum noſtrum ab omnibus habeatur,iuxta illam conſtitutionem, ſicut in capitulis, quæ de hac re illis comitibus dedimus, in quorum miniſterijs moneta percutitur, conſtitutum eſt*, & num.20.eodem loco,*vt vbi pontes antiquitus fuerunt, & his locis,vbi temporis genitoris noſtri ipſo iubente diuerſarum neceſſitatum cauſa facti, omnino abſque vlla dilatione ab his, qui eos tunc fecerunt, reſtituantur, & renouentur*, ITA VT AD MISSAM SANCTI ANDREÆ *reſtaurati fiant: niſi aut ipſa operis magnitudo, aut aquarum in quolibet inundatio hoc prohibeat.* hæc ibi. Sed nos pergamus ad alia, nam alioquin tam diues argumentum integrum volumen exigeret ſi pro dignitate agendum de eo eſſet.

CAPVT XCI.

Miſſaticus apparatus quis? de veſtibus,quibus ſacra fiunt.

Paratura miſſatica.
Veſtes, *quibus ſacra fiebant, pauperibus diſtributa.*
Caſulæ *inter diuina myſteria mutata.*
Lunulæ,*ſideráque caſulis intextæ.*
Res ſingularis de ſacerdotali veſte.
Res mira de caſula *B.Fulgentij.*
Quæ ſacris veſtibus præerat *caſtitatem ſeruare iuſſa.*
Stolis tintinnabula *addita.*
Cruces *in angulis purificatoriorum.*
Quàm nitida, & pretioſa *quæ ſacrificio Domini deſeruiunt.*
Miſſale *à viris perfectæ ætatis conſcribebatur.*
Quì impuro Sacerdoti *dæmon aſſiſtat,dum ſacris veſtibus ſe induit.*

791. *Paratura miſſatica.* Acta.

DE ſacerdotalibus indumentis aliqua notaui, quæ hîc omnium notitiæ offero,& in primis noto miſſaticam paraturam dictam, quicquid ad veſtes ſacerdotales pertineret, quibus ſe Sacerdotes ad Miſſam celebrandum parabant. Auctor vitæ ſancti Vdalrici Epiſcopi Auguſtani ita loquitur: *Statim autem paratura ſe miſſatica indui præcepit*; & paulo pòſt: *Paraturam miſſaticam, quæ fuint ſancti Vdalrici, propter eius ſanctitatem ſuſcepit.*

Veſtes,quibus ſacra fiebant, pauperibus diſtributa. Acta.

Veſtes quibus ſacra fiebant aliquando pauperibus diſtributa comperio; in actis ſanctæ Brigidæ Virginis ita ſcribitur: *Veſtimenta tranſmarina, & peregrina Epiſcopi Conleuth decorati luminis, quibus in ſolemnitatibus Domini, & Vigilijs Apoſtolorum ſacra in altaribus offerens myſteria vtebatur, pauperibus largita eſt, & cùm tempus ſolemnitatis aduenit, ſecundum conſuetudinem, vt ipſe ſummus populorum Pontifex ſuis indutus eſſet mutatorijs veſtibus, S. Brigida, quæ priora veſtimenta illius Epiſcopi Chriſto in forma pauperum poſita donabat; alia ſimilia per omnia veſtimenta prioribus tam texturis; quam coloribus quæ in illa hora à Chriſto, quem per pauperem induebat, perlata in curru duarum acceperat rotarum, tradidit pro illis.*

792. *Caſula inter diuina myſteria mutata.* Chriſt.

Caſulas inter diuina myſteria aliquando mutata lego. Chriſtianus Archiepiſcopus Maguntinus ita ſcribit: *Vna inter cæteras erat caſula lata, & magnis aurifrigijs, longa, & larga, aureis lunulis, & ſideribus inſertis; quæ tanti erat ponderis propter aurum, vt plicari non poſſet, & in ipſa vix aliquis poterat, niſi valde robuſtus, diuina myſteria celebrare. Veſtiebantur tamen illa Pontifices, & Prælati feſtis præcipuis canturi. Sed poſt Euangelium cantato Offertorio factis oblationibus illam deponentes flexibiliorem ſumentes in illa diuina perfecerant.* Vbi hoc quoque habes, lunulas aureas, ſydetáque caſulæ intextas.

Lunulæ, ſideraque caſulis intexta.

Res ſingularis de ſacerdotali veſte. Acta.

De Miſſa celebranda veſtéque ſacerdotali, dignum eſt quod narratur de ſancto Bonito; tum dabo illius verbis, qui Sancti huius vitam nobis dedit, ſic ille in calce ſcribit: *Ingreſſa in templum eſt Virgo mater Maria cum candidiſſimo Angelorum, & ſanctorum hominum cætu tanquam Regina circumſtante exercitu. Cantabant autem omnes illi laudes Chriſto, & matri eius: atque ipſa etiam ſanctiſſima Virgo in laudibus filij ſui vocem exercebat ſuam. Procedebant autem per medium templi chorum, cùmque ventum eſſet ad altare, quæſitum eſt à Sanctis nonnullis quiſnam Miſſam celebraret? Tum Virgo Beata, Ecce, inquit, adeſt hic Bonitus, Præſul vere bonus, & benè dignus, cui hoc muneris demandetur. audiens hoc ille, extimuit,ſéque ſubducere conabatur, cui ſanè lapis ceſſit, in quo hodiéque eius rei apparent veſtigia. Tandem quæſitus & inuentus ad illius beatiſſimum conuentum perductus eſt, ſanctiſque miniſtrantibus, veſtibus ſacris indutus eſt, & diuinæ aræ applicatus. Conſummato autem ea,qua par erat ratione ſancto illo opere, beatiſſima Virgo valefaciens dilecto ſuo Aruernorum vrbe,vbi vſque in præſentem diem populis illa veſtis oſtenditur: cuius quidem materia,& textura à nullo mortalium poteſt dignoſci. Eſt autem candoris eximij, miraque tum lenitatis,tum lenitatis.*

Res mira de caſula Beati Fulgentij. Acta.

De caſula Beati Fulgentij ita ſcribit auctor,qui eius vitam ſcripſit: *Caſulam pretioſam, vel ſuperbi coloris, nec ipſe habuit, nec Monachos ſuos habere permiſit.Subtus caſulâ nigello, vel lacticinio pallio circumdatus inceſſit, quando temperies aeris incitabat, ſolo pallio intra monaſterium coopertus. ſcapulis verò nudis nunquam à nobis viſus eſt, nec depoſito ſaltem cingulo ſomnum petiuit. Sua autem continentia, Deo teſte, fiduciam gerens,in qua tunica dormiebat, in ipſa ſacrificabat: & in tempore ſacrificij mutanda eſſe corda potius, quàm veſtimenta,dicebat.*

793. *Quæ ſacris veſtibus præerat caſtitatem ſeruare iuſſa* Petr.Abael.

Mulier quæ ſacris præerat, ſacráſque veſtes cuſtodiebat, virginitate ornari debebat. Petrus Abaëlardus epiſtol. 8. ita ſcribit: *Hæc quæ Sanctuario præſidet,vitæ munditia præeminere debet,quæ, ſi fieri poteſt,mente cum corpore ſit integra.*

Stolis tintinnabula addita. Acta.

Stolis olim tintinnabula addita comperio; in vita ſancti Meineruergi hæc leguntur: *Iſte eſt ornatus quem eidem monaſterio tradidit: Tabula ante principale altare argentea, calix aureus, ſtola auro texta ſeptem, ex quibus vna habuit 27. tintinnabula, alia 21.*

Cruces in angulis purificatoriorum. Reg.

Purificatoria quæ vocant apud aliquos crucem in medio efferunt alios quatuor in quatuor angulis; apud Societates IESV in regulis præfecti Eccleſiæ num.31.hæc habentur: *Panni omnes linei ſemper mundi ſeruentur,& ſeparatim corporalia,atque etiam purificatoria (quæ quatuor Cruces in angulis habeant) lauentur, & vtrorumque ablutio, & cineres eorum, quæ vetuſtate conſumpta comburuntur,in ſacram piſcinam mittantur.*

Quàm

794. *Quàm nitida & pretioſa quæ ſacrificio Domini deſeruiunt.* S.Petr.Dam.

Quàm nitida, quàm pretioſa eſſe debeant ea, quæ ſacrificio Domini deſetuinnt, oſtendit ſanctus Petrus Damianus aliquotum in hac re iniuriam, torporémque perſtringens opuſc. 26. cap. 1. *Illud*, inquit, *quanta confuſionis opprobrium eſt, quod nonnulli circa ſacri Altaris vtenſilia tama negligentia ſunt, & tam ſegnis incuria, vt ſtanneos, vel etiam ſuppæris cuiuſcunque metalli calices longo ſitu ſcabredinis inhorreſcere patienter aſpiciant, in ſqualido linteo Dominicum corpus offerant, & immolant, & quod non dignaretur potens quilibet, qui tamen vermis eſt, propriis adhibere labiis, in hoc iſti corpus non verentur imponere Saluatoris. Quod porrò de conſciſſis, ac putreſcentibus ſacrarum altarium prandeis, quid de diuerſis vaſis ad eccleſiaſtica miniſteria neceſſariis, quid denique de ſacerdotalibus eloquar indumentis? quid poſtremò de codicibus dicam, in quibus nimirum hac ipſa quoque legere inoffensè non poſſumus, qua tenaci adhuc memoria reſeruamus? quia nimirum omnia, oculis ſubiecta cernentibus, & leuibus excutiunt riſum, & ſapientes prouocant ad lamentum.*

Miſſale à viris perfectæ ætatis conſcribebatur.

Miſſale, vt hoc quoque adiiciam, vt emandatè ſcriberetur, à perfectæ ætatis hominibus exſcribi iubebatur; in Capitulis Karoli Magni num. 72. PVEROS VESTROS *non ſinatis libros Catholicos vel legendo, vel ſcribendo corrumpere; & ſi opus eſt Euangelium, & Pſalterium, & Miſſale ſcribere,* PERFECTÆ ÆTATIS HOMINES *ſcribant cum omni diligentia.*

795. *Qui impuro Sacerdoti dæmon aſſiſtat dum ſacris ſe veſtibus induit.* Anon.

Qui dæmon prauo, & impuro Sacerdoti aſſiſtat dum ſe ſacerdutalibus veſtibus induit, exponit ipſe Chriſtus ad ſanctam Brigittam; tem his verbis habet auctor Anonymus de præparat. Miſſ. tract. 6. *Legitur ad ſanctam Brigittam de vitioſo & carnali ſacerdote in viſione talem habuiſſe ſermonem. Malus Sacerdos cùm ad celebrandum vadit, aſtant ad latera eius dæmones, qui & animâ eius inhabitant quoniam mortua eſt ante. Dum ſibi ſuper humerale imponit, dæmones obumbrant animam eius vt non cogitet, neque intelligat, quàm tereibile eſt Sacerdotem immundum ad altare accedere. Cùm induit ſe alba, duritiam cordis, & indeuotionem induit. Dum imponit ſibi ſtolam, diabolus graue iugum imponit collo eius. Dum manipulum, omnia opera Dei ſiunt ei onerosa, & grauia. Cùm cingit ſe cingulo, voluntas eius colligatur. Cùm induit caſulam, diabolus perfidia induit eum. Dum legit, Confiteor, dæmones reſpondent, mentiris. Nos ſumus teſtes, quòd confeſſio tua eſt ſimilis Iudæ, qui aliud dixit ore, & aliud habebat in corde. Dum accedit ad altare, tunc ego auerto faciem meam ab eo, & de quocunque legit Miſſam, ſiue de matre, ſiue de Sanctis, ſic gratum eſt mihi, ac ſi meretrix menſtruum ſuū in vaſe collectum offerret alicui nobili ad bibendum. Cùm autem conſecrat corpus meum, Dæmones fugiunt ab eo, ſed dum applicat ori ſuo, reuertantur ad ipſum, quoniam nullam habet charitatem de me; ſed ad ſuas totus afficitur immunditias. Ecce tales non ſunt ſacerdotes mei, ſed proditores, & venditores.* Seriò hæc Sacerdotes cogitent, ne impuri puritatis auctotem in ſui perniciem ttanetent.

CAPVT XCII.

Sacris veſtibus ſacræ hiſtoriæ, & pleraque alia intexta.

In veſtibus ſactis Domini natiuitas *intexta.*

Beati Petri hiſtoria, *Mariæ aſſumptio in veſtibus.*

Veſtis Chriſtum in cœlo regnantem *præferens.*

Chriſti baptiſmus *in veſte repræſentatus.*

Spiritus ſancti aduentus *in veſtibus expreſſus.*

Hiſtoria paſſionis *in veſte intexta.*

Quædam verba *veſti inſerta.*

Virginum hiſtoria *in veſte.*

Veſtis hiſtoriam beatæ Cæciliæ *referens.*

Miraculum panum *diuinitus multiplicatorum in veſte repræſentatum.*

Animalia quoque *in ſacris veſtibus, leones, aquila.*

Aquilarum *hiſtoria in veſtibus.*

S.Martini effigies *& ſancta Agatha in ſacris veſtibus.*

IN veſtibus ſactis ſacras hiſtorias texere olim conſueuerant, quod ex his, quæ ſubiicio, apertè conſtat; Anaſtaſius in vita ſancti Adriani ita ſcribit: *Hic fecit veſtem ſuper altare beati Petri ex auro textam, habentem* NATIVITATEM *Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*; & in vita ſancti Adriani: *Hic coangelicus vir fecit in Eccleſia Petri Apoſtoli veſtem miræ pulchritudinis ex auro, & gemmis habentem præfiguratam hiſtoriam, qualiter beatus Petrus à vinculis per Angelum ereptus eſt*; & paulo pòſt. *In Eccleſia*, inquit, *ſanctæ Dei Genitricis ad præſepe fecit veſtes duas ſuper altare maiore, vnam ex auro puriſſimo, atque gemmis habentem* ASSVMPTIONEM SANCTÆ DEI GENITRICIS. 796.

In veſtibus ſacris Domini natiuitas intexta. Anaſt. *Beati Petri hiſtoria. Mariæ aſſumptio in veſtibus.* Idem.

Veſtis Chriſtum in cœlo regnantem præferens. Idem.

Alia veſtis Chriſtum in cœlo regnantem Archangelos, & Apoſtolos ſpectandos offerebat, ſic habet idem auctor in vita eiuſdem Paſchalis: *Venerabilis etiam Pontifex fecit in monaſterio Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti ſito in territorio Reatino veſtem de chryſoclauo cum hiſtoria, qualiter idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus* CVM ARCHANGELIS IN COELO CORVSCAT, *mira pulchritudine diuerſis ornatam margaritis.*

Chriſti baptiſmus in veſte repræſentatus.

Chriſti baptiſmum in veſte repræſentatum indicant hæc eiuſdem auctoris verba eodem loco: *Obtulit etiam ibi ipſe aliam veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam, qualiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus a Ioanne in Iordane* BAPTIZATVS EST *cum periclyſi de chryſoclauo mirificè exornatam.*

Virginis aſſumptio in alia viſebatur, pergit auctor: *Beatiſſimus, & venerabilis prænominatus Pontifex diuino amore ductus fecit ibidem in iam præfato altari veſtem ſimiliter de chryſoclauo habentem hiſtoriam, qualiter beata Dei Genitrix Maria corpore eſt aſſumpta, cum periclyſi de chryſoclauo, ſeu diuerſis margaritis comptam & decoratam.*

Alia Spiritus ſancti aduentum in diſcipulos referebat, alia palmarum hiſtoriam; tem accipe ab eodem calamo eodem loco: *Fecit etiā benigniſſimus Præſul ibi ipſe aliam veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam Dominicæ aſcenſionis Chriſti Domini noſtri ritè decoratam. Item vbi ſuprà ob amorem eiuſdem Virginis conſtruxit aliam veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam qualiter* SPIRITVS SANCTVS *venit ſuper Apoſtolos, diuerſis ornatam margaritis, & decoratam. Immo ibidem aliam muniuit veſtem de chryſoclauo cum hiſtoria palmarum modeſtè comptam, atque decoratam.* 797.

Spiritus ſancti aduentus in veſtibus expreſſus.

Et in vita Leonis III. *In ſacratiſſimo Altari maiori*

Hiſtoria paſ-

Sericis in veſte intexta. Idem.

maiori fecit veſtem de chryſoclauo, habentem hiſtoriam Natiuitatis, & ſancti Simeonis; & nonnullis interiectis: *Et in ſacro Altari veſtem ſericam chryſoclauam habentem* HISTORIAM DOMINICÆ PASSIONIS, *& reſurrectionis*; &: *Fecit & in baſilica Saluatoris veſtem habentem hiſtoriam crucifixi, & de reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti*; & paulo pòſt: *Fecit veſtem tyriam habentem hiſtoriam cæci illuminati, & reſurrectionem, fecit & aliam veſtem in orbiculis chryſoclauis habentem hiſtoriam annunciationis, & Sanctorum Ioachim, & Annæ. Item in Eccleſia ſancti Pancratij veſtem tyriam habentem hiſtoriam aſcenſionis Domini*; & infra: *Idem Prælatus Pōtifex ſuper altare beati Petri Apoſtoli fecit veſtem cum vite ex auro puriſſimo cum gemmis pretioſiſſimis & margaritis, habentem in medio vultum Saluatoris, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & duodecim Apoſtolorum, & aliam veſtem chryſoclauam habentem hiſtoriam Litaniæ maioris; ſed & aliam veſtem habentem tabulas chryſoclauas tres, & hiſtoriam Dominicæ paſſionis legentem: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traderur*, &c. vides & literas his veſtibus aliquando adiectas. Multa de hac re habet idem auctor in vita Leonis III.

In veſte ſacra hiſtoriam intextam lego, qua B. Petrus à vinculis per Angelum eſt abſolutus; idem Anaſtaſius vita Paſchalis V. *Fecit*, inquit, *in ſacro Altari Beati Petri Principis Apoſtolorum veſtem miræ magnitudinis pulchram & decoratam nimis ex auro, gemmiſque contextam, præfigurantem hiſtoriam, qualiter idem Apoſtolus à vinculis per Angelum ereptus eſt.*

798. Idem Pontifex aliam veſtem obtulit, quæ Virginum hiſtoriam continebat cum facibus accenſis; ſic enim paulo pòſt id auctor habet: *Item obtulit aliam veſtem chryſoclauam ex auro, gemmiſque confectam, habentem* HISTORIAM VIRGINVM *cum facibus accenſis mirificè comptam, atque decoratam.*

Virginum hiſtoria in veſte. Idem.

Alias veſtes idem meminit in eadem vita, quæ ſanctæ Cæciliæ hiſtoriam referebat; hæc eius verba: *Hic benigniſſimus Præſul obtulit in ſacro Altari veſtem de battim byzantea, habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum hiſtoria, qualiter Angelus beatam Cæciliam, ſeu Valerianum, & Tyburtium coronauit, cum periclyſi de chryſoclauo mira pulchritudinis exornatam.*

Veſtis hiſtoriam beatæ Cæciliæ referens.

Miraculum panum diuinitus multiplicatorum in veſte repræſentatum lego; Anaſtaſius in vita Sergij II. *Beatiſſimus Pontifex veſtem fecit habentem hiſtoriam, ſeu miraculum, quod Dominus Chriſtus* DE QVINQVE PANVM, ET PISCIVM *alimentis duorum quinque millium hominum abundanter ſatians eſt operatus.*

Miraculum panum diuinitus multiplicatorum in veſte repræſentatum.

799. Etiam animalia veſtes plerumque referebat; idem Anaſtaſius in vita Gregor. IV *Obtulit ſanctiſſimus Præſul veſtem de olonero cum gryphis, & vnicornibus*; & paulo pòſt: *Obtulit venerabilis Papa veſtem cum gryphis*; & poſtea: *Fecit præfatus Præſul in Eccleſia beatorum Apoſtolorum ad vincula veſtem de fundato habentem* LEONES *cum gryphis*; & infra: *Fecit & aliam veſtem in Eccleſia beati Martini Confeſſoris, atque Pontificis habentem* LEONES *cum arboribus*, & nonnullis interiectis: *Obtulit Beato Vitali Martyri veſtem habentem* AQVILAS; *Fecit & in Eccleſia Beatæ Cæciliæ Martyris veſtem de fundato habentem* AQVILAS, *&* GRYPHOS. & in vita Sergij II. *In oratorio ſancti Nicolai fecit veſtem cum aquila*; & infra: *Et vela cum aquilis quatuor.*

Animalia quæque in ſacris veſtibus, leones, aquilæ.

Veſtis illa aquilas referebat, quam obtulit Sergius II. pro animæ ſuæ ſalute; ſic enim habet Anaſtaſius in eius vita: *Ipſe à Deo protectus venerabilis, & præclarus Pontifex fecit in monaſterio ſancti Anaſtaſij pro æterna animæ ſuæ redemptione veſtem ſericam de fundato vnam habentem hiſtoriam* AQVILARVM.

Aquilarum hiſtoria in veſtibus.

Et paulo pòſt veſtis meminit, quæ ſanctum Martyrem in lectulo iacentem repræſentabat; hæc eius verba: *Fecit iſdem egregius Pontifex in monaſterio ſancti Martini oraculi miræ pulchritudinis veſtem, perfecit habentem hiſtoriam ſuperiùs memorati Sancti iacentis in lectulo cum effigie Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Simul effigiem ſanctæ Martyris Agathæ habentis ad pedes effigiem ipſius almi Pontificis, habentem gemmas hyacinthinas decem, & ſeptem.*

S. Martini effigies & ſanctæ Agathæ in ſacris veſtibus.

CAPVT XCIII.

De flabellis muſcis abigendis in Miſſæ ſacrificio.

Flabella *in Miſſæ ſacrificio ad muſcas abigendas olim adhibita.*
Ex membranis *&* pauonum pennis *hæc flabella confecta.*
Flabella *innuebant, Diaconum referre* Seraphim.
Altaris miniſtri Seraphim *referre debent.*
Flabella *dono mitti ſolita*
Quænam muſcæ *à ſacrificio abigenda.*
Res mira de muſca *in Domini corpus inuolante.*
In flabellis *antiquorum luxus.*

OLIM flabellum ad abigendas muſcas adhibebatur, dum Sacerdos ſacrificium offerret, quod Diaconi munus erat, diſco id ex Ioanne Moſco in Prato ſpirituali cap. 150. qui cùm de Rumeili Epiſcopo ſermo eſſet, ait: *Sancte mi Domine, Diaconum illud prope me aſſiſtentem, qui* FLABELLVM *tenet, ab altari remone*, & cap 196. *Aſſiſtúntque vnus quidem coram altari, qui fungebatur officio Preſbyteri medius, dico vero alij hinc, atque hinc veluti miniſtri. Et ille quidem ſanctæ oblationis verbo dicebat, illi verò faſciolis quæ ferebantur pro flabellis vtentes auram faciebant.* 800.

Flabella in Miſſæ ſacrificio ad muſcas abigēdas olim adhibita. Ioan Moſc.

Conſignatiùs rem habet auctor Apoſtolicarum conſtitutionum lib. 8. cap. 15. vbi ex membranis, aut pauonū pennis, ſeu velo huiuſmodi flabellum conſtrui indicat dum ait: *Duo Diaconi ex vtraque parte altaris teneant flabellum ex tenuibus membranis, vel ex pauonum pennis, vel ex velo, quibus leniter abigant, præter volantes beſtiolas, ne in pocula incidant.*

Ex membranis, & pauonum pennis hæc flabella confecta. Auct. Apoſt. Conſt.

Quid verò ſignificarent flabella, explicat Germanus Patriarcha in Theor. rerum Eccleſiaſticarum in hæc verba: FLABELLA *verò, & Diaconi indicant Seraphim ſex alis prædita, & multi oculorum Cherubim effigiem.*

Flabella innuebat Diaconum referre Seraphim. Germ.

Flabella in Miſſa adhibebantur, vt adſtantes miniſtri ſcirēt ſe illorum Seraphim vicem ſubire, quos ſenis alis munitos vidit Iſaias, & ſacra faciēs admoueretur in cœlum, & cœleſtia ſibi mentem euehendam, adeò vt non vicis tantùm hæreat. Præclare Iobius Monachus lib. 6. apud Photium in Bibliotheca: *Cùm corpus Dominicum in ſacra menſa propoſitum ſit: ideo qui ab vtroque latere ſacris operantis (adſtant) in eorum, quæ ſex alas geſtant ſymbolum, confecta ex alis* FLABELLA *ſuper oblata ibi horrenda myſteria agitare vt ne ſinant initiatos rebus vicis inhærere, ſed eos mentis oculis ſupra omne id quod cum materia coniunctum eſt ſublatos,* 801.

Altaris miniſtri Seraphim referre debent. Iobius.

faciant pro ea, quæ videntur, ad inuiſibilem contemplationem, & inexplicabilem illam pulchritudinẽ aſcendere.

Flabella dono mitri ſolita. Hildeb.

Flabellum dono mitri ſolitum indicat ſanctus Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus epiſt. 7. vbi indicat incurſantium cogitationum muſcas amouendas; dabo hîc eius verba: FLABELLVM, inquit, *congruum ſcilicet propulſandis muſcis inſtrumentum. Eſt etiam quod in munuſculo noſtro interpretari te oporteat. Attende igitur, quibus muſcis immolantes Domino Sacerdotes grauiùs infeſtentur, quibus frequenter impediantur ſalutaria altaris officia. Mille ſunt occurſantium phantaſmata cogitationum, mille Diaboli ſuggeſtiones, mille mortalium tentationes animarum*; & paulo pòſt: *talium portenta muſcarum Patriarcha Abraham propulſanda perſignauit cùm à ſacrificiis auos abegit incurſantes. Scriptum eſt enim, Deſcenderunt volucres ſuper cadauera: & abigebat eas Abraham. Dum igitur deſtinato tibi flabello deſcendentes ſuper ſacrificia* MVSCAS ABEGERIS, *à ſacrificantis mente ſuperuenientium incurſus tentationum Catholicæ fidei ventilabro exturbari oportebat.*

Quonam muſca à ſacrificio abigenda.

802\. *Res mira de muſca in Domini corpus inuolante.* Acta.

De muſca in Domini corpus inuolante mirum eſt, quod accidiſſe, legitur Beato Annoni Archiepiſcopo Colonienſi, quod in eius vita lib. 2. cap. 14. his verbis traditur: *Sancto Præſule faciente Miſſam, & diuiſa iam hoſtia, imago Dæmoniorum, muſca videlicet ſpurciſſima, viſu quoque nauſeam generans, impetu ſuper Dominicum corpus ruit, ereptámque morſu particulam, cum maximo dolore Sacerdotis auolans aſportauit. Cerneres eum ſubitò colore mutato mortui ſimilitudinem expreſſiſſe: horruit auſum animalis immundiſſimi; nec minus pro ſe pauidus ob augendas culpas id ſibi reputabat eueniſſe. Sed ex maxima triſtitia maxima mox lætitia creata eſt, & vnde credebatur Satanas inſultaturus, inde quàm maximè confuſus eſt ordinante clementia Saluatoris; vt quo eſſet ignobilius in creaturis, quod viro ſancto tantum intulit luctum, eo glorioſius eſſet miraculum, per quod ad meritorum eius declarationem de eodem triumpharet. Rem apud ſe tenuit, preſſitque, ſed lachrymis, precibúſque id vrgebat, vt Chriſti corpus reſtitueretur. Omnis impuritatis amica, quaſi violenter impulſa, præcipiti volatu rediit, murmure ſuo, & ſibilo quodammodo vim, quam patiebatur, aperuit; illúdque quod raptu nefandiſſimo fragmen abſtulerat, in oculis Sacerdotis patenæ reſtituit. Inde ſe velut auolatura leuans, ſeorſum ſuper altare ruit exanimis, dignam tanti flagitii pœnam luens. Ad clericum deinde conuerſus, qui ſibi proximus adſiſtebat, innuit,* VT SNCENOIO MVSCA CONSVMERETVR, *ipſe verò ſanctam communionem, magna cum ſecuritate ſuſcipiens, ſancti Spiritus gaudio comitante miniſterium illud debito fine terminauit.*

In flabellis antiquorum luxus. Ammian.

Denique vt in flabellis definiam, obſeruo ad illa quoque antiquorum luxum ſe extendiſſe; Ammianus lib. 28. *Si inter* AVRATA FLABELLA *laciniis ſericis inſederint muſcæ, vel per foramen vmbraculi penſilis radiolus irruperit Solis, queruntur, quòd non ſint apud Cimmerios nati.* Hactenus ille.

CAPVT XCIV.

Natalis calicis quis, quis dies panis, dies ſecretorum; de anniuerſario euchariſtici conuiuii die.

Natalis calicis *dies cœna Dominicæ dicebatur.*

In die, *quo inſtituta Euchariſtia,* indulgentiæ *fores aperta.*

In cruce latro Chriſtum diligit, in cœna *magiſtrum diſcipulus ſupplantat.*

Ad Principis, & magni viri menſam *admiſſi* naſci *ſe putabant, & dicebant.*

Tunc nos habere vitam *cogitemus, cùm ad euchariſticam menſam admiſſi fuerimus.*

Dies panis, *dies lucis quis.*

Dies Dominica cur dies panis *diceretur.*

Dies cœna dies ſecretorum.

Feria quinta Hebdomadæ ſancta indulgentiæ dies *dicta.*

Euchariſtia natalis *hic dies dictus.*

Anniuerſarium cœnæ *Dominicæ diem vocabant.*

In die Dominica cœna altaria *templi*, parietes, *&* pauimenta *abluta.*

De linteo *quo Chriſtus diſcipulorum pedes lauit res ſingularis.*

Humilitas *præmittenda ſacra communioni.*

In ſacra Euchariſtia vetus homo *exuendus.*

Venena *ſerpentis vt laueret Chriſtus.*

Sanctificatio *animæ in Euchariſtia.*

ANTSQVA rudera verſo, & in lucem aliqua afferre conor, quæ pleriſque ignota, vt aliquam ſacrarum rerum cognitioni facem præferam. 803. *Natalis calicis dies cœna Dominica dicebatur.* Quiſnam *dies calicis*, & cur ita diceretur, non abre quæri poteſt, nec à propoſito argumento nos abibimus, ſi hoc noſtro lectori aperiamus. Dies Dominicæ cœnæ natalis calicis dicebatur, quia ſcilicet in eo ſacramenta corporis, & ſanguinis ſui Dominus inſtituit. Vtrumque ex ſancto S.Elig. Eligio Epiſcopo Nouiomẽſi prompſi, qui hom. 10. in cœna Domini, & de myſteriis eiuſdem diei ita ſcribit: *Vocatur hæc dies cœna Domini, vocatur &* NATALIS CALICIS; *& meritò talibus præfulget vocabulis, quia hac, eadémque die myſticum Paſcha Dominus cum diſcipulis celebrans ſacramenta corporis, & ſanguinis ſui illis, atque per illos nobis tradidit, & ipſe celebrationis initium fecit.* Ita ſanctus Eligius.

S.Paſch.

Huc reſpexit etiam ſanctus Paſchaſius Radbertus lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 11. cuius hæc ſunt verba: *Quare aqua in ſanguine planè miſceatur, dum* IN NATALI CALICIS *factum fuiſſe à Chriſto non legimus, illa permaxima cauſa eſt, quia de latere Chriſti, vbi paſſio completur, ſanguis pariter, & aqua manauit.*

Petr.Bleſ.

Hac formula vtitur etiam Petrus Bleſenſis in tract. de Euchariſtia, dum canit,

Hoc in NATALI CALICIS *non eſt celebratum*
Quando paſcha nouum vetus vt poſt paſcha ſacratũ.

804\. *In die, quo inſtituta Euchariſtia indulgentia fores aperta.* S.Elig.

Hac eadem die aperiebantur carceres, latronibus parcebatur, indulgentiæ fores omnibus patebant, ſic enim pergit ſanctus Eligius eodem loco: *Pacificantur irati iudices, & iam latronibus parcunt, pateſcunt carceres in toto orbe, dant indulgentiam Principes crimi noſis, ſeruis malis indulgent domini.* Non decet veniæ ianuam alicui occludi, vbi miſericordiæ ſuæ diuitias omnibus Chriſtus offert.

In cruce latro Chriſtum dilexit, in cœna magiſtrum diſcipulus ſupplantat. S.Ambroſ.

Parcebatur in cœna Domini latronibus, quorũ erat à latrociniis deinceps abſtinere; tu vide ne latronibus peior audias. Latro in cruce Chriſtum dilexit, quem in cœna non dilexit Iudas crudelior ipſo latrone, & iniquior: *Mira res*, verba ſunt ſancti Ambroſii ſerm. 44. de ſancto latrone, *plus in* CRVCE *latro Chriſtum diligit, quàm Iudas*

dilexit

dilexit IN COENA, *ille per cibum ſupplantat magiſtrum,hic credidit Dominum in dolorem.* ſibi quiſque caueat ne Iudæ veſtigia premat, eadem ſupplicia ſubiturus ſi preſſerit.

Ad Principis, & magni viri menſam admiſſi, naſci ſe putabant, & dicebant.

Porrò hæc huius diei appellatio tacitè nos admonet,vt in die Natalis calicis, vbi Chriſti ſáguinem biberimus, nouæ vitæ naſcamur, virtutibus viuamus,vitiis mortui. Antiqui cùm ad cuiuſdam magni viri, aut Principis menſam admitterentur, naſci ſe dicebant, & primam æui diem nuncupabant, vitæque limina;hinc illud Statij 4.Silu. qui cùm menſæ Domitiani fuiſſet admiſſus,ait:

Stat.

Hæc æui mihi PRIMA DIES,*hæc limina vitæ.*

Tunc nos habere vitam cogitamus cùm ad eucharisticam menſam admiſſi fuerimus.
S.Gaud.

Iuſtius veriúſque id & dicamus, & cenſeamus, vbi ad eucharisticam menſam admiſſi fuerimus, vt verus fuerit, qui dixit: *Ex tunc te habere vitam puta, ex quo cibum diuinum participaſti*; hinc adeò frequenter apud Ioannem iſtud ſacramentum *panis vitæ* dicitur, & legiſlator Exod.3. cùm de agni eſu diſſeruiſſet, ait: *menſis hic vobis initium menſium*; quaſi ex tunc vitæ ſuæ dies,ac menſes inciperent numerare, & non antea vixiſſent ante agni eſum. Audiendus hîc ſanctus Gaudentius in Exod.ſerm.1. *Tunc audiunt*, inquit, *menſis hic vobis initium menſium, tunc vtique quando liberati de Ægypto hoc verum manna comedemus, & de petra ipſo Chriſto bibemus, adhærentes agni immaculati veſtigijs.* Ille ſolus incipit numerare ſibi dies, ac menſes,qui Chriſti menſæ aſſidet,carnéſque comedit diuiniſſimi agni.

805. Diem calicis, diem cœnæ dictum & dixi, & probaui, nollem quempiam aberrare, putans, & *diem panis* eundem diem ſignificare, quo ex pane caro Chriſti facta eſt; nam apud antiquos *dies panis*, dies Dominicæ reſurrectionis dictus eſt, qui etiam *dies lucis* appellatus eſt. Diſco id ex ſancto Chryſoſtomo, qui hom. 5. de reſurrectione hæc habet: *Et nox tanquam dies illuminabitur. Ab ipſa eſt dies, quem fecit Dominus, dies Dominicus,* ALII DIEM PANIS, ALII DICVNT DIEM LVCIS. *De hac tripartita diei nuncupatione producamus gaudiorum tuba clangorem. Dies Dominicus,dies (inquam)regalis, in quo Imperator aſcendit ab inferis.* Sic ille.

Dies panis, dies lucis quæ.

S.Chryſ.

Dies Dominica cur dies panis dicatur.

Cur autem dies iſta, indigenter exponet his verbis: *Et rectè dies dicitur panis, qui in eo nominus panem reſurrectionis cœleſtis. Hodie enim proceſſit panis in veritate, qui ſicut cryſtallum mittebatur de nubibus prophetia.Clamat enim Dauid in voce Pſalmi,dicens: Qui emittit cryſtallum ſuum ſicut fruſta panis.* Ita ſanctus Chryſoſtomus;ex quibus colligitur aberrare, qui diem panis diem intelligunt, quo Euchariſtiæ ſacramentum inſtitutum eſt.

S.Chryſ.

Dies cœnæ dies ſecretorum.
Alb.VVid.

Hîc addiderim diem cœnæ apud Syros *diem ſecretorum* dici ſolitum;ita Ioannes Albertus VVidmaſtadius ex vetuſtiſſimo codice Syro, ex quo de die Iouis hebdomadæ hæc habet: *Propter ſacra Synaxeos myſteria* DIES SECRETORVM *nuncupantur*; ſed quia hîc ſumus, alia de hoc die à nobis obſeruata lectori exhibeamus.

806. Feriam quintam hebdomadæ ſanctæ *indulgentiæ diem* olim nominabant; in actis ſancti Maurini Abbatis hæc leguntur: *Superueniente ſanctiſſimi paſchalis gaudij ſolemnitate vehementi oculorum dolore cœpit fatigare;quinta autem feria, quam* INDVLGENTIÆ DIEM *nominant, vix magno imbecilli homines, & deuoti animi conflictu pontificalia adminiſtrauit*;qui titulus illuſtrari poteſt ex iis,quæ ſuperiùs ex Beato Eligio dedimus.

Feria quinta hebdomadæ ſanctæ indulgentiæ dies dicta.
Acta.

Dies quintæ feriæ hebdomadæ ſanctæ Euchariſtiæ natalem vocat Ludulphus Saxo Carthuſianus 2.parte de vita Chriſti cap.56. *Ob huius ſacramenti inſtitutionem*, inquit, *eſt quod in hac die, cùm omnes horæ ſint flebiles,ſola Miſſa eſt ſolemnis tanquam* IN SVO NATALI, *ſcilicet in die ſuæ inſtitutionis.*

Euchariſtia natalis hic dies dictus.
Ludulph.

Hoc quoque notauerim, hunc ipſum diem, quo Euchariſtiæ ſacramentum inſtitutum, *anniuerſarium cœnæ Domini* vocatum; ita loquitur VValfridus Strabo in lib.de exordiis, & incrementis rerum Eccleſiaſticarum cap. 19. ex canonibus Concilij Africani: *Excepto*,inquit,*vno* DIE ANNIVERSARIO,*quo cœna Domini celebratur.*

Anniuerſariũ cœnæ Dominicæ diem vocabant.
VValfr.

Conc.Afric.

In die Dominicæ cœnæ, nimirum quinta feria hebdomadæ maioris, olim altaria templi, parietes,& pauimenta abluebantur, & vniuerſa vaſa ſacra purificabantur; meminit huius ritus Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. Clericorum cap. 36. vbi de hoc die loquens ait: *Eo die Saluator ſurgens à cœna pedes diſcipulorum lauit;eodem die altaria templi, parietes,& pauimenta* LAVANTVR, *vaſáque purificantur,quæ ſunt Domino conſecrata*, ſed iam & de pedum ablutione,quæ hac die peracta,aliqua libemus. 807.

In die Dominicæ cœnæ altaria, templi parietes, & pauimenta abluta.
B.Rab.

Dignum recenſitu eſt,quod de linteo,quo Chriſtus lotos diſcipulorum pedes terſit, litteris conſignatum reperio. Leo in Chronico Caſſinenſi lib.2.cap.34.ita ſcribit: *His diebus* (videlicet anno 1013.) *Monachi quidam ab Hieroſolymis venientes particulam lintei,cum quo pedes diſcipulorum Saluator exterſit, ſecum detulerunt: & ob reuerentiam ſancti huius loci hic deuotiſſimè obtulerunt 6. Idus Decembr. Verùm cùm plurimi fidem derogarent, illi fide præditi particulam ipſam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis verſa eſt: amotis tamen carbonibus, ad priſtinam ſpeciem mirabiliter rediit. Cúmque cogitarent quomodo, vel vbi pignora tanta locarent; diſpoſitione Dei contingit, vt eodem die mitteretur huc; locus ille mirificus; vbi nunc condita eſt lintei ipſius particula, argento, & auro gemmiſque opere Angelico ſubtiliter acu pulcherrimè decoratus. Ibi ergo amoto cryſtallo cum omni veneratione locata eſt. Moriſque eſt annis ſingulis, ipſo die cœnæ Dominicæ, ad mandatum fratrum a manſionarijs eam deferri, & in medium poni: duóque ante illam accendi candelabra, & iugiter donec impleatur mandatum ab acolyto incenſari. Demum, iuxta finem mandati à ſingulis per ordinem fratribus flexis genibus deuotiſſimè adorari, & reuerenter exoſculari.*

De linteo,quo Chriſtus diſcipulorum pedes lauit, res ſingularis.
Leo.

Surrexit Chriſtus à cœna, poſuit veſtimenta ſua,cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorum;ſurgit vt viliſſimo miniſterio fungatur, viámque per humilitatem ad maximi Sacramenti magnitudinem ſternat,docerétque exemplo ſuo humilitatem præmittendam ad ſacrã Euchariſtiã acceſſuro. hanc Chriſti humilitatem ſic expendebat ſanctus Auguſtinus tract.55.in Ioannem: *Debemus, chariſſimi, ſenſum Euangeliſtæ diligenter attendere. Loquuturus quippe de tanta Domini humilitate priùs celſitudinem eius voluit commendare. Ad hoc pertinet quod ait, ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exijt, & ad Deum vadit. Cùm illi ergo omnia pariter dediſſet in manus,ille diſcipulorum non manus, ſed pedes lauit: & cùm ſe ſciret a Deo exiſſe, & ad Deũ pergere,non Dei Domini,ſed hominis ſerui impleuit officiũ.* 808.

Humilitas præmittenda ſacræ communioni.

S.Aug.

Ponit veſtimenta, vt diſceremus, cùm ad magnam hanc cœnam vocamur, veteres peccatorum veſtes exuendas, exuendum veterem hominem, nouum induendum;veteres mores ponendos, vitámque mundo,& carni amicam, nouam Deóque amicam aſſumendam.

In ſacra Euchariſtia vetus homo exuendus.

Cur pedes ſuorum abluerit, peritè explicat S.Ambroſ. lib.3. de ſacramentis c.1.in hæc verba: *Ideo lauas pedes, vt in ea parte, in qua inſidiatus eſt ſerpens,maius ſubſidium* SANCTIFICATIONIS *accedat,*

Venena ſerpentis vt lauaret Chriſtus.
S.Ambr.

quo poſtea te ſupplantare non poſſit ; lauas ergo pedes, vt laues venena ſerpentis. Sanctificauit ſuorum diſcipulorum pedes dum eos abluit Chriſtus, cur non plenius ſanctificetur anima, quæ non aqua abluitur, ſed Chriſti ſanguine irrigatur; ſed quia calicis mentio facta eſt, de calicibus quoque hîc aliqua exhibenda & in notitiam, & in profectum.

Sanctificatio animæ in Eucharistia.

CAPVT XCV.

De calicibus priſci quidam ritus.

Calicum picturæ.
Calicis nomen *Dominicæ paſſionis memoriam vt ingereret.*
In poculis *Apoſtolorum imagines.*
In phiala *Deorum nomen.*
Epicuri imago *in poculis.*
Pocula Diaboli imaginem *referentia.*
Calix ſalutarium *quiſnam eſſet.*
Salutaris *Dominici ſanguinis* calix.
Homines in alios immutat *euchariſticus calix.*
Vitia mactet *qui euchariſticum vinum bibit.*
Pocula in hoſpitiis *adhibita.*
Vtile monstum ex calicibus, *& calicum anſis.*
De calice cryſtallino *confracto reſtituto res mira.*
Ingenij calix *Deo conſecrandus.*
Doctrinæ crater *quâ coronandus.*
Aſtrologicum poculum *quale eſſet.*
Vitrei calices *olim in ſacris adhibiti.*
Inſigne miraculum de vitreo calice, *in quo Miſſa celebrata.*
In ſacris calicibus epigrammata *ſculpta.*
Carmina *in calice ſacro.*
Res mira de apro *circa calicem viſo.*
Solius calicis adſpectu *quædam recreata.*
Auidè *quærendus euchariſticus* calix.

809. *Calicum pictura.*

VT habeat antiquæ eruditionis auidus, quod ſiccet, alia de calice exhibemus. Et in primis obſeruo in calicibus quædam depingi ſolita, & ſignatè Sacerdotes depingebant paſtorem. Tertullianus de pudicitia: *Procedant*, inquit, *ipſæ picturæ calicum veſtrorum* ; & paulo pòſt : *Cui ille ſi fortè patrocinabitur* PASTOR QVEM IN CALICE *depingis*. Frequentiùs hiſtorias veteris, & noui Teſtamenti pingebant.

Tertull.

Noſtri ferè in aureis calicibus crucem, & paſſionis Chriſti myſteria ſculpunt, vt in nobis eorum memoria excitaretur, quæ noſtri cauſa paſſus Chriſtus eſt. Hac eadem de cauſa nunquam in alio vaſe vinum conſecrari ſolitum eſt, nec aliter quàm calix iuxta omnium linguarum proprietatem vocari, quod eleganter expendit ſanctus Paſchaſius lib de corpore, & ſanguine Domini cap. 21. in hæc verba: *Propter quod & mos benè inoleuit, vt ſanguis Chriſti nunquam in catino, nunquam in cratere, neque in alio vaſe quam in calice conſecraretur, ſed neque alio nomine, vt fieri ſolet in alijs quibuſque vaſis, niſi ſemper iuxta proprietates linguarum calix vocatur, vt exinde omnibus calix paſſionis Chriſti ad memoriam reuocatur.* Sic ille.

Calicis nomē Dominicæ paſſionis memoriam vt ingereret.

S. Paſch.

In poculis Apoſtolorum imagines exſculptas aliqui tradidere, quod innuit etiam S. Hier. in c. 4. Ionæ Prophetæ: *In ipſis*, inquit, *cucurbitis maſculorum ſolent Apoſtolorum imagines adumbrare.*

In poculis Apoſtolorum imagines.
S. Hieron.

Etiam prophani in phialis quæ templo dicabantur, Deorum nomen inſcribi requirebant. Huc videtur ſpectare Lucianus de ſectis, in hæc verba: *Cæterùm ignorantiæ cauſam vnam eſſe arbitror, quòd nullo titulo inſcripta ſit deperdita phiala. Ponamus enim amiſſam eſſe phialam, quæ ſi Dei nomine, aut eius qui illam templo dicatam conſecrauit, foret inſignita titulo minori, in perſcrutando labore defatigaremur, & ea quæ in ſcriptiuncula notata foret reperta finem faceremus exeundi.* Hactenus ille.

In phiala Deorum nomen.
Lucian.

Ex Cicerone conſtat in poculis Epicuri imaginem aliquos ſculpſiſſe ; ſic ille ſcribit de Finibus 6. *Cuius* (Epicuri) *imaginem non modò in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in annulis habent*, vt ſcilicet eius vel in bibendo recordarentur. 810.

Epicuri imago in poculis.
Cic.

Reperio pleroſque ita inſaniuiſſe, vt pocula ea forma haberent, quæ Diaboli imaginem repræſentarent, vt ita nimirum ſe illius myſtas eſſe tacitè teſtarentur; ad cuius domum nimia poratione, & ebrietate celeriter currerent, ſed ad ſaniora.

Pocula Diaboli imaginē referentia.

Difficile explicatu eſt, quid apud Hebræos *calix ſalutarium* dicatur; quid alij ſenſerint apud alios vide, nobis placet, calicem ſalutarium illum eſſe appellatum quo in veſpera paſchæ vtebantur, ad eum commemorantes ſalutem acceptam, qui mos & antiquiſſimus apud Hebræos eſt, & poſteriora etiam tempora tranſmiſerunt. Ad hunc morem ſpectauit Regius Propheta cùm diceret Pſalm. 115. *Calicem ſalutaris accipiam*; per calicem ſalutaris aliqui accipiunt partem beneficiorum, quod Dominus illi impertiuerat; iuxta illud: *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei*, Pſalm. 15. Alij calicem propriè libamina intelligunt ſuper hoſtiam fuſa; tandem alij per calicem ſalutaris, ſeu ſalutarium intelligunt conuiuialem calicem, quo ſalutem à Deo acceptam, diuináſque laudes commemorabant, qui cùm eſſet iudex opis diuinæ, & ſalutis acceptæ, calix ſalutaris dicebatur. *Mos enim erat apud illos*, inquit noſter Agellius hîc, *qui etiam hoc tempore ab ijs ſeruatur, vt in veſpera paſchæ ad calicem commemorent ſalutem acceptam, ideóque is calix ſalutarium appellatur; quo tamquam figura propemodum expreſſa, calicis noſtri Saluatoris, & noſtra ſalutis indicabatur, vt veriſimile ſit ad eius ſimilitudinem, & ea ipſa nocte, qua mos eiuſmodi ſeruabatur, Dominum noſtrum ſanguinis ſui myſteria tradere voluiſſe.* Sic ille.

Calix ſalutarium quiſnam eſſet.
Pſalm. 115.
Agell.

Verè ſalutaris calix dicendus eſt ille, qui euchariſticum ſanguinem continet, quem qui ritè ſiccat, ſalutem cum ſanguine haurit. De ſancto Scione narratur, quòd cùm mulier quædam diuturna infirmitate preſſa, diſcumberet non valens aliquid comedere, vinum de calice in quo ipſe bibebat, ſumpſit, ac ſtatim ab infirmitate liberata eſt. Ita refert Petrus de Natalibus *lib. 5. cap. 21.* Tantùm Sancti huius calix potuit, & maiora non præſtabit ſacer ille calix, in quo Chriſti ſanguis latet? Præſtabit, morbos quidem corporis auferens ſi ita expediet, animæ verò, ſi ritè ſumatur. 811.

Salutaris Dominici ſanguinis calix.
Petr. de Nat.

Sanat

Homines in alios immutat euchariſticus calix.

Sanat hic calix animæ morbos, hominéſque adeò immutat, vt alios mores induant, aliam mentem. Circæo poculo hæc eius tributa, ſed fabuloſè, vt homines in bruta tranſmutare dixerint; quò reſpexit Cicero in Verrem prima: *Sed repentè, è veſtigio ex homine tamquam aliquo* CIRCÆO POCVLO *factus eſt Verres.* Verè id de Chriſti poculo, & calice, qui brutales homines in rationales vertit, & ferè in Angelicam ſpeciem, formámque quodammodo immutat; nam & Angelorum panis hic dictus eſt, non ſolùm quia Angeli manna præpararunt, ſed etiam, quia Angelus ferè fit, qui præparatus accedit; certè de hac mutatione dictum eſt ſancto Auguſtino, *Tu mutaberis in me.*

Vitia mactet qui euchariſticum vinū bibit.

Apud Scythas, vt tradit Herodotus lib. 4. ſemel quotannis ſinguli regionum Principes miſcent vinum crateri: de quo Scythæ omnes hoſtium homicidæ bibunt: nemo guſtat, qui nihil operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet. Quæ res apud eos maximè eſt ignominiæ. Qui vero complures cædes fecerunt, hi duobus pariter, quos habent, calicibus potant barbaram feritatem. ſapit hic mos, quàm exuet, ſi pro hominum cæde vitia, quæ glorioſius mactentur, ſubſtituantur, nimirum euchariſtico calice habebitur dignus, qui noxios affectus, & pullulantia vitia excidere occideréque ſtuduerit.

812. *Pocula in auſpicijs adhibita.* Ennod.

Pocula in auſpiciis adhibita certum quoque eſt. Ennodius in Panegyrico Regis Theodorici; ſic de ad prælium ituro loquitur; *His dictis* POCVLVM CAVSA POPOSCIT AVSPICII, *& laxatis in prælium habenis effuſus eſt.* Huc opinor referendum eſt illud Moſis Gen 44. v. 5. vbi diſpenſatori ſuo Ioſeph dixit, vt fratres his verbis increparet: *Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet.* id eſt, *auguria ſua in eo facie,* inquit Oleaſter.

Gen 44 5.

Oleaſt. *Vtile monitū ex calicibus, & calicum anſis.* Clem. Alex.

Pulchrè de calicibus, & calicum anſis philoſophatur Clemens Alexandr. lib. 5. Stromatum, rem flectens ad aurium cuſtodiam, ad auditionis cautionem: *Nec omnibus, qui impudenter, & temerè dicunt, & ſcribunt, oportet aures præbere. Nam* CALICES *quoque qui à multis ſumuntur per aures, hoc eſt, anſas, aures quidem amittunt, præterea autem etiam ipſi excidentes confringuntur. Eodem modo y quoque, qui multis nugis fidei caſtam inceſtarint auditionem, ad veritatem iam tandem obſurdeſcentes, & inutiles fiunt, & in terram decidunt. Non ergo temere pueris præcipimus auribus eos apprehendentes, vt oſculentur eos, qui ad ipſos attinent, hoc vtique tacitè ſignificantes, ingenerari per auditum ſenſum dilectionis.*

813. *De calice cryſtallino confracto, & reſtituto res mira.* B. Greg. Tur.

De calice cryſtallino confracto, diuinitúſque reſtituto res mira eſt, quam his verbis narrat B. Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 46. *Eſt apud eandem vrbem baſilica ſancti Laurentij Leuiæ, ibique admirabili pulchritudine calix cryſtallinus habebatur. acta vero quadam ſolemnitate dum per Diaconum ad ſanctum Altare offerretur, elapſus manu in terram ruit, & in fruſta comminutus eſt. At Diaconus pallidus, & exanguis, collecta diligenter fragmenta vaſculi ſuper altare poſuit, non diffiſus quòd eum poſſit virtus Martyris ſolidare. Denique in vigilijs, lachrymis, atque oratione deducta nocte, requiſitum calicem reperit ſuper altare ſolidatum. Quæ virtus cùm populis nunciata fuiſſet, tanta animos deuotione ſuccendit, vt à Sacerdote peterent noua in honore eius Deo ſolemnia celebrari. Tunc Pontifex loci ſuſpenſo ſuper altari calice, ex tunc agens, & in poſterum per ſingulos annos deuotiſſimè feſta inſtituit celebrari.*

Ingenij calix Deo conſecrandus. S. Aug.

Calici ingenium noſtrum comparat ſanctus Auguſtinus, quo Deo, non Diabolo propinandum ſuadet; hæc illius verba epiſt. 41. *Si calicem aureum inueniſſes in terra, donares illum Eccleſiæ Dei; accepiſti à Deo ingenium ſpiritaliter aureum, & miniſtras inde libidinibus, & in illo ſatanæ propinas te ipſum.*

Doctrina crater quâ coronandus. Paul. Emiſſ.

De poculis coronatis alibi egi, quâ ſanctè, & quo cratera coronanda ſint; pulchrè explicat Paulus Emiſſenus de incarnatione Chriſti apud ſanctum Cyrillum Alexandrinum hom. 7. his verbis: *Orabimus iam panem, vt concretam nobis menſam, pretioſáque & varia Spiritus ſancti eſculenta paret, doctrinaque cratera coronet, & nos ebrietate ſobrietatis matre inebriet.*

814. *Aſtrologicum poculum, quale eſſet.* Iou.

Quale aſtrologicum poculum fuerit, quod inter alia Ferdinandi Imperatoris Legati Conſtantinopolitano Cæſari attulerunt, ſcire peritus lector cupiet; illud his verbis deſcribit Iouius: *Excelſum erat germanico more ex auro poculum lectiſſimis exornatum gemmis, eruditæque inſuper adrurationis argenteam machinam; in qua non horarum modò ſpatia, ſed errantium etiam ſyderum motus, menſtruique Solis, ac Lunæ coitus exactiſſima ratione monſtrabantur, imus ſcilicet dentatis rotis, certiſque ponderibus admirabili momento, vel in multum etiam minutiſſimas temporum menſuras diſpenſātibus, quin inter celeres, tardóſque, in tam vario, inæqualique polorum ordine audaci quadam ſupremi motoris æmulatione comminuta congruerent. ea à peritiſſimis Aſtronomis excogitata perfectáque Maximiliani Cæſaris fuiſſe dicebatur* Sic ille; ſed ad calicem, poculúmque pergamus, ex quo euchariſticus ſanguis bibitur.

Vitrei calices olim in ſacris adhibiti. Sur.

Vitreos eiúſque materiæ calices fuiſſe, vt in terram decidentes frangerentur, colligitur ex his verbis, quæ in actis ſancti Donati Epiſcopi, & Hilarini apud Surium 7. Auguſti; ſunt autē huiuſmodi: *Cùm die quadam Miſſam celebraſſet populo, & de corpore Chriſti, ac ſanguine ipſius populus venerabiliter recrearetur, Diaconus quidam nomine Antimus, tradebat ſacrum ſanguinem Chriſti, qui ſubitò paganorum impulſu cecidit, & ſacrum calicem comminuit. Vnde valdè triſtis, tam ipſe, quàm populus Chriſti efficitur. Cuius triſtitiam Dominus per B. Donatum illico releuauit. nam collecta ſunt fragmenta Dominici calicis, & beato viro allata. Quæ flens ille ſuſcipiens oratione facta vas in priſtinam formam reſtaurauit.*

Inſigne miraculum de vitreo calice, in quo Miſſa celebrata. Acta.

In calice vitreo, quo Miſſa celebrata eſt, inſigne hoc miraculum accidit, quod in vita ſancti VVinoci Abbatis his verbis narratur: *Quo in loco quadam die Dominica contigit ad conficiendum corpus, & ſanguinem Dominicum, calicem deeſſe; cúmque non parua ſolicitudine ſuper hoc mouerentur ne fortè hac ſacroſancta die ſacramentis Dominicis fruſtraremur, caſu* VITREVM VAS *erat appoſitum, ſed confractum. Quod quidam fratrum cùm leniter aqua purgaret, inter lauandum paulatim reſolidatur, ſicque mirum in modum diuino miniſterio aptatur: adeò vt etiam vſque ad noſtra tempora in ſimiles vſus haberetur.* Calices vitreos fuiſſe etiam Tertullianus indicat, dum ait, *frangi faciles eos fuiſſe.*

Tertull.

815. *In ſacris calicibus epigrammata ſculpta.* Acta.

In calicibus epigrammata ſculpi olim ſolita apparet ex hoc, quod in vita ſancti Meinvvergi legitur, quod huiuſmodi eſt: *Capellanus Imperatoris ad eam Miſſam Subdiaconi functus officio epigram-*

mata calicis, legit, & lecta Imperatori ad legendum obtulit.

Carmina in calice ſacro. *Hincm.*

Carmina in calice exarata euincunt & iſta, quæ in vita ſancti Remigij Archiepiſcopi ſcribit Hincmarus *Sed & in verſibus metricis ab ipſo compoſitis, & iuſſione illius in quodam vaſe ab eo conſecrato ſculptis, ita legimus.*

Hauriat hinc populus vitam de ſanguine ſacro,
Iniecto æternus quem fudit vulnere Chriſtus.
Remigius reddit Domino ſuo vota Sacerdos.

Quod vas vſque ad noſtra tempora perdurauit, donec fuſum in redemptionem datum eſt Chriſtianorum, vt à miniſtris Diaboli Nortmannis redimeret pretium argenti calicis, quos de poteſtate tenebrarum redemerat effuſus ſanguis calicis, Chriſti videlicet paſſionis. Ex quo & hoc colligitur in more poſitum apud antiquos fuiſſe, vt ſi quis Eccleſiæ calicem donauiſſet, donantis nomen aliquando in eo ſculperetur.

Res mira de apro circa calicem viſo. *Sur.*

Porrò quâ vitæ puritate nitere debeat qui calicem hunc præclarum verſat, colligi, & deduci ex hoc poteſt, quod in actis ſanctæ Brigidæ Virginis apud Surium 1. Febr. legitur in hunc modum. *Accepit Brigida quandoque è manu Epiſcopi ſacroſanctam Euchariſtiam, & ecce videt in calice, quem puer Epiſcopi tenebat, deforme portentum, videlicet hirci vmbram. Itaque noluit è calice illo bibere, & quid vidiſſet indicauit Epiſcopo. Tum verò Epiſcopus ait ad puerum: Et quidnam feciſti? Da gloriam Deo, & ingenue confi ere. Ille igitur confeſſus eſt, ſe furto abſtuliſſe vnum ex hircis illius, eiúſque partem comediſſe: cúmque animi dolorem, & pœnitentiam lachrymis teſtatus eſſet, vocata Brigida, nihil iam hirci in calice erat.*

816. *Solius calicis aſpectu quadam recreata.* *Iacob. Vitr.*

Tam prauis porrò eſt mentibus puris Chriſti ſanguis, vt vel ſolo calicis, in quo contineri ſolet, intuitu recreentur; de Maria OEgniacenſi ita ſcribit auctor vitæ illius Iacobus de Vitriaco: *Corpus Chriſti edere hoc erat illi viuere; ab illo verò diutius abſtinendo ſeparari ei erat emori; iámque in hoc ſæculo experientia didicit, quod Chriſtus in Euangelio dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, nec erat ei durus hic ſermo, ſicut Iudæis, ſed ſuauis: quippè quæ omnem delectationem, & omnem ſaporis ſuauitatem in eius perceptione, non ſolùm intus in anima, ſed etiam foris in ore perſentiret: cùm plerumque ſub ſpecie pueri cum mellis guſtu, & odore aromatico, in puro, & benè ordinato cordis ſui thalamo Dominum ſuum feliciſſimè ſuſciperet; nonnunquam verò cùm ſitim vitalis ſanguinis eius diutiùs ferre non poſſet, poſt Miſſarum ſolemnia petebat ſibi copiam fieri, vel nudi calicis in altari diu conſpiciendi.*

Auidè quærendus euchariſticus calix. *B. Laur. Iuſt.*

Quærendus hic calix eſt, & alteri præferendus; hunc ſitiens Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 4. in hæc verba: *Neque peto, vt aqua ſapientiæ me potes, aut ſpiritualem illam mihi præbeas aquam, quam Samaritanæ mulieri pollicitus es, dicens, Qui biberit ex hac, quam dabo ei, aqua, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hanc in præſenti poſtpono, atque recuſo, calicem expoſco, quem in menſa poſitum conſpicio tuo ſanguine fœcundatum. De ipſo prophetico ore dixiſti, Calix meus inebrians quam præclarus eſt. Hunc poſtulo, hunc habere deſidero.* Eamdem mentem ebibe lector, eundum calicem biturus.

CAPVT XCVI.

De ſacris calicibus nonnulla alia adnotantur.

Calices, & alia ſacra vaſa ab Epiſcopis *in obſequij ſignum ſummo Pontifici oblata.*
Calix in ſarcophago *ſancti Vdalrici repertus quàm ſalutaris.*
Calix in remedium *aduersùs partûs difficultatem.*
Vaſa æneа *in ſacrificio adhibita.*
Vaſa marmorea *in ſacris adhibita.*
Res mira de argenteo vaſe, *quod fuerat ex meretricis ſitulâ confectum.*
Periſtricti, qui impurè *pura ſacramenta tractant.*
Calices ex onychino *formati.*
Calicum anſæ.
Lapidibus pretioſis *ornati calices.*
Calix gemmis *exornatus.*
De calicum gemmis.
Gemma *cœlitus in calicem delapſa.*
Calices, & ampullæ *à Carolo Imperatore cur oblata.*
Colæ *quænam eſſent.*
Fiſtulis *Chriſti ſanguis hauriebatur.*
Argentum Eccleſiis *exhibitum vt calices conficerentur.*
Calix, *quo vſus in euchariſticâ cœnâ Chriſtus* grandiuſculus *ex aliquorum ſententiâ fuit.*
Calix ad defuncti *vmbilicum.*
Imaginarus calix *quiſnam diceretur.*
Chriſti calix *diligentem alienat, & copulat Chriſto.*
Noxius Poëtarum *calix.*

VBERIVS eſt hoc argumentum, quàm vt poſſit tam anguſti vnius capitis limitibus coërceri; alia mihi de calicibus ſacris obſeruata, quorum aliqua hîc adiiciam, nam omnia ea, quæ poſſent huc conuchi, hîc implantari, alia quæ nobis dicenda ſuperſunt, non ferunt, ſed calamum ad rem ipſam porrigamus. 817.

Calices, & alia ſacra vaſa ab Epiſcopis in obſequij ſignum Summo Pontifici oblata. Epiph.

Soliti olim erant Epiſcopi calices, aliáque ſacra vaſa, & ornamenta ad Romanum Pontificem in charitatis, reuerentiæ, & obſequij ſignum dono mittere; in epiſtola Epiphanij Epiſcopi ad Hormiſdam Pontificem hæc habentur: *Indicia autem noſtra ſecundùm Chriſtum Dominum noſtrũ charitatis per viros Reuerendiſſimos deſtinauimus, ad adminiſtrationem diuinæ culturæ, & ſanctæ Apoſtolicæ veſtræ Eccleſiæ, calicem aureum gemmis circumdatum, patenam auream, & alium calicem argenteum, vela ſerica duo, quæ ſuſcipere veſtram beatitudinem ſupplicamus cum illâ charitate, quam vos habere ſecundùm Deum non dubitamus.*

Calix in ſarcophago ſancti Vdalrici repertus quã ſalutaris. Acta.

De calice, qui in ſarcophago ſancti Vdalrici Epiſcopi Auguſtani repertus eſt, ita ſcribit vitæ illius auctor: *Grauiter febribus laborantes, à rabie iſque offenſi canibus, ſi ex calice, qui in ſarcophago ſupra ſacrum diui patroni pulluſculum inuentus eſt,*

deuotè

deuotè biberint, ſanctum Vdalricum cordialiter orauerit, miſericorditer eis ſanitatis gratiam conferri conſuetum eſt. Nec non peregrinari volentibus tutamen vtriuſque hominis collatum multoties compertum eſt.

Calix in remedium aduerſus partus difficultatem.

Addit ſtatim eundem calicem mulieribus parturis ſalutarem eſſe, opportunámque aduersùs partus difficultatem eius calicis potum medicinam; hæc eius verba: *Poſtremò & miſeris mulierculis partu laborantibus remedium ſanctum conferre Præſulem exploratum eſt ſæpiſſime. Eadem namque leshiferè pariendo deficientes, ac omni humano deſtitutæ auxilio, mox vt prædicto ex calice biberint, ſeu vinum calici prius infuſum acceperint, benignè tantis à periculis liberantur*; illi quoque, qui bonorum operum fructum edere ægrè poſſunt, edendi facilitatem à ſiccato euchariſtici calicis ſanguine debent ebibere.

818.

Vaſa ænea in ſacrificio adhibita. Acta.

Ænea vaſa ad ſacrificium adhibita olim euincit iſtuc quod in actis ſancti Galli habetur; quod hiſce verbis narratur: *Quidam diſcipulus eius nomine Magnoaldus, dixit ad eum: Pater, habeo vas argenteum pretioſum calaturis inſigne. Si vis, reſeruabo illud, vt ſacri vaſa miniſterij ex eo faciamus. Ille reſpondit: Fili memor ſententiæ beati Petri Apoſtoli, quam paralytico ſperanti pecuniam protulit, Argentum, inquiens, & aurum non eſt mihi: ne contrarius exemplo inueniaris ſalubri, vas quod poſſides, pauperibus conferre curato. nam præceptor meus beatiſſimus Columbanus in vaſis æneis Domino ſoles ſacrificium offerre ſalutis: quia fertur, & ●aluator noſter clauis æreis crucis confixus.*

Vaſa marmorea in ſacris adhibita. Acta.

Vaſa quoque marmorea ſacris myſteriis adhibita non lignea tantùm, aut vitrea, ex his apparet, quæ in actis ſancti Theodori Archimandritæ leguntur; qui calicem argenteum reſpuit, quem nouit ex meretricis argento factum, digna res, quæ hîc inſeratur. Ita ſcribit Georgius Preſbyter in eius vitâ: *Iam cùm ſanctus, ac venerandus ille manſionis locus Dei gratiâ auctus eſſet, ſed argenteâ ſupellectili careret, & vaſa tantùm marmorea in myſterijs adhiberentur, miſit ſanctiſſimus Theodorus Archidiaconum ſuum ad Regiam ciuitatem Conſtantinopolim, vt argenteum vas ad ſacrorum myſteriorum vſum emeret. Ille autem eò profectus, vas emit à quodam orifice, tum materiâ, tum artificio ſingulare, & ad monaſterium tulit. Cùm igitur poſtridie peragenda eſſent myſteria, oſtendit Archidiaconus vas illud ſanctiſſimo Theodoro, vt in eo fieret ſacrificium.*

Res mira de argenteo vaſe, quod fuerat ex meretricis ſitulâ confectum.

Quod ille mentis oculo contemplatus, vt ſordidum, atque inutile contempſit; cúmque Archidiaconus fabrefacti vaſi integritatem conſideraret, illud ſimul reſpuit, atque inutile contempſit, quippè qui nihil amplius, quàm ſpeciem extrinſecus poterat intueri. Noui ego quoque fili, inquit vir ſanctiſſimus, vas eſſe pulcherrimum, quantum ad materiam, atque artificium pertinet; ſed aliam ob cauſam, quæ oculis non cernitur, coinquinatum eſt. Vſus nimirum, vt arbitror, illud infecit. Quod ſi dubitas, dic pſalmi verſiculum, vt precemur, atque illud intelliges. Quod ille dum faceret, & vir ſanctiſſimus inclinato capite precaretur, ſic euaſit ipſum vas quale ſolet argentum eſſe, cùm ex camino ignis nigrum educitur. Quo perſpecto, fratres Deum collaudarunt, qui per ſeruum ſuum id quod occultum erat, patefeciſſet. Verùm cùm Archidiaconus illud rurſum in manum accepiſſet, argenteum, & ſplendidum apparuit. Quamobrem Conſtantinopolim reuertens, reddidit illud opifici, & cauſam narrauit. Opifex autem ſecum ipſe conſiderans, meminit vas ipſum ex argenteâ meretricis ſitulâ fuiſſe conflatum, & rem Archidiacono indicauit, veniam petens, & rogans, vt pro ſe Deum obſecraret. Diſcant hîc Sacerdotes quantâ nitere pudicitiâ debeant cùm vas repudiatum fuerit, quod fuerit meretricis, ac ſi aliquam illi impuritatem mulieris impuritas affricuiſſet; quid dicendum de illis, qui meretriciis illecebris inquinantur, & ſacra audent tractare?

Perſtricti, qui impurè pura ſacramenta tractant.

819.

Calices ex onychino formati. Acta.

Calices etiã ex onychino formabantur. In actis S. Berneuardi Epiſcopi Hildesheimẽſis hæc legũtur. *Fecit ad ſolemnem proceſſionem in præcipuis feſtis, Euangelia auro, & gemmis clariſſima, chymica materia quoque pretij, & ponderis magnifici: calices nihilominus plures, & vnum ex onychino, alterum verò cryſtallinum mirâ induſtriâ appoſuit.*

Calicum anſa. Chriſt.

Olim calices aliquando anſas habebant, quibus eleuarentur; huc ſpectant hæc Chriſtiani Archiepiſcopi Maguntini verba: *Habebat*, inquit, *idem calix duas anſas, quæ poterant manus replere leuantis, ſicut ſolent habere lapides mortarij.*

Lapidibus pretioſis ornati calices. Acta.

Lapidibus pretioſis ornabantur calices; ſeptuaginta duos vnicum calicem aliquando ornaſſe comperio; in actis ſancti Meinvvergi, quæ ex eius codicibus nuper prodierunt, hæc lego: *Iſte eſt autem ornatus, quem eodem monaſterio tradidit; calix aureus 8.72 lapidum decoratus ornatu.*

In alio ſancti Stephani paſſionem ſculptam obſeruo; ſequitur ibidem: *Calix fuſilis argenteus 30. marcarum, in quo opere paſſio ſancti Stephani Protomartyris continebatur.*

Calix gemmis exornatus. Acta.

Calicem gemmis exornatum habemus etiam in actis ſancti Abbonis Floriacenſis, vbi hæc leguntur: *Calicem aureum ex gemmis pretioſis à diuerſis Regibus illi miſſis valoris, vt aiunt, pluſquam quingentarum marcarum ad honorem domus Dei fieri curauit.*

820.

De calicum gemmis. Anast.

De calicibus gemmis ornatis hæc habet Anaſtaſius in vitâ ſancti Sylueſtri; addit gemmarum numerum calicum pondus: *Fecit calices aureos tres cum gemmis praſinis, & hiacynthinis ſinguli, qui habent gemmas 45. penſantes ſinguli libras 12.* & in vitâ Ioannis VII. *Hic fecit calicem aureum præcipuum penſantem libras viginti, quem & gemmis pretioſis decorauit*; & in vitâ ſancti Gregorij II. *Hic fecit calicem præcipuum diuerſis ornatum lapidibus pretioſis*; & in Leone III. *Hic fecit calicem aureum præcipuum diuerſis ornatum lapidibus pretioſis.*

Gemma cœlitus in calicem delapſa. Sur.

Pulchrior, ac pretioſior gemma ſancti Lupi Miſſam celebrantis calicem exornauit. Rem hîc dabo Anonymi auctoris, qui huius ſancti vitam conſcripſit, quæ apud Surium exſtat 1. Septembr. ſunt autem huiuſmodi: *Quodam Dominico die in Obordone prædio Euchariſtiæ myſterium illo conſecrante, coram Sacerdotibus, & leuitis gemma cœlitus labebatur in calicem inter manus illius, corporis, & ſanguinis Domini commixtionem celebrantis. Quæ gemma radio micante pulcherrima dici apud ſeniores conſeruata, Rege iubente, inter reliqua Sanctorum pignora in eius palatio repoſita eſt*; apparet hinc, quàm Chriſtus eum charum habuerit, inter cuius manus præclariſſimum edidit miraculum.

Calices, & ampulla à Carolo Imperatore oblata. S. Lugd.

De Carolo Magno Imperatore in epiſtolâ ſancti Ludgeri, quæ de ſancto Succibera eſt, ita ſcribitur: *Imperator Carolus obtulit duos aureos calices ex auro puro, & totidem ampullas eiuſdem auri cum multis alijs Eccleſiarum cleinodijs pretioſis, vt dum diuinum myſterium in Eccleſia VVerdenſi perageretur, cum eiſdem ipſius Imperatoris iugis fieret memoria.*

821.

Colæ quænam eſſent. Chriſt.

Colæ quænam eſſent, & quis earum vſus, apparet ex his Chriſtiani Archiepiſcopi Maguntini. *Colæ*, inquit, *argenteæ nouem, per quas vinum poterat colari, ſi neceſſe fuiſſet; præter eam quæ attinebat calici aureo, & hæc aurea erat.* Si quid igitur ſordium in

vinum incidiſſet colis vtebantur; vbi interim nota varias pro calicum varietate colas fuiſſe, argenteas quidem calicum argenteorum, auream verò aurei.

Fiſtulis Chriſti ſanguis hauriebatur. Idem.

Fiſtulis in ſumendo ſacro Domini ſanguine olim vtebantur; idem Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus: *Erant fiſtulæ quinque ad communicandum argenteæ deauratæ.*

Argentum Eccleſijs exhibitum vt calices conficerentur. Anonym.

De Innocentio tertio ait Anonymus auctor 7. ætatum, qui nondum lucem vidit: *Innocentius ſingulis Eccleſijs vnam libram argenti contulit, pro faciendis calicibus altarium.*

Calix, quo vſus in eucharisticâ cœnâ Chriſtus grandiuſculus ex aliquorum ſententiâ fuit. Marc. Vig.

Calicem, in quo vinum in cœnâ Chriſtus conſecrauit, grandem fuiſſe, vt plures ex illo bibere potuerint par eſt credere; huius cenſionis fuit etiam Marcus Vigerius, qui chorda 7. cap. 28. ita ſcribit: *Accepto calice, vas erat, quo bibere ſolebant in menſa communi; eſt porrò rationi conſentaneum hoc vas (cuiuſlibet figuræ fuiſſe credatur) fuiſſe grandiuſculum, vt de illo tot homines bibere poſſent.*

822. *Calix ad defuncti vmbilicum.* Acta.

De ſancto Binino primo Epiſcopo Doneſtrenſi, qui obiit circa annum Domini 640. ita ſcribit eius vitæ auctor: *Eius deinde auctor cùm ad digniorem locum transferendum eſſet, aperto ſepulchro inuentum eſt integrum cum duplici ſtolâ & infulâ rubrâ cum panno ſerico, atque cum cruce è metallo confectâ pectori eius impoſita, denique cum calice ad vmbilicum eius poſito.*

Imaginatus calix quiſnam diceretur. Flod.

Quia de calice hîc agimus, non erit ab re ſi exponamus, quid *imaginatus calix* ſit; Flodoardus in teſtamento ſancti Remigij ita loquitur: *Tibi heredi meæ Eccleſiæ ſuprà memoratæ iubeo turriculum, & imaginatum calicem fabricari, & epigrammata, quæ Laudum in argenteo ipſe dictaui, in hoc quoque conſcribi volo*; ſic ille. Imaginatum autem calicem dictum puto, imaginibus & figuris ſculptum. Porrò verſus illi, quos in eo ſcribi vult, hi ſunt, qui habentur eodem libr.

Hauriat hinc populus vitam de ſanguine ſacro,
Iniecto æternus quem fudit vulnere Chriſtus.
Remigius reddit Domino ſua vota Sacerdos.

de qua re ſuperiùs nonnulla tetigimus.

823. *Chriſti calix diligentem alienat & copulat Chriſto.* B. Laur. Iuſt.

Sicut quiſque hunc Chriſti calicem, hoc potu inebrietur, vt ſe à ſe alienet, in Chriſtum feratur, migret in Chriſtum; vinum ebibat, in quo non luxuria, ſed amor luxuriæ hoſtis, caſtitatis fons, ad hunc calicem, ad hoc poculum, ad hunc potum nos inuitabat Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtiâ: *Semel pro te datum eſt pretium, ſed poculum quotidie conſecratur, tibique apponitur, vt bibas. Bibas, inquam, vt inebrieris, non vino in quo eſt luxuria, ſed amore, ſed exultatione, ſed iubilo. Inebriat profectò calix iſte ſanguinis Domini, ex toto corde diligentem alienat à ſe, & copulat Chriſto, quem ſumit. Ipſum Dominum audi per Prophetam dicentem: Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. Fœcundum namque ſapientiâ, fœcundum virtutibus, moribus redimitum, & ſanctitate conſpicuum reddit cum dilectione bibentem.*

Noxius Poëtarum calix.

Noxius Poëtarum calix eſt, ex quo qui biberit mortem biberit, & interitum, calix aureus videatur, ſed venenum aut idololatriæ continet, aut inhoneſti ſermonis; Ier. 51. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram; de vino eius biberunt omnes gentes*; Origen. hom. 2. in Ierem. *Cognoſces quomodo vnuſquiſque Poëtarum, qui putantur diſertiſſimi;* CALICEM AVREVM *temperauerit, & in calicem aureum venenum iniecerit idololatriæ & venenum turpiloquij, venenum eorum, quæ animam hominis interimunt dogmatum*; & placere potuit iſte calix, in quo mortem bibebat, qui incautè illum ſiccabat.

Ier. 51.

Orig.

CAPVT XCVII.

De ſacris ſacrorum calicum patenis.

Calicibus ſua olim ſpecialéſque ampullæ *aſſignabantur.*
Calicum patenæ *gemmis exornatæ.*
Patena *per circuitum gemmis redimita.*
Gutta ſanguinis in patenâ.
Patenæ *ablutio.*
Saluatoris vultus *in patenâ.*
Patenæ anguli.
Chriſti vultus *in medio patenæ.*
Vitreæ patenæ *ante Sacerdotes à miniſtris delatæ.*
Argentea Conſtantini *patena.*
Cautum ne patena ad oſculum *populi offerretur.*
Quid calix, *quid* patena *ſignificet.*

CAlici cuilibet ſuæ aſſignabantur ampullæ; hinc illud Chriſtiani Archiepiſcopi Moguntini: *Erant calices 12. argentei deaurati omnes, eiuſdem ponderis cum patenis: cuilibet calici erant ſpeciales ampullæ argenteæ, & pyxis argentea ad hoſtias deputata.* Vbi vides & ſuas calicibus pyxides aſſignatas; huc etiam facit quod idem auctor addit paulo pòſt: *Præter hos calices erant tres aurei, in vno horum poterat celebrari, qui etiam ſuas habuit ampullas, & pyxidem ad hoſtias ex auro puriſſimo, & margaritis, & peram ad corporalia filis aureis inſertis miri operis, & decoris*; quod peram indicat calicem habuiſſe, cohæret cum illo, quod, paucis interiectis, ſubijcit: *Habebant autem calices alij ſuas peras ad corporalia ex purpura, & auriphrygijs adornatas.* 824.

Calicibus ſua olim ſpecialéſque ampullæ aſſignabantur. Chriſt.

Patenas olim gemmis exornari ſolitas non eſt quòd reuocetur in dubium, multorum auctorum loca id euincunt. Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Hormiſdæ: Patenam auream cum hyacinthis; Gregorius Turonenſis lib. 3. hiſt. Francorum cap. 10. *Chitdebertus Rex inter reliquos theſauros miniſteria Eccleſiarum pretioſiſſima detulit; nam ſexaginta calices, quindecim patenas, viginti Euangeliorum capſas detulit omnia ex auro puro, & gemmis pretioſis ornata.* Damaſus in Pontif. de Syluestro, cùm recenſet munera Eccleſiæ à Conſtantino oblata, ait: *Patenam argenteam auro incluſam cum gemmis.* Conradus Epiſcopus in chron. Maguntien. referens illius Eccleſiæ diuitem ſupellectilem ſcribit: *Huius patena talis erat latitudinis, & ſpiſſitudinis, quòd ipſi congruebat, & ipſa gemmis per circuitum decorata.*

Calicum patena gemmis exornata. Anaſt.

Patena quandoque gemmis per circuitum ornata videbatur; talis erat illa, cuius meminit Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus: *Huius calicis patena talis erat latitudinis, & ſpiſſitudinis, quòd ipſi calici congruebat, & ipſa gemmis per circuitum decorata*; & de alio calice idem auctor: *In cuius calicis pede per circuitum pretioſi erant lapides valde, & in patena circuitu lenibus eiuſdem operis ambiebat, & ipſe quidem gemmis pretioſis non carebat.*

Patena per circuitum gemmis redimita. Chriſt.

Pulchrior

825. *Gutta ſanguinis in patenâ.* Acta. *Patena ablutio.*

Pulchrior omnium gemma, quæ ornare patenam poſſunt, Chriſti ſanguis eſt. Dignum hîc eſt, quòd inſetatur illud, quod in vitâ Beati Norberti legitur. in appendice Monachorum Capenbergenſium ita ſeribitur: *Res apud Floreſſiam geſta eſt, cùm illic memorabilis pater diuina celebraret, in quibus nimirum exequendis ſe deuotiſſimum exhibere conſueuerat. Vidit repentè ante ipſam perceptionem in patenæ medio non modicam ſtillam ſanguinis Dominici rubentem. Vocatóque fratre Radulpho ſacriſtâ noſtro eius tunc Diacono: Vidéſne*, inquit, *frater, quod ego video? Video*, inquit, *Domine: cœpitque pro tanta rei magnitudine vbertim flere. Poſt cuius miraculi declarationem nobis deinceps patenam abluere mandatum eſt. Cœpitque apud nos huius obſeruantia conſuetudinis, cùm à nobis eatenus neſciretur.*

Saluatoris vultus in patenâ. Ioan. Diac.

Obſeruo & Saluatoris imaginem patenam præſetuliſſe, quin & Angelorum. De ſancto Athanaſio Epiſcopo Neapolitano tradit Ioannes Diaconus in eius vitâ, *ex argento feciſſe eum magnam patenam, ſculpentem in ea* VVLTVM SALVATORIS, *& Angelorum, quam intrinſecus auro perfudit.*

Patena anguli. Anaſt. *Chriſti vultus in medio patena.*

Patenæ angulos aliquando habebant, & in medio Chriſti vultum repræſentabant, & etiam aliorum. In vitâ Gregorij IV. ita ſcribit Anaſtaſius: *Hic præclarus, & venerabilis Pontifex diuinâ inſpiratione fretus fecit in Eccleſiâ Beati Marci Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis patenam octogonam exauratam habentem* IN MEDIO VVLTVM DOMINI NOSTRI, *& a duobus lateribus vultum ipſius Beati Marci, atque eiuſdem Præſulis per libras ſex. Simili modo, & calicem octogoni ſiudatum cum folijs exauratum ibidem obtulit penſ. libras ſex.*

826. *Vitrea patena ante Sacerdotes à miniſtris delata.* Anaſt.

Vitteæ patenæ olim ante Sacerdotes miniſtri deferebant, donec Epiſcopus Miſſas eelebtaret. Apertè Anaſtaſius Bibliothecarius in vitâ ſancti Zephetini: *Fecit*, inquit, *conſtitutum de Eccleſiâ, vt patenas vitreas ante Sacerdotes in Eccleſiâ miniſtri portarent, donec Epiſcopus Miſſas celebraret, ante ſe Sacerdotibus adſtantibus.*

Argentea Conſtantini patena. Anaſt.

De patenâ atgenteâ hæc habet Anaſtaſius in vitâ ſancti Syluestri: *Fecit Conſtantinus patenam argenteam auro cluſam cum gemmis, penſantem libras quinquaginta.*

Cautum ne patena ad oſculum populo offeretur. Acta Med.

Patena oſculanda populis offerebatut in Miſſæ ſaetificio, quod inhibuit ſanctus Carolus, ſub quo hoc ſtatutum editum, vt habetur in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis lib.3. tit.24. cap.32. *Ne patena cùm oblatio fit, ſed crux, aut ſacra aliqua imago offerentibus fidelibus ad oſculum præbeatur.*

Quid calix, quid patena ſignificent, quid corporalia, explicat Beatus Albert. tract. 3. de Miſſâ cap.4 *Calice*, inquit, *vtimur pro ſepulchro; patenâ pro lapide ad os monumenti poſito; pallis & corporalibus pro ſyndone, quo inuolutum fuit corpus Dominicum à ſancto Ioſeph pietatis officio, & hoc habentur metra iſta, ſcilicet:*

Ara crucis, tumulique calix, lapidiſque patena
Syndonis officium candida byſſus habet.

CAPVT XCVIII.

Quædam de ſacrificiis Gentilium, quædam de Gentilium victimis.

In Sacris, *quæ exhiberi non poterant*, ſimulabantur.

Cùm victimâ verâ deſtituerentur, farinaceam fictam *adhibebant*

Boue ex argillâ *confecto quis ſacrificauerit.*

Sacrificia ſubductis fructibus *facta.*

Sacris, & ſacrificijs in pœnam interdicere *Gentilium quoque mos.*

Vt ſuperis dijs libarent, *vt inferis.*

Etiam ex leui causâ *ſacrificia inſtaurata apud Romanos.*

In ſacrificijs aliqui obſeruabant, vt victima *videretur* annuere.

Sumptus *in Deorum ſacrificijs.*

Artificium opus *cur ſacrificaturi Pontifices prohibuerunt.*

Exiles, exiguáſque hoſtias *dijs offerendas quis ſtatuerit.*

In Deorum cultu cultra parſimonia.

Ab hoſtijs pili, *&* ſetæ *tollebantur.*

Ætas *in victimis religioſè obſeruata.*

Victimarum cornua *deaurata.*

Boues auratis cornibus *oblati.*

Tauri auratis cornibus *adornati.*

Ioui bos cornibus auro *decoratis oblatus.*

Apud Hebræos vituli cornua auro *obducta.*

Vitulus coronatus.

Hoſtiæ auratæ *à Gentilibus oblatæ.*

Bouum ſacrificium ſui; *ſuî oblatio.*

Victimas immolandas in ſe ipſo *quiſque habeo.*

DITIVS hoc argumentum eſt, quàm vt vnius capitis limitibus poſſit coërceri, ſed luculenter de hoc actum ab aliis, qui nos huic labori exemerunt, nos tamen hîc aliqua libamus, quæ nobis paſſim obſeruata, nec ab inſtituto noſtro aliena omnino viſa; ſaltem ex harum rerum recenſione id boni conſequemur, vt ex Gentilium tenebris appareat quantam, quámque neceſſariam nobis Dei Filius ſuo aduentu lucem inuexerit, qua denſas illas tenebras diſcuſſus ſit. 827.

In ſacris, quæ exhiberi non poterant ſimulabantur. Seru.

Apud antiquos Gentiles ſi quidpiam in ſacris fieri non poterat ſimulabantur, & pro verè præſtito ſimulatum habebatur; indicat hoc Seruius in lib.4. Æneidum: *In ſacris*, inquit, *quæ exhiberi non poterant*, SIMVLABANTVR, *& erant pro veris; huc facit illud quod ex Plutarcho ſtatim, obſeruo.*

Cùm victima vera deſtituerentur farinaceam fictam adhibebant. Plut.

Cùm vera victima deſtituerentur, farinaceam fictam olim admouebant aræ; certè id de nigrâ boue in Proſerpinæ feſto mactanda indicat Plutarchus in vitâ Luculli, vbi hoc quoque addit, ſolitam bouem iſti Deæ ali. *Videntur*, inquit, *Cyzicenos dij quoque probantes eorum fortitudinem, excitaſſe cum alijs perſpicuis ſignis, tum inſtante Proſerpinæ feſto. Qui quum nigrâ boue ad immolandum deficerentur, farinaceam fictam admouerunt aræ. Sacra vacca, quæ Deæ alebatur, trans fretum paſcebat cum reliquo armento Cyzicenorum. Hæc illo die armento relicto ad oppidum tranſiuit ſola, & ſe Sacris admouit.* 828.

Boue ex argilla confecto quis ſacrificauerit. S.Greg.Naz.

De ritu, quo Pythagoras dicitur ſacrificaſſe, ita ſeribit ſanctus Gregorius Nazianzenus ep.183. *Samium Pythagoram, hoc nomine laudibus efferunt,* quòd

quòd eum in eam neceſſitatem veniſſet, vt ſibi ſacrificandum eſſet, (quandoquidem alioqui ſacrificia minimè probabat) boue ex argilla confecto ſacrificium exoluit; quòd ſcilicet negaret mortua mortuis expianda: nam ita corpora appellabat.

Sacrificia ſubductis fructibus facta. Ariſt.

Sacrificia olim præcipuè ſubductis fructibus fiebant; hinc illud Ariſtotelis 8. ad Nicomach. *Antiqua ſacrificia, & conuentus fieri ſolita videntur poſt frugum collectionem, veluti quadam primitia; maximè enim ijs temporibus otiabantur.*

Sacris, & ſacrificijs in pœnam interdicere Gentilium quoque mos. Cæſar.

Sacris, & ſacrificiis in pœnam interdicere etiam Gentilium erat, quæ grauiſſima pœna putabatur, nollem id ab aliquo negatum, habet id firmantem Cæſarem lib. de bello Gall. his verbis: *Si quis aut priuatus, aut populus eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt: hac pœna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, ij numero impiorum, & ſceleratorum habentur; ab ijs omnes decedunt, aditum eorum, ſermonémque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque ijs petentibus ius redditur, neque bonos vllus communicatur.* Quî excommunicati, & à veri nominis veris ſacrificiis reiecti, vitari debeant, docet hic Gentilium mos.

829. *Vt ſuperis Dijs libarent, vt inferis.* Seru.

In Deorum ſacrificio hoc obſeruabant, vt Superis libarent, Inferis verò ſacrificantes, etiam vaſa in ignem mitterent. Seruius in 6. Æneidum: *Dijs ſuperis tantùm libabant, Inferis verò ſacrificantes etiam vaſa in ignem mittebant.*

Etiam ex leui causâ ſacrificia inſtaurata apud Romanos. Plut.

Romani non ex graui tantùm causâ ſacrificia inſtaurare conſueuerant, ſed etiam ex leui. Plutarchus in vitâ C. Marcij Coriolani ita ſcribit: *Sacrificia, ſupplicationéſque & ludos ſolent Romani non ſolùm ex tantâ occaſione, ſed ex minutulâ etiam inſtaurare. Si quidem ſi vnus equus thenſas ducentium elanguiſſet, itémque ſi leuâ manu prehendiſſet aurigâ habenas, ſupplicationem decernebant inſtaurandam.*

In ſacrificijs aliqui obſeruabant, vt victima videretur innuere. Myrt.

In victimis offerendis hoc ſuperſtitiosè aliqui obſeruabant, vt annuere ſacrificiis victima videretur. Myrtis lib. 2. rerum Leſbicarum: *Sacerdotes*, inquit, *aquam infundere in aurem victimæ conſueuerunt, vt illa annuat illis ſacrificijs.*

Sumptus in Deorum ſacrificijs vnde ſumerentur. Suid.

Sumptus, qui in Deorum ſacrificiis fiebant, vnde ſumerentur ab aliquibus, indicat Suidas, dum ait: *Vnicuique Deo aliquot agri iugera aſſignabant: è quorum locatione ſumptus fiebant in ſacrificia. Neque enim è religione, ſed è locatione rem diuinam faciebant.*

830. *Artificum opus cur ſacrificaturi Pontifices prohibuerint.* Seru.

Quî ſacrificaturi Pontifices artificum opera inhiberent, & in quem finem, explicat his verbis Seruius in Georg... *Sunt aliqua, quæ ſi feſtis diebus fiant, ferias polluant: quapropter & Pontifices ſacrificaturi, præmittere calatores ſuos ſolent, vt ſicubi viderint opifices adſidentes, opus ſuum prohibeant, ne pro negotio ſuo & ipſorum oculos, & cerimonias Deûm attaminent; feriæ enim opera Deorum credita ſunt. Sanè ferijs terram ferro tangi nefas eſt, quia feriæ Deorum causâ inſtituuntur, feſti dies hominum quoque.*

Exiles, exiguáſque hoſtias dijs offerendas quæ ſtatuerit, & cur. Plut.

Exiles, exiguáſque hoſtias diis offerendas ſtatuit Lycurgus, ne vnquam Deos colere hoſtiarum facilitate illecti deſinerent; ita de illo Plutarchus in eius vita: *Illud item de hoſtijs ad illum, qui percontabatur, quòd tam exiguas, & viles præſcripſiſſet, Ne vnquam, inquit, Deum intermittamus colere.*

In Deorum cultu culta parſimonia. Seru.

Obſeruandum eſt ab antiquis in Deorum culto cultam parſimoniam; Seruius hoc refert lib. 8. Æneid. *Libri*, inquit, *veterum tradunt à maioribus ſacrificando parſimoniam obſeruatam eſſe.*

Ab hoſtijs pili, & ſetæ tollebantur. Stat.

Olim ex hoſtiis pili, & ſetæ tollebantur in ſignum immolationis. Statius lib. 4. Thebaidum.

—— Iam iámque ardua ferro
Signati capita.

Interpres, *deſignata capita habentes, priùs enim ſeta tolluntur, aut lana aris imponitur, & ita quaſi deſignatur immolationis victima.*

831. *Ætas in victimis religiosè obſeruata.* Seru.

Ætas in victimis religiosè olim ſeruata; certè ſenio grauibus animantibus ſacrificabant cùm res citò, celeritérque finiri volebant minoribus, & creſcentibus, cùm res formandæ, & augendæ; notauit iſtuc Seruius in lib. 12. Æneidum: *In rebus*, inquit, *quas volebant finiri celeriùs, ſenibus, & iam decreſcentibus animalibus ſacrificabant. In rebus verò, quas augeri, & confirmari volebant, de minoribus, & adhuc creſcentibus immolabant.*

Victimarum cornua deaurata. Plin. Homer.

Quia de ſacrificiis agimus, ab inſtituto non longè aberam ſi morem illum illuſtrauero, quem olim cùm hoſtias in ſacrificiis mactarent, earum cornua auro exornabant; meminit huius ritûs Plinius lib. 33. cap. 3. *Deorum*, inquit, *honore in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt* AVRATIS CORNIBVS *hoſtiæ maiores dumtaxat immolarentur.* Ante Plinium Homerus Iliad. 10.

Tibi autem ego ſacrificando iuuencam
AVRVM CORNIBVS *circumfundens.*

Boues aurati cornibus oblati. Plut.

Boues qui offerebantur aurata cornua efferebant, vittiſque & ſertis redimiebantur. Plutarchus in vita L. Pauli Æmilij: *Secundùm hæc, victimas, boues domeſticos* AVRATIS CORNIBVS *centum viginti vittis, ſertiſque redimitos adoleſcentes duxerunt cinctis compti, quos pueri comitabantur aureas, & argenteas pateras ferentes.*

832. *Tauri aurati cornibus adornati.* Plut.

Tauros auratis cornibus adornatos idem auctor repræſentat in Apopbthegmatis in hæc verba: *Antiochus Iudæis cùm circumſideret Hieroſolymam, ad ſummum feſtum poſtulantibus dierum ſeptem inducias, non tantùm dedit has, verùm & tauros* AVRATIS CORNIBVS *adornatos thymiamatúmque, & odoramentorum ingentem vim ad portas deduxit, atque poſtquam eorum Sacerdotibus victimas tradidit, ipſe in caſtra eſt regreſſus, quem Iudæi admirati mox à feſto in fidem eius ſe permiſere.*

Ioui bos cornibus auro decoratis oblatus. Tertull.

Cornibus auro refertis bouem numinibus ſuis Gentiles obtuliſſe etiam Tertullianus docebat lib. de coronâ militis cap. 12. vbi oblationis formulam recenſet in hunc modum: *Ecce annua votorum nuncupatio; quid videtur? Prima in principijs, ſecunda in capitoliis; accipe, poſt loca, & verba. Hunc tibi iugiter bouem* CORNIBVS AVRO *decoratis vouemus eſſe futurum.*

Apud Hebræos vituli cornua auro obducta. Hebr. *Vitulus coronatus.*

Etiam apud Hebræos hic mos viguit, vt vitulum in Ieruſalem ducentes causâ ſacrificij, eius cornua auro exornarent, & coronâ redimirent, eáque ex hunc in מסכת ביכורים libro primitiarum hæc habentur: *Vitulus, quem conducebant cum illis ibat, cuius* CORNVA AVRO *ornata, & aptrata erant, & coronâ ex oliua redimitus erat.*

833. *Hoſtia aurea à Gentilibus oblata.* Macrob.

Hoſtias auratas vniuersè obtuliſſe Gentiles, probant hæc Macrobij verba 1. Saturn. cap. 17. *Decem viris præceptum eſt, vt Græco ritu hiſce hoſtiis ſacrum facerent, Apolline* BOVE AVRATO, *& capris duabus albis auratis, Latone boue fœminâ auratâ. Ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus.*

Bonum ſacrificium ſui ipſius oblatio.

Sed præſtat poſt recenſitam Gentilium in ſacrificiis inſaniam, rem vtili aliquo monito obſignare. Obſigno. Bonum, & gratum illud ſacrificium eſt, quo homo ſe ipſum Deo offert, ſe ipſum mactat; & quidem vel in vno homine multa ſacrificia, aras multas, multas victimas numerabat

Google

S.Paul.

merabat ſanctus Paulinus epiſt. 5. in hæc verba: *In pectore noſtro caſtum altare ponentes illa per legem iuſſa ſacrificijs animalia mactemus in vitijs, immolantes hircum cum peremptione peccati, in quo odor mortis eſt, cædentes taurum ſi deponamus ſuperbiam; ſacrificantes ouem ſi mollitudinem, & ignauiam in charitate non tepidi, & ſpiritu ferventes eijciamus. Offerentes in nobis & agnum, ſi immaculati viuamus: & vitulum ſi efficiamur malitiâ paruuli, vt vnius purum pudicitiâ, alterius ſtultum ſimplicitate referamus. Quale te ſacrificium Deum exhibere video in templo tui corporis, in ſacrario tui cordis, in immolatione tuæ carnis, in oblatione tuæ animæ. Immolas taurum cùm piâ humilitate depoſitus: ceruicem altam percuſſiſti timore diuino. Immolas hædum cùm omnia ſiniſtræ partis operâ iuſtitiæ ſectator interficis. Ouem iugulas cùm diligens operarius, ſtudioſúſque meditator diuinæ voluntatis, & legis, inertiam vitæ, & ignauiam quaſi pecus molle proſternis. Non eſt in victimarum inquiſitione aliquis laboret, habet in ſe ipſo quod offerat, mactandas hoſtias in ſe ipſo habet, quin & ipſe hoſtia eſſe poteſt.*

Victimas immolandas in ſe ipſo quiſque habet.

CAPVT XCIX.

Euchariſtici ſacrificij excellentia præ Iudæorum ſacrificiis.

Notati Iudæi, quòd in pecorum morte *ſalutem ſuam conſtituant.*

Cur circa tot ſacrificia *Deus Iudæos occupauerit.*

Vnius euchariſtici ſacrificij *excellentia ſacrificiorum multitudini præferenda, quæ apud Iudæos offerri ſolita.*

Ablata eſt multitudo ſacrificiorum *vt internæ ſanctitati vacaremus, in æternis non occupati.*

Euchariſticum ſacrificium cæteras oblationes *obruit.*

Antiqua ceſſauêre ſacrificia *ob euchariſtici excellentiam.*

Euchariſtici ſacrificij, & ſacramenti dignitatem *cur verbis non expreſſerit Chriſtus.*

Euchariſticum ſacrificium omnium ſacrificiorum apex.

Encomia *euchariſtici ſacrificij.*

Quædam alia ſacrificiorum *genera.*

Beneficentiæ *ſacrificium.*

Dei verba *populis prædicare quoddam ſacrificij genus.*

Eximium ſacrificium eſt mens, *quæ* pietati, *&* iuſtitiæ *ſtudio innititur.*

Sacrificium pingue fidei *pabulo nitidum, ac deuotionis alimoniâ ſaginatum.*

Scortatores *à ſacris expulſi apud prophanos.*

A Sanctuario abeant libidine *maculoſi.*

834.

Notati Iudæi, quòd in pecorum morte ſalutem ſuam conſtituant.
S. Zeno.

DE Iudæis, Iudæorúmque ſacrificiis ita ſentit ſanctus Zeno ſerm. 15. de Exodo: *Iudæos legitimum Paſcha celebrare non poſſe periti legis Deo ipſo loquente cognoſcite, à quo appellatur ſynagoga ſpelunca latronum: ſacerdotalis cathedra peſtilentia: ſacrificium canina mactatio: ieiunia odium, populus progenies viperarum. Poſt hæc quid præſumant, æſtimare non poſſum, homines, qui ſalutem ſuam in pecorum morte conſtituunt: cùm Deus poſtquam de Ægypto egreſſi ſunt, vbi imaginarium paſcha geſſerunt, dicat: Plenus ſum holocauſtomatis arietum, & pinguamine agnorum: quis enim hæc exquiſiuit de manibus veſtris?*

Cur circa tot ſacrificia Deus Hebræos occupauerit, explicat Tertullianus lib. 2. aduerſùs Marcionem cap. 18. *Sacrificiorum quoque onera, & operationum, & oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat (Hebræorum) quaſi Deus ſibi propriè talia deſiderauerit, &c. quis exquiſiuit iſta de manibus veſtris, &c. ſed illam Dei induſtriam ſentiat, quâ populum pronum in idololatriam, & transgreſſionem eiuſmodi officijs religioni ſuæ voluit aſtringere, quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur, vt ab eâ auocaret illos.*

Cur circa tot ſacrificia Deus Iudæos occupauerit.
Tertull.

Fuerint multa in veteri lege ſacrificia; pro illis multis vnum nos in nouâ habemus, quod omnia illa dignitate excedit, ibi multitudo ſacrificiorum ſingulorum inſufficientiam arguit, hîc vnius vnitas vnius perfectionem & excellentiam. Præclarè Beatus Algerus lib. 2. de Sacramentis cap. 3. *Multiplicitatem*, inquit, *ſacrificiorum veterum ſingularitate ſui ſacrificij abbreuians occupationem exteriorem nobis minuit, beneficiorum nobis gratiam multiplicauit, vno vnico ſuo ſacrificio, remiſſionem, redemptionémque peccatorum faciens, profectáque fidei, cæterarúmque virtutum ad vitam æternam perducens.* Abſcecuit multiplicitatem ſacrificiorum, vt exteriorem occupationem auferret, daretúrque nobis occaſio internæ ſanctitati vacandi; ſic idem auctor, nonnullis interiectis: *Carnalem nobis occupationem abſtulit extirpatâ multitudine ſacrificiorum veterum, vt mentem ſpiritualibus expediret, & animus variis occupatus in varia non diſtraheretur.*

Vnius euchariſtici ſacrificij excellentia ſacrificiorum multitudini præferenda, quæ apud Iudæos offerri ſolita.
B. Alger.

Ablata eſt multitudo ſacrificiorũ vt internæ ſanctitati vacaremus, in æternis nõ occupati.
Idem.

Vnum ſacrificium habemus, quod, vt ille loquitur, *cæterarum omnium hoſtiarum vim & dignitatem magnitudine ſuâ & præſtabili dignitate obruit. Hîc holocauſtum, hîc hoſtia pacifica, hîc propitiatorium ſacrificium continetur*; quod *Sol* inter ſidera, hoc inter cætera ſacrificia eſt euchariſticum. 835.

Euchariſticũ ſacrificium cæteras oblationes obruit.

Olim offerebant ſacrificia Iudæi, modò non offerunt, nec poſſunt, cùm templo careant, magnus victimarum numerus à Gentilibus ſuis falſis numinibus offerebantur, nunc omnia ferè ſacrificia ſunt abolita, hoc euchariſticum viget, quod ſuâ excellentiâ omnibus aliis ita præſtat vt apparere non debeant, debeant ceſſare; debere alia Deus voluit, vt in hoc tamen mentem, oculóſque coniiceremus, hoc ſolum amaremus, veneraremúrque. Doctè ſanctus Vincentius Ferrerus ſerm. in cœnâ Domini: *Modò nec Agareni, nec Iudæi, nec alij infideles habent aliquod ſacrificium, quia tanta eſt excellentia huius ſacrificij, quod Deus ſic permiſit, quòd fiat aliud ſacrificium in mundo.*

Antiqua ceſſauere ſacrificia ob euchariſtici excellentiam.
S.Vinc.Ferr.

Dedit ſe ipſum in Euchariſtiâ Chriſtus Ieſus, non potuit maius aliquid dare, quia nihil Deo maius eſt; & verò cùm Euangeliſtæ conſecratum panem dediſſe diſcipulis Chriſtum referunt porrexiſſe calicem, donum ipſum extuliſſe illum, qui illud donabant non referunt, nec huius muneris excellentiam, diuitiáſque celebraſſe; & quis nobis aptiùs poterit, quis pleniùs ſacramenti huius, & ſacrificij dignitatem ediſſerere, quàm ille ipſe, qui inſtituit? nihil tamen dixit de illo; cur ita? an quia non eſt quòd verbis extollatur cùm re ipsâ loquitur, munus deuenuſtat, qui munus exhibens commendat, & laudat. Audiri hîc poteſt Marcus Vigerius 836.

Euchariſtici ſacrificij, & ſacramenti dignitatem cur verbis nõ expreſſerit Chriſtus.
Marc.Vig.

Vigerius chordâ 7. cap. 30. qui ait: *Quoniam ineſt accipiendis muneribus erubeſcentia quædam, quam ſermo dantis augere ſolet, qui verbis munus extollunt, muneri ſuo detrahunt gratiam: quare Dominus Ieſus ſub modici panis, & vini ſpeciebus corpus, & ſanguinem ſuum Apoſtolis donans, quo poteſt paucioribus, & maxime ad rem facientibus verbis vtitur offerendo, donandóque ſe ipſum.*

Euchariſticũ ſacrificiũ omnium ſacrificiorum apex. Lud.Cr.

Nouum ſacrificium excogitauit Deus, cuius vmbra fuêre illa antiqua, ac veluti rudia quædam lineamenta; euchariſticam hanc oblationem, *apicem omnium ſacrificiorũ, Religionis florem*, quidam ex noſtris appellauit, qui hæc quoque in ſacrificij huius laudem, commendationémque addebat: *Vna oblatio deerat mundo, hæc ſufficit. Vnum iam illud habet Eccleſia Catholica ſacrificium: cuius odor ſuauitatis ſupra thuris pretioſum fumum, & Arabicæ meſſis copiam, & ſuffitum pigmentorum; penetrat nubes, & Dei paradiſum recreat, & parentem ſummum ſapit; hæretici, qui nefariâ mente hoc nobis inuident, tollunt ab Eccleſiâ præſtantiſſimum ornamentum, eximij honoris decus, animam fidei, pignus immortalitatis, ſanctimoniæ ocellum, deuoti animi teſtificationem, diuinæ gloriæ, & maieſtatis argumentum, ipſam denique religionem.*

Encomia euchariſtici ſacrificij.

837. *Quædam alia ſacrificiorum genera.* S.Chryſ.

Præter magnum illud & myſticum ſacrificium, ſunt etiam quædam alia, quæ licèt propriè ſacrificia non ſint, hoc tamen titulo à ſanctis Patribus donantur; plura nobis ſanctus Chryſoſtomus his verbis enumerat in Pſalm. 95. vbi poſt recenſita, & explicata ſacrificia, claudit: *Habes igitur primum ſacrificium illud ſalutare donum, ſecundum Martyrum, tertium deprecationis, quartum iubilationis, quintum iuſtitiæ, ſextum eleemoſynæ, ſeptimum laudis; octauum compunctionis, nonum humilitatis, decimum prædicationis, tametſi quiddam prætermiſi, quùm animo nouem enumerarim, putaui me tradidiſſe decem Quodnam igitur ſacrificij genus prætermiſſum eſt? Eſt decimum ſacrificium fructificationis, de quo loquitur Paulus: Accepi quæ à vobis miſſa ſunt per Epaphroditum, ſacrificium acceptabile in odorem ſuauitatis. Vides beneficentiam in Sanctis à Paulo vocari ſacrificium. Habes igitur varias ſacrificiorum formas, ſacrifica Deo ſacrificium laudis. Laudaui vos omnes fratres, imò potiùs omnes laudauitam, & ante omnia Deus, ſacrificium quod exhibuiſtis, loquor de beneficentiâ in pauperes: vt qui miſerti eſtis eorum qui in foro conculcabantur clamantes ad Deum, & per vos exauditi ſunt.*

Beneficentia ſacrificium. Idem.

Pendo illud *decimum prædicationis*; ſacrificium Deo offert, victimas mactat, qui Dei verba populorum auribus exhibet; hinc illud ſancti Fulgentij ſerm. 10. ex iis, qui nouiſſimè prodierunt: *Dum ſanctæ prædicationis altiſſimum conſcendimus thronum, veſtris immolaturi ſenſibus verbi Dominici ſacrificium.*

Dei verba populis prædicare quoddã ſacrificij genus. S. Fulg.

838. *Eximium ſacrificium eſt mens quæ pietati, & iuſtitiæ ſtudio nititur.* S. Baſil.

Optimum ſacrificium eſt mens iuſtitiæ operibus, pietatíſque artibus dicata. Huc flecto illud ſancti Baſilij epiſt. 87. *Perpetuò Deus ſacrificium, non quaſi eo egeat, meo arbitratu, quærit, magis verò ſacrificium illud admittit, vt magnificum ac pretioſum, mentem videlicet, quæ pietatis, ac iuſtitiæ ſtudio nititur.*

Sacrificium pingue fidei pabulo nitidũ ac deuotionis alimoniâ ſaginatum. S. Ambr.

Pingue ſacrificium quódnam ſit, qualis in eo pinguedo comprobetur, explicat ſanctus Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 5. dum ait: *Et holocauſtum tuum pingueſiat; hoc docens acceptabile eſſe ſacrificium, quod pingue, quod nitidum, & quodam pabulo fidei, ac deuotionis, vbique cœleſtis vberiore alimoniâ ſaginatum.* Redeo ad euchariſticum ſacrificium, & ſalutari monito tem deſiuio.

Euchariſtici ſacrificij Miniſtri eâ puritate niteant, vt ex parte aliqua illius dignitati, & excellentiæ reſpondeant, pura purè tractent. Vel à falſorum numinum ſacris, eorúmque participatione amouebantur ſcortatores; hinc illud apud Libanium tom. 2. orat. 35. *Non licet ijs, qui ſcortati fuerint, participare ſacris*; quod iuſtiùs veri numinis veris Sacerdotibus indici debet; hinc illud illius magni auctoris: *Abeant è ſanctuario nequitiâ, & libidine maculoſi. Ab arâ, & propitiatorio longiſſimè remoueantur, ne cum Ozâ concidant, dénique iuſtas iniuſtitiæ ſuæ, & temeritatis pœnas.*

Scortatores à ſacris apud expulſi apud prophanos. Liban.

Egimus de euchariſtico ſacrificio, agendum nobis eſt & de Sacerdotibus, qui illud Deo offerunt, nexus ſacrificij, & Sacerdotum non patitur nos iſtos ab illo abiungere, illud ab iſtis denectere; ſacris igitur myſtis aliqua capita, excurſus aliqoos ſacrabimus, quod argumentum exigebat, quod verſamus, fors & pij Lectoris votum.

A Sanctuario abeant libidine maculoſi. Anon.

CAPVT C.

Quis duplex Sacerdotum honor.

Duplex honor *quid.*
Duplex *de magno.*
Gemina Ceres *pro magnâ, & obeſâ.*
Honor duplex *de magno.*
Duplicia accipere *pro ingentia, & magnifica.*
Confuſio duplex *quænam dicatur.*
Duplex contritio *eâdem notione.*
Spelunca duplex *cur dicta.*
Argentum duplex *de copioſo.*
Duplicia peccata *recipere quid ſit.*

DE Preſbyteris, qui ritè ſuo funguntur munere, loquens Apoſtolus, ait duplici eſſe honore dignos, ſic enim ille habet in epiſtolâ ad Timotheum primâ cap. 5. v. 17. *Qui bene præſunt Preſbyteri, duplici honore digni habeantur.* Non exiguum duplex hic honor negotium Interpretibus faceſſiuit; qui laborant in explicando in quo ſitus geminus hic honor ſit, Lyranus ſic exponit: *Honor duplex eſt, vt eis exhibeatur reuerentia, & adminiſtrentur neceſſaria.* Gloſſa in hunc modum: *Duplici honore; boni diſpenſatores, & fideles non ſolùm honore ſublimi præueniri debent, ſed & terreno, vt non contriſtentur indigentiâ ſumptuum, & gaudeant obedientia ſpiritualium.* Theophylactus, *Duplici autem honore dixit viduarum reſpectu, vel Diaconorum.* 839.

Duplex honor quid. 1.Tim 5.17. Lyran. Gloſſ. Theoph.

Hi omnes explicatus litteræ ſunt cohærentes, nec vllus facilè expungi debet; ego tamen putabam cùm duplex apud bonos auctores *magnum, ingénſque* ſignificet, duplicem honorem, eximium eſſe, ac magnum; nec valde laborandum in duplicis honoris aſſignatione; nollem aliquibus hanc explicationem diſplicuiſſe, ne cogerer eam hîc ab omni notâ vindicare; vindico tamen ne veritati præiudicium fiat, vtque eâdem operâ multis aliis ſacrarum litterarum locis lux inmittatur.

Et in primis *duplex* de magno dici, non eſt adeò inſolens, & peregrinum, vt multis in rei probatione ſit laborandum; hæc huius nominis notio nota pleriſque eſt, quin & notata. 840.

Duplex de magno.

Horatius

Horat.

Horatius lib. 2. Satyr. 2. hoc ſenſu extulit, cùm cecinit,

Et nux ornabat menſam cum DVPLICE FICV.

Quis hic numerum reſpiciat, non potiùs magnitudinem? quis ornatus à gemino ficu? Rectè Turnebus lib. 3. Aduerſar. cap. 1. per duplicem ficum putat *maiorem* ſignificari, & qui *mariſca* vocabatur.

Veget.

Vegetius lib. 1. ad hunc eundem ſenſum ait: *Addiſque nouem* DVPLICES FICVS; & iterum: *ficus duplices viginti*, id eſt, grandiores, ac maiores.

Virg.

Virgilius eâdem notione idem nomen vſurpauit 1. Georg.

—— DVPLICI *dentalia dorſo.*

id eſt, *magno, grandi*, vt interpretes notauêre.

Idem 3. Georg.

—— DVPLEX *agitur per lumbos ſpina.*

Craſſam, latam, ac ingentis magnitudinis ſpinam equi ſignificare volens, vt monuit idem

Turneb.

Turnebus lib. 17. Aduerſ. cap. 35.

Pind.

Etiam Pindarus Ode 6. Olymp. hoc eodem ſenſu, idem adhibuit nomen, dum ait:

Θησαυρὸν δίδυμον

μαντιοσύνας. id eſt,

Dedit theſaurum DVPLICEM *diuinationis.*

quod de *magno* nobilis Scholiaſtes intellexit.

Gemina ceres pro magnâ, & obeſâ.
Lucret.

Lucretius lib. 4. *Geminam Cererem* vocat, id eſt, *magnam*, & obæſam.

At GEMINA, *& mammoſa Ceres eſt ipſa ab Iaccho.*

Honor duplex de magno.

Alia loca ex prophanâ ſcholâ non offero, hæc ſatis rei firmandæ, & ſenſui, quem attulimus, muniendo, præſertim cùm accedat aliorum quoque auctoritas; nam honorem duplicē Apoſtolorum in producto loco magnum eſſe, eximiúmque, magni quoque Patres notauêre; Theophylactus

Theoph.

licèt duplicem pro duplici expoſuerit, pro multo, & magno quoque accipi poſſe indicat, dum ſubdit; *vel* DVPLICI *pro multo.* Apertiùs id habet ſanctus Chryſoſtomus hom. 15. in cap. 5. epiſt. 1. ad Timoth. vbi hæc Apoſtoli verba explicans, ait: *An* DVPLICI *pro eo poſitum eſt, quod eſt* MAGNO? Theodoretus quoque à nobis eſt ad hæc verba; & verò ſic maiorem vim ſententia hæc habere videtur, ſi duplicem honorem de magno accipiamus, non de gemino. licèt nec iſte ſenſus expungi debeat, cùm magnis quoque Auctoribus probetur.

S.Chryſ.

Theod.

841. Ex his, quæ diximus, procliue erit ad alia ſacra Scripturæ loca nudanda accedere, quibus neſcio quid caliginis nomen duplex videtur afferre; Iſaiæ 40. 2. *Suſcepit de manu Domini duplicia*; id eſt, magna, & ingentia; ſuccinit Iſidorus Clarus, dum ait: *Suſcepit de manu Domini* DVPLICIA, *hoc eſt, magnifica, & incomprehenſa, vt hic ſit Hebraiſmus.* Sanctus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 19. ita legit hunc locum: *Recepit de manu Domini duplicia peccata ſua*; & addit: *Quàm citò dixit plenitudinem dilectionis ſolutionem eſſe peccati, & repetiuit cauſam conſolationis eo maius eſſe reconciliationis inſigne, quò numeratior fuerit pœna, quàm culpa.*

Duplicia accipere, pro ingētia, & magnifica
Iſa. 40. 2.
Iſid. Clar.
S. Ambr.

Confuſio duplex quanam dicatur.
Iſa. 61. 7.
Lyran.

Eiuſdem Prophetæ verba cap. 61. v. 7. huc quoque accerſenda, dum ait: *Pro confuſione veſtrâ duplici, & rubore laudabunt partem eorum*; Lyranus per duplicem Sacerdotum confuſionem, illorum malitiam intelligit, & populi, vt ſui, & populi cauſâ confuſionem paterentur; ſic enim habet: *Pro confuſione veſtrâ duplici; iſtud refertur ad tempus primitiuæ Eccleſiæ, in quo qui populo prælatus præficiebatur, primus ad tormenta ducebatur, & duplex malitia eis imponebatur, quòd eſſent in ſe ſacrilegi, & quòd ab eis alij eſſent decepti, & ſic grauius puniebantur*; ſic intelligit quoque quod ſtatim ſequitur; *propter hoc in terrâ ſuâ duplicia poſſidebunt*, id eſt, inquit, *duplicem gloriam, animæ ſcilicet, & corporis.* Sic ille.

Sed in vtraque ſententiâ duplex de magna exponi cohærenter poteſt; vt confuſio, ſeu pudor duplex ſit ingens, & magnus, & duplicia poſſidere ſit grandia, & ingentia; huc ſiſtenda doctiſſimi Foretij explicatio, qui hunc locum exponens, ait: *Pro* Foret.
confuſione, ſeu pudore veſtro duplici: DVPLEX *autem ſolet interdum vocare Hebraiſmus, quod forte, ſolidum,* MAGNVM, *latum, ac conſtans eſt, duplex enim contritio eſt valida, & ingens, & duplex honor, & magnus honor*; quibus poſtremis verbis firmat, quæ de duplici honore ad Apoſtoli locum diximus.

Non aliò flecterem illud Ieremiæ c. 17. *Duplici* 842.
contritione contere eos. id eſt, *magnâ, ingenti*, vt aliis quoque video placuiſſe; nec eſt quòd geminæ contritionis modum ſolicitè inueſtigemus, cùm vna quæ magna, duplex dici queat.

Duplex contritio eâdem notione.
Ier. 17.

Zacharias hac eadem luce donandus, dum c. 9. Zach. 9. 12.
v. 12. ait: *Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi*; id eſt, præmia, aut gaudia multo maiora, quàm fuerunt labores; *ſicut Latini*, inquit hîc Ribera, Riber.
decumana vocant, quæ magna ſunt, ita Hebræi duplicia; licèt non Hebræorum tantùm hæc phraſis, ſed Latinorum quoque, ac Græcorum, vt ex his dilucet, quæ hucuſque produximus.

Fuit, qui hac explicatione illa Eliſæi verba donauerit 4. Reg. 2. v. 9. *Fiat ſpiritus tuus duplex in me*; 4. Reg. 2. 9.
id eſt, *magnus*; licèt communiter duplex in vſitata notione ſumatur.

Illud quoque quod de ſpelunca duplici habet 843.
Moſes Gen. 23. v. 9. huc fors vocari poteſt: *vt det mihi ſpeluncam duplicem*, ſeu, vt alij vertunt, *duplicitatis.* Oleaſter coniecturam ſuam ſubiicit, dum ait: *Quare autem ſpelunca illa dicatur duplicitatis incertum eſt; & fortè erat duplex, ſeu duæ.* Ita etiam Lyranus: *Dicitur autem ſpelunca iſta fuiſſe duplex, quia ſecundùm aliquos ibi erat duplex ædificatio, vna inferior, & altera ſuperior; ſecundùm alios dicitur duplex, quia licèt eſſent in eadem æqualitate, tamen in vna ponebantur viri, & in aliâ vxores.* Coniecturam hic meam interponam, ſed coniecturam; vt duplex ſpelunca ſit grandis, lata, quo ſenſu & propliano auctori *nemus duplex*, magnum dictum eſt. Martialis lib. 2. Mart.
epigr. 14. ſic ait,

Spelunca duplex cur dicta.
Gen. 23. 9.
Oleaſt.
Lyran.

Illinc Pompeij dona, nemus DVPLEX.

vbi Domitius interpres; *duplex, id eſt, latum.*

Spelunca duplex erit lata, & ſpatioſa, aut certè flexuoſa, vt exponit ſanctus Dorotheus in vita S. Doroth.
Prophetarum in Ezechielem, ſic enim ille ſcribit: *Eſt autem ſepulchrum illud ſpelunca duplex, nam Abraham in Hebron ad ſimilitudinem eius Saræ ſepulturam fecit, dicitur autem* DVPLEX, *propterea quod flexuoſa eſt; & abdita ſupra planum, ac tellurem edita, & in petrâ quadam ſuſpenſa.*

Tandem verba illa apud Iob cap. 22. v. 25. *Erit* 844.
omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Vatablus legebat; *argentum duplex erit tibi*, id eſt, copioſum, vnde & R. Moſe habet, *Argentum tibi tanquam montes*; Origenes homil. 12. in Ieremiam duplicia peccata ſic interpretatur: *Expone & id quod ſequitur: duplices iniuſtitias eorum. Eſto quippe recipio mea peccata, vt compleatur id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Cur verò duplicia recipio peccata? cui reſpondendum eſt, quia ſeruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, plagis vapulabit multis.* Poſſem alia multa loca his affinia conuehere, quæ *duplicis* notione ſua luce nectere ntur, ſed quia

Argentum duplex de copioſo.
Iob 22.
Vatabl.
Duplicia peccata recipere quid ſit.
Orig.

vocot ad alia, hæc quæ nobis dicta ſatis inſtituto noſtro eruot,ſatis & eruditi lectoris voto; ad Sacetdotes, Sacerdotúmque characteres, quorum cauſâ præmiſſa ptoduximus,accedendum eſt.

EXCVRSVS LIV.

Sacerdotis dignitas, dignitatibus omnibus ſuperior,& magis honoranda.

Sacerdotes Regibus *præferendi.*
Reges *Sacerdotibus ſubiecti.*
Quantum Angelus ſtellæ *præſtat, tantum præſtant* Regibus *Sacerdotes.*
Lumen ſuum *à Sacerdotibus mutuant Reges,vt à ſole Luna.*
Tantum diſtare debet à probis viris *Sacerdos,quantum* cœlum *à terrâ.*
Sacerdotum influxus *in alios.*
Sacerdotum dignitas *Paulum in admirationem rapuit*
Adeò eximia *ſacerdotalis* dignitas, *vt ab eâ ſ. quior ſexus ſit excluſus.*
Sacerdotium regnum *excedit, vt ſpiritus carnem.*
Quanta ſublimitatis *ſit euchariſticum panem in poteſtate habere.*
Sacerdotes Eccleſiæ corona.
Sacerdotes Eccleſiæ lucernæ, *quibus alij ad virtutis officium excitantur.*
Sacerdotes ferè pluſquam homines.

845. MAgna Regnm dignitas licèr ſit,magna principum virorum ſublimitas, & excellentia, ſi tamen ſacerdotali dignitati comparentur, vix apparet dignitas. *Habemus nos Sacerdotes*, inquit ſanctos Ambroſius in exhortat. ad Virg. *nobilitatem præfecturis, & conſulatibus præferendam, habemus, inquam,fidei dignitatet,quæ perire non nouerum*; & S.Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt.127. *Quòd ſacerdotium regno præſtantius ſit neminem ignorare arbitror.*

Sacerdotes Regibus præferendi.
S.Ambr.
S.Iſid.Pel.

Olim in veſtis ſacerdotalis orâ apponebantut iuxta tintinnabula etiam malogranata; Exod. 28. v.34.malogranata corona,vt multi notauère,Regum ſymbolom ſunt;ſed in Sacerdotis fimbriâ ponuntur,vt ſciant Reges ſe Sacerdotibus ſubiectos, & ſatis eſſe ſi ad eorum pedes locentur.

Reges Sacerdotibus ſubiecti.

Pergunt ad Chriſtum Reges, ab Oriente dueit eos ſtella, ſtella dirigit, quia nondum ſe Chriſto obtulerant,aut ſua; Chtiſtum tandem inueniont, adorant, venerantur, & munera offerunt, ac ſi Sacerdotis munere ſungerentur, non amplios eos ſtellis docet Deus, docet Angelo, aut ſe ipſo, in ſomnis monentur,ne redirent ad Herodem, Matthæi 2.cut qui priùs ſtellâ ducuntut, nunc Angelo?An quia priùs Reges tantùm erant, poſtea Sacerdotis munos munerum oblatione functi ſunt, ac ſi quanto Angelus ſtellæ præſtat,tanto Sacerdotis dignitas Regibus præſtaret. Accinit ſanctus Chryſoſtomus hom.7. in Matthæum; *Magi*, inquit, *priuſquam puerum cernerent, vndique illis opponebantur timores,conturbationes,atque diſcrimina,poſtquam verò adorarunt,ſecuritas, & tranquillitas eſt ſubſequuta,nec iam ſtella eos, ſed Angelus ſuſcipit,quia ſcilicet adorando facti fuerunt Sacerdotes cum ſupplicatione,& cum muneribus oblatis*; quaſi quanto Angelus nobilior eſt quàm ſtella,tanto maior Sacerdotibus quàm Regibus honor debeatur. Pende quàm honorari Sacerdotes ſuos velit Deus, qui non aurum, & thus, myrrhámque offerunt, ſed Domini corpus ore ſancto cõficiunt,offerúntque.

Quantũ Angelus ſtellæ præſtat,tantũ præſtant Regibus Sacerdotes.
Matth.2.
S.Chryſ.

Splendeat licèt regia dignitas, niſi tamen lumen ſuum à Sacerdotibus Sacerdotum reuerentiâ, ac honore accipiat,ferè lumine deſtituitur;condidit mundi Rector duo mundi luminaria,luminare maius,& luminare minus, Gen.1.v.16. Luminare minus à maiori lumen mutuat, & Regia maieſtas à ſacerdotio. Huc voco illud B.Helredi ſerm.10. in Iſaiam: *Sunt in ſanctæ Eccleſiæ firmamento à Domino creata duo luminaria, Sacerdotium, & Regnum, luminare maius ſacerdotium, luminare minus Regnum.* O quàm lucerent Reges ſi tanquam luna lumen ſuum à ſacerdotio velut à ſole reciperent, vt eos venerarentur,à quibus illuſtrantur.Luminare maius ſunt Sacerdotes, qui lumen ſuum communicare aliis debent, & in omnes homines influere, & ad pietatem,vt ita dicam,fouere,ac nutrire. 846.

Lumen ſuum à Sacerdotibus mutuant Reges, vt à Sole Luna.
Gen 1.16.
B.Helred.

Sacerdotes ſi cæteris hominibus comparentur, ſic ſe habent, non ſecus ac ſi cœlum conferatur terræ; ſit magnus quiſpiam,ſit probus,iuſtos,Sacerdoti tamen, qui verè Sacerdotis munus & officio, & moribus ſuſtineat, conferri haud poteſt, nedum pariari. Præiuit S.Iſidorus Peluſiota lib.2. epiſt.205. *Tantum*,inquit,*inter Sacerdotem,& quemlibet probum virum intereſſe debet, quantum inter cœlum, & terram diſcriminis eſt*; ſicut autem cœlum terrâ nobilius,ac præſtantius eſt,& eam ſuis influxibus fouet, & eius pulchritudinis, venuſtatis, vbertatiſque eſt potiſſima cauſa,ita & Sacerdotes cæteris hominibus præſtant,vt in eos influant,iiſque ſanctitatis, ac perfectionis ſpiritum veluti inhalent.

Tantum diſtare debet à probis viris Sacerdos,quãtum cœlum à terrâ.
S.Iſid.Pel.
Sacerdotum influxus in alios.

In cœlum raptus Paulus, raptus poſtea in ſtuporem eſt Dei iudicia admirans; hinc illa illius verba Rom.11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!* Quid miraris Paule?quid te in ſtuporem rapit?Vidiſti in cœlũ euectus, quæ non licet homini videre,audiſti quæ non licet homini loqui,& terræ redditus inuenire aliquid potuiſti,quod admirationem tuam in ſtuporem vertat?quod iſtuc tam magnum, tam excellens? Rem nobis ediſſere, an ſtupes Regum ſplendorem, diuitiarum copiam, magnificentiam?exilia hæc omnia,& nihil,Apoſtoli meoti inania omnia,nec digna quæ ſpectentur,in gloria omnis gloria Paulo, quæ terrenos ambire Reges ſolet; quid igitur ſtupens ait: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei!* In quo Deus ſapientiam ſuam oſtendit,ſcientiam ſuam demonſtrat?In hac mundi machinâ,ordine,pulchritudine,varietate?etiam in his,ſed non ſtupet ob iſta Paulus;altiùs rapitur,ſublimiùs euolat;quò?ad cœli pulchritudinẽ, decorem?nec iſtuc admiratur Paulus, maior cœlo, vaſtiórque; quid igitur,num Angelos,Cherubim,Seraphim?in quibus creandis Dei ſapientia, omnipotentiáque maximè elucet,quæ tã nobiles ſpiritus produxit, nec iſtuc ſtupet Apoſtolus; altiùs adhuc fertur; quò? Ad ſacerdotium, ad Sacerdotes? Solum iſtuc,ſolum iſti in admirationem rapere Paulum potuêre, & illius ſublimitatem, & excellentiam, iſtorum felicitatem,& honorem explicare cùm dignè non poſſet,admirans exclamauit: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ,& ſciẽtiæ Dei!* Num im alicui videatur huc in his verbis Apoſtolum reſpexiſſe; & aut alienè, aut coactè ad hunc ſenſum eius verba vocari, 847.

Sacerdotis dignitas Paulũ in admirationem rapuit.
Rom.11.

non

non eſt tamen nouum, non eſt coactum. Ab hac notâ nos libetat ſanctus Ephræmus Syrus tract.de Sacerdotio, vbi hæc ad hanc mentem, ac ſenſum habet. *Excedit quippè intellectum, & orationem, omnémque cogitationem donum altitudinis dignitatis ſacerdotalis. Et, ſicut arbitror, hoc eſt quod Paulus quaſi in ſtuporem mentis actus innuit, exclamans, O altitudo diuitiarum ſapientia, & ſcientia Dei incomprehenſibilis, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles diuina via eius!* Hactenus ille.

S.Ephræm.

848. Adeò eximia ſacerdotalis dignitas eſt, vt ab eâ fœmina excludatur, quæ inte ipſo, & naturâ ſubiecta eſt; mulier Regina eſſe poteſt, Sacerdotis muneta fungi non poteſt; ineptè in hac Cataphryges, & Priſcilliani, apud quos, vt ait Epiphanius, *mulieres Epiſcopi ſunt, & Presbyteri, & ad cateros gradus alligantur*; ſequioris ſexus humilitas tantæ altitudini hand par eſt.

Adeò eximia ſacerdotalis dignitas, vt ab ea ſequior ſexus ſit excluſus.
S Epiph.

Si quis dicat ita Regum dignitatem excedere ſacerdotium, ſicut ſpiritus carnem excedit, non excedet limites veritatis, habebit præeũtem ſanctum Chryſoſt. Sacerdotium ſic efferebat lib 3 de ſacerdotio: *Tanto*, inquit, *eſt ſuperius regno ſacerdotium, quantum eſt inter ſpiritum, & carnem interu ллum*; tantum ſpiritum ſe teferre Sacerdotes oſtendat vitâ ſpirituali, vt ab omni carnis affectu abiunctâ.

Sacerdotium regnum excedit, vt ſpiritus carnem.
S.Chryſ.

De illo, qui regiis epulis præerat, ait ſanctus Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 7. *Sublimem ſe eſſe credebat, quia in poteſtatem habebat panem regium*, ſublimiores noſtri ſe putent Sacerdotes, quibus non panis regius, qui perituтus creditur, ſed cœleſtis, & minimè periturus.

Quanta ſublimitatis ſit euchariſticũ panem in poteſtate habere.
S. Ambr.

849. Reges ab Eccleſiâ coronantor, Sacerdotes Eccleſiæ corona ſunt; hoc titulo donantur apud ſanctum Clementem in conſtit. lib. 2. c. 28. vbi Apoſtoli aiunt Presbyterum eſſe τ Ἐκκλησίας ςέφανον, *Eccleſia coronam*, vt regni, quo Eccleſia ſuos regit, inſigne ſint Sacerdotes, per quos & ipſis Regibus Eccleſia dominatur, Regéſque ſibi ſubditos facit.

Sacerdotes Eccleſia corona.
S.Clem.

Principes viri, & Reges lumen ab Eccleſia recipiunt, Sacerdotes Eccleſiæ lumina ſunt; certè ſanctus Hilarius in Pſalm. 138. Sacerdotes *Eccleſia lumina* dixit, quia, vt alius ait, *Sacerdotes ſunt familia Dei lucerna, quarum ſplendore omnes recreentur, & ad genus omne officij, & virtutis excitentur*; qui nulla virtutis, probitatis, ac doctrinæ laude lucet, vix Sacerdotis nomen meretur.

Sacerdotes Eccleſia lucerna, quibus alij ad virtutis officium excitantur.
S.Hilar.
Anon.

Denique pluſquam homo eſt, qui Sacerdotis honote eſt inſignis; huic Theophanes Nicænus epiſt. 3. aiebat, Presbyterum eſſe debere, *diuinum, atque cœleſtem, qui aliorum hominum conditionem longè prateruehatur*; Deo ipſi ſimillimus, cuius vices in tertis gerit; ſanctus quoque Gregorius Nazianzenus orat. 1. eos tantùm ſacerdotio dignos eſſe putat, qui ſicut hominibus ipſis ſuperiores, ea virtute præditi, eâ coniunctione cum Deo copulati, vt vix de numero mortalium cenſeantur.

Sacerdotes ferè pluſquã homines
S.Theoph.
S.Greg.Naz.

EXCVRSVS. LV.

Sacerdotes vt honorandi.

Honor *Dei miniſtris exhibitus in Deum reſilit.*
Singulare *in hac re* exemplum.
Sacerdotes, qui nos cœlo pepererunt, *magis quàm* patres *honorandi, qui nos mundo genuerunt.*
Sacerdotes Domini ſecretarij, *Chriſto nos generant, Chriſto nutriunt.*
Per parentes carnales originali *peccato alligamur, per Sacerdotes* à peccatis *abſoluimur.*
Parentes *nobis cœlum clauſerunt*, Sacerdotes *aperiunt.*
Sacerdotis lingua *cœli clauis.*
Sacerdotum cultus, *&* honor.
Sacerdotes ad labores, *erant primi, à labore recedunt poſtremi.*
Sacerdotum honor.
Sacerdotes, & quicquid ab illis aliorum munimen, *&* protectio.
Et illud quod calcant Sacerdotes venerandum.
Sacerdotes ſub Sacerdotum nomine *non arguens Chriſtus proſcindendos nõ eſſe docuit.*
Nemo Sacerdotes detractionibus *deturpet.*
Sacerdotum luxus, *&* deliciarum amor *quò ſe porrexerit.*
Sacerdotum lapſus *quantum fieri poteſt occultandi.*
Cum Sacerdotibus nemo facilè contendat.
Ad Sacerdotum pedes *agrorum pretia delata, Sacerdotes honorandos indicant.*
Res mira de metallis, *qua euanuerunt ob occiſos Sacerdotes.*
Sacerdotij theſaurus.

SAcerdotes ſummo eſſe honore colendos omnium gentium conſuetudo probauit; omnium fuit nationum mens, quæ licèt in Dei cultu aberrarent, cùm falſa numina venerarentur, in hoc non aberrabant, Dei cultores honorantes, tamquam honor Miniſtris exhibitus in Deum ipſum reſiliret; quod iuſtiùs in viros veri numinis Sacerdotes præſtãdum nemo niſi impius ambiget. Pulchre Baſilius Imperator c. 3. *Honora Eccleſiam Dei, vt tu viciſſim a Deo in honore habeâre, & Sacerdotes eius venerêre tamquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis apud Deum*; HONOR ENIM QVI SACERDOTIBVS HABETVR, AD DEVM REFERTVR; *quemadmodum autem honor qui eis habetur ad Deum pertinet, ita eorum contumelia, & contemptus longè etiam grauius eius iram prouocat.* Digna Imperatoriâ Maieſtate ſententia; vtinam hanc eandem mentem Reges, Principéſque viri exhiberent, maiores futuri ſi ſe minores Sacerdotibus cogitarent, & Sacerdotibus ſubiicerent. Conuallus Scotorum Rex, vt refert Boëth. lib. 9. nullum Sacerdotem ſine reuerentia eſt alloquutus; paria præſtiterunt, qui pietatis, & religionis inſigne ſua diademata exornauerunt. 850.

Honor Dei miniſtris exhibitus in Deum reſilit.
Baſil.Imp.
Singulare in hac re exemplum.
H Boëth.

Patres honorandi ſunt, qui nos mundo pepererunt, cur non magis Sacerdotes, qui nos Chriſto, & cœlo nec pepererunt dumtaxat, ſed ingiter nutriunt. Adeſt ſanctus Chryſoſtomus, qui hom. 10. in epiſt. ad Theſſal. primam, ſic ait: *Per Sacerdotes generati eſtis æterna generatione; per iſtos eſtis regnum aſſecuti; per manus ipſorum ſiunt omnia, per ipſos vobis porta cœleſtes aperiuntur*; & Guibertus de Tornaco tract. de opiſ. Epiſcop. cap. 1. *Hi ſunt*, inquit, *ſecretarij Domini, ſocij Angelorum, Principes populorum, per quos ſpiritualiter generamur, Chriſti carne reficimur, & ſanguine ſaginamur, à peccatis abſoluimur.* Sic ille.

Sacerdotes, qui nos cœlo pepererunt, magis quàm patres honorandi, qui nos mundo genuerunt.
S.Chryſ.

Sacerdotes Domini ſecretarij, Chriſto nos generant, Chriſto nutriunt. Gilbertus. *Per parentes carnales originali peccato alligamur, per Sacerdotes à peccatis abſoluimur.*

Pendo poſtrema verba, *per quos à peccatis abſoluimur.* Vide hîc mihi quantum Sacerdotes carnalibus præſtent parentibus, qui nos huic mundo genuerunt; hi enim tantum abeſt, vt à peccatis nos abſoluerint, vt originis peccato nos implicarunt, quod à primo parente per ipſos contraximus; per ſpirituales verò parentes, ab hoc peccato liberamur, quod Baptiſmo, quod conferunt, fit, & ab aliis quoque per pœnitentiæ ſacramentum. Quantâ igitur veneratione, quanto honore digni præ carnalibus parentibus ſunt hi ſpiritales?

Parentes nobis cœlum clauſerunt, Sacerdotes aperiunt. S. Chryſ.

851\. Carnales parentes prius nobis cœlum clauſerunt, quàm ederent huic luci. Sacerdotes ſtatim cœlum nobis aperuerunt, quidni ergo ſummâ reuerentiâ colamus, quibus tantum debemus? *Dic mihi?* inquit ſanctus Chryſoſtomus hom. 10. in 1. epiſt. ad Theſſal. de Sacerdote loquens: *Si velles videre regiam multo auro ſplendentem, & gemmarum fulgore coruſcantem, inueneris autem eum, qui habet claues, ille autem rogatus ſtatim aperuerit, & intromiſerit, an non ipſum omnibus præponeres, non æquè atque oculos amares, non oſculareris? Hic cœlum tibi aperuit, & non oſcularis, non amplecteris?* Cœlum clauſit Elias, cœlum deduxit vt deduceret aquas, imbrem euocaret, aut ſiſteret, magnum, & illius æui ſui miraculum habitus eſt; ſed maius eſt quod Sacerdotes præſtant, non aquarum imbrem deducunt, aut ſiſtunt, ſed gratiæ.

Sacerdotis lingua cœli clauis. S. Max.

Petri lingua, quia & ligare peccata poterat, & ſoluere, cœli clauis eſt dicta; hinc illud S. Maximi hom. in eius laudem: *Clauis cœli lingua eſt Petri;* haud dubiè quin & poſt ipſum cæterorum Sacerdorum, quorum lingua cœlum aperit, & claudit.

Sacerdotum cultus, & honor. Iul.

De Sacerdotum honore, & cultu ita ſcribit Iulianus Imp. in frag. *Cæterùm non Deorum dumtaxat adorandæ ſunt effigies, ſed etiam ipſa templa, atque delubra, & altaria. Quin etiam rationi valdè conſentaneum eſt, vt & Sacerdotes honorentur, tamquam Deorum miniſtri, & famuli, qui quæ ad eos pertinent nobis adminiſtrant; & illorum in nos deriuanda beneficia momenti plurimum adferunt. Pro omnibus enim ſacrificia celebrant, ac precantur. Quare non minus ipſis, imò amplius, quàm ciuilibus Magiſtratibus æquum eſt honoris adhiberi. Quid de veri Numinis veris Sacerdotibus dicendum?*

Sacerdotes ad labores erant primi, & ſtatere recedunt poſtremi. Ioſ. 3.

Cùm tranſituri eſſent Iordanem filij Iſraël
852\. Ioſuë dictore, Sacerdotes portantes arcam præire populum iubentur, & priores ingredi Iordanem, Ioſuë 3. v. 6. *Et ait ad Sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum;* nimirum Sacerdotum eſt, non ad labores alios vocare dumtaxat, ſed & deferre, & ad diuinæ legis onera ſubeunda exemplo potius inhortari, quàm verbis, præeunt, & primi Iordanis aquas ingrediuntur, egrediuntur poſtremi; nam Sacerdotes primi ad diſcrimina, ad labores ire debent, & diu in illis in aliorum exemplum perſeuerare. Sed hîc illud indiſcuſſum abire non patiar, quod ſiccaturus Deus Iordanis alueum, vt ſicco veſtigio omnes tranſirent, voluit priùs Sacerdotes ingredi, & pedibus aquas tangere; ſic enim habes Ioſ. 3. v. 13. *Et cùm poſuerint veſtigia pedum ſuorum Sacerdotes, qui portant arcam Domini Dei vniuerſæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores ſunt decurrent, atque deficient, quæ autem deſuper veniunt in vnâ mole conſiſtere; ingreſſiſque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis ſteterunt aquæ;* & quæ ſequuntur. Cum aquis ſiſtentibus ſiſto, &

Sacerdotum honor.

quæro, quid neceſſe erat Sacerdotes pedibus aquas contingere, vt ingens hoc miraculum fieret? Non caſu id factum, ſed diuino conſilio. Puto id Deum feciſſe, vt hunc honorem Sacerdotibus deferret, vt per ipſos videretur hoc ſignum præſtitiſſe, ſicque fieret, vt magis a filiis Iſraël honorarentur, maiorque reuerentia eis exhiberetur.

Quid nos in noſtros agere par eſt, quorum illi ſola vmbra fuerunt, & vmbratilis imago? noſtri non ſiſtunt Iordanis aquas, qui *iudicij fluminis* interpretatur, ſed diuinæ iuſtitiæ iram ſiſtunt, nobis Deum placant, vt ad cœlũ, non ad terram promiſſam taurini, pergere tutò poſſimus. Quis ergo Sacerdotes non ſuſpiciat, quis non veneretur, cùm & Deus ipſe illos honoret, ac veneretur.

Pergit Deus, & Ioſuë præcipit, vt duodecim vi- 853.
ros eligat, qui duodecim lapides è Iordanis medio tollant, vbi ſteterunt Sacerdotis pedes, ſic enim habet Ioſuë 4. v. 1. *Dixit Dominus ad Ioſue; Elige duodecim viros, ſingulos per ſingulas Tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, ibi ſteterunt pedes Sacerdotum, duodecim duriſſimos lapides, quos ponetis in loco caſtrorum;* quin & caſtrorum loco poterant eſſe, quos tetigerant Sacerdotes; nimirum quicquid à Sacerdotibus eſt, quicquid affricuerint, muniminis, ac protectionis vim habere debet; iure de ſacerdotio ſanctus Ephræm: *Scutum eſt refulgens & incomparabile, turris firma, murus indiuiſibilis, fundamentum ſolidum, ac ſtabile a terrâ ad axem vſque cœli pertingens,* ſic ille tract. de ſacerdotio; vt nihil niſi munimen, ac protectionem præferat; ſed iſti lapides de ſub Sacerdotum pedibus cur tolli iubentur? an ad maiorem miraculi expreſſionem, vtque ſanctiùs ſigni memoriam exprimerent? Abulenſis hic q. 3. *Iſti lapides,* inquit, *tolli debebant de ſub pedibus Sacerdotum, & hoc ad* MAIOREM SANCTIFICATIONEM; *& conuenientiam ſignati miraculi;* & vt illud venerantes, quod calcauerant Sacerdotes, diſcerent Sacerdotes ipſos magis venerari; quod illi qui non honorant quod calcant Sacerdotes, ſed Sacerdotes ipſos calcant, vilipendunt, atque proſcindunt, nec legis, ſed Euangelij, quorum illi vmbræ? Viderint hoc ipſi cùm ſupremo Iudici, & Sacerdoti Chriſto reddenda ratio erit.

Sacerdotes, & quicquid ab illis, aliorum munimen, & protectio. Ioſ. 4.

S. Ephræm.

Et illud, quod calcant Sacerdotes venerandum. Abul.

Proſcindi noluit Chriſtus Sacerdotes, dum nec 854.
ipſe proſcindit licèt malos, & reprehenſione dignos; Euangelium volue, in omne hominum genus inuectum fuiſſe Chriſtum reperies, Scribas, legis Doctores increpaſſe, Regéſque ipſos, nulli denique pepercisse; non facilè tamen reperias contra Sacerdotes Sacerdotum nomine loquutum, nec Pontificum vitia, quæ immania, & maximè noxia, pupugiſſe; fors ne magis plebi vileſcerent, & contemptui haberentur, néve quis deinceps auderet in Sacerdotes linguam exacuere, maledictis proſcindere, ac ferire; debemus autem iſtuc Caietano, qui in cap. 23. Matthæi, ita ſcribit: *Lege Euangelium, numquam inuenies Ieſum nominaſſe Sacerdotes, aut Pontifices, aut reprehendendo, aut arguendo; inſtruendo Prædicatores, vt non prædicent contra Sacerdotes, aut Pontifices in ſpecie propter reuerentiam Ordinis;* ſic ille. Cautio iſta magis plebem tangit, & ſæculi homines afficit, quibus cùm non ex munere incumbat in aliorum vitia ſæuitia ſæuire, magnâ reprehenſione digni erunt, ſi carpere Sacerdotes ex maledicendi libidine auſi fuerint, quos ex officio alios arguentes non carpunt Prædicatores, non carpſit Chriſtus. Digna ſunt quæ hîc ſiſtantur, & omnium mentibus inſideant, ſancti Hieronymi verba epiſt. 2. ad Heliodorum: *Abſit,* inquit, *vt de his quicquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus qui claues regni cœlorum habentes quodammodo*

Sacerdotes ſub Sacerdotum nomine non arguens Chriſtus, proſcindendos non eſſe docuit.

Caiet.

S. Hier.

ante

ante diem iudicij indicant; quis adeò amotæ mentis, vt iudices ſuos contemnat, & in illos ſæuiat, qui claues regni habent, Chriſti corpus ore conficiunt.

Nemo Sacerdotes detractionibus deturpet.

. Nemo Sacerdotes detractionibus deturpet, nemo obloquutionibus maculet. Lego bruta animalia maledictione percuſſa, quòd Sacerdotem fœdauerint, & parcetut hominibus ratione præditis? nequeo hîc ſupprimere quod de ſancto Egberto narrat Ioannes Gerbrandus lib. 8. chron. Belgic. cap. 2. *Feruntur*, inquit, *hirundines ab hoc viro Egberto maledicta ſancti Petri non violare, vel ſi violauerint exanimari, eo quòd ſibi quadam die ad altare ſacra celebranti, ex vnà earum caput ipſius contigiſſet fœdari.*

Ioan. Gerbr.

855\. De Sacerdotum pueris legitur 1. Reg. 2. fuſcinulâ ex lebete hoſtiam auferre ſolitos magnâ offerentium moleſtia, adeò vt à ſacrificiis auerterentur hac pueri, & miniſtri licentiâ, cui & Sacerdotes annuebant; ſic enim habes, *veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti; Da mihi carnem vt coquam Sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.* Tangitur hîc Sacerdotum luxus; cur enim cocta caro reiicitur, cruda poſtulatur, niſi in ſignum quod in deliciis maiores delicias ſectarentur Sacerdotes: *Hoc erat*, inquit hîc Abulenſis quæſt. 8. *quia volebant Sacerdotes delicioſius epulari, ideò accipiebant carnem crudam, vt poſſent eam aliter vt vellent apparere, quod in iam coctâ facere non poterant*; quò ſe delicioſorum luxus porrigit? Idem tetigit ſanctus Antonius Vlyſſip. Dom. 1. Quadrag. *Legitur*, inquit, 1. *Reg.* 2. *de filijs Heli, qui non carnem coctam, ſed crudam volebant accipere, vt eam ſtudioſius, & accuratiùs præpararent.* Sic ille. Sequitur ſacræ Scripturæ contextus: *Dicebátque illi immolans; Incendatur priùs iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque deſiderat anima tua; qui reſpondens aiebat ei: Nequaquam; nunc enim dabis, alioqnin tollam vi; erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à ſacrificio Domini.* Erat & Sacerdotum, qui puerorum peccato annuebant, quorúmque luxus puerorum fouebat audaciam; parcitur hîc tamen illis, vt à Deo diſceremus, Sacerdotes venerari, & illorum lapſus quantum licet occulere. Quid hîc illi, qui non per pueros hoſtias auferunt, ſed per ſe ipſos in aliena inuadunt, & animarum cura neglectâ, diuitiis, deliciiſque tantùm inhiant.

Sacerdotum luxus, & deliciarũ amor quò ſe porrexerit.

1\. Reg. 2.

Abul.

S. Ant. Vlyſſ.

Sacerdotum lapſus quantum fieri poteſt occultandi.

856\. Sed in hac re aliud eſt, quod vrgeam. Totum Iſraël hîc puerorum auſus Sacerdotum conniuentia tangebat: *Sic*, inquit ſacer textus, *faciebant vniuerſo Iſraeli venientium in Silo*; v. 14. Premuntur omnes offerentes, nullus ab hac puerorum moleſtiâ immunis, & omnes tacent? cur non conqueruntur, cur Sacerdotum luxum non damnant; cur non eorum laſciuam cauſantur, poterant & iuſtè cauſam ſuam tueri, & Dei, & apud Sacerdotes de illatâ ſibi à pueris moleſtiâ expoſtulare; nihil tamen horum factum ab illis legimus, patienter ferunt, ne cum Sacerdotibus contenderent, & Sacerdotum ſcelera circumferre cogerentur: *Offerentes*, inquit hîc Abulenſis q. 8. *potius volebant grauari, quam contendere cum Sacerdotibus.* Quàm abeunt ab hac modeſtiâ, lenitate, & in ſacerdotalem ordinem reuerentiâ, qui non iuſtè ſolùm cùm Sacerdotibus contendunt, ſed iniuſtè eos vellicant, obloquutionibus proſcindunt, ſuas illis res, ſuum nomen, famam violenter eripiunt.

Cum Sacerdotibus nemo facilè contendat.

1\. Reg. 2.

Abul.

Olim ad Sacerdotum pedes agrorum pretia deferebantur, ſic Apoſtolis legimus factũ Act. 2. *Neque enim*, inquit S. Chryſoſtom. hom. 7. in epiſt. ad Rom. *in manus conijciebant, vt qui non id ſibi audentia ſumebant, tantum illis honorem cum munificentiâ tribuebant.* Non honorant, qui ſurripere illis & rem, & famam non verentur.

Ad Sacerdotum pedes agrorum pretia delata, Sacerdotes honorandos indicant.

Act. 2.

S. Chryſ.

Quàm feliciora eſſent regna, quàm diuitiis abundarent, ſi Sacerdotes magis honorarentur: vrbium, regnorúmque diuitiæ Sacerdotes ſunt auri fodinæ; Pythomienſibus in Polonia euanuere metalla plumbi cum argento intermixto feracia, ob interfectos duos Sacerdotes ab oppidanis publico conſilio, Petrum Parecum oppidi, & Nicolaũ conciónatorem, vt refert Cromerus lib. 12. vt videant Reges, Principes, quanti referat ad regni diuitias Sacerdotes reuereri, quantum in publica bona peccant, qui ſacerdotalem dignitatem impio auſu temerant. Iure Sacerdotum theſaurum vocat ſanctus Ephræmus Syrus: *Lachrymis*, inquit, *atque ſuſpirijs oro, vt hunc ſacerdotij theſaurum inſpiciamus, theſaurum, inquam, his, qui eum dignè, & ſanctè cuſtodiunt*; alioquin iis, qui eum negligunt, & iniuriâ afficiunt: theſaurorum, & diuitiarum exitium creabit, quod metallis plumbi, & argenti feracibus, qui ob necatos Sacerdotes euanuerunt, oſtenſum eſt. 857.

Res mira de metallis, quæ euanuerunt ob occiſos Sacerdotes.

Crom.

Sacerdotis theſaurus.

S. Ephræm.

EXCVRSVS LVI.

Honor malis quoque Sacerdotibus benè exhibetur.

Quantâ pollere ſanctitate *Sacerdotes debeãt.*
In malo Sacerdote *dignitas honoranda.*
Non ſunt ſpernendi Sacerdotes, *licèt mali.*
Quanto odio *Deus peccatores proſequatur.*
Sacerdotes etiam malos *dum Deus honorat, honorandos docet.*
Improba Sacerdotum vita, *quouis ferro grauiùs iuſtos vulnerat.*
Quàm graui pœna *digni, qui Sacerdotes malos contemnunt.*
Ad rectam frugem vix reuertitur *Sacerdotum contemptor.*
Etiam in malis Sacerdotibus *colendus Deus omnis boni auctor.*
Mali Sacerdotis mores *nemo ſequatur.*
Lapideis canalibus *ſimiles probi Sacerdotes, aquam ad fructum effundunt ipſi ſteriles, ſed non reijciendi.*
Malus Sacerdos aliis vtilis, *licèt non ſibi.*
Multa bona *etiam* per malos *Sacerdotes è cœlo ad nos vehuntur.*
Sacra myſteria per malum miniſtrum *non maculantur.*
Verborum flores *cum ſanctitatis* fructu *in Sacerdote.*
A bono Sacerdotis exemplo *copioſus fructus ab alijs naſcitur.*
Etiam ex Sacerdote malo *multa* bona *Deus elicit.*

MAlè cum ſummâ dignitate mala vita cohæret, & cùm alto culmine vita ima; eos qui Dei iuſſu vindictam hoſtibus ſumpturi erant, ſanctificatos ſuos Deus vocat, hinc illud Iſaiæ 13. v. 3. *Ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos* 858.

Iſa 13. 3.

Quantâ pollere ſanctitate Sacerdotes debeant.

in irâ meâ; hos ſanctificatos vocat, quantâ ſanctitate pollêre illi debent, quos elegit Deus non vt in hoſtes ſæuirent, ſed Deum ipſum placarent, illique populos reconciliarent? Rem opportunè premit Oleaſter hîc, & Sacerdotes ad ſanctitatem in hunc modum vrget. *Ego præcepi ſanctificatis meis. Diſce quæſo ex hoc loco, Sacerdos,* SANCTITATEM, *quâ pollere debeas in miniſterio altaris Dei tui, à lanione, & lictoribus. Qui enim ſanctitatem in lictore ad vindictam ab inimicis ſumendam requirit, qualem putas exiget in Sacerdote ad miniſtrandum in Altari?* Sic ille.

Oleaſt.

In malo Sacerdote dignitas honoranda.

Decet ergo Sacerdotem ſumma ſanctitas, vt dignitati moribus reſpondeat; quid ergo ſi à munere ſuo Sacerdos abeat, ſi culmen ſceleribus deuenuſtet, nunquid contemnendus? minimè; reiiciendi mores, ſuſcipienda, & honoranda adhuc dignitas eſt; adhuc Sacerdos eſt, licèt ſit malus; leproſum ſanauerat Chriſtus, eum tamen ad Sacerdotem adlegat: *Vade*, inquit, *& oſtende te Sacerdoti*, Matth. 8. Humilitatis magis, vt honorem dignitati deferret, & doceret deferendam, adhuc Sacerdotem vocat, qui impius, & ſacrilegus erat, adhuc ad Sacerdotis tribunal leproſi mundationem iudicandam remittit, qui multorum peccatorum leprâ opertus erat, id quod expendit ſanctus Cyprianus epiſt. 65. in hæc verba: *Cùm leproſum emundaſſet, dixit illi, Vade, & monſtra te Sacerdoti, & offer donum. Humilitate eâ, quâ nos quoque eſſe humiles docuit, Sacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat etiam ſacrilegum.* Hactenus ille.

Matth. 8.

S. Cypr.

859\. Poterat qui ad malum Sacerdotem mittebatur dicere, Quid me ad Sacerdotem ire iubes, qui nequiſſimus eſt, à leprâ corporis liber, nollem mentis lepram contrahere, me cùm leproſus ſim, homines deuitant, quidni ego didicerim eos fugere, qui peccatorum maculis deuenuſtantur? nihil tale dixit, ſed promptus Sacerdotem adiit, à Chriſto diſcens non ſpernere Sacerdotes; ſanatus eſt à leprâ dum iret, non credo non eſſet ſanatus ſi Sacerdotem ſpreuiſſet, & ad eum ire Sacerdotis malitiâ peroſus noluiſſet; ſic plerumque fit, à peccatorum leprâ non mundantur, qui Sacerdotes contemnunt, & dignitatis culmen etiam in malis non reuerentur.

Nō ſunt ſpernendi Sacerdotes, licet mali.

Quanto odio Deus peccatores proſequatur.

Peccauerat populus dum eſſet Moſes in monte, non ampliùs ſuum Deus vocat, ſed Moſis, tamquam indignus eſſet qui Dei populus diceretur, qui à Deo peccando receſſerat; ſic enim habetur Exod. 32. v. 7. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens, Vade, deſcende, peccauit populus tuus, quem eduxiſti de terrâ Ægypti*; ac ſi diceret, non ampliùs meus, quia peccauit, nec glorior me illum è terrâ Ægypti eduxiſſe, cùm eductus ad idola colenda fluxit, gloriarer eduxiſſe tot ſignis, atque portentis ſi non peccaſſet, ſed tam infami ſcelere nomen meum, gloriamque inuaſit, & quantum potuit aboleuit; iam populus meus audire non debet, nec me eius liberatorem voco, quod notauit etiam Oleaſter hîc, dum ait: *Non vult ampliùs Dominus ſe auctorem liberationis vocare, poſtquam tam inuerecundè eum in idolum retulerunt*; tantum peccantes odit, vt eorum liberator audire dedignetur. Sed de Sacerdotibus alia ratio eſt, Sacerdotes dicuntur Domini, licèt & mali ſint, & ab illâ ſanctitate abeant, quæ illorum eſt propria, 1. Reg. 1. *Erant ibi Ophni, & Phinees Sacerdotes Domini*; cur *Domini* dicuntur, qui nequiſſimi erant & immanium flagitiorum onere grauati? At Sacerdotis munus exercebant, Domino miniſtrabant, ac proinde *Domini* Sacerdotes vocantur, ne dignitas contemni videretur; quò ſpectauit Abulenſis hîc quæſt. 10. in hæc verba: *Vocantur iſti Sacerdotes Domini, quia licèt nequiſſimi eſſent, tamen Domini miniſteria faciebant.* Dixerit Moyſi Deus: *populus tuus peccauit*, Sacerdotes licèt malos ſuos eſſe fatetur, ne quiſpiam eos contemneret, proſcinderet, & dignitati iniuria fieret.

Exod. 32. 7.

Oleaſt.

Sacerdotes etiam malos dū Deus honorat honorandos docet.

1. Reg. 1.

Abul.

Vult honorari Sacerdotes Dominus, quia Domini ſunt, licèt ſint mali; quantum Sacerdotum malitia populis noceat indicat his verbis Dominus apud Ieremiam Thren. 4. v. 13. *Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum*; itáne effundunt iuſtorum ſanguinem quo ferro in iuſtos ſæuiunt, & eorum ſanguinem fundunt? Impia Sacerdotum vita quouis ferro, & gladio acutior grauiter iuſtos vulnerat, & perimit, effundunt Sacerdotes iuſtorum ſanguinem, dum officio ſuo deſunt, dum torpeor, & animarum curam negligunt; quod grauiter vrget ſanctus Paſchaſius in Ieremiæ lamentationes lib. 4. hæc verba explicans, ſic enim ille habet: *Noſtra Ieruſalem abundantiùs luget cum prophetâ Sacerdotes ſuos, & Doctores, qui in medio Eccleſiarum Dei effundunt ſanguinem iuſtorum, qui vtique iuſti eſſe potuiſſent, niſi ex negligentiâ eorum deperiſſent*; adeò vt carnificis potiùs nomen mereantur, qui tales ſunt, quàm paſtoris; negligentes vbi pupugit, pungit & aliis criminibus onuſtos, qui malis exemplis ad mortem ſubditos trahunt, infamis moribus velut ferro, in illos ſæuientes: *Etiam & nonnunquam, qui videbantur iuſti, eorum exemplis, & doctrinâ prauitatis ad terram vſque veniunt, & peccati profuſius ſanguine polluti perimentur, & hoc eſt quod ait: Sanguinem iuſtorum effuderunt in medio eius, id eſt, in medio Eccleſiæ, quæ vera eſt Ieruſalem, & eſt mater omnium noſtrûm; in cuius nimirum medio cæci errantes effundunt ſanguinem iuſtorum, quando ſuis prauis vitæ exemplis eos ad peccandum procliuiùs inuitant.* Proh quàm noxia malorum Sacerdotum viſa cæteris eſt! Quot vel vnius Sacerdotis mores praui necare poſſunt, ac perimere. 860.

Improba Sacerdotum vita quouis ferro grauius iuſtos vulnerat.

Thren. 4. 13.

S. Paſchaſ.

Sed nunquid Sacerdotes ſpernendi, quia non boni? malus iam incipit eſſe, qui malos Sacerdotes contemnit. Plorauerat Sacerdotum malitiam Propheta; ſubdit tamen v. 16. *Facies Domini diuiſit eos, non addit vt reſpiciat eos, facies Sacerdotes non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.* Pende quàm grandi pœnâ mulctentur, qui Sacerdotes non reuerentur: *Facies Domini diuiſit eos*; non dixit *Deus*, ſed facies; *ſatis congruè*, inquit ſanctus Paſchaſius, *quia & ipſi, ſicut ſequitur, facies Sacerdotum non erubuerunt, imò in Sacerdotibus ſuis Deum contempſerunt, ac propterea quia in eis faciem Domini non ſunt reueriti, diuiſit eos ipſa facies Domini*; hæc Domini facies Sacerdotum contemptores *diuiſit*, ſed à quibus diuiſit? à iuſtis, adeò vt ad ſiniſtram cum reprobis locandi ſint, & flammis æternis adiudicandi, *nec addit Dominus vt reſpiciat eos*; vt ſtatim innuat ad rectam frugem non reuerſuros, qui Sacerdotes non erubuerint, ſed neglexerint: *Vnde velim*, inquit ſanctus Paſchaſius, *noſtri intelligant quàm terribile ſit facies Sacerdotum, aut eorum, quos vice Chriſti ſuſceperunt, non erubeſcere, ne fortè offenſus, Dominus, non addat, vt conuertatur, & reſpiciat eos; iam vero huiuſcemodi diuiſio quid aliud inſinuat, niſi quod in illâ extremi examinis iudicatione futurum eſt, quando diuidentur perfidi, & ſcelerati à ſanctis, & fidelibus, & iuſtis*; adeò vt damnationis ſit Sacerdotes contemnere, ſicut prædeſtinationis indicium eos venerari, licèt ſint mali. 861.

Quàm graui pœnâ digni, qui Sacerdotes malos contemnunt.

Thren. 4. 16.

S. Paſchaſ.

Ad rectam frugem vix reuertitur Sacerdotum contemptor.

S. Paſchaſ.

Hîc

862. Hîc excuſari ſe poterant, quòd Sacerdotum facies non erubuerunt, quia nec ipſi Sacerdotes Dei ſui faciem, ac præſentiam erubuerint, quidni ſi contemnantur à nobis, qui contemptibiles ſe nobis prauis moribus exhibent? nihil tale hîc dictum, & caſſa omnis excuſatio, cùm Sacerdotes ſummo honore colendi ſint etiamſi à ſanctitatis ſuggeſtu ceciderint, & in infamis vitæ ſordibus, ac ſqualore iaceant; quod egregiè colligit idem ſanctus Paſchaſius his verbis: *Quia facies contempſerunt Sacerdotum, rectè facies Domini diuiſit eos, id eſt, ira Dei ſegregauit eos à bonis, & iuſtis, atque electis Dei. Et notandum quòd ſupra eoſdem Sacerdotes quaſi homicidas planxerit, ita dicens: Propter peccata Prophetarum, & iniquitates Sacerdotum eius hoſtis, & inimicus ingreſſus eſt in Ieruſalem; ex quo patet, quamuis mali ſint, quòd non ſint contemnendi, ſed in eis venerandus eſt ille, & colendus, cuius ſunt Sacerdotes, & in cuius nomine, ac perſonâ veniunt;* & idcirco ſicut honor Sacerdotibus exhibitus in Deum reſilit, ſic & contemptus Sacerdotum Deum, cuius ſunt miniſtri, tangere videtur.

Etiã in malis Sacerdotibus colendus Deus omnis boni auctor.
Idem.

Malus Sacerdos eſt? honora dignitatem, non ſequaris mores; feſtiuum illud eſt, ſed opportunum quod Beatus Vmbertus ſerm.75. narrat; cùm quadam die Sacerdotem, qui ipſorum curam habebat, populi ſubditi ſequerentur, occurrit luto referta fouea, quam non vitauit Sacerdos, ſed conſultò immiſit in illam pedem, ac tranſiuit per medium lutum veſtes, pedéſque luto conſpurcatos referens, reſpexit deinde retro, viſurus num aliquis eum per lutum ſequutus fuiſſet, deprehendit omnes foueam cauiſſe, atque lacunam; tunc ille ad illos: Quid igitur eſt quod frequenter effunditis, quòd per malam vitiorum viam me ſequi vultis, & per lutum iſtud me nemo ſequutus eſt? iſtuc obiici iis omnibus poteſt, qui Sacerdotum vitia imitari ſtudent, & ſibi de eorum moribus ſcutum formant, cùm alioquin Sacerdotem per ſenticeta, pérque teterrimam viam incedentem haud eſſent ſecuturi.

Mali Sacerdotis mores nemo ſequatur.
B. Vmbert.

863. Lapideis canalibus mali Sacerdotes pares ſunt, in quibus licèt pertranſiens aqua boni germinet, fructus tamen parit in agris, in quos fertur diuinorum Sacramentorum fluenta aliis Sacerdotes ad vitam impertiuntur, licèt ſteriles ipſi remaneant; atque adeò non repudiandi cùm vtiles nobis ſint. Sancti Petri Damiani hæc mens eſt, hæc ſunt verba, opuſc.6.cap.12. *Ponamus ergo, vt mali Sacerdotes quodammodo lapidei ſint canales, in* LAPIDEIS AVTEM CANALIBVS *aqua nil germinat, donec per eos decurrens, infœcundas ſe areolas fundat: licèt enim plures reprobos Sacerdotes ſeriatim temporum vices attiderint, videlicet vt & conſecrati aquè reperiantur indigni: fons tamen ille viuus non reſtringitur, quominus vſque ad finem ſæculi per nemus Eccleſiæ profluat: vt non ſolùm ille ſacerdotalis ordo, ſed & omnes in Chriſto renati ſalutis ſuæ poculum hauriant. Per Sacerdotes ſiquidem Baptiſmus, & Chriſma tribuitur, & omne Eccleſiaſtici ſacramenti miniſterium exhibetur; ſi ergo Sacerdotum prauitas diuina poſſet dona reprimere; illis certè præuaricantibus, neceſſe erat, totum genus humanum à diuinis beneficiis reſilire.*

Lapideis canalibus ſimiles mali Sacerdotes, aquã ad fructum effundunt ipſi ſteriles, ſed non reiiciendi.
S. Petr. Dam.

Malus licèt Sacerdos ſit, & vitiorum tenebris inuolutus, bonis tamen beari poteſt, qui diuina Sacramenta ab illo excipit, Dei verba ab eius ore audit; lumine illo vtimur, quod candela ſpargit, licet ipſa conſumatur, idem hic nobis præſtandum; ſcitè idem ſanctus Petrus Damianus opuſc.6. cap.21. *Eadem candela, quæ igne conſumitur, & qua accedentes vtiliter illuſtrantur, luménque quod ad ſuum præbet intuitum; quid ergo mea intereſt, quod candela in cineres vertitur, dummodo lumen, quod ab eâ mutuatus ſum, mihi indeficiens perſeueret? Ardeat, ardeat ſimoniacus, vnde Catholicus illuſtratur; & eodem lumine, quo aliis miniſtrat, ipſe ad defectus ſui tenebras tendat, quatenus quod ardet, intereat, & quod illuminatum eſt, viuat. Sacerdotum quippè lumen quærentibus lumen eſt: eius verò ambitionis ardentibus incendium eſt. Quod verò alter poſſidet ad propriæ defectionis innititur; alter accipit ad ſalutis augendæ prouectum. Sampſon nempe de ore mortui Leonis fauum mellis eduxit, & ex arenti mandibulâ aſini aquis ſe profluentibus ſatiauit: ſed nec aſelli in aqua deſidiam, nec belluinam guſtauit in melle ferociam, vtrobique nimirum, quod ſumptum eſt iuxta proprietatem ſuam in ore ſapuit. Vnde ſumptum fuerit, ratio magnopere non diſcreuit. Quid etiam mirum, ſi quod fieri in aquâ baptiſmatis cernimus, non diſſimile quid fieri de ſimoniacis arbitremur. Per eam nos noui in Chriſto renaſcimur, cùm eadem aquâ poſt expletum opus in cloacam deſpicabilem effundatur.*

Malus Sacerdos aliis vtilis, licèt non ſibi.
Idem.

864. Malus licet Sacerdos ſit, bona tamen multa per illum è cœlo ad nos veniunt, quod ſignificatum eſt in impio Balaam, à quo populum ſuum benedici Deus voluit, licèt immunda eius lingua eſſet, Num. 23. ſicut & aſinam loqui fecit, vt a populi maledictione eum auerteret, Num. 22. ſit Balaam, ſit bruto animanti ſimilis Sacerdos malus, adhuc ab ipſo ſuperæ benedictionis fructus expectandus; id quod expendit etiam ſanctus Chryſoſtomus hom. 85. in Ioannem: *Nam ſi aſinum loqui fecit, & per vatem benedictiones ſpiritales largitus eſt, & in muto ore, & lingua immunda Balaam propter offendentes Iudæos operatus eſt, multo magis propter vos fideles, etiamſi praui ſint Sacerdotes, Deus omnia per eos efficiet, & mittet Spiritum ſanctum.* Sic ille.

Multa bona etiã per malos Sacerdotes à cœlo ad nos veniunt.
S. Chryſ.

Maculoſus miniſter eſt? at ſacra myſteria per illum non maculantur, ſicut nec Solis radij ſterquilinij ſordibus, aut luto; impurum animal coruus eſt, ab eo tamen Dei iuſſu paſcitur Elias, qui oblatum cibum non reiicit, licèt coruus detulerit 3.Reg.cap.17. Idem hîc fit; vides Sacerdotem malis moribus immundum, & impietatis nigrore maculatum, coruum eſſe cogita qui panem ad vitam defert, nec panem maculat. Rem à docto calamo habes. Sancti Iſidori Peluſiotæ hæc ſunt verba lib.3.epiſt.340. *Neque*, inquit, *incontaminata myſteria conſpurcantur, etiamſi Sacerdos omnes mortales improbitate ſuperet. Quod ſi mihi difficilis, coruum cogita, impurum, inquam, illud atque in pullos ſuos crudele animal, cuius operâ ille in cœlum excurrens, ac cœli ciuis Elias alebatur.* Sic ille.

Sacra myſteria per malũ miniſtrum nõ maculantur.
3. Reg. 17.
S. Iſid. Pel.

865. Tandem voluit Deus, vt Aaronis virga diuinitus floreret, in ſignum quòd Sacerdos eligeretur, Num.17.v.8. *Sequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Eâdem nocte ramos, flores, fructuſque produxit, vt Sacerdotes monerent, ne verborum floribus ſint contenti, ſed fructus quoque operum parturiant, vt dignè Sacerdotis munus obeant; ſed cur in virgis miraculum factum? An quia Tribus ſignificant? *Si quæras*, inquit hic Oleaſter, *quare periculum in virgis potiùs, quàm in alia re factum ſit? dico hoc ideo factum, quoniam Tribus virgis aſſimilantur, imò quod plus eſt, ſic ab Hebræis vocantur*; ſed florens virga, & fructus producens, bonis operibus onuſtum in medio populi Sacerdotem ſignat, etiam eidem Oleaſtro; qui ergo

Verborum flores cum ſanctitatis fructu in Sacerdote.
Num. 17. 8.

A bono Sacerdotis exẽplo copioſus fructus ab aliis naſcetur.

virgæ tribuum ſigna eſſe poſſunt? Poſſunt, quia ſi Sacerdos floret, fructúſque emittat, facilè & populi florebunt, bonaque opera Sacerdotis exemplo parturient, vt eadem virga & Sacerdotem referre potuerit, & tribum.

Etiam ex Sacerdote malo multa bona Deus elicit.

Sed hîc illud pendo, è virgâ vitore viduâ flores, fructúſque erumpunt, vt colligeremus etiam ex Sacerdote qui ſanctæ vitæ ſucco careat, flores germinare, quin & ex Sacerdotum nodis produce flores; fors hoc voluit ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus: *In arcâ*, inquit, *veteris Teſtamenti virga floruit Sacerdotis; facilè Deo eſt, vt in ſanctâ Eccleſiâ* DE NOSTRIS QVOQVE NOVIS FLOS GERMINET; quid boni etiam à malis Sacerdotibus non ſperemus, cùm arida quoque virga flores dederit, & fructus.

S.Ambr.

EXCVRSVS LVII.

Sacerdotis ſanctitas Sacerdotem venerabilem faciat.

Virtutum ornamenta *quærat Sacerdos.*
Virtutum varietas *in Sacerdote.*
Totus orbis in vnâ vnius Sacerdotis *veſte continetur, quia in Sacerdotis vita omnes habent quod imitentur.*
Quales *Sacerdotes,* tales *ferè cæteri ſunt.*
Sacerdotis dignitas *vnde collecta.*
Sacerdos peccans *alios ad paria trahit.*
Qualis *Sacerdos,* tales *cæteri.*
Malorum origo *in alijs Sacerdotes mali.*
Ex Eccleſiaſticorum ſtatu *aliorum ſtatus colligi poteſt.*
De templo *omne bonum, de templo omne malum.*
Sacrorum miniſtrorum vita *ſanctitatis ſpiritum alijs inhalent.*
Sanctitas Sacerdotum conſignatio, *&* character.
Sanctitas *etiam infimos Eccleſiæ miniſtros ornare debet.*
Clericorum vita *cæleſtis, & aliorum ſpeculum.*

866. *Virtutum ornamenta quærat Sacerdos.*

IVngat honori ſimiles Sacerdos mores, operibus muneri reſpondeat, ne ſit ſublimis honor, & vita deformis, religioſus amictus, irreligioſi mores; quòd tam diligenter quales futuræ eſſent Sacerdotis veſtes Deus tradiderit Exod. 25. & alibi, myſterio haud eſt viduum; monitos eos volebat, vt virtutis ornamenta quærerent, quibus ſibi honorem à multitudine adſciſcerent magis quàm extimis veſtibus; ſcitè Theodoretus quæſt. 60. in Exodum: *Hæc vniuerſa erant Sacerdotibus ſummo ornamento, populo verò adminiſtrationi, propter varietatem figurarum. Inſtruebántque Sacerdotes ipſos, quorum oporteat animam decorare, & illam ornamento virtutis circumdare.* Sic ille.

Exod. 25.

Theod.

Virtutū varietas in Sacerdote.

S. Cyr. Alex.

Illuc idem premit ſanctus Cyrillus Alexandrinus in Collectaneis aduerſùs Iudæos quæſt. 1. vbi veſtium ſacerdotalium colores varios ad virtutum varietatem vocat, ſub his verbis: *Si quis dixerit ſacerdotalem quoque veſtem eiuſmodi coloribus tunc fuiſſe depictam, dicemus quòd ipſa quoque omnino erat diuina. Aut etiam aliter hæc varietas colorum eſt ſymbolum varietatis virtutum, quæ ante omnia debet amiciri Sacerdos; & vt veſtis varietas varium quoque ei acquirat honorem à multitudine.* Sic ille.

Nulla virtus abeſſe à Sacerdote debet, vt omnes habeant, quod in illo imitentur. Sap. 18. v. 24. 867.
de Sacerdotis veſte hæc habentur: *In veſte podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum*; itane totus orbis vnius Sacerdotis veſte continebatur? res hæc indicabat nec totum mundum vnius Sacerdotis dignitati conferendum? An talem eſſe debere Sacerdotem vt in eius vitâ moribus omnes inueniant, quod æmulentur? Huc flexit Vgo Carenſis in Pſalm. 131. in hæc verba: *Sapientia 18. dicitur, quòd in veſte podêris, quam habebat Sacerdos, erat deſcriptus vniuerſus orbis, quia omnes debent inuenire in vitâ Sacerdotum quid valeant, & debeant imitari.* Sic ille.

Totus orbis in vnâ vnius Sacerdotis veſte continetur, quia in Sacerdotis vitâ omnes habent, quod imitentur.
Sap. 18. 24.
Vgo Car.

Totus præterea orbis in Sacerdotis veſte deſcriptus erat, vt cæteros omnes à Sacerdotibus dependêre colligeremus, adeò vt boni eorum mores ſanctitatem aliis inhalent, & praui iniquitatem; vt quales Sacerdotes fuerint, tales quoque alij eſſe ſoleant; hinc Leuit. 4. idem ſacrificium offerre Sacerdos iubetur ſi peccauerit, quod totâ multitudine delinquente offerre debebat, quod expendens ſanctus Iſidorus Peluſiota, ex hoc colligit, grauius eſſe Sacerdotum peccatum, quàm cæterorum, cùm dignitas, ac culmen culpam grauet; hæc eius verba lib. 2. epiſt. 151. *Non idem eſt laicum peccare quod Sacerdotem, idque ex lege perſpicuè conſtat: tantum enim ea pro Sacerdote peccante ſacrificium offerri præcipit, quantum pro vniuersâ plebe. Quòd ſi par non eſſet peccatum, idem vtique ſacrificium minimè indixiſſet. Maius porrò peccatum efficitur, non ob naturam, ſed ob perpetrantis dignitatem.* Sic ille.

Quales Sacerdotes, tales ferè cæteri ſunt.

Leuit. 4.

Poteſt ex hoc & Sacerdotis dignitas colligi, 868.
vt vnus vniuerſæ multitudini parietur. Hinc collineauit Theodoretus quæſt. 1. in Leuiticum: *Iubet Sacerdotem qui in legem aliquam commiſerit, vitulum immaculatum ſacrificare, quòd ſi populus vniuerſus tale crimen admiſerit, ſimilem hoſtiam offerre ſtatuit: docens quanta ſit ſacerdotij dignitas, quam vniuerſo populo parem fecit*; hæc ille. Probanda vtraque exponendi ratio eſt, nec enim vna alteri aduerſatur; ſed vna ex aliâ ſequitur; ex eo quippe quod Sacerdotis dignitas eſt, conſequens eſt, vt maior ſit peccantis culpa.

Sacerdotis dignitas vnde collecta.
Theodor.

Præterea idem eſt totius populi peccantis ſacrificium ac Sacerdotis, eadem vtriuſque victima; quia cùm Sacerdos peccat, quantum in ſe eſt omnes ad paria allicit, vt in illo vniuerſus populus videatur deliquiſſe, tam facilè peccata ſua Sacerdos aliis affricat, ad cæteróſque tranſmittit; in hoc ferè primo parenti Sacerdotes pares, vt enim illo peccante cæteri omnes peccauerunt in illo, & culpam ille ſuam ad poſteros tranſmittit; idem aliquo pacto in Sacerdotibus accidit, illis enim peccantibus, cæteri ad ſcelera ruunt, procliues currunt ad pœnitenda. Quid? quòd Adamum quoque Sacerdotem fuiſſe aliquorum ſententia eſt? certè id Moyſes Barcepha, cuius opera in Bibliothecâ ſanctorum Patrum inſerta ſunt, colligit ex Dauide, ſic autem ille ſcribit de Paradiſo 1. part. cap. 28. *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Fuiſſe Sacerdotem ex his verbis cognoſcitur, dum veluti loquentem Adamum cum Deo inducens ait: finxiſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. ſacerdotium enim manuum impoſitione confertur*; ſic ille; vt ita ſanctitatem in omnes influeret: ſed contrà accidit, nam peccando in omnes homines peccatum deuoluit; ſimile quidpiam cæteris accidit

Sacerdos peccans, alios ad paria trahit.

Moyſ. Barceph.
Pſalm. 138.

Digitized by Google

accidit Sacerdotibus, vix enim in peccatum aliquod. Verum & vetus dictum eſt,

Qualis Sacerdos, tales cæteri.

Inquinat populum Sacerdos vniuerſum degener.

Et illud,

Populi ruina ſunt Sacerdotes mali.

Et qualis Sacerdos, talis eſt Eccleſia,

869. *Malorũ origo in alijs Sacerdotes mali.* Matth. 21. S.Chryſ.

Hinc Chriſtus cùm intraſſet Ieroſolymam, ſtatim in templum ſe contulit, Matth. 21. vt in Sacerdotibus velut in malorum omnium origine ſerpens in alios vulnus ſanaret. *Hoc erat boni Medici?* ait Auctor ſub nomine Chryſoſtomi hom. 38. in Matthæum, vt ingreſſus ad infirmam ciuitatem ſaluandam, primùm ad originem paſſionis intenderet, & Sacerdotes, per quos in alios culpa deriuatur, ſanctitati reſtitueret.

Ex Eccleſiaſticorum ſtatu aliorum ſtatus colligi poteſt.

Influunt ſcilicet Sacerdotes ſuis moribus in cæteros, quòd ſi mali ſint, ad malum alios alliciunt, ſi boni ad bonum; adeò vt ex Eccleſiaſticorum ſtatu coniici aliorum quoque ſtatus poſſit, ſicut ex manûs contactu Medicus totius corporis habitudinem in pulſu diiudicat; ſponſi verba ſunt in amoris Cantico cap. 6. *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium*; quid hortus nucum ad conuallium poma, vt ex illo videri in vallibus fructuum vbertas poſſit? Iſidorus Clarius hic; *Appellatur*, inquit, *Templum hortus nucum, quod ibi exterior figurarum cortex deliteſcentem verum veritatem claudebat intra ſe; deſcendit ergo vt videret fructus vallium, hoc eſt, recta facta humilium*; ac ſi ex templo, templique cultoris cæterorum ſtatus, profectúſque colligeretur, cùm in aliorum mores Sacerdotes, & templo ſeruientes influant; nam, vt ait Auctor operis imperfecti hom. 38. in Matthæum, *Sicut de templo omne bonum egreditur, ſic & de templo omne malum procedit*; vt quales in templo ſint Sacerdotes, tales extra templum cæteri ſint.

Cant. 6. 10. Iſid Clar. *De templo omne bonum, de templo omne malum.* Auct. op. Imp.

870. *Sacrorum miniſtrorum vita ſanctitatem ſpiritum alijs inhalet.* Num 35 6.

Talis igitur Sacerdotum vita ſit, vt bono exemplo ad meliorem frugem reuocare omnes poſſit. In Lege veteri ex vrbibus, quæ Leuitis dabantur, ſeu vrbes refugij aſſignabantur, ad quas ſe præſidij cauſâ conferrent, qui aliquem caſu aut mutilauerant, aut occiderant, ſic habes Num 35. v. 6. *De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem*; cur ita factum, niſi vt ex Leuitarum conſuetudine homicidæ meliores fierent; nimirum talis eſſe debet viri Eccleſiaſtici vita, tales mores, vt vel ſolo conſortio, ſolo aſpectu inhalare ſanctitatem etiam malis poſſit; id quod tetigit etiam Oleaſter in cap. 35. Num. *Ex vrbibus, quas dabitis Leuitis, ſex vrbes erunt euaſionis. Fuerunt ſemper, & eſſe debent loca ſacra, & ſacri viri, præſidio his, qui ſine culpâ diuexantur. Similiter crediderim hoc factum, vt huiuſmodi homicidæ ex Leuitarum conuerſatione fierent meliores; vt ſciant Dei miniſtri tales eſſe debere, quibus facilè credantur homines impij, vt eos ad meliorem conuertant frugem.* Quàm ſanctiores ſæculares homines eſſent, ſi meliores Eccleſiaſticorum virorum eſſent mores; ſi quos præcedunt dignitate, præceſſerint etiam vitæ ſanctimoniâ, & innocentiâ.

Oleaſt.

Sanctitas Sacerdotum conſignatio, & character. 1. Reg 16.

Sacerdotum conſignatio ſanctitas eſt, quæ in ſummâ dignitate ſumma debet eſſe, & excellens in tanti honoris culmine. Samuel ita loquebatur populum 1. Reg. 16. *Sanctificamini, & venite mecum ad immolandum*; eorum carnes ſanctitas eſſe debebat, qui immolaturum comitabantur, cur non magis illius, qui immolare debebat ex munere: Rem præclarè vrget S. Gregorius lib. 6. c. 3. in lib. Reg. dum ait: *Vigilanter eſt diſcutiendum quod dicitur, ſanctificamini, & venite mecum. Si enim intereſſe ſacrificijs non audent niſi ſanctificati, quid de ſacrificantibus cenſendum? Sanctificare enim purgare eſt; quantum ergo puros decet eſſe Pontifices, vbi inuitata ad ſacrificium, non niſi ſanctificatæ admittendæ ſunt plebes.*

S.Greg.

Sanctitas nõ primos tantùm Eccleſiæ miniſtros ornare debet, ſed & infimos. malum Eccleſiæ portendit, cùm meliores laici, quàm Clerici ſunt; id quod docuit etiam ſanctus Hieronymus in epiſt. ad Titum cap. 2. dum ait: *Non ſolùm Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi curent magnopere, vt cunctum populum cui præſident, conuerſatione, & ſermone præcedant; verùm & inferioris gradus Exorciſtæ*; in cunctis eluceat ſanctitas; omnes altari ſeruientes ſeruire innocentiæ debent, ac puritati. Caſſiodorus lib. 8 epiſt. 24. *Vniuersè ait profeſſionem Clericorum vitam eſſe cœleſtem*; &, vt alius addit; *Angelorum æmulam, diuinæ mentis imitatricem.* Tales itaque quique miniſtri Dei ſint, vt in illos dictum illud Beati Laurentij Iuſtiniani quadret de complanct. Eccleſ. *Debet prorſus omnis illorum vita omnium magiſterium eſſe fidelium, atque ſanctitatis ſpeculum*, in quod cæteri reſpicientes ſuas maculas viderent, & abſtergerent, dum vident. 871.

Sanctitas etiã infimos Eccleſiæ miniſtros ornare debet. S.Hier. *Clericorum vita cœleſtis, & aliorum ſpeculum.* Caſſiod. B. Laur. Iuſt.

EXCVRSVS LVIII.

Caſtitas, & puritas honorem Sacerdotibus conciliet.

Fibula, *& ſera Sacerdotum femoribus quæ apponatur.*

Altaris miniſtris caſtitas *maximè neceſſaria.*

Apibus *Sacerdotes comparati ob* caſtitatem.

Linea *veſtimenta Sacerdotum.*

Lineæ veſtes *caſtitatis inſigne.*

Qui diuina obſequia exercet, carnis ſordibus *non fœdetur.*

Noui Teſtamenti Sacerdotes quàm puriores *Legis veteris Sacerdotibus eſſe debeant.*

Sacri miniſtri in carne viuere debent præter carnem.

Hoſtiæ *ſe conformare Sacerdos debeat.*

Optima victima *mens, & caro caſta.*

Electa Dei victima *Sacerdos*

Diuini timoris lictor *à Sacerdotibus omne obſcœnum ſubmoueat.*

Sacerdotis manus *tranſlucentes ob continentiam, & abſtinentiam.*

Puritate *vitreum vas aquâ plenum Sacerdos referat.*

A puris Sacerdotis manibus *vt à virgineo vtero prodit Chriſtus.*

Caſtitas *Sacerdotes quodammodo creat.*

Caſtitatis cultu *Sacerdotes quidam fiunt, qui alioquin non ſunt.*

Propria Sacerdotum caſtitas.

Caſtitatis curatores, *& vindices Sacerdotes.*

Sacerdotum maximè eſt caſtimoniæ *violatores punire.*

De

872. *Fibula, & ſera Sacerdotum femoribus qui apponatur.* S. Petr. Dam. *Altaris miniſtris caſtitas maximè neceſſaria.*

DE Sacerdotibus loquens ſanctus Petrus Damianus, ait epiſt. 6. *Sanctis eorum femoribus volui ſeras apponere; tentaui genitalibus Sacerdotum, vt ita loquar, continentiæ fibulas adhibere.* Eodem ſpectat excurſus hic.

S. Aug.

Et quidem nitêre quiſque caſtitate debet, ac pudicitiâ, ſed Sacerdos maximè, iique qui altari ſeruiunt, Chriſti miniſtri ſunt; dedecet omnes impuritas, ſed præcipuè illos, qui in aliorum exemplum poſiti ſunt; opportunè rem habet ſanctus Auguſtinus ſerm. 149. de tempore in hæc verba: *Omnibus caſtitas pernecessaria eſt, ſed maximè miniſtris Chriſti Altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis prædicatio; tales enim decet Dominum habere miniſtros, qui nullâ contagione carnis corrumpantur.* Hactenus ille. Idem apum exemplo confirmat ſanctus Ambroſius ſerm. 83. *Rectè comparantur apibus Sacerdotes, quia ſicut apes caſtitatem corporis præferunt, cibum vitæ cœleſtis exhibent, aculeum legis exercent. Puri enim ad ſanctificationem, ſuaues ad refectionem, ſeueri ſunt ad vltionem.* Ita ſanctus hic, nec melle Sacerdos careat, nec aculeo; non careat caſtitate, vt apis dici poſſit.

Apibus Sacerdotes comparati ob caſtitatem. S. Ambr.

873. *Linea veſtimenta Sacerdotum.* Apul.

Et quidem etiam lineæ Sacerdotis veſtes hanc caſtimoniam probant: in vſu olim, vt Sacerdotes lineis veſtibus vterentur; quin & in rebus ſacris huiuſmodi veſtes adhiberent; hinc illud Apulei Apologia 1. pro ſe: *Sed enim mundiſſima lini ſeges non modò indutui, & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum Sacerdotibus, ſed opertui quoque inde rebus ſacris vſurpetur*; de Sacerdotibus Ægyptiis idem tradit Plinius lib. 18 cap. 1. his verbis: *Veſtes inde* (è lino) *Sacerdotibus Ægyptijs gratiſſimæ*; Herodotus de iiſdem: *Veſtibus amiciuntur lineis; lana neque in ædes ſacras geſtatur, neque vnà cum cadauere ſepeliuntur.* Et, *Linea ferunt veſtimenta ſemper recèns abluta*

Plin. Herod.

Lineæ veſtes caſtitatis inſigne.

Lineæ veſtes in ſacris etiam litteris Sacerdotibus aſſignantur, Exod. 29. & Leuit. 6. & 8. quòd quandam caſtitatis formam referant, laneæ veſtes carnem ſapiunt, lineæ ab omni conceptu, & admixtione immunes: lineis igitur Sacerdos induatur veſtibus, vt ſtatim caſtimoniæ ſeruandæ moneatur, ſic enim inſtaurare omnia poterit, ſuóque nitori reſtituere ſi purus ipſe, caſtúſque ſit. Non patiar hîc ſancti Cyrilli Alexandrini calculum deſiderari, ſic enim ille ad hanc mentem ſcribit lib. 4. in Leuiticum: *Ante omnia Sacerdos, qui diuinis aſſiſtit Altaribus, caſtitate debet accingi. Nec aliter purgare vetera, & inſtaurare poterit noua, niſi lineis induatur. De lineis ſæpè iam dictum eſt: & tunc maximè, quùm de indumentis ſacerdotalibus dicebamus, quòd ſpecies iſta formam teneat caſtitatis. Quia origo lini ita è terrâ editur, vt ex nullâ admixtione concepta ſit.* Sic ille. Pari modo in hac re philoſophatur ſanctus Auguſtinus ſerm. 217. de tempore. *Lana de commixtione animalium naſcitur. Linum verò ſine carnis voluptate de terrâ procreatur; ideo caſtitatis imaginem præferre videtur, in tantum vt Sacerdos veteris Teſtamenti ex præcepto Legis propter caſtitatis indicium lineis femoralibus vteretur. Ergo in lanâ carnale aliquid, in lino verò ſpiritale ſignificatur.* Hucuſque ſanctus Auguſtinus. Huc flexit etiam B. Beda lib. 13. de tabernaculo cap. 8. addit verò Balthei myſterium: *Tunicas*, inquit, *habent Sacerdotes lineas, cùm totum corpus candori caſtitatis dedicant; baltheis tunicas cingunt, cùm eandem caſtimoniam vigilanti mentis cuſtodiâ circumſpiciunt. Accingantur ergo tunicis lineis, vt caſtitatem habeant, accingantur baltheis, ne caſtitas remiſſa, ſiue ne vento elationis aditum pandat.* Perſtrictæ balth:eo veſtes non facilè vento intumeſcunt, commendatur ergo præcincta caſtitas, quæ elationem neſciat, iactantiam non ſapiat. Philo lib. 2. de monarchiâ, rem in hunc modum verſat. *Pontifex*, inquit, *iubetur veſtem lineam ſumere quando adita ſubit, quia linea non conficiuntur à mortali materie ſicut veſtes laneæ.* Sic ille.

S. Cyr. Alex.

S. Aug.

B. Beda.

874. *Qui diuina obſequia exercet carnis ſordibus non fœdetur.* 1. Reg. 2. S. Greg.

Dei miniſter diuinis ſe obſequiis ſiſtere debet caſtitate ornatum, & pudicitiâ; huc ſpectat ornatus Samuëlis, qui accinctus Ephod lineo in conſpectu Dei apparebat 1. Reg. 2. quod premens ſanctus Gregorius lib. 2. in lib. Reg. cap. 2. ait: *Sed dum in conſpectu Domini eſſe miniſter Samuel dicitur, Ephod lineo accinctus memoratur, quia diuina obſequia tunc benè exhibentur cùm exhibentis perſona carnalis voluptatis ſordibus non fœdatur.*

Noui Teſtamenti Sacerdotes quam puriores legis veteris Sacerdotibus eſſe debeant. Idem.

Addit & Ephod materiam linum, non lanam fuiſſe; ſic expendebat: *Subtilior, quàm lanea veſtis, linea eſſe cognoſcitur. Aptè autem Samuel lineo Ephod indutus aſſeritur, per quem Sacerdotum ordo electus ex gentibus deſignatur. Nam in comparatione legalis vitæ, noua Euangelij conuerſatio lini ſubtilitas eſt, ibi enim aliquid animale præceptum eſt. In nouo autem Teſtamento, quia ſubtiliora ſunt omnia, quiſquis eius præceptis vtitur, velut delicatiori lini veſte decoratur, ibi quippè connubij abſtinentia damnatur, hîc miris laudibus colitur.*

Sacri miniſtri in carne viuere debēt præter carnem. Philo. Vgo Car.

Carnem, ſanguinémque ſapere non debet qui Sacerdus eſt, & vniuerſè qui ſacris inſeruit, idcirco oſſibus comparatos Eccleſiæ miniſtros cenſet Vgo, qui à carne ſeiuncti licèt in carne ſint, ſic ille ſcribit in Pſalm. 33. *Clerici dicuntur oſſa Eccleſiæ, quia pleni medullâ charitatis, & quia in carne ſine carne*; oſſa non referrent, ſi luxuriâ diffluerent, carnis vitiis obruerentur.

875. *Hoſtiæ ſe cōformare Sacerdos debebat.* Leuit. 7. 8.

Nouerint Sacerdotes ſe ita ſacrificia Deo offerre, vt ſe quoque in ſacrificium offerant, ſuam carnem mactent, corpus immolent; olim pellis hoſtiæ Sacerdoti immolanti dabatur; ſic enim præcipitur Leuit. 7. v. 8. *Sacerdos, qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius*; nimirum vt ſe hoſtiæ conformaret, & talis eſſet, qui immolatam iam hoſtiam referre poſſet; id quod tetigit Petrus Bleſenſis epiſt. 123. in hæc verba: *In Leuitico Sacerdos pellem hoſtiæ retinet; quia ordo ſacerdotalis expoſtulat, vt dum in menſâ altaris hoſtiâm immolat ſalutarem, quadam contritionis cruce hoſtiæ ſe conformet* Sic ille.

Petr. Bleſ.

Optima victima mens, & caro caſta. S. Iſid. Pel. *Electa Dei victima Sacerdos.* Orig.

Hoſtiæ ſe conformabit Sacerdos ſi caſtum, purúmque corpus circumferat, ſi caſtitatem colat: *Pulcherrima victima eſt*, inquit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 75. *piam mentem, & carnem caſtam habere.* Origines quoque ita Sacerdotem alloquitur hom. 11. in Leuit. *Separa te à terrenis artibus, & à concupiſcentiâ mundi, & cùm te ſeparaueris ab his omnibus, deuoue te Deo tamquam primogenitum vitulum; non operetur per te peccatum, nec iugum tibi imponat malitia, ſed eſto ſegregatus vſibus tantùm ſacerdotalibus, tamquam primogenitum animal mancipatus; ſegrega te, & ſecerne tamquam phiala ſancta, & ſancta thuribula, ſolius Dei Templi vſibus, & Dei miniſterio vacans.* Hucuſque Origenes. Vaſa ſacris Altaribus deſtinata ad prophanos conuerti non debent; multo minus Sacerdotes.

876. *Diuini timoris lictor à Sacerdotibus omne obſcœnum ſubmoueat.* L. Creſ. c. 11.

Olim apud Romanos hic mos vigebat, vt ſi Sacerdos meretrici in viâ occurriſſet, eam lictor ſubmoueret; Sacerdotes pro lictore Dei timorem habeant, qui ab eorum mente impudicitiam omnem eliminent. Scitè bonus ille auctor, cuius hic

Digitized by Google

hic verba implanto: *Lictor olim ſubmouebat meretricem ſi fortè in viâ Sacerdoti occurriſſet; ſed pro lictore ſit Dei timor, qui conſtanter, fidentérque ſummoueas, ſi quid obſcœnum, & impudicum animo ſe ingeſſerit; à conſortio mulierum cauetote, Sacerdotes, in quo tanta ſunt pericula.* Vera hæc Sacerdotis conſignatio eſt, ſi ab impuritate non ſolùm abeat, ſed & periculum vitet; verè non eſt purus, qui puritatis diſcrimina non timet.

Sacerdotis manus tranſlucentes ob continentiam & abſtinentiam Rich. à S. Laur.

Verè ille Sacerdotem referebat, de quo ſcribit Richardus à ſancto Laurentio tranſlucidas & diaphanas ob puritatem, & abſtinentiam manus habuiſſe, & corpus: *Exemplum*, inquit, *de quodam ſanctiſſimo Anglorum Pontifice, cuius corpus tantæ claritatis erat per virtutem continentiæ, & abſtinentiæ, quòd ipſo ſtante ante altare extenſis manibus ſolaris radius intrans per feneſtras vitream tranſlucebat per manus illius, ac ſi vitreæ fuiſſent.* Talis ad mentem ſancti Franciſci verus Sacerdos fuiſſet, nam de illo proditur cùm ad ſacerdotij dignitatem alliceretur, vitreum vas in manus ſumpſiſſe aquâ plenum, & adſtantibus dixiſſe, ſimilem puritatem Sacerdotibus neceſſariam, quam cùm in ſe non cognoſceret, idcirco à ſacerdotio abſtinuiſſe. Pontifex ille, cuius corpus ac ſi vitreum eſſet ob mentis, carniſque candorem tranſlucebat, ex Beati Patriarchæ formâ verus erat Sacerdos. O ſi plura ſimilium extarent exempla, quantâ luce perfunderentur cæteri!

Puritate vitreum vas aquâ plenum Sacerdos referat. S. Franc.

877. *A puris Sacerdotum manibus vt à virgineo vtero prodit Christus.* S. Aug.

Dei filius homo futurus nonniſi ex puriſſimâ, & ab omni parte illibata Virgine prodire voluit, hanc habere Matrem voluit, quæ virgineæ puritatis candore fulgeret; virgineam pudicitiam imitari Sacerdotes deberent, cùm ab eius manibus velut à virgineo vtero, vt habet ſanctus Auguſtinus, idem Chriſtus prodeat, dum in Altari conſecrationis verba profert Sacerdos, manibus panem continens.

Caſtitas Sacerdotes quodammodo creat.

Si igitur reſpondere dignitati ſuæ velint Sacerdotes, caſtitatem colant, pudicitiæ exempla cæteris præbeant, alioquin multum ab illis ſplendoris decedet, ac reuerentiæ, ſi caſtitate deſtituantur; ſicut enim qui caſtitatem colunt, Sacerdotes quidam ſunt, licèt alioquin non ſint; ita Sacerdotes caſtitatis hoſtes dignitatem ſuam quodammodo obſcurant, ſplendorémque ſuum deturpant: omnibus vniuersè loquens Apoſtolus ad Rom. 12. *Obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem;* itáne hoſtiam omnes offerre poſſunt, etiam qui Sacerdotis officio non funguntur? Poſſunt; pudicum corpus qui Deo offert, Sacerdotis exercet munus, Sacerdos quidam eſt: id quod innuit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 75. *Paulus dixit: Exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, non enim ad Sacerdotes ſolos ſcribens, hæc ipſis mandabat, ſed vniuerſæ Eccleſiæ; vnumquemque enim ipſorum hac in parte Sacerdotem eſſe iuſſit; quòd ſi caſtitas, & pudicitia ſubditos Sacerdotes creat; libido, ac laſciuia Sacerdotibus dignitatem abrogat;* vt ſæculares pudici Sacerdotes eſſe videantur, impudici Sacerdotes ſeculares.

Rom. 12.

S. Iſid. Pel.

Caſtitatis cultu Sacerdotes quidam fiūt, qui alioquin nō ſunt. Exod. 29. 6.

Adeò puri, caſti, ac ſancti Sacerdotes eſſe debent, vt illorum exemplo cæteri quoque eſſent, & per eos ad ſanctitatem Deus alios vocaret; hinc illud Exod. 29. v. 6. *Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta;* omnes Iſraëlitas Deus alloquitur, & ſacerdotale regnum eos futuros dicit; numquid omnes Sacerdotes futuri? At ex ſolâ tribu Leui eligebantur Sacerdotes, iique pauci; cur igitur omnibus ait: *Vos eritis mihi regnum ſacerdotale?* An quia omnes Sacerdotum exemplo ſancti, & impolluti eſſe debebant, vt Sacerdotes ipſos referrent? Oleaſter legit; *Vos eritis mihi regnum Sacerdotum, & gens ſancta;* cenſétque poſteriora verba eſſe priorum exegetica, vt illud *gens ſancta* explicet *regnum Sacerdotum;* adeò vt omnes eſſent puri non ſecus ac ſi eſſent Sacerdotes; ſed præſtat hîc eius explicatum ſiſtere: *Vos eritis mihi regnum Sacerdotum, & gens ſancta, id eſt, eritis mihi regnum tam mundum, támque impollutum, ac ſi omnes eſſetis Sacerdotes, quos mundiſſimos eſſe volo, quem ſenſum ſequens clauſula videtur explicare, vt mos eſt ſacræ Scripturæ; & Gens ſancta, id eſt, ſeparata à pollutionibus: Hebræis enim idem eſt ſanctum; quod ab immundiſijs ſeparatum.* Hactenus Oleaſter. Oleaſt.

Finiam ſi vos priùs periti, piique Sacerdotis verbis alloquar, qui vos alloquens, & ad caſtitatis cultum inhortans aiebat: *Vos quidem præſides virtutum omnium eſtis à Deo conſtituti, ſed præſertim veſtræ curæ pudicitia eſt concredita, vt theſauri nectaris, incomparabile decus, & monile pretioſum. In cæteris hominibus caſtimonia eſt virtus, & animi ſingulare ornamentum, in vobis autem ſacramentum. Eccleſiaſtici enim ordinis profeſſio, continentiæ votum eſt. Si diuinitus honorato ſacrario præfecti eſtis, illius ædituа pudicitia eſt, & vir magnus aiebat. Vos Eccleſiæ Virginis ſponſi, cuius annulum & pignus geritis, ſed & pariter Dei ſponſæ, æterno pudicitiæ fœdere cum eo coniugatæ. O beata confarreatio! ô nuptiæ auſpicatæ, in quibus cælum pro dote eſt, próque paraphernis, gratiarum omnium gemmæ, quales nec Erythræum mare dederit, nec Piſcaria omnis ora Indiarum. Veſtra ora caſtimoniæ ſunt oracula, ad eam omnibus ordinibus commendandam: veſtra peccata Numinis cibaria, vt de fonte puritatis eructetis caſtimoniam, quæ coronam veſtram nouis ſertis, & floribus inuſitatis condecorat. Si virtus hæc cæleſtis locum ſibi in terris metiri cupiat, quid fingi, & optari poteſt anguſtius, fideliúſque domicilium, quam anima religioſi, quam ipſum corpus Eccleſiaſtici viri, quod virtutibus vndique cingitur, & ſtudio ſanctitudinis ornatur? Si peregrina in terris pudicitia eijcitur à multis, & vexatur, & prauitorum hominum flagitio polluitur: vos orbæ, & afflictæ curatores, vos vindices defenſoréſque eſtis. Dina Iacobi filia à Sichimitis nefario ſtupro violata fuit. importunam libidinem illam fratres vlti ſunt, non omnes, ſed duo tantùm, Simeon videlicet, & Leui, quorum ille parens ſcribarum fuit, hic Sacerdotum. Quæ in re myſterium cognoſcit D. Ambroſius. Ideo, inquit, & fortaſſe iſti duo vltores præ cæteris, quia ſcribarum, & Sacerdotum auctores ſunt. Nulli enim magis quam ſapientes, & Sacerdotes debent caſtimoniam vindicare.* Digna verba, quæ omnium Sacerdotum mentibus inſideant, vt caſtitatis amore muneri ſuo reſpondeant, & puritatis cultu dignos ſe diuini Numinis cultores exhibeat, qui Virgo primus eſt, virginitatis auctor, pudicitiæ amator.

878. *Propria Sacerdotum caſtitas.* Luc. Creſ.

Caſtitatis curatores, & vindices Sacerdotes.

Sacerdotum maximè eſt caſtimoniæ violatores punire. S. Ambr.

EXCVRSVS LIX.

Sacerdotis doctrina, & ſcientia honorem Sacerdoti pariat.

Eruditio *rationis ornamentum.*

Intelligentia *Sacerdotis inſigne.*

Ex oblatis victimis colligitur quantâ ſapientiâ *præditus eſſe debeat, qui illas offert.*

Totus oculus *Sacerdos, vt nihil ferè eum lateat.*

Sacrarum

Sacrarum litterarum arcana ſcrutari *Sacerdotis eſt.*

Deum quodammodo Sacerdos refert *latentia patefaciens, & obſcura in lucem proferens.*

Sacerdotis dignitas *vnde collecta.*

Sacerdotis nota *eſt* ſcientiam ore *cuſtodire, & labyjs.*

Sacerdos Angelus Dei,*quia diuinæ voluntatis interpres.*

Quanta vis in Sacerdotum prædicatione.

Vel nudus Sacerdotis inceſſus *prædicatio quædam eſſe debet.*

In Pontifice omnia vocalia, *etiam greſſus.*

Sacerdos lituus plebi *excitandæ.*

Sacerdotes inſulæ Calecutij *habitu ſolo vt docerent cæteros,& erudirent.*

Scientiæ, & probæ vitæ *nexus in Sacerdote.*

879. *Eruditio rationis ornamentum.* Philo.

DOctrinæ ornamento Sacerdotem carere haud par eſt, Sacerdos eſſe non videtor, qui ſcientiâ præditus non eſt; ſcitè de inſcitiâ Philo lib.de ſomniis: *Inſcitia eſt bruta naturæ cognatum dedecus, eruditio rationis germanum ornamentum, & domeſticum.* Abeſſe ab homine ratione prædito inſcitia debet, ſed multo magis à Sacerdote, qui iungere intelligentiam vitæ debet;hinc illud ſancti Nili in parænesi: *Sacerdotem facit intelligentia, & vita,& morum integritas.*

Intelligentia Sacerdotis inſigne. S.Nilus.

Ex oblatis victimis colligitur quàm ſapientia præditus eſſe debeat, qui illas offert. Theodor.

In lege prohibebatur victimam offerre mutilatam, integra eſſe debebat, atque perfecta,cuius ritûs vt aliud myſterium ſit, hoc quoque ſe non prætermittendum offert;id factum vt Sacerdotes offerentes diſcerent perfectæ ſapientiæ,& ad omne opus bonum inſtructæ decus aſſumere;id quod tetigit Theodoretus quæſt.14. in Deut. vbi quærens cur mutilatum ſacrificium offerri inhibeatur, reſpondet in hæc verba: *Ab animalibus ratione carentibus inſtructi homines ratione præditos conſummata debere eſſe ſapientia ad omne opus bonum apparata.*

88o. *Totus oculus Sacerdos, vt nihil ferè eū lateat.* Ezech 1. 10. S.Iſid.Pel.

Nihil eſt, quod neſcire Sacerdos debeat, nihil qood ignorare, vt dignitati ſuæ reſpondeat, reſpondeat muneri;quatuor illis animalibus pariari debet, quæ plena oculis refert Ezechiel cap. 1. & 10. quòd omnia videant, atque cognoſcant: quò ſpectauit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt.151. *Dei,* inquit, *Sacerdos, quoniam ad eum appropinquat,animalium illorum multis oculis præditorum in morem omni ex parte totus oculus eſſe debet, eorum inſtar nihil neſcius. Quoniam igitur inſcitia laberas, diſce, nec clariſſimum ſacerdotium infama.* Si rudis, ac illiteratus Sacerdos ſit, non erit totus oculus, nec docere cæteros poterit, quibus præeſt.

Sacrarū litterarum arcana ſcrutari Sacerdotis eſt. Leuit.1.6.

In lege veteri Sacerdotis erat hoſtiæ pelle detractâ artus in fruſta concidere, Leuit.1. v.6. non caret hæc res myſterio, &, niſi fallur, id probat, quod hîc docemus abeſſe à Sacerdote inſcitiam debere, vt omnia obſcura videat, & occulta cæteris nudet,ac retegat,ac velut difficultatis pellem auferat ac literæ velamen; calculum adiicit Origenes hom. 1. in Leuit. in hæc verba: *Ille Sacerdos detrahit corium vituli oblati in holocauſtum, & deducit pellem, qua membra eius conteguntur, qui de verbo Dei abſtrahit velamen litteræ, & interna eius, quæ ſunt ſpiritalis intelligentiæ membra, denudat;* vt

Orig.

diuinæ Scripturæ arcana, quæ ſub litteræ velamine lateat, diſerti Sacerdotis induſtria cæteris retegantur, & ille ſolus ferè ſciat, quod ignorant cæteri.

Nimirum Dei loco Sacerdos eſſe debet, vt cuncta obſcura illuſtret, latentia patefaciat, aperiat occulta. Conceperat Rebecca, & duos paruulos vtero continebat, qui inter ſe collidebantur, dubium quid hæc res portenderet: *Perrexit vt conſuleret Dominum,qui reſpondens ait: Duæ gentes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex ventre tuo diuidentur, populúſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori,* Gen.25.v.23. vides pellem detractam, myſterium reſeratum,ſed quî Dominum conſuluiſſe myſterij retegendi causâ? Ad Sacerdotem ſe contulit, Sacerdotem interrogat, Sacerdos reſpondet, licèt Dominus reſpondiſſe referatur, vt Sacerdotis dignitas ſummáque ac penè diuina ſapientia colligeretur; Theodori verba ſunt: *Perrexit, hoc eſt, ſeceſſit ab alÿs, vt mentem ſuam colligeret, vt faciliùs Dei auxilium ſibi compararet; qui verò ad Melchiſedech illam perrexiſſe tradunt, hi magis coniecturâ, quàm veritate nituntur.* Rem luculentiùs, & apertiùs habet ſanctus Chryſoſtomus hom.50. in Geneſim,dum ait:*Vide mulieris pietatem, & religionem, non enim fecit ſicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere conſueuerunt; non ad humanum confugit ſubſidium, neque ſe expoſuit deceptioni curioſorum, aut ariolorum vanitati, & eorum qui polliceri audent, quæ ſupra humanam ſunt naturam, ſed abÿt vt conſuleret Dominum; hoc eſt, cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad Sacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere, & enarrans omnia,quæ ſibi contigerant, didicit diligenter omnia, miſericorde Deo per Sacerdotis linguam detegente & omnia manifeſtè, & alacriorem eam reddente;* quod in Sacerdotis dignitatem, honorem reſiliebat. pergit ſanctus Pater: *Et vide quanta & tunc erat Sacerdotis dignitas, nuſquam enim dicit, quòd Sacerdos ei reſponderit, ſed poſtquam dixit, abÿt, vt conſuleret Dominum, ſubiecit, & dixit Dominus ei, nempè per Sacerdotem;* tamquam os Dei Sacerdos eſſet, Deique interpres. Sacerdotis nota eſt ore, labiis ſcientiam cuſtodire; hinc illud Malachiæ 2. v.7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt;* cæterorum ſit mente ſcientiam cuſtodire, Sacerdotis eſt etiam labiis, nimirum maximè cuſtodit, cùm eam cæteris communicat; nam, vt ait hîc ſanctus Hieronymus: *Ad Sacerdotis pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege, qui ſi ignorantiam in cæteris diligentem,in Scripturis ſanctis oſtenderit negligentem, fruſtrà iactat dignitatem, cuius opera non exhibet.* Sacerdotis igitur os arca quædam doctrinæ eſſe debet, ex quâ omnia depromant neceſſaria.

881. *Deum quodammodo Sacerdos refert latentia patefaciens, & obſcura in lucem profert.* Gen.25.23. Theod. S.Chryſ. *Sacerdotis dignitas vnde collecta.* Idem. *Sacerdotis nota eſt ſcientiā ore cuſtodire, & labÿs.* Malach. 2 7. S.Hier.

882. *Sacerdos Angelus Dei, quia diuinæ voluntatis interpres.* Idem.

Angelus autem Dei dicitur Sacerdos, quia eius nuntius eſt, & diuinæ voluntatis interpres; pergit ſanctus Hieronymus: *Angelus, id eſt, Dei nuncius, Sacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt, eiúſque ad populum nuntiat voluntatem, & idcirco in Sacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt diſcamus Sacerdotem doctum eſſe debere, & præconem Dominicæ veritatis.* Hucuſque ſanctus Doctor.

Quanta vis in Sacerdotū prædicatione.

Sed quæri hîc poteſt, cur Sacerdos non *Angelus Dei* ſimpliciter dicatur, aut *Domini*, ſed *Domini exercituum*, ſic enim ait; *quia Angelus Domini exercituum eſt;* non caſu id factum, fors vt oſtenderet per Sacerdotes maximè ſuam potentiam,

tiam, vimque Deum exercere, ac prodere. Notum illud de Sacerdotibus circumducentibus arcam circa Iericho, quæ tandem vbi ſeptem vices circuierunt clangentibus buccinis corruit, Ioſ. 6. quæ res indicabat, quanta in Sacerdotum ſcientia, quam prædicatione produnt, vis lateat, ac virtus, quantum aduersùs vitiorum agmina Sacerdotum prædicatio robur habeat, id quod his verbis tetigit S. Auguſtinus ſerm. 106. de Tempore: *Sicut tunc canentibus tubis muri illi ciciderunt, ita & nunc oportet, vt ciuitas mundi, id eſt, ſuperbia cum ſuis turribus, auaritia ſcilicet, inuidia, atque luxuria, ſimul cum populis, id eſt, concupiſcentijs malis, aſſiduâ Sacerdotum prædicatione deſtruatur, atque diſpereat.* Sic ille.

S.Auguſt.

883. Qui rudis, & ſine litteris tacet, Sacerdotis non meretur nomen, cùm per ipſius prædicationem vitiorum muri non cadant. Olim Sacerdos tabernaculum ingrediens, Exod. 28. v. 34. vt vel nudo inceſſu omnes excitaret, omnes doceret; hinc illud ſancti Gregorij 2. part. adm. 4. *Moyſi præcipitur vt tabernaculum Sacerdos ingredient tintinnabulis ambiatur, vt videlicet voces prædicationis habeat, ne cœleſtis ſpectatoris iudicium ex ſilentio offendat.* Hoc idem premens S. Hieronymus epiſt. 128. ad Fabiolam: *Tanta*, inquit, *debet eſſe ſcientia, & eruditio Pontificis, vt & greſſus eius, & motus, & vniuerſa vocalia ſint. Veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, vt quicquid agit, quicquid loquitur, ſit doctrina populorum.* Quos & verbo, & exemplo ad cœlum vrgeat, auocet à noxio torpore, iure vt lituus dici poſſit; *Sacerdos*, inquit ſanctus Ambroſius epiſt. 82. *ſit quidam lituus plebis excitandæ ad deuotionem.* Non eſt lituus, qui torpet, & ignauiæ inſcitiæque lecto ſepelitur; non geſtat tintinnabula, qui rudis, & illiteratus tacere cogitor.

Vel nudus Sacerdotis inceſſus prædicatio quædam eſſe debet.
Exod. 28. 34.
S.Greg.

In Pontifice omnia vocalia, etiam greſſus.
S.Hier.

Sacerdos lituus plebi excitandæ.
S.Ambr.

De Sacerdotibus inſulæ Calecutij in India, quos vocant *Brachmanſſas*, hoc refert Oſorius lib. 2. de rebus Emanuëlis: *Terna fila ab humero dextro in latus ſiniſtrum gerunt, vt deſignent trinam in naturâ diuina ratie tem*; ſicque vel ſolo inceſſu ſpectatores ſuos erudiebant, & diuina myſteria retegebant dum viderentur; nimirum talis eſſe Sacerdos debet, vt intuentium mentes in Deum in diuina euehere ſtatim poſſit, & vel extimo veſtitu, ornatúque alios homines erudire. Aſſignant hîc aures, ſuperfluo ornatu leuitatem ſuam produnt, nec erigunt ad Deum viuentium animos, ſed auertunt, fœminis in corporis cultu pares.

Sacerdotes Inſulæ Calecutij habitu ſolo vt docerent cæteros, & erudirent.
Oſor.

Probatur in Sacerdotibus eruditio, quæ ne rudis ſit informari proba vita debet, probis moribus animari, in Sacerdote ſcientiæ, & vitæ probæ nexum ita explicabat Petrus Bleſenſis ſerm. 39. *Nec ſufficit Sacerdoti vna ſine altera vti, nec ſufficit ad ambulandum per vnus ſine altero. Sapientia Sacerdotis ſine munditia eſt tanquam vua, quæ detumuit in acinum; ſicut ignis, qui euanuit in fumum. Mundicitia verò ſine ſapientia eſt, tanquam lucerna ſine lumine, cibus ſine ſale.*

Scientia, & vita proba nexus in Sacerdote.
Petr.Bleſ.

EXCVRSVS LX.

Sacerdos ab rerum terrenarum amore alienus honorabilem ſe præbeat.

Sacerdotij viror.

A terrâ, *à* terrenis *mentem abiunctam circumferat Sacerdos.*

Dei imitatione ab omni rerum creatarum affectu *ſeparati ſint Sacerdotes.*

Ἅγιος *quid; ſine* terrâ *ſit Deo conſecratus.*

Sacerdos omnibus rebus ſenſibilibus *maior, earum affectu ligari non debet.*

Hærere cœlo à terrenis abiunctus *Sacerdos debet.*

Cœleſtis *Sacerdotum* vita.

Spiritualia, *&* diuina *quærant Dei Miniſtri, non terrena, & peritura.*

Circa Dei cultum *occupati Sacerdotes* terrenis *non inhient.*

In cœlo viuere *Sacerdotes debent, Dei poſſeſſio facti.*

Diſcrimen inter Sacerdotes Dei, *&* Pharaonis, *iſti terrena poſſidebant, illi diuina.*

Hieruſalem Ægyptus ſit cùm terrena *quærunt Sacerdotes.*

Virtutibus, *non* pecuniis *affluāt Sacerdotes.*

Miniſtri diuinis rebus occupati implicari ſe negotiis ſecularibus *non debent.*

Sacris Miniſtris terrena *nec cogitanda.*

Totus ſpiritus *ſit Sacerdos, dum munus ſuum exercet in Altare.*

Alienus ab omni re alienâ *ſit Sacerdos dum diuina exercet miniſteria.*

Sacerdotes tamquam phœnices *quotidie ſe renouantes.*

Vt leues nubeculæ *in altu euehi Sacerdotes debent.*

ITa cenſeo; ne contemnatur Sacerdos, contemnat ipſe terrena omnia, negligat peritura; non eſt Sacerdotis hærere terrenis, cœlo hæreat, inhiat æternis, vt tamquam cœleſtis homo honoretur; nihil commune cum terra habeat, ne tamquam communis homo habeatur. Virga Aaron, quæ diuinitus floruit, Sacerdotis ſignum fuit, Sacerdotiſque virorem ſignificauit; hinc illud in collectaneis ſancti Cyrilli, & aliorum cap. 24. *Virga Aaron, quæ germinarat, futuri ſacerdotij perpetuum virorem ſignificabat*; neque enim aridus, aut exſuccus Sacerdos eſſe debet. Germinat virga, ſed quæ nullas agebat in terra radices, vt Sacerdos ſtatim moneretur à terrenis bonis mentem auellere, & terrenos omnes affectus obſecare. Huc flecto illud ſancti Gregorij Nyſſeni lib de vita Moſis: *Cùm tibi germinauerit ſacerdotij virga, non humiditate terrenâ, ſed à ſe ipſâ nuces producens*; ſupera Dei virtute alimentum ſupplente, quod terra ex naturæ præſcripto exhibuiſſet; vt à virga, quæ è cœlo alebatur, à terra prorſus auulſa Sacerdotes diſcerent non terrenis adhærere, ſed diuinarum rerum deſiderio paſci, atque nutriri. 884.

Sacerdotij viror.

S.Cyr.Alex.

A terrâ, à terrenis mentem abiunctā circumferat Sacerdos.
S.Greg Nyſſ.

Ad Sacerdotes, & diuino cultui mancipatos flectit Origenes illud, quod habetur Leuit. 20. v. 7. *Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſum Dominus Deus veſter*; addit Oleaſter, *ſubaudi, ſanctus ſum*; ſanctificatio iſta ſeparationem quandam ſignificat; vnde illud, *eſtote ſancti*; explicat idem Oleaſter, *eſtote ſeparati*; ſed à quibus rebus, ab omni immunditia, ab omni rerum terrenarum affectu, à quibus ita alieni eſſe deberent Sacerdotes, ſicut Deus eſt. Audiamus Origenem; *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſū; ſicut ergo ſegregatus ſum, & longè ſeparatus, ſicut ego excedo omnes creaturas, atque ab vniuerſis,*

Dei imitatione ab omni rerum creatarum affectu ſeparati ſint Sacerdotes.
Leuit. 20. 7.
Orig.

quæ à me facta ſunt, ſegregor, ita & vos ſegregati eſtote ab omnibus, qui non ſunt ſancti, nec Deo dicati; ſegregati autem ſint non locis, ſed affectibus, non regionibus, ſed conuerſationibus.

885. *Ἅγιος quid; ſine terrâ ſit Deo conſecratus.* Idem.

Nec à perſonis dumtaxat, ſed à terebus ſeparare ſe Sacerdores debent, vt virgam Aaronis referant, quæ floruit, nec radices in terrâ egit, è cœlo nutrita. Pergit Origenes: *Denique & ipſe ἅγιος in Græcâ linguâ, quaſi extra terram eſſe ſignificat; quicumque enim ſe conſecrauerit Deo, meritò extra terram, extra mundum videbitur; ſuper terram ambulantes conuerſationem in cœlis habeamus.* Ita Origenes.

Sacerdos omnibus rebus ſenſibilibus maior, earum affectu ligari non debet. Philo.

Maior Sacerdos eſt, quàm vt ſenſibilibus adhæreat, rerum perituratum amore teneatur. Qui mundo maior eſt, à rebus mundanis mentem auocet, in cœlo degat, aliam à cæteris hominibus Rempublicam conſtituens. Rectè Philo lib. de Gigantibus: *Sacerdotet Dei homines ſunt, quorum maior eſt dignitas, quàm vt ſe miſceant humanæ Reipublicæ, & mundi vires ſint, ſed ſublimiores omnibus rebus ſenſibilibus migrarunt in mundum intelligibilem, ibi ſortiti domicilium, adſcripti Reipublicæ idearum incorporearum, & incorruptibilium.*

Hærere cœlo à terrenis abductus Sacerdos debet. Leuit. 8. 7.

Hærère cœlo animo à terrenis auocato Sacerdotem debere Deus docuit, cùm tunica eum hyacinthinâ veſtiri præcepit; ſic enim habes Leuit. 8. v. 7. *Veſtiuit Pontificem ſubuculâ lineâ, accingens eum balteo, & induens eum tunicâ hyacinthinâ*; nimirum in alium virum mutari debet, qui Sacerdos fit, & ideirco alias induit veſtes, vt alios etiam induat mores, vt nihil ſapiat, niſi diuinum. Pulchrè Oleaſter hîc, legens: *Poſuit ſuper eum tunicam; Nihil noſtrum,* inquit, *Deus vult in nobis videre, quoniam inquinata ſunt omnia noſtra, ideo voluit Sacerdotem veſtibus ſanctis indui, & inungi oleo ſancto*; ſubiicit de oleo: *Similiter Sacerdotes hac vnctionis ceremonia admouere voluit, poſt conſecrationem ſuam non debere eſſe, qui ante conſecrationem fuère, ſed debere in alteros viros mutari.* Oleaſt.

886. *Cœleſtis Sacerdotum vita.* Vgo Car.

Sed tunica illa hyacinthina, cùm hic color cœli referat colorem cœleſtem Sacerdotum vitam tacitè ſignabat, id quod tetigit Vgo Carenſis in Pſalm. 131. *Tunica,* inquit, *hyacinthina eſt Sacerdotum vita, quæ tota debet eſſe cœleſtis. Philip. 3. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.*

Spiritualia, & diuina quærant Dei miniſtri, non terrena, & peritura. Abul.

Spiritualia, & cœleſtia proinde quærant, non terrena, ac peritura; ſæpè in diuinis litteris duodecim tribuum Iſraël mentio fit, in quibus aliquando includitur Tribus Leui, ex quibus eligebantur Sacerdotes, & Leuitæ aliquando excluduntur; cùm dicitur terram diuidendam in duodecim Tribus Iſraël, non continentur Leuitæ: *Si eſſet aliquid ſpirituale*, inquit Abulenſis in cap. 3. Ioſuë quæſt. 31. *nomine filiorum Iſrael intelliguntur Leuitæ*; ſi autem eſſet aliquid purè temporale, non includebantur; vt ſcilicet ſcirent, Leuitarū eſſe ſpiritualia tantùm quærere, à rebus temporalibus mentem ita abducere, vt in cœlo ſe conuerſari proderent; quod magis noſtros tangit, à quibus maior ſanctitas exigitur, cùm maior eorum ſit dignitas.

887. *Circa Dei cultum occupati Sacerdotes terrena nō habient.* Deut 10. 9.

Hâc eadem de cauſâ Tribui Leuiticæ nulla terræ portiu aſſignata eſt, vt Deo ſolo contenta, Deo ſoli ſeruiret, Deut. 10. v. 9. *Non habuit Leui partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis, quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt.* Aliquis hîc reponat, & non poterat ſimul terram poſſidere, & poſſideri à Deo, Deumque poſſidere? Ægrè id fieri poteſt, præſertim ab illo terreno populo, qui terrena, quin terrenorum affectu ligaretur, vix habere poterat; & vniuersè, difficile eſt terrena poſſidere, & terrenis minimè adhærere: *Sacerdotibus*, inquit Philo lib. de præmiis, *nullam agri partem lex attribuit, vt circa ſolum Dei cultum occuparentur, ceu curam, & poſſeſſionem propriam*; vtque fierent cœleſtis poſſeſſio, vt notauit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 8. *Negatur his terrena diuiſio, vt ipſi dum ſæcularem ſibi non vendicant portionem, fiant cœleſtis poſſeſſio*; & in cœlo viuerent, cœleſtis vitæ participes facti: *Moyſes Leuitis*, verba ſunt eiuſdem ſancti Patris in exhortat. ad Virg. *non diuiſit terram, quorum non erat terrenus, ſed cœleſtis incolatus.* Philo. *In cœlo viuere Sacerdotes debēt, Dei poſſeſſio facti.* S. Ambr.

Magnum inter Pharaonis, & Dei Sacerdotes diſcrimen fuit, illi poſſeſſiones habebant, vt colligitur Gen. 47. iſti terræ portionem non poſſidebant; nimirum Pharaonis, non Dei Sacerdos eſſe videtur, qui terrenis rebus inhiat; id quod premit Origenes hom. 16. in Geneſim, dum ait: *Videte quæ ſit differentia Sacerdotum, ne fortè qui partem habent* IN TERRA, & TERRENIS *cultibus, ac ſtudijs vacant, non tam Domini, quàm Pharaonis Sacerdotes eſſe videantur. Feſtinemus tranſire à Sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena poſſeſſio, ad Sacerdotes Domini, quibus in terrâ pars non eſt, quibus portio Dominus eſt.* Sic ille. *Diſcrimē inter Sacerdotes Dei, & Pharaonis iſti terrena poſſidebant, illi diuina.* Orig.

Diſce; vrbes, & regna quandam Ægyptum ſapiunt, tenebris inuoluuntur, in quibus Sacerdotes terrenis lucris addicti ſunt; certè illud quod recitat Matth. cap. 2. *Ex Ægypto vocaui filium meum,* de Hieruſalem intelligit Rupertus; nam tunc hæc verba ex Propheta retulit Euangeliſta, cùm à Ieruſalem diſceſſerit Chriſtus, & in veram Ægyptum ſe contulit, ac ſi ex Ægypto in Ægyptum iret, cùm tenebris inuolueretur Ieruſalem ob vitiorum, quibus obruebatur, multitudinem, quorum magna pars à Sacerdotum malis moribus pendebat, qui cùm lucris terrenis adhæreſcerent, populu in exitium erant, & in ruinam; non mirum ſi & in Ægypto iniquitates inundabant, & peccata, cùm Sacerdotes terrenas poſſeſſiones retinerent, & conſequenter terrena eorum vita eſſet, non cœleſtis. 888. *Hieruſalem Ægyptus fit cùm terrena quærunt Sacerdotes.* Matth. 2. B. Rupert.

Virtutibus, non diuitiis abundare Sacerdotes debent, vt iuſtè dignitatem ſuſtineant, ad quam euecti; hinc illud ſancti Iſidori Peluſiotæ lib. 2. epiſt. 290. *Qui pretioſiſſima* SACERDOTII CORONA *redimiti ſunt, virtutibus potius, quàm pecunijs, & opibus affluere debent.* *Virtutibus, nō pecunijs affluant Sacerdotes.* S. Iſid. Pel.

Id euincit quoque illud Pauli 2. ad Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus*; omnibus id dicitur, quanto minus implicare ſe debent Sacerdotes, & illi qui ſacris miniſteriis ſunt addicti? Hoc idem vrget ſanctus Cyprianus epiſtola 66. *nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus; quod cùm de omnibus dictum ſit, quanto magis moleſtijs, & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & ſpiritualibus occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos, & ſeculares actus vacare non poſſint?* *Miniſtri diuinis rebus occupati, implicari ſe negotijs ſecularibus non debent.* 2. Tim 2. S. Cyprian.

Quid? non tantùm qui ſacris rebus ſunt mancipati, terrena negoria tractare non debent, nec cogitare, idcirco enim eis decimæ ex lege ſoluuntur, *vt qui operationibus*, inquit idem ſanctus Pater eodem loco, *diuinis inſiſtebant, in nullâ re auocarentur, ne cogitare, aut agere ſecularia cogerentur.* 889. *Sacris miniſtris terrena nec cogitanda.* Idem.

Sacerdos portò in Altari adſtare debet, vt totus ſpiritus eſſe videatur; hinc dicenti ad populum, *Dominus vobiſcum*, non reſpondetur, *& Dominus tecum*, ſed *& cum ſpiritu tuo*, vt omnis carnis, & corporis cura neglecta ibi Sacerdotem adeſſe ſignificetur. Scitè Beatus Albertus Magnus tract. 2. de Miſsâ cap. 2. litt. F. *Conſiderandum eſt*, inquit, *Totus ſpiritus ſit Sacerdos dum munus ſuum exercet in altare.* B. Alb. Magn.

quare

quare populus differenti modo reſalutat, non enim dicit, Dominus ſit tecum, vel aliquid huiuſmodi, ſed dicit, & cum ſpiritu tuo, quia Sacerdos ſtans ante altare totus debet eſſe in ſpiritu; ſtans enim ad aram nihil debet eſſe niſi ſpiritus, & nihil ſentire de corpore, vel de ſollicitudine ſeculi.

Alienus ab omni re aliena ſit Sacerdos dum diuina exercet miniſteria. S.Iſid.Pel.

Alienum ab omni re alienâ eſſe debere Sacerdotem, dum diuina exercet miniſteria, ex Sacerdotum Veteris Teſtamenti veſtibus ſic colligebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 45. *Cum Aaron, eiuſque ſucceſſores in Templum ſacrificij causâ ingrediebantur, laneis omnibus veſtimentis abiectis, veſtes ex lino contextas induebant, arcani aliquid continentes, atque illud ſignificantes, externos tumultus tum de memoriâ deponendos eſſe: nam qui rei ſacræ causâ ad Deum accedit, nihil alienum, nec vllam rerum ex materiâ conſtantium ſarcinam ſecum afferre debet.* in mundo mundanarum rerum ſint contemptores, cœlo hæreant, in cœlo conuerſentur, in ſublimia mente euolent, & graue piaculum ducant terrenarum rerum pondere grauari.

890\. *Sacerdotes tamquã phœnices quotidie ſe renouantes.* Luc.Creſ.

Denique vt definiam, & probi Auctoris verbis rem obſignem: *Erunt Sacerdotes in mundo exules mundi, inter homines Angeli, in carne ſpirituales, vt phœnices redinini, & quotidianâ ſe deuotione renouantes depoſitis veteris hominis exuuijs noui euolabunt corpore propè omni exuti*; terrenorum non ſolùm obliti; ſed & ſui, ſed ſui verè memores, ſi ſui in eo obliti, quod corporis curam tangit. Pergit idem auctor, & ego cum eo: *Vt leues argenteæque nubecula, nullâ face grauida, ad radium benigni Solis in ſublime attollentur, eleuabuntur ſuper terram, vitæ ſanctimoniâ properantes ad Deum, cœlo viciniores.* Inſculpant hæc ſuæ menti Sacerdotes, vt verè ſint, quod dicuntur; nam, vt aiebat ſanctus Hieronymus, *Non omnes Sacerdotes ſunt Sacerdotes*; & vt tales apud homines ſint, non erunt apud Deum, niſi iis votis ſint inſigniti, quæ Deus in ſuis miniſtris exigit.

Vt leues nubecula in altum euehi Sacerdotes debent. Idem. S.Hier.

CAPVT CI.

De Hebræorum Sacerdotibus nonnulla hiſce chartis conſignantur.

Quinquaginta macularum *genera, quæ à Sacerdotibus, & à victimis abeſſe debebant.*

Collo *nimis* longo, *aut nimis breui eligi in Sacerdotem non poterat.*

Qui aures exiguas *habebat, excludebatur à ſacerdotio.*

Auris *intus diducta, aut arida eſſe non debebat.*

Ob palpebræ *vitium à ſacerdotio repellebantur.*

Oculorum *ratio habita in ijs, qui diuinis miniſterijs erant adijciendi.*

In templo ſeruire non poterat, cuius oculi *aſsiduè lachrymarentur.*

Corpus ſuum vngere, *& rebus aromaticis bonum odorem illi affricare quando Sacerdos teneretur.*

Sacerdos, cui os putebat, *in os aliquod odoriferum immittere tenebatur.*

Superciliorum *ratio habita in electione Sacerdotis.*

Naſi *macula quæ.*

Dentiũ *defectus ſacerdotio ineptos reddebat.*

Qui manu *ſiniſtrâ pro dexterâ vtebatur, à ſacerdotio excludebatur.*

Sacerdos cicatrice aliquâ *notatus, populo benedictionem impertire non poterat.*

In capite *quis defectus à ſacerdotio excluderet.*

In naſo *quis defectus notatus.*

Quis in labiis *obſeruatus defectus.*

891\.

QVIA hîc ſumus, non erit ab argumento diſſitum ſi & Hebraica, & Ethnica etiam rudera verſemus, atque de Sacerdotibus aliqua eligamus, quæ non adeò obuia, nec ſuo fructu, ac compendio vidua ſint, nam & quæ in hac re exſucca videbuntur, hoc tamen vtilitatis producent, vt nouæ Legis Sacerdotibus, quibus Eccleſiam ſuam Chriſtus inſigniuit, quantum Chriſto debeamus, fiat manifeſtius; ſed iam Hebræorum monimenta adeamus.

Olim Iudices Sanhedrin iudicabant quinam eligendi eſſent ad ſacerdotium; locus in quo iudicium iſtuc fiebat, vocabatur לשכת הגזית *liſchath hagazith*, & erat in templi palatio; cùm quis eligebatur, feſtúmque agebat diem, quia macula in eo reperta non erat in ſemine Aaron Sacerdotis, & ita dicere conſueuerant: *Benedictus ſit Deus, quia defectus inuentus non eſt in ſemine Aaron, & benedictus ille, qui elegit in Aaron, & filijs ſuis, vt ſeruiant ante Dominum in Sanctuario.*

Maculæ, & defectus, quæ tam in hominibus ne ſacerdotio apti cenſerētur, quàm in animantibus, ne mactarentur obſeruabantur, quinquaginta erant apud Hebræos. Ita R. Moſe in libro præceptorum negatiuorum; ait enim: *Omnes defectus, qui inhibent ne homo ſeruire poſſit, & animal ſacrificari, ſunt quinquaginta*; hi communes homini, animalique ſunt, nam præter hos communes erant alij plures, qui homines à ſacerdotio arcebant, explēntque numerum centum & quadraginta, vt ait idem auctor eodem loco, præter omnibus obuios, & notos.

Quinquaginta macularũ genera, quæ à ſacerdotibus & à victima abeſſe debebant. R. Moſe.

892\. *Collo nimis longo, aut nimis breui eligi in Sacerdotem non poterat.* R.Moſe.

Ad Sacerdotis munus exercendum eligi non poterat apud Hebræus, qui collo nimium oblongo eſſet, aut nimium decurtato; ita habetur in libro eodem: *Qui collum demiſſum habet, vt caput videatur humeris hærere, aut qui collum nimis longum habet, is eligi non poteſt vt Deo ſeruiat.*

Qui aures exiguas habebat, excludebatur à ſacerdotio. Idem.

Qui aures nimis exiguas habuiſſet, ad Dei ſeruitutem adſcribi apud Hebræos non poterat; ſic habetur eodem libro: *Qui aures puſillas habet, ineptus eſt*; addit, *qui aures tumentes habet ad modum ſpongiæ, eligi non poteſt*; item *qui habet vnam aurem ab aliâ diſſimilem.*

Auris intus diducta, aut arida eſſe non debebat. Idem.

Si auris hominis Dei obſequio adijciebatur, debebat ſiue animalis quod mactandum erat, intus diducta vel leuiter fuiſſet, & homo repudiabatur à Dei ſeruitute, & animal à mactatione; quod refert R.Moſeh in lib præceptorum negatiuorum; addit & vtrumque excluſum, ſi auris ita aruiſſet, vt forata non emitteret ſanguinem; item & homo, & Anibal arcebatur, ſi alicui auris geminaretur, vt duplex foramen præſeferret,

Ob palpebræ vitium à ſacerdotio repellebantur. Idem.

Sacerdotum munus exercere non poterat apud Hebræos, qui vel minimũ foramen, vel diductionē in ſupercilio, ac palpebrâ præſeferret; quod refert idem R.Moſes in libro ſuperiùs producto, quod intelligitur etiam de animali mactando.

893. *Oculorũ ratio habita in ijs, qui diuinis miniſterijs erant adijciendi.* Idem.

Qui turbidè,& confuſè conſpiciebat,licèt alioquin illius oculus ab omni macula eſſet alienus, eligi à Iudicibus Sanbedrin non poterat,vt poſſet Deo in templo ſeruire;ſic traditur ab eodem libro; quod & de animali mactando intelligendum eſt, vt ait illius libri auctor R.Moſes.

Qui in aliquem oculi aciem directurus oculi palpebras perſtringit, is à Iudicibus Sanhedrin excludebatur, in templo Dei obſequio mancipari non poſſet, ita refertur in libro quem ſuperiùs citauimus.

In templo ſeruire non poterat, cuius oculi aſſiduè lachrymarentur.

In Sacerdotum numerum olim adſcribi,vt Deo in templo ſeruiret apud Hebræos,non poterat,cuius oculi aſſiduè lachrymarentur.

Corpus ſuum vngere,& rebus aromaticis bonũ odorem illi aſfricare quando Sacerdos teneretur. R.Moſes.

Sacerdos,cui corpus ſudore ſordidum erat, debebat corpus abluere, & vngere, & rebus aromaticis bonum illi odorem aſfricare, alioquin polluere ſuam ſeruitutem apud Hebræos putabatur; ſic habet R.Moſes: *Si quis Sacerdos ſordidus ſuo ſudore eſſet,abluat,& vngat totum corpus rebus aromaticis,& Deo ſeruiat;quod ſi ſordidus acceſſiſſet, inficiebat ſuam ſeruitutem*; ſed in Sacerdote probæ vitæ odor magis neceſſarius, probandus magis vt ſanctitatem quandam ſuis moribus emittat.

894. *Sacerdos, cui os putebat, in os aliquod odoriferum immittere tenebatur.* Idem

Sacerdos, cui os putebat,in os immittere odoriferum aliquod debebat, quod refert R.Moſes; ſic enim ille habet: *Si tetrum odorem ex ore emitteret, debet in os immittere vel piper,vel Zinziber,aut ſimilia odorifera, & ſic Deo ſeruire; quòd ſi tetro hoc odore Deo ſeruiſſet, ſuam infecit ſeruitutem.*

Superciliorũ ratio habita in electione Sacerdotũ.

Qui nullum pilum ſuperciliis habuiſſet, adſcribi in Dei ſeruitutem apud Hebræos non poterat; idem R.Moſes; addit & illos excluſos, qui ſuperciliorum pilos demiſſos habuiſſent,non erectos; & illos, qui vno ſupercilio caruiſſent, aut vnum ſupercilium ab alio diſſimile.

Naſi macula qua.

Vel vnicum, illúdque minimum in naſo foramen, & hominem arcebat à Dei ſeruitute apud Hebræos, & animal à mactatione, quod traditur ibidem.

Defectus dẽtium ſacerdotio ineptos reddebat.

Illi,quibus dentes excidiſſent,eligi nõ poterãt, qui Deo in Dei templo ſeruirent apud Hebræos.

Qui manu ſiniſtrâ pro dextera vtebatur, à ſacerdotio excludebantur.

Qui manu ſiniſtra pro dextra vtebatur,eligi non poterat,vt Deo in Dei templo ſeruiret,poterat tamen ſi ambidexter fuiſſet.

Sacerdos cicatrice aliqua notatus populo benedictionẽ impertire non poterat. Hebr.

Sacerdos, qui cicatricem aliquam haberet in facie, aut in manu,pedibus, oculo defectum aliquem, aliquámque debilitatem,ac deformitatem, populo impertire benedictionem non ſolet, ſic in שלחן ערוך præcipitur tract.de benedict. vnde & qui tingendi exercet artem, cùm manus maculoſas habere ſoleat, à benedicendi arcetur munere, vt eodem loco notatur.

Ille, cui capitis vertex concauus erat, eligi in Dei ſeruitium non poterat,& à Iudicibus Sanhedrin excludebatur,ſic habetur in libro præceptorum negatiuorum.

895. *In capite quis defectus à ſacerdotio excluderet. In naſo quis defectus notatus.* R.Moſch.

Naſi,vt & cæterorum membrorum ratio habebatur in eo qui adlegi in Dei ſeruitutem debebat apud Hebræos, & inter alia obſeruatum reperio, eum,cui naſus contractior, aut productior fuiſſet, excluſum tanquam ineptum,quod habetur in libro præceptorum negatiuorum, vbi adiicitur naſi menſuram ex minimo digitorum deſumendam, vt nec longior,nec contractior eſſet;excludebatur etiam,qui obtorto naſo erat.

Quis in labris. Idem.

Labra quolibet foramine aperta ſi quis olim habuiſſet,in templo Deo ſeruire non poterat, nec animal Deo mactari, quod refert R.Moſeh in libro præceptorum negatiuorum. Ex his quæ produximus apertè confirmatur, Hebræos vbique ſuperſtitionis notâ laborare, & interni cultus oblitos extimæ ſuperficiei ferè in omnibus addictos,vitiatos ab aris excludunt,non vitiis obſitos;corporis ita habenda eſt ratio,vt habeatur & mentis;mente,corporéque ſit integer,qui Dei obſequio eſt addictus.

CAPVT CII.

Nonnulla alia de Sacerdotibus Hebræorum.

Sacerdotum in Dei obſequio firmitas *vnde collecta.*
Hebræorum Sacerdotes cur morbis *obnoxij.*
Stantes *populum benedicunt Sacerdotes apud Hebræos.*
Quæ præſtare *iubeatur Sacerdos benedictionem populo impertiens.*
Sacerdotum manus ablutæ *ante benedictionem.*
Calceamenta *exuunt Sacerdotes in populi benedictione.*
Sacerdos vel caſu hominem occidens,*eleuare* manus *non poteſt,populum benedicturus.*
Sacerdotis benedictionem *excipiens aliam orationem fundere non debet.*
A Sacerdotibus ſabbata tubis *indicebantur.*
Sacerdotum dexteritas *in ſuis miniſterijs.*
Sacerdos, cui lucernarum *cura demandata, quid præſtaret.*
Virgæ nuceæ *cur ſacerdotium comparatum.*
De Pontificis vicario.
Sacerdotes ſorte eligebantur *quis cuique muneri deſtinaretur.*
Sacerdotum ardor *in victimis mactandis.*

Vt in Sacerdotem Legis veteris ritu vngebatur, integra hebdomada continere ſe intra oſtium tabernaculi debebat, vt exire inde illi non liceret; hinc illud Leuit. 8. *De oſtio tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem, quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ, ſeptem enim diebus finitur conſecratio*; qui ritus hoc tectè docebat firmam in Dei cultu permanſionem, perennémque in ſanctitate conſiſtentiam, vt Deo quodammodo affigerentur diuino cultui addicti, ſtatimque diſcerent diuinis miniſteriis mancipatis nimiam euagationem fugiendam eſſe; hunc morem ſcitè ad mores flectit ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib.11.de adoratione: *Non permittit*,inquit, *Lex eos qui ſacram ſortem adepti ſunt, & ad ſacerdotij munus obeundum conſecrati, è ſacro tabernaculo excedere; ſed ad ſeptimum vſque diem eos intus conſidere iubet,ac propè dixerim,officio affigit, nec limen egredi ſinit, quam in ſacris illis locis ſeſſionem, vt opinor, firmitatis, atque permanſionis in ſanctificatione ſymbolum quoddam eſſe voluit. Neceſſe eſt enim,vt qui in hac ſtatione collocati ſumus,praſtò ſimus Dei,firmi atque immobiles in virtute maneamus. Neque vt extra morum,qui nos deceant,terminos egrediamur, aut è ſacro ſenſu excedamus; ſed ſemper propè quodammodo ſimus, & apud Deum habitemus, iuxta illud, Quærens quære,& apud me habita.* 896. *Sacerdotum in Dei obſequio firmitas vnde collecta.* Leuit 8. S Cyr.Alex.

Ait

Hebræorum Sacerdotes cur morbis obnoxÿ.

Ait Maymonides multis morbis obnoxios Sacerdotes fuiſſe, propterea quòd carnibus ferè veſcebantur, & leuiter veſtiti inter rem diuinam amiculis lineis erant, quæ exuere toties, & ſumere neceſſe habuere, quoties aut operationem intermittebaot, aut redibant ad eam; tum & in pauimento ſtabant ſemper, neque ſedere illis in toto atrio, in quo ſacra fiebant, fas fuit. Hinc languor, veuarúmque inflatio, & alia mala.

897.
Stantes populum benedicunt Sacerdotes apud Hebræos. Hebr.

Hebræorum Sacerdotes cùm populo benedicereut id ſtantes faciebãt, quòd obſeruauit Hiſcuni, & Phenitha: *Stantes benedicebant, & ſtantes miniſtrabant*; idem habetur in שלחן ערוך tract. de benedictione, vbi additur linguâ ſanctâ benedictionem perficiendam eſſe.

Quæ præſtare ſubeatur Sacerdos benedictionem populo impertiens. Hebr.

Dum Sacerdos apod Hebræos benedictionem impertit, huc illud ſpectare curioſè non debet; ſic in libro iam producto tract. de benedictione. *In illâ horâ, quâ Sacerdotes populo benedictionem impertiunt, non debent huc illuc oculos flectere, nec ab illa benedictione mentem auertere, ſed ſurſum aſpicere, ſicut qui in oratione eſt; populus quoque benedictioni attendat, cultúmque ſuum dirigat ad vultum Sacerdotum, ita tamen vt eos oculis non reſpiciat.*

Sacerdotum manus ablutæ ante benedictionem. Hebr.

Sacerdotes Hebræorum licèt vmbratiles daturi populo benedictionem, abluunt priùs manus, exuunt, Leuitæque aquam porrigunt, vt præcipitur in citato libro tract. de benedictione: *Ne accedant Sacerdotes ad benedicendum populum, niſi priùs manus abluerint, licèt id manè præſtiterint, debent autem integras manus abluere, Leuitáque vaſe argenteo aquam ei porrigit.*

898.
Calceamenta exuũt Sacerdotes in populi benedictione.

Sacerdotes apud Hebræos daturi populo benedictionem calceamenta exuunt; ſic ibidem ſcribitur: *Ne aſcendant Sacerdotes ad benedicendum populum, niſi priùs calceamenta depoſuerint.*

Sacerdos vel caſu hominẽ occidens eleuare manus non poteſt populum benedicturus.

Sacerdos, qui hominem occiderit, etiamſi iſtuc caſu acciderit, extollere nunquam manus non poteſt, vt populo benedicat, ſic habetur eodem loco: *Sacerdos qui aliquem occiderit, etiamſi id nolens præſtiterit, non debet manus eleuare, & populum benedicere, etiamſi pœnitentiam obierit.*

Sacerdotis benedictionẽ excipiẽs aliã orationem fundere non debet.

Eo tempore, quo Sacerdos benedictionem populo impertit, nullus aliam orationem fundere debet, aut aliquem ſacræ Scripturæ verſiculum recitare, cùm tota mens excipiendæ benedictioni intenta eſſe debeat. Sic in שלחן ערוך tract. de benedictione præcipitur in hæc verba: *In horâ, quâ benedictio fit, non debet populus vllum verſiculi genus recitare, ſed tacitè ad benedictionem mentem dirigere.*

A Sacerdotibus ſabbata tubis indicebantur. Ioſeph.

A Sacerdotibus olim tubis ſabbata indicebantur, quod etiam nunc apud Hebræos in vſu, licèt non à Sacerdotibus id fiat; tubis quoque ſignificabatur, quando ſabbatum deſinebat, & feriæ populo denunciabantur, tempúſque quo licebat operari; meminit huius ritus Ioſephus lib. 5. de bello Iudaico, cap. 9. vbi locum, & tempus indicat, vbi & quo id fiebat: *Quarta*, inquit, *turris ſupra verticem Paſtophoriorum condita erat, vbi moris eſt vnum de Sacerdotibus adſtantem poſt meridiem, quod ſeptimus quiſque dies, id eſt, ſabbatum inciperet, tubâ ſignificare; rurſus veſperi quod deſineret: nunc ferias populo, nunc vt opus faciat, denunciantem.*

899.
Sacerdotum dexteritas in ſuis miniſterÿs. Ariſt.

Sacerdotum in ſuis miniſteriis quanta apud Hebræos dexteritas eſſet, quanta ſedulitas, quàm magnus ſilentij cultus, explicat his verbis Ariſtæas lib. de LXXII. Interpretibus: *Miniſterium Sacerdotum robore, & decore, & ſilentio cuncta ſuperabat: omnibus ſuâ ſponte laborantibus, quando quiſque inſtitutum opus iniuſſus curat: hi quidem ligna, hi oleum, hi ſimilam, alÿ aromata, alÿ carnes incendentes: & roboris excellentiam quamdam dexteritatémque oſtentant. Sumptis enim duobus vitulorum cruribus, quæ pondo ſupra duo talenta ſint, mirâ in altum facilitate ſic decenter proÿciunt, vt nunquam à loco aberrent: ſimiliter ouium, caprarúmque pondera iaciunt; ſunt autem hoſtiæ omnes abſque maculâ, & pinguedine præſtantes, ſternitur & ad quietem locus, vbi omnes cubant, vnde nullo excitante celeres quique ad opus per vices exurgunt: ſilentium verò tantum ineſt, vt cùm ſeptingenti ferè miniſtrorum continuò adſint, & offerentium libamina multitudo ingens, nec vnum quidem hominem in loco verſari putet, ſummâ namque veneratione cuncta, & magna Dei pietate perficiuntur.*

Sacerdos, cui lucernarum cura demandata quid præſtaret.

Sacerdos, qui candelabri lucernas accendebat, tres gradus aſcendebat, lapide ſtructos, vbi verò lucernas concinnauerat, deſcendens ſuſcipe; & alia instrumenta in ſecundo gradu relinquebat, ſic traditur in שלטי הגבורים lib. 2. cap. 31. vbi & lapidis qualitas, & magnitudo graduum ſignificatur his verbis: אמנם להיות כי רבותינו ז"ל אמרו
בפרק אמר להם הממונה משנה תשיעית ותמיד
ואבן היתה לפני המנורה ובה שלש מעלות
שעליה הכהן עומד ומטיב את הנרות והניח
את הכוז על מעלה שנית ויצא · נכון הוא
שנאם שהאבן הזאת תהיה מחצבית והיינו
מאבני שישא ומרמירא · וגם כי המארמירי הם
ממיני שוני כאשר אכתוב במיני הראשון כאשר
אדבר בשמחת בית השואבה · עם כל זה נוכל
לומר שהאבנים האלה יהיו היפים שבמיני המאר
מירי כמו שהיה בימיהם הפורפידישי מחוצבי
ומוציאי אותם מן ההרים שבארץ מצרים ובפרש
האבן שהוא ממינו הנקרא ליבקופלישי שהוא
אדום עם נקודות לבנות מפוזרות על שטח
החצן שלו · והאבנים האלה בבית ראשון היו
אחד עשרה במספר כמו שהיה מספר המנורות ·
וכלן היו חצובות ומחוקנות במעט כרבוע היינו
של תשעה טפחים באורך כרחבה של מנורה
על רחב וקומה של שמנה טפחים וחצי בשוה
כי המעלות היו שלשה וארכן היה כאשר דמיתי
שבעה טפחים ורומן שני טפחים וחצי והשלח
שלהן גם כן שני טפחים וחצי ·

900.
Virga nucea cur ſacerdotium comparatum. S. Iſid. Pel.

Virgæ nuceæ cur ſacerdotium comparetur explicat in hunc modum ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 50. vtiléque monitum elicit, dum ait: *Virgam nuceam vidit Hieremias, ſacerdotÿ typum, & argumentum, cuius ſuperficiariæ partes adſtringentia, acrimoniáque prædita ſunt; occultæ autem ſtabiles, ac firma, ac fulciendi vim habent. Quamobrem & ſacerdotÿ labores ſtrennè ferre oportet, & ipſius præmia prompto, & alacri animo expectare.*

De Pontificis Vicario.

De Pontificis Vicario, qui quotannis creatus ſub diem ieiunij erat: מתקינין לו כהן גדול אחר
שאם יארעבוה פיסול עבודה אחר תחתיו בין
שאירע בו פיסול קודם תמיד של שחר בין שאירע
בו פיסול אחר שהקריב קרבנות וזה שנכנס
תחתיו אינו צריך עבר יום הכפורים הרי הראשון
חוזר לעבודתו והשני עובר ואם מת הר אשון
וזה שני מתמני תחתיו: quæ ferè hæc ſonant: Poſitum in more fuit, inquit, vt Pontifici conſtituerent quendam alterum Pontificem. Nam ſi quid ei contigiſſet, quo impuratus videretur, alter ille vice eius rem ſacram faciebat. Cæterùm Vicario huic, qui pro illo in adyta ibat, non opus initiatione fuit, ſiue contaminati Pontificem, ante iuge ſacrificium matutinum, ſiue poſt oblationes peractas contigiſſet. Quàm primùm autem dies expiationum præteriſſet, prior ille redibat ad munia ſua: Vicarius autem ſe abdicabat.

Quòd ſi prior moriebatur, alter ille in eius locum ſubſtitutus eſt. Ex Maymonide in halacha Habodat Iom. Hactippurim.

Sacerdotes ſorte eligebãtur quis cuique muneri deſtinaretur. Hebr.

Cùm iuxta ſua vices Sacerdotes in templo miniſtrarent, ſorte eligebantur quis cuique muneri deſeruiret, vt confuſio omnis, & contentio tolleretur. docent id non ſemel Hebræi, & in eorum monumentis non ſemel legitur.

Sacerdotum ardor in victimis mactãdis. Ioſeph.

De Sacerdotum in ſacrificiis offerendis, mactandis victimis ardore etiam cum templum à militibus obſideretur, ita ſcribit Ioſephus lib. 1. de bello Iudaico cap. 5. *Circumſepto vndique fano, alios aliò fugientes, vel repugnantes Romani interficium: vbi plurimi Sacerdotum, quamquam hoſtes ſtrictis gladijs irruentes videbant, intrepidi tamen in peragendis rebus diuinis perſeuerabant; & in ipſo libandi, templúmque adolendi miniſterio mactabantur: ſaluti quoque præferentes religionis obſequium*; nollem noſtros in hac re à Iudæorum Sacerdotibus ſuperari; qui circa ſanctiorem victimam occupantur, diligentiores, ardentioréſque in ſuo munere eſſe par eſt.

CAPVT CIII.

De ſummo Sacerdote quædam notatione digna ex Hebræorum monumentis deprompta chartis illinuntur.

Eo die, *quo ſummo Sacerdoti licebat* ingredi *Sancta Sanctorum, ſemel tantùm id præſtare poterat.*

Cur quatuor vicibus *Sancta Sanctorum ſummus Sacerdos ingrederetur.*

Sancta Sanctorum exiens *ſummus Sacerdos in lætitiæ ſignum feſtiuum conuiuium pararet, & cur.*

Numerus *ſummorum Sacerdotum.*

Pecuniâ emptus *Pontificatus.*

Pontificis ædicula *in templo.*

Eius domus *tantùm Ieroſolymæ.*

Lamina *ſummi Sacerdotis vſque ad ſupercilia pertingebat.*

Latitudo *illius aureæ laminæ.*

Fronti *vt adprimeretur aurea lamina.*

In vnum Deum referre omnia *Sacerdos debet.*

Summi Sacerdotis matres *cur munera homicidis miſſitarent.*

Summi Sacerdotis characteres, *&* notæ.

Quæ cauere *ſummus Sacerdos iuberetur, quæ* præſtare.

Summus Sacerdos & ſua peccata confitebatur, *& ſuæ familiæ, & totius populi.*

Cingulum *ſummi Sacerdotis.*

901. *Eo die quo ſummo Sacerdoti licebat ingredi Sancta Sanctorum, ſemel tantùm id præſtare poterat.* Philo.

VNo tantùm die per totius anni curſum Pontifici ſummo licebat Sancta Sanctorum introire, licèt alij aliter ſenſerint. addo hîc, nefas illi fuiſſe bis, aut ter eo die ingredi, & ſemel tantùm licuiſſe, tradit Philo lib. de legatione ad Caium, vbi ait: *Intimum Sacrarium ſemel quotannis Pontifex introgreditur, ieiunij tempore odores incenſurus, & ex more vota facturus, vt felix annus & pax contingat omnibus hominibus; de cætero ſi quis non dico plebeius Iudæus, ſed Sacerdos, vel à Summo proximus, immo is ipſe Pontifex ſi duobus anni diebus, aut eadem die ter, quatérque introiret capite luet abſque venia; tantam religionem adytorum voluit eſſe legiſlator, vt hæc ſola inacceſſa, intactaque ſeruaretur*; neſcio quî hæc cohæreant cum his, quæ habet Auctor libri, qui inſcribitur שלטי הגבורים cap. 1. vbi ita loquitur; omiſſis verbis Hebraicis Latina verſione contentus ero: *Et quatuor vicibus ingrediebatur ſummus Sacerdos in Sancta Sanctorum in die propitiationis, primò, cùm ſuffitus fiendus erat; ſecundò vt ſanguinem vituli adſpergeret; tertiò, vt ſanguinem arietis; demum vt foras vaſa thymiatis, & ſuffitus ferret, quòd ſi quinque vicibus ingrederetur, reus erat mortis.*

Cur ei quatuor vices ſummus Sacerdos Sancta Sanctorũ ingrederetur. R. Moſes.

Quatuor vicibus ſummum Sacerdotem ingredi ſolitum Sancta Sanctorum in die propitiationis, teſtatur etiam R. Moſes Ægyptius; nam tract. de templo perech 4. has vices enumerans ait: *Primò quando deferebat incenſum in Sancta Sanctorum; ſecundò quando intus portabat ſanguinem hædi; tertiò, quando deferebat ſanguinem vituli octo vicibus eum ſpargens circa veſtes arcæ; quartò, quando ingrediebatur, vt inde efferret inſtrumenta incenſi, & alia quibus vſus fuerat*; ita ferè auctor iſte. idem habet R. Iacob, & alij, vnde illud quod de vnica vice aliqui habent, id de incenſi delatione intelligunt.

Summus Sacerdos apud Hebræos Sancta illa adyta ſubiens timore corripiebatur, ne morte plecteretur, atque adeò ſaluus exiens ſummâ lætitiâ perfundebatur, gaudio exiliebat, vt propterea amicis in lætitiæ ſignum feſtiuum pararet conuiuium: quod ex Hebræis notabat etiam Abulenſis Exod. 24. quæſt. 15. in hæc verba: *Summus Sacerdos introibat in Sancta Sanctorum, ingrediebatur gemens, & afflicto corde, pro peccatis ſuis, & populi totius.* 902.

Sancta Sanctorum exiens ſummus Sacerdos in lætitia ſignum feſtiuum conuiuium pararet, & cur. Abul.

Numerus ſummorum Sacerdotum.

Dicunt Hebræi ſummos Sacerdotes in primo Templo quod permanſit 410. annos, decem & octo fuiſſe, tamdiúque viguiſſe, quia Dei timore armati erant; ſummos Sacerdotes ſecundi templi, quod ſtetit per 420. annos, fuiſſe amplius quàm trecentos; R. Iochanam cauſam reiicit in id, quòd poſteriores ferè omnes *pecuniâ Pontificatum emebant*; hinc R. Aſſeh ait magnam ſummam pecuniarum detuliſſe ad Regem Anai, *vt filium ſuum ſummum Sacerdotem conſtitueret.*

R. Iochan. *Pecuniâ emptus Pontificatus* R. Aſſeh.

Pōtificis ædicula in templo.

In Maſſechta Middot ſcriptum extat, ædiculam fuiſſe Pontifici in templo extructam, in quâ ille interdiu manſitauit fermè, eámque לשכת כהן גדול conclaue Pontificis eſſe dictam. De domo verò, quæ extra Sanctuarium illi erat, ita Maymonides tradit, debuiſſe eam Ieroſolymæ, atque in ipſa vrbe, non alibi, eſſe; idem habet Auctor שלטי הגבורים lib. 1. cap. 25. vbi addit ſummi Sacerdotis ſummam fuiſſe gloriam in templo degere; noctúque ad propriam domum ſe conferre, interdiu verò per vnam, aut per duas horas, volunt hæc verba, quæ ſubiicio. ובית יהיה לו מכן במקדש והוא הנקרא לשכת כג (קראו חכמיהם ללשכה הזאת פאסטופוריאום כנראה בפיר ושם על ישעיהו הנביא זל) ותפארתו וכבודו שיהיה יושב במקדש כל היום ולא יצא אלא לביתו בלבד בלילה או שעה אחת או שתים ביום ויהיה ביתו בירושלם ואינו זז משם׃

Eius domus tantùm Ieroſolymæ.

903. *Lamina ſummi Sacerdotis vſque ad ſupercilia pertingebat.*

Laminam, in qua Dei nomen ſculptum, in fronte ſummum Sacerdotem geſtaſſe certum eſt; ſed quouſque ſe porrigeret dubium; cenſeo vſque

Ariſt. ad ſupercilia ; diſco id ex Ariſtæâ, qui ſcribit: *Ex qua* (mitrâ) *dependet lamina aurea, frontem ad ſupercilia operiens, vbi ſacris litteris Dei nomen conſpicitur.*

Latitudo illius aureæ laminæ. Lamina illa aurea, quam Sacerdos ſummus in fronte geſtabat, lata duos digitos erat, & ab vnâ aure ad aliam pertingebat, duabus lineis in ea ſcripta erant hæc duo verba קדש ליהוה ſic refert auctor libri שלטי הגבורים cap. 45. his verbis, והציץ הוא נקוב בשתי קצותיו ・ ופתיל תכלת למשה ממנו נכנס מנקב לנקב כדי שיהיה נקשר בפתיל כנגד העורף ・

Fronti vt adprimeretur aurea lamina. *Hebr.* In laminæ autem extremitate erant foramina, in quibus vittæ ſericæ inferebantur colore cæruleo, ſicque fronti adprimebantur, ne caderet; ſic indicat idem Auctor libri eiuſdem, eodem cap. 45. dum ait: ועשית ציץ זהב טהור ・ ביצד מעשה הציץ ؛ עושה טס של זהב רחב שתי אצבעות ומקיף מאזן לאזן ובתוב עליו בשני שטין קדש לה ・ קדש מלמטה ・ לה מלמעלה ・

904\. *In vnum Deum referre omnia Sacerdos debet.* *Orig.* Ad vnum Deum omnia dirigenda ſunt, Sacerdos laminam auream in fronte geſtabat, cui Dei nomen inſcriptum erat, vt iſtuc ipſum vel habitu ſuaderet, & etiam tacens hoc inclamaret: *Aurea lamina*, inquit ex noſtris Origenes hom. 9. in Exod. *in fronte reſplendeat, vt nomen Dei ſemper habeatur in capite, & ad vnum Deum cuncta referantur.* Abeunt, qui Dei nomen pedibus conculcant, ad pedes abiiciunt, ſuum fronte præferunt, & ſuorum nomen ſuum iactant, & intumeſcunt.

Summi Sacerdotis matres cur munera homicidis miſſitarint. *Olcaſt.* Summi Sacerdotis matres munera homicidis mittere conſueuerant, qui à ſuis exulabant; ne ſcilicet ſummi Sacerdotis mortem optarent, ita ex Hebræorum monumentis refert Olcaſter in cap. 36. Numerorum: *Tradunt etiam Hebræi ſummorum Pontificum matres, exulantibus homicidis frequenter munera miſiſſe, & alia contuliſſe bona, quo minus ſummi Sacerdotis obitum optarent, quòd ſi homicida in ciuitate refugij aliquem occidiſſet, inde in aliam migrare tenebatur ſtatim.*

Summi Sacerdotis charaEteres, & mora. *Hebr.* Summus Sacerdos apud Hebræos Sacerdotibus maior eſſe debebat, pulchritudine, iuribus, diuitiis, ſcientiâ, aſpectúque ipſo: quòd ſi opibus careat, tenentur illi Sacerdotes cæteri ex ſuis opibus impartire donec eum omnibus ditiorem reddiderint; ita refert Auctor שלטי הגבורים lib. 1. cap. 39. vbi hæc habentur. וצריך כהן גדול להיות גדול מבל אחד מאחיו הכהנים בנוי ・ בכח ・ בעושר ・ בחכמה ・ ובמראות ・ כדאיתא בפרק שני דהוגיות ואם אין לו ממון בל הכהגים נותנים ו משלהם בל אחד לפי עשרו עד שיעשירו אותו יותר כעשר שבבלן.

905\. *Quæ cauere ſummus Sacerdos iuberetur, quæ præſtare.* *Hebr.* Cauere ſummus Sacerdos debebat, vt ſuæ dignitatis culmini grauitate reſponderet, nec familiariùs illi cum vulgo agendum erat, cùm nudus eſſet ab aliorum oculis ſe ſubducebat, itidem cùm in balneo erat, aut cùm tonderetur; ſic habet Auctor idem eodẽ libro, & capite. Additque ſummo Sacerdoti cauendum, ne ad conuiuia etiam inuitatus iret; poterat tamen ad eos ſe conferre, qui ob aliquem defunctum lugebant, vt eos co. ſolaretur, dummodo in inceſſu à multitudine premi ſe non fineret, ſed alij Sacerdotes eum ambirent; hæc omnia ſonant hæc verba: וחייב כהן גדולנהוג כבוד בעצמו כדאית בתוספתא דפרק רביעי דסנהדרין ・ ולא יקל בעצמו עם שיר העם ולא יראו אותו ערום ולא בבית המרחץ ולא בבית הכסא ולא כשמספר שנאמר הכהן הגדול מאחיו מלמד שנוהגין בו גדולה יתרה ・ אף אם רצה הוא שרחצו אחרים עמו הרשות בידו ・ לא יכנס לבית המשתה ולא למעודות של רבים אפי הם של מצוה אבל הולך הוא אם רצה לבית האבל ובשהוא הולך אינו הולך בערבוביא עם שאר הכהנים אלא מסבבין אותו הכהני וחולקים לו כבוד והסגן ממצעו בינו לבין העם ・ Summus Sacerdos, vt habetur in libro ſecundo præceptorum, confiteri & ipſe ſua peccata tenebatur, deinde ſuæ familiæ, & demum totius populi; vt hinc colligatur rationem eorum redditurum ſuperiorem, quibus præeſt. *Summus Sacerdos & ſua peccata confitebatur, & ſuæ familiæ, & totius populi.*

Cingulum ſummi Sacerdotis. Cingulum ſummi Sacerdotis latum erat tres digitos, triginta duo brachia porrigebatur, vt ſæpè circa eum volueretur, ſic enim habetur in שלטי הגבורים lib. 1. cap. 45. גם אבנטו של כהן גדול היה דומה במעשיו לאבנט כהן הדיוט ומעשה רוקם היה ・ רחבו כמו שלש אצבעות וארבו שנים ושלשים אמות ・ מקיפו ומחזירו ברך על גבי ברך: ſic ibi De veſtibus, quibus Hebræorum Sacerdotes vtebantur, aliqua infrà dabo; ad Gentiles quoque calamum conuerto.

CAPVT CIV.

Quædam de Sacerdotibus Gentilium.

Quales *eligerentur* Sacerdotes *futuri falſorum Numinum.*

Ægyptij Sacerdotes *à mundanis negotijs quàm alieni.*

A cadaueris adſpectu *Sacerdotes arcebantur.*

Ab obſcœnis ſpectaculis *auocati Gentilium Sacerdotes.*

Ab eo ſpectando, *in quo vltimum rei* ſupplicium *ſubeunt, Eccleſiaſtici viri auocati.*

A ludis *Parochi auocati.*

Sacerdotibus hiſtrionum, *&* aurigarum *amicitia interdicebatur.*

A ſpectaculis, à tabernis *amouebantur Sacerdotes.*

Quâ lege admitterentur Sacerdotes ad ſacra certamina.

Sacerdotes Ægyptiorum *cepam cur auerſarentur.*

Sacerdoti vt ſacra obiret, *quæ præſtanda.*

Ægyptij Sacerdotes præter Deorum obſequium, & cultum nullum aliud officium *obire poterant.*

ETIAM de Sacerdotibus, qui falſis Numinibus ſeruiebant, aliqua lectori offerenda, quæ vtilitatem aliquam poterunt parturire, & noſtros docere: qui veri Numinis veri ſunt Sacerdotes; certè ſi quid in illis alienum, & inſulſum; hinc patebit quid Chriſto debeamus, qui nos ab illorum erroribus, inſaniiſque ſubduxerit, & auocauerit; ſed ad rem. 906.

Quî, & quales eligendi eſſent Sacerdotes licèt futuri falſorum Numinum, oſtendit Iulianus in fragm. dum ait: *Placet Sacerdotes ex omnibus conſtitui, qui in ciuitatibus optimi ſunt, & in primis quidem Dei; deinde verò hominum amantiſſimos quoque ſiue pauperes ſint, ſiue diuites. Nec enim vllum, quod ad eam rem attinet, inter obſcuros, & illuſtres debet eſſe* *Quales eligerentur Sacerdotes futuri falſorum Numinum.* *Iul.*

 diſcrimen.

diſcrimen. Nam qui propter animi manſuetudinem lates, nequaquã propter obſcuritatem,& ignobilitatem arcendus eſt. Igitur etſi pauper ſit aliquis, aut plebeius, ſi duobus yſce praditus ſit ornamentis, religione erga Deum, & in homines benignitate, Sacerdos nihilominus eligatur. Porrò religionis quidem in Deum argumentum eſt, ſi propinquos omnes ad pietatem erga Deos capeſſendam alliciat. Humanitatis verò, ſi vel ex modico libenter pauperibus impertiat, prolixéque communicet, ac quamplurimos ſua complecti liberalitate ſtudeat.

Ægypti Sacerdotes à mundanis negotys quàm alieni. S.Hier.

Ægypti Sacerdotes adeò à mundanis viris auulſi erant, vt nec cognatos quidem videre vellent, nec liberos, ita de illis ſcribit ex Chæremone ſanctus Hieronymus lib. 2. aduersùs Iouinianum cap. 9. *Charemon ſtoicus vir eloquentiſſimus, narrat de vitâ antiquorum Ægypti Sacerdotum, quòd omnibus mundi negotys curiſque poſtpoſitis, ſemper in templo fuerint: & rerum naturas, cauſáſque ac rationes ſiderum contemplati ſint; nunquam mulieribus ſe miſcuerint: nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidem viderint.*

907. *A cadaueris aſpectu Sacerdotes arcebantur.* Seneca. Philo.

Olim Pontificibus interdictum videre cadaoeta, id non ſolùm Gentilibus; ſed etiam Hebræis: vtrumqne hoc firmo. Seneca conſol. ad Martiam: *In conſpectu poſito corpore* (cadauere) *interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret.* De Hebræis idem habet Philo de Monarchia: *Pontificem à cadauere arceri.*

Ab obſcœnis ſpectaculis auocati Gentilium Sacerdotes. Iul.

Etiam falſurum Numinum Sacerdotes ab obſcœnis ſpectaculis auocatos lego; Iolian. Imp. in fragm. *Ad obſcœna illa theatrorum ſpectacula nullus omnino Sacerdos accedat, neque in ædes ſuas introducat; non enim decet*; occinenda iſta & noſtris, qui veri Numinis veri Sacerdotes maiori vt pollêre ſanctitate, ac puritate debent, ſic & ab impuris ſpectaculis cautiùs ſe eximere.

Ab eo ſpectaculo, in quo vltimum rei ſupplicium ſubeunt, eccleſiaſtici viri auocati. Conc.

Eccleſiaſticos virus, (vt de noſtris aliquid hîc interſeram,) auocatos obſeruo ab eo ſpectaculo, in quo reus morti addictus mortem obit; certè in Actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. cap. 33. ita ſancitur: *Ne cùm neces, & cruciamenta improbis hominibus magiſtratuum iudicio illata multitudini ſpectãda promuntur, vllo modo Eccleſiaſtici ordinis viri interſint, niſi eorum pia opera, conſolandique officium vſui futurum illis ſit, qui ad ſupplicium ducuntur.* Synodus Placentina de Parochis ita loquitur: *A ludis publicis, cuiuſcumque ſint generis, omnino abſtineant, choreis non interſint, eáſque multo minus ducant.*

A ludis parochi auocati. Syn. Plac.

908. *Sacerdotibus hiſtrionũ, & aurigarum amicitia interdicta.* Iul.

Sacerdotes falſurum Numinum adeò à ſpectaculis, ac theatris arcebantur, vt & hiſtrionum, aurigarum, ſaltatorúmque amicitia illis interdiceretur, & ad eorum fores acceſſus; Iulianus de Sacerdotibus loquens in fragm. ait: *Nullus Sacerdotum in theatrum prodeat, neque cum hiſtrione vllo, vel aurigâ, vel ſaltatore ſit amicitia coniunctus, ad eorúmve fores accedat.*

A ſpectaculis, à tabernis amouebantur Sacerdotes. Idem.

De Sacerdotibus à ſpectaculis, & à tabernis amouendis ita ſcribebat Iulianus ad Arſatium, epiſt. 49. *Deinde Sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad ſpecula, néve in taberna bibat, néve artem aliquam, aut opificium turpe, infaméve exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito, qui autem reſiſtunt, expellito.*

Qua lege admitterentur Sacerdotes ad ſacra certamina. Idem.

Hac ratione ad ſacra certamina Sacerdotes falſorum Nominum admiſſos lego, dummodo in iis mulieres non certarent; quin nec ſpectarent ea. Iulianus in fragment. ait: *Sacerdotes ad ſacra duntaxat certamina, ſi qui velint, adeundi poteſtatem habeant, dum eiuſmodi ſint, quibus non certare ſolùm, ſed vel ſpectare mulieres prohibeatur*; nam à non ſacris omnino arcebantur.

Sacerdotes Ægyptiorum cæpam cur auerſarentur. Plut.

Cur Sacerdores Ægyptiorum cèpam auerſarentur, his verbis Plutarchus docet de Iride, & Oſiride: Auerſantur Sacerdores, & abhorrent ab eà (cæpa) ex obſeruatione, quòd ſeneſcente luna gliſcere, & germinare ſoleat. Eſt verò neque expiantibus ſe, neque feſta celebrantibus cæpa accommodata; his quòd lachrymas ſumentibos eam, illis quòd ſitim prouocet.

909. *Sacerdoti vt ſacra obiret, quæ præſtanda.* Iul.

Quî ſacris obeundis ſe olim pararet Sacerdos apud Gentiles, quot diebus Templo affigeretur, domúmque non propriam petere debere, & à foro ſe ſubducere, habet his verbis Iulianus in fragm. *Equidem ſic ſtatuo: Sacerdotem oportere noctes, atque dies purum ſe ab omnibus, & integrum ſeruantem; tum ſingulis noctibus yſ ſe luſtrationibus expiantem, quas ritus ſacri præſcribunt, ita demum intra Templi ſepta ſeſe continere tanto dierum ſpatio, quantum Leges præcipiunt. Etenim Romæ apud nos triginta præſtituti ſunt dies: alij aliter inſtituunt. Itaque per omnes illos dies in templis reſidere, ac philoſophari, meâ quidem ſententiâ, conuenit, neque interim domum petere, vel forum: ac ne magiſtratum quidem niſi in Templis videre; tum verò cultus ipſum diuini ſedulò curam capeſſere, & inſpiciendis atque ordinandis omnibus intendere. Expletis porrò legitimis diebus, vbi alteri functione ceſſerit, & ad humanæ vitæ negotia ſe tradiderit, liceat ipſi cùm amicorum frequentare domos, tum ſi inuitatus erit, conuiuijs intereſſe, non omnium, ſed optimorum. Tunc & in forum prodire non abſurdum videtur; dum id rarò fiat; & Ducem ac prouinciæ Præfectum officij cauſâ conuenire, & indigentibus pro virili parte præſidium offerre.*

Ægyptij Sacerdotes præter Deorum obſequium, & cultum nullũ aliud officiũ obire poterant. S.Aug.

Ægyptij Sacerdotes in templo tantùm ſeruire diis ſuis poterant, nec aliquid aliud officij agere, licitum illis erat. Meminit huius moris ſanctus Auguſtinus lib. quæſt. 1. in Gen. quæſt. 136. *Accedit etiam*, inquit, *quòd Ægyptij Sacerdotes perhibentur non ſeruiſſe ſemper, niſi templo Deorum ſuorum, nec aliquid aliud officij egiſſe*; hæc noſtris, qui veri Nominis obſeqoio mancipati ſunt, ſeriò cogitanda, vt illos ea non præſtare pudeat in veri Dei cultu, quæ legimus in falſorum ſeruitute Gentiles perfeciſſe.

CAPVT CV.

De Sacerdotibus aliqua recenſitu digna ex noſtris.

Sacerdotes quando populo ſuaderent *vt* eleemoſynas *erogarent.*

Sacerdotum manus *infirmi capiti impoſita infirmo ſalutaris.*

De lumborum præcinctione *aliquorum Sacerdotum ſuperſtitio.*

Sacerdotis dextera *quantum exaltata.*

Perſtricti Sacerdotes, qui res *ſacrificio inſeruientes non parant.*

Presbyteri coram Epiſcopo *in Africâ non concionabantur; hic mos à quo ablatus.*

Athanaſij ſymbolum *memoriæ committere iubebantur.*

Sacerdotes

Sacerdotes in Eccleſiis ſepelire *& nota iuſtitiæ viros licebat, cùm alÿs id negaretur.*

Res mira de Sacerdotis digitis.

Quiſque ſibi victima, & Sacerdos *qui eſſe poſſit.*

Onus, *quod ferre ſuis humeris Sacerdos debet, altorum humeris non imponat.*

Qui gradu *excellunt, emineant &* vitâ.

910. *Sacerdotes quando populo ſuaderent, vt eleemoſynas erogarẽt.* Capit.

OLIM Sacerdotes populo ſuadebant, vt eleemoſynas exhiberent ob plagas, quas patiebantur, vtque ob eandem cauſam orationes funderent; in capitulis Eccleſiaſticis Caroli Magni num. 24. hæc habentur: *Vt Sacerdotes admoneant populum, vt eleemoſynas dent, & orationes faciant propter diuerſas plagas, quas aſſiduè pro peccatis patimur.*

Sacerdotum manus infirmi capiti impoſita infirme ſalutaris. Acta.

Plerique à ſacrificante Sacerdote manum ſibi imponi poſtulabant; egit iſtuc ſancta Hedvviges Duciſſa Poloniæ, in cuius vita hæc habentur: *A Sacerdote, qui ſacrificium fecerat, petebat vt manus ſuas capiti ipſius imponeret, & aquâ benedict. à conſpergeret, ſine vlla hæſitatione credens, per hoc ſpecialem aliquam gratiam à Domino ſe percepturam, & malâ valetudine leuatam iri: id quod etiam ſæpius ita euenit, vt ipſa poſtea familiaribus ſuis reuelauit.*

De lumborũ præcinctione aliquorum Sacerdotum ſuperſtitio. Cœleſt.

Cùm moneat Chriſtus Lucæ 12. vt lumbi præcincti ſint, aliqui Sacerdotes huc deuenerant, vt ad litteram hæc intelligentes, lumbos verè præcingerent, & pallium induerent, quos perſtringit Cœleſtinus Papa epiſtola ad Epiſcopos prouinciæ Viennenſis, & Narbonenſis, hiſce verbis: *Didicimus, quoſdam Domini Sacerdotes ſuperſtitioſo potius cultui inſeruire, quàm mentis, vel fidei puritati. Sed non mirum, ſi contra Eccleſiaſticum morem faciunt, qui in Eccleſia non creuerunt; ſed alio venientes itinere, ſecum hæc in Eccleſiam, quæ in aliâ conuerſatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt ſe Scripturæ fidem, non per ſpiritum, ſed per litteram completuros. Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, vt taliter ſeruarentur, cur non fiunt pariter quæ ſequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vnà cum baculo teneantur.*

911. *Sacerdotis dextera quãtum exaltata.*

Expendens Ioannes ſui muneris ſublimitatem, quo Chriſti capiti manus imponere iuſſus eſt, vt eum baptizaret, ita ſecum loquitur, & manum illud officium obeuntem in hunc modum effert apud aliquem orat. 3. in Ioan. Bapt. *Beatus ergo, qui à te fuerim approbatus, qui tanto myſterio operam meam impenderem. O dextera quantum exaltata es! ô luteum inſtrumentum quantum honoratam es!* ſic ille; & iure, ſed Sacerdotis cuiuſque manus, quæ diuinis Altaris myſteriis conſecrata eſt, multo altius, quàm illa Ioannis exaltata eſt, vt proinde maiori admiratione, maiore humilitate corripi quiſque debeat, ſui muneris dignitatem, ſublimitatémque conſiderans.

Perſtricti Sacerdotes, qui res ſacrificio inſeruientes non parant. S. Petr. Dam.

Sacerdotes, qui ornamenta ſacra ſacrificiis deſeruientia ſibi non prouident, ita perſtringit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 26. cap. 2. *Quantæ damnationis eſt eos, qui peccata populi comedere prohibentur, ex acquiſitis rebus non codices emere, non ornamenta, vel vtenſilia ſuis Eccleſiis prouidere, ſed in neceſſitatis, vel neceſſitudinis ſumptus cuncta prodigere? Præſertim cùm hæc idcirco Sacerdotibus conferantur, vt ipſi pro populo precibus, ac votis inſiſtere, eiúſque debeant peccata portare.*

Presbyteri coram Epiſcopo in Africâ non concionabantur, hic mos à quo ablatus. Poſſid.

In Africa Presbyteri coram Epiſcopo concionari non conſueuerant, quem tamen morem ſuſtulit Valerius Epiſcopus, qui coram ſe Euangelium prædicari à ſancto Auguſtino, dum adhuc Presbyter eſſet, voluit; ita Poſſidonius in vita ſancti Auguſtini: *Eidem*, inquit, *Auguſtino Presbytero poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi, ac frequentiſſimè tractandi, contra vſum quidem, & conſuetudinem Africanarum Eccleſiarum. Vnde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant; ſed ille vir venerabilis, ac prouidus, in Orientalibus Eccleſiis, id ex more fieri ſciens, vtilitati Eccleſiæ conſulens, obtrectatorum non curabat linguas dummodo factitaretur à Presbytero, quod à ſe Epiſcopo impleri minimè poſſe cernebat. Vnde accenſa, & ardens eleuata ſuper candelabrum lucerna, omnibus qui in domo erant, lucebat. Et poſtea currente, & volante huiuſmodi famâ, bono præcedente exemplo, acceptâ ab Epiſcopis poteſtate Presbyteri nonnulli coram Epiſcopis populis tractare cœperunt verbum Dei.*

912. *Athanaſÿ ſymbolũ, memoria committere iubebantur.* Hincm.

Presbyteri Athanaſÿ ſymbolum memoriæ committere olim iubebantur; Hincmari Archiepiſcopi Remenſis capitula ſic præcipiunt cap. 1. *Nec non & ſermonem Athanaſÿ de fide, cuius initium eſt, Quicumque vult ſaluus eſſe, memoriæ quiſque commendet, & ſenſum illius intelligat, & verbis communibus enunciare queat.*

Sacerdotes in Eccleſiis ſepelire, & iuſtitia viros licebat, nam alÿs id negaretur Theodulph.

Cùm in Eccleſia nõ facilè defunctorum corpora ſepelirentur, Sacerdotibus tamen, aut etiã iuſtis quibuſlibet, id faciliùs concedebatur: hinc illud in Capitulari Theodulphi cap. 9. *Antiquus in his regionibus in Eccleſia ſepeliendorum vſus fuit, & plerumque loca diuino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata cœmeteria, ſiue polyandria facta ſunt. Vnde volumus, vt ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in Eccleſiâ ſepeliatur. Niſi fortè talis ſit perſona Sacerdotis, aut cuiuſlibet iuſti hominis, quæ per vitæ meritum talem viuendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiuit.*

Res mira de ſacerdotũ digitis Thom. Cant.

De Sacerdotum digitis, quos ſanctiſſimæ Euchariſtiæ contactus ſacrat, dignum recenſitu eſt, quod narrat Thomas Cantiprat. lib. 1. cap. 9. n. 3. *De hoc*, inquit, *viro excellentiſſimo*, ſcilicet Conrado Abbate Villarienſi, *quiddam probatiſſima veritate cognoui, quòd digiti manuum eius, quos in conſecratione corporis Chriſti extendebat, ad ſtudium, & inſpectionem litterarum, vel librorum, nocte inſtar candelarum, in tenebris relucebant.*

913. *Quiſque ſibi victima & Sacerdos qui eſſe poteſt.* S. Chryſ.

Quiſque ſibi, & altare eſſe poteſt, & victima & Sacerdos; habet in ſe quem tractet, & quo. Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus tom. 6. hom. de Anna: *Vbicumque fueris, preſtò tibi eſt & altare, & culter, & victima tu ipſe, & Sacerdos, & altare, & victima es, vbicumque enim fueris, potes erigere Altare.*

Onus, quod ferre ſuis humeris Sacerdos debet, aliorum humeris non imponat.

Onus, quod ferre in Dei obſequium Sacerdos debet, non facile aliorum humeris imponet, ne ſuæ negligentiæ debitas pœnas luat, doceat ipſe ſubditos ſuos, ſi poteſt, non docendos aliis tradat, laboret ipſe in ipſorum ſalutem, laborem in alios non transferat. Legimus Ozam cadentem arcæ manum admouentem repentino obitu periiſſe, 2. Reg. 5. cur ita? *Percuſſus eſt in humeris*, inquit Gloſſa, *quibus ſecundum legèm arcam ferre debuit.* 2. Reg. 5. Gloſſ.

Qui gradu excellũt, emineant & vita. Salu.

Emineant Sacerdotes gradu, emineant etiam vita, vt moribus dignitati, culmini ſanctitate reſpondeant; huc afferri poteſt Saluianus lib. 2. de Eccleſ. Cathol. *Cunctos, qui ſacri Altaris ſuggeſtu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu;* dignitas in indigno non benè cohæret,

non

Digitized by Google

non aptè vitæ impuritas cum honoris culmine nectitur.

EXCVRSVS LXI.

Sacerdotis notæ, ac characteres.

Sacerdotis modeſtia.
Arcendi à ſacerdotio vitiorum *mancipia.*
Quantâ puritate *nitêre Dei miniſtri debeant.*
Reges, *&* Sacerdotes *ſupero* lumine *plerumque perfunduntur, vt à cæteris honorentur.*
Reges hominum humeris *eleuentur, Sacerdotes moribus euehi debent.*
A rebus diuinis *non facilè ſe patiatur abduci Sacerdos.*
Suo ſplendore *ab omni caligine liberare alios Sacerdos debet.*
Sacerdotali dignitati vitæ celſitudo *reſpondeat.*
Sacerdotis vigilantia.
Mali Eccleſiaſtici *quàm noceant cæteris.*
Totus Dei *ſit Sacerdos, totus Dei obſequio addictus.*

914. *Sacerdotis modeſtia.* CHriſti miniſter, Deique Sacerdos, & diuinis myſteriis mancipatus, tantâ modeſtiâ nitère debet etiam exteriùs, vt vel ex extimo habitu colligi facilè queat, qualis intus ille ſit; hinc illud Pauli 1.Cor.4. (1.Cor.4.) *Sic nos*, inquit, *exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*; ac ſi apertiùs diceret, interprete ſancto Bernardo (S.Bernard.) ſerm. de triplici iudicio: *Miniſter Chriſti ſic debet conuerſari, vt ex moribus exterioris hominis qui videtur, exiſtimetur compoſitio interioris animi, qui non videtur.*

Arcendi à ſacerdotio, vitiorum mancipia. Arcendi à ſacerdotio ſunt, qui vitiorum mancipia ſunt, & ij præſertim, qui libidinis laborant vitio; Ruben licèt primogenitus, ad ſacerdotium non eſt euectus, qui paternum thorum inuaſit, & tamen vmbratile illud ſacerdotium erat, illique tamquam primogenito debebatur; ſcitè ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 48. (S.Iſid.Pel.) *Ruben in paternum lectum rabido quodam furore inſilierat, propterea nec regnum, nec ſacerdotium, tametſi alioquin natu primus eſſet, conſecutus eſt, verùm Leui.*

Quanta puritate nitere Dei miniſtri debeant. S.Aug. Quantâ puritate, & modeſtia pollêre ſacri Antiſtites, Deique Miniſtri debeant, qui Dei referunt perſonam, in hunc modum explicat ſanctus Auguſtinus lib. qq. ex vtroque mixtim quæſt. 127. *Numquid non tunica mediocris hominis quamuis munda, Imperatori tamen ſordida, & illicita eſt? Similiter & ſaxonitia ſenatori; ac per hoc Antiſtites Dei puriores eſſe debent, quam cæteri, quia & Chriſti habent perſonam, & miniſtros Dei mundiores eſſe oportet. Nemo enim Imperatori miniſtrat, niſi veſtimentis claris, & mundis indutus: Deus autem quia naturâ clariſſimus eſt, miniſtros eius naturâ magis, quàm veſtibus mundos eſſe oportet.*

915. *Reges, & Sacerdotes ſupero lumine plerumque perfunduntur vt à cæteris honorentur. S.Petr.Dam.* Reges, ac Sacerdotes præ aliis plerumque ſupero perfunduntur lumine, vt à cæteris honorentur, licèt alioquin vitâ, moribus ſint contemptibiles, quod Nabuchodonoſoris, Pharaonis, & Abimelech exemplo ita confirmat ſanctus Petrus Damianus opuſc. 6. cap. 10. *Regnum, & ſacerdotium à Deo cognoſcitur inſtitutum, & ideo licèt adminiſtratoris perſona prorſus inueniatur indigna, officium tamen quod vtique bonum eſt, competens aliquando gratia comitatur. Hinc eſt enim, quòd Nabuchodonoſor poſtquam tres pueros in caminum miſit incendij, quamuis alij plures adeſſent, ſolus tamen quartum, cuius ſpecies erat ſimilis Filio Dei, conſpicere potuit. Nam Spiritus ſanctus oculos mentis eius aperuiſſe credendus eſt, vt quod latebat, ſolus aſpiceret, & quod aſpexit, vltrò etiam cognouiſſet. Hinc Pharao ſomnium vidit, per quod ventum ſterilitati, ne fames impatiens Ægyptus profligaretur, occurrit. Hinc Abimelech diuinæ allocutionis oraculum nouit, & vt Saram viro redderet: ne repentè moreretur, audiuit. Reges enim, & Sacerdotes, licèt nonnulli eorum reprobi ſint per notabilis vitæ meritum: Dij tamen, & Chriſti dici reperiuntur propter accepti miniſterij ſacramentum.*

Sacerdotalem dignitatem mores euehere debent; Reges hominum humeris extollantur, Sacerdotes extolluntur moribus. Præclarè Egeſippus lib. 5. de excid. Ieroſol. cap. 22. *Ceditur Ananias Sacerdos, claro genere ortus, licèt nemo clarior ſit ſplendore generis, quàm munere religionis. Illo enim affectatur nobilitas, hoc non deſideratur. Habet ſibi vetus proſapia diuerſorum faſciem honorum, habent & Sacerdotes ſuas faſces: qui eleuantur non humeris, ſed moribus, & attolluntur non virgarum proceritate, ſed laborum perſeuerantiâ, fidei altitudine, pietatis faſtigio.* *Reges hominum humeris eleuẽtur, Sacerdotes moribus euehi debent. Egeſip.*

Non facile ſe patiatur Sacerdos abduci à ſacrificiis, 1.Reg.2. *Detrahebant homines à ſacrificio Domini*; non caret myſterio, quòd homines dicantur, qui à ſacrificiis abſtrahi ſe ſinunt; ſancti Gregorij hæc ſunt verba lib 2. cap. 2. *Et notandum, quia qui detrahunt à ſacrificio homines dicuntur, quia nimirum ſi in fidei verâ confeſſione perſiſterent, hos diuinus ſermo filiorum Dei appellatione ſignaret. Quibus profectò per pſalmiſtam Dominus dicit: Ego dixi, Dij eſtis: vos autem ſicut homines.* *A rebus diuinis non facile ſe patiatur abduci Sacerdos. 1.Reg.2. S.Greg.*

Lucère aliis Sacerdos debet, atque adeò mores ſuos ab omni vitiorum caligine debet eximere, doctrinam ab omnibus errorum tenebris vt lucernæ munus exerceat in Eccleſiâ; ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 32. ita ſcribit: *Deus lucernam, hoc eſt, Sacerdotem accendit, atque candelabro imponit, hoc eſt, ſua lucem ferenti cathedra, vt & dogmatum, & actionum ab omni caligine liberarum, ſplendorem Eccleſia fulgetra inſtar afferat.* 916. *Suo ſplendore ab omni caligine liberare alios Sacerdos debet. S.Iſid. Pel.*

Dignitati ſacerdotali reſpondere vitæ celſitudo debet; ne mores deprimant, quem euchit gradus; nam, vt ait Saluianus lib. 2. ad Eccleſiam Cathol. *Nihil eſt turpius, quàm excellentem eſſe quemlibet culmine, & deſpicabilem vilitate. Quid eſt enim aliud Principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine? aut quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto.* *Sacerdotali dignitati vitæ celſitudo reſpondeat. Salu.*

De Sacerdotis vigilantiâ hæc habet ſanctus Chryſoſtomus de dignitate ſacerdotali lib. 2. *Sapientiſſimum eſſe oportet, & perſpicacem in omnibus Sacerdotem, & mille, vt dicitur, ex omni parte oculos habentem: quippe qui non ſolùm ſibi, ſed etiam populo viuit.* *Sacerdotis vigilantia. S.Chryſ.*

Pauci Eccleſiaſtici malè viuentes, quàm reliquis officiant, & notam toti ferè ſtatui inurant, his verbis, hac ſimilitudine explicabat Saluianus lib. 7. de gubern. Dei: *Vt in oculũ etiamſi parua ſordes incidat totum lumen obcæcat, ſic in Eccleſiaſtico corpore etiamſi pauci ſordidè faciant prope totum Eccleſiaſtici ſplendoris lumen obſcurant.* 917. *Mali Eccleſiaſtici quàm noceant cæteris. Salu.*

Sacerdotis veri vera conſignatio eſt, ſi totum ſe Dei eſſe & fateatur, & factis probet, ſi ſenſus ſuos *Totus Dei ſit Sacerdos, to-*

Digitized by Google

ſius Dei obſequio addictus.

ſuos non in exteriora ſpatgi ſinat, ſed Deo conſecret, & cuſtodiat Deo; huc fors ſpectabat tiara illa ſummi Pontificis. quæ vt capitis ornamentum, & laminam auream, in qua Dei nomen exaratum erat, ſuperpoſitam habebat, vt rectè innueretur, quicquid eſſet in Sacerdote, imò quicquid Sacerdos, diuino Numini, nominíque conſecratum.

Arn.Carn.

Exod 28.36.

Accerſenda huc ſunt Arnoldi Carnatenſis verba tract. de vlt. verbis Domini in cruce, reſpiciens ad illud Exod. 28. 36. *Facies, & laminam de auro puriſſimo, in quâ ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino.* ad hanc mentem ita ſcribit: *Hæc tiara, quæ caput tegit, & ornat Pontificis, totámque eius pulchritudinem coronat, & protegit, omnes ſenſus capitis Deo indicat conſecratos, & totam corporis gloriam debere ad caput referri*; hæc Sacerdotis corona, & diadema eſt, ſi mentem ſuam Deo ſacret, & mentis actus omnes.

CAPVT CVI.

De veſtibus quibus vti Hebræorum Sacerdotes ſolebant, aliquot obſeruationes.

Nigras veſtes *induebat à diuino miniſterio ob defectum excluſus.*

Candidæ *eorum* veſtes, *qui ſine defectu idonei Dei obſequio reperiebantur.*

In veſtibus, *quibus Hebræorum Sacerdotes vtebantur, quænam obſeruarentur.*

Brachæ *ſacerdotales qui eſſent formatæ.*

Sacerdotum veſtes *in adſignato cubiculo cuſtodiebantur.*

E vetuſtate *obſita veſtimenta, & maculis ſordidata, lychni materiá fiebant.*

Veſtis *ſummi Sacerdotis* in turri fortiſſimâ *cuſtodita.*

Aureas veſtes, *ſed* lineas *induebat ſummus Sacerdos Sancta Sanctorum ingreſſurus.*

Summus Sacerdos Sancta Sanctorum ingrediens cur pontificales veſtes *non indueret.*

Hebræi ſacras veſtes *quando coacti ſunt comburere, & cur.*

Vtilia monita *ex ſacerdotalibus indumentis.*

Sacerdos bene viuendo *loquitur, etiamſi taceat.*

918. *Nigras veſtes induebat à diuino miniſterio ob defectum excluſus.* Hebr.

DE veſtibus, quibus Hebræorum Sacerdotes vtebantur, aliqua hîc habeo digna, quæ in noſtrorum quoque notitiam perueniant; & in primis qui Iudicibus Sanhedrin ſe ſiſtebat, vt diuini cultûs miniſterio adiiceretur, ſiquidem ſine aliquo defectu inuentus eligebatur, candidas induebat veſtes, ſin ſecus, nigram, & à loco, in quo hæc electio fiebat, mœſtus egrediebatur; huius ritûs mentio fit apud Hebræorum Doctores; ſed de Sacerdotũ veſtibus aliqua dicamus.

Candidæ eorum veſtes qui ſine defectu idonei Dei obſequio operiebantur.

Sacerdotales veſtes pulchræ, nitidæque eſſe debebant, vt mos magnorum virorum eſt, miniméque vetuſtate obſitæ; ſi maculis eſſent infectæ, aut breuiores, aut longiores quàm exigeret deferentis magnitudo, aut eâ grandiores, ita vt neceſſe eſſet cinguli vſu eas à terrâ euehere, ineptæ vſui erant, & nefas erat eas induere. Præterea veſtimenta ſacerdotalia, acu conſui non poterant, vt ſutorum opera non eſſent, ſed texentium; quòd maculas contraxiſſent, non licebat ea abluere, ac mundare, ſed reponebantur & papyris lucernarum conficiendis deſeruiebant, nouáque interim induebant, nec enim paupertas regnat in loco diuitiarum; hinc multæ veſtes conficiebantur. quæ Sacerdotibus eſſent ad manum, omnéſque habitus ſacerdotales non erant niſi communitatis, ac publico ære parabantur, quòd ſi priuatim quiſpiam ſuo ſumptu vellet ſacerdotalem habitum offerre, non poterat illum Sacerdoti exhibere, ſed dare tenebatur communitati, & communitas Sacerdoti dabat, ſicque vti eo poterat; hæc ferè ad verbum ſonant hæc verba, quæ habētur in שלטי הגבורים cap. 45. lib. 1. בגדי כהונה מצוחן שיהיו חדשים

In veſtibus, quibus Hebræorum Sacerdotes vtebantur quænam obſeruarentur. Hebr.

גאים ומשולשלי כדרך בגדי הגדולי שנאמר לכבוד ולתפארת : היו משוששים או מקורעים או ארוכים יותר ממדתו או קצרים פחות ממדתו או שסילקן באבנט ועבד עבודתו פסולה · ובגדי כהונה כלן אין עושין אותן מעשה מחט אלא מעשה אורג · ואם נעשו צואין אין מלבנין אותן ואין מכבסין אותן אלא מניחין אותן לפתילות ולובשין חדשים · שאין עניות במקום עשירות · לפיכך היו עושין מחליצות דבות של בגדי כהנים הדיוטי ומל בגדי הכהנים אינן באין אף משל צבור · ויחיד שהתנדב בגד מבגדי כהונה מוסרן לצבור ומותר:

919. *Bracha ſacerdotales qui eſſent formata.* Hebr.

Sacerdotales brachæ ita formatæ erant, vt nec antè, nec retro apertæ eſſent, ſed ab omni parte clauſæ, ſic enim refert idem auctor libri eiuſdem. ועשה להם מכנסי בד · תניא במסכת נדה פרק כל היו מכנסים למה הם דומים ; כמין פלניא של פרושים : למעלה עד מתנים למטה עד ירכים · היינו למעלה מן הטבור קרוב ללב עד סוף הירך שהוא הארכובה ויש להם שנצי ואין להם לא בית הנקב ולא בית הערוה אלא מוקפין כמין כים · ומכנסי כהן גדול וכהן הדיוט שוים·

Sacerdotum veſtes in adſignato cubiculo cuſtodiebantur.

E vetuſtate obſita veſtimenta, & maculis ſordidata, lychni materiâ fiebant. Hebr.

Sacerdotum veſtes in adſignato cubiculo ponebantur apud Hebræos, veſtibúſque vnus præfectus præerat, cuius erat curæ ſi veſtis aliqua vetuſtate obſita eſſet, aut maculam contraxiſſet, vt pro eâ alia poneretur, ex veteribus lychnis fierent, qui in candelabri lucernis ponerentur, inque interſtitiis, quæ in lætitia feſti Suchoth, id eſt, *tabernaculorum*, adhibebantur, vocatúrque בית השואבה Aderant autem ſerui, qui redeuntes à Sanctuario Sacerdotes communibus veſtibus induerent, ab illiſque ſacras reciperent, ſuis locis reponendas. Viginti quatuor erant loca diſtincta, in quibus veſtes locabantur, in illis pittacia, & inſcriptiones erant, quæ cuiuſque ſocietatis eſſent veſtes, oſtenderent; hæc omnia ſonant hæc verba in שלטי הגבורים lib. 1. cap. 24. האלה היו משתמשים כל הכהני לפי חלוקת החלונו שלהם בכל ימות השנה בבקר ובערב וכהנים ובמועדי כפי צרכ · ואם יארע שימצאו בם בגדים בלוים ומלוכלכי היו מחליפין אותם מדי יום ביום ונותנים שם בגדים אחרים חדשים תחתיהם כמנין המוסרי שהיו לוקחין אותם מלשכת פנחס המלביש הממונה על עשיית הבגדים שהיתה במקדש אצל שער נקנור כאמור במשנה · ושם בלשכתו היו נותן גם כן הבגדים האלה המוסרים מהחלונו להשתמש בהם בפתילות הצריכות למנורה ולשמחת בית השואבה · לכן בשע עבודת החנים והם השמשים העוסקים בצרכי הכהנים והמקדש היו לנקחים מחלונות המשמרות הבגדים הנהוגים

Digitized by Google

הכהנים והצריכי כשעת עבודה ואחריה היו
מפשיטין הכהנים מבגדי קדש ומל בישין אותם
בגדי חול והיו מחזירין הבגדים הקד ושים שפשטו
מקופלים ומתוקנים היטב בחלונות שלקחו אותם
משם שהיו בהן תמיד למשמר עד עת המצטרך׃
וזהו שכתוב בפרק חמשי דתמיד משנה שלישית
מסרום לחונים כו וחלונות היו שם וכתוב
עליהם תשמיש הכלים וכו׃

920. *Veſtis ſummi Sacerdotis in turri fortiſſima cuſtodita.* Flau.

Quàm pulchro, & admirando opere fuerint indumenta, quibus adornatus Pontifex extra adyrum erat, ex illo manifeſtum eſt, quod Flauius refert τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος, ſacram Pontificis veſtem, magnâ curâ ſeruatam in turri fortiſſimâ fuiſſe, quam in parte templi Septentriooali olim ab Haſmonæis conditam, Herodes tandem Antoniam de Marci Antonij nomine appellauerat. Vtique pergloriosum fuit illam veſtem cuſtodire. Quare eum honorem identidem Romani ſibi vendicauerunt; ac rurſus Iudæis eum, ſed beneficij loco conceſsère.

Non aureas veſtes, ſed lineas induebat ſummus Sacerdos Sancta Sanctorũ ingreſſurus. Hebr.

Summus Sacerdos cùm Sancta Sanctorum ingrediebatur, aureas veſtes deferre non poterat, ſed candidis lineis indutus incedebat, quod notauit etiam idem Auctor libri eiuſdem cap. 45. his verbis: *Non ingrediebatur illuc in veſtibus aureis; ſed in veſtibus albis tantùm.*

Summus Sacerdos Sancta Sanctorũ ingrediens cur pontificales veſtes non indueret. Abul.

Summus Sacerdos Sancta Sanctorum ingrediens pontificias veſtes non induebat, quia triſtis, & gemens intrabat pro ſuis, & totius populi peccatis Deum deprecaturus, & vitæ ſuæ periculum ſubiturus; veſtium autem ornatus eum illo mœrore non cohærebat. Notauit iſtuc etiã Abulenſis Exod. 39. his verbis: *Cùm ſummus Sacerdos introibat in Sancta Sanctorum, ingrediebatur gemens, & afflicto corde pro peccatis ſuis, & populi totius;* addit poſt hæc: *Timens ne fortè à Deo aliquibus exigentibus peccatis occideretur, quam ob cauſam non conueniebant ei veſtes exultationis, & ornatus magni.*

921. *Hebræi ſacras veſtes quãdo coacti ſint comburere, & cur.* Suet.

Hebræi aliquando coacti ſunt ſacras veſtes comburere, cùm cæremoniarum ſuarum vſus illis eſſet interdictus; Suetonius in Tiberio Cæſare ita loquitur: *Externas ceremonias, Ægyptios, Iudaicóſque ritus compeſcuit, coactis, qui ſuperſtitione eâ tenebantur, religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere.*

Vtilia monita ex Sacerdotibus indumentis. Gilleb. Abb.

De ſacerdotalibus indumentis, quæ vittis, catenulis, & balteis Sacerdotibus attingebantur, Exod. 28. pulchrè philoſophatur Gillebertus Abbas ſerm. 9. in Cant. dum ait: *Quod ſtrictâ Sacerdos indui iubetur linea, veritatis te vult illius, quæ de terrâ orta eſt, habitu arctiùs aſtringi, vt per ſe caſtimoniæ, & puritatis, & innocentiæ tibi virtus inhæreat, & agglutinetur tibi: ſed & omnia Sacerdotis indumenta, vel catenulis, vel balteis, vel vittis aſtricta, & colligata ſibi vult eſſe Lex: & cùm indueris Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cùm te indueris viſcera miſericordiæ, benignitatem, charitatem & omnia tibi coaptentur, & cohæreant, & conſtricta ſint, nihilque circa te vagari, & fluctuari poſſit, & tentationis, vel diſſolutionis vento ſollicare.*

Sacerdos benè viuendo loquitur etiãſi taceat. S. Greg.

Tintinnabula, quæ in ora veſtis ſacerdotalis ponebantur, ſcitè expendebat ſanctus Gregorius lib. 4. cap. 5. in lib Reg vtiléque monitum exſculpit ad amouendam iactantiam à Sacerdotibus, & Prædicatoribus: *Veſtis*, inquit, *Pontificis eſt oſtenſio bonæ conuerſationis, quæ, quaſi tintinnabulis multis inſeritur, quando opera bona multiplicat, quæ ad minorum exemplum clamant: Tunc certè Sacerdos tacet, ſed dum incedit, quod portat, clamat, quia electus Prædicator ſe iactando non indicat, ſed benè viuendo loqui nequaquam ceſſat.* Eo maiorem laudem meretur Sacerdos, quò plura laude digna præſtat, nec ſe laudat, ore non loquitur, vitâ loquitur, & moribus.

CAPVT CVII.

Dominicum quid; de Templis Chriſtianorum quidam ritus.

Dominicum *de Domini Templo.*
Arx *pro Templo.*
Templorum liminibus oſcula *affigebant Gentiles.*
Apoſtolorum, & Martyrum limina *fideles oſculabantur.*
Poſtes *Eccleſiæ Imperatores oſculantur.*
Vitium pampinis *ornata baſilica.*
In Templis adytorum cancelli *à fæminis vncti, ſicut & Martyrum thecæ.*
Qui verrenda *templa, qui exornanda.*
Noctu *ad Sanctorum baſilicas* preces fuſuri *aliquando ſtabant fideles.*
Vites, hederæque *à Templi parietibus amouenda.*
Ad Templi fores *cur* tortores *conſtituti.*
Iuxta Templum habitare meretricibus *prohibitum.*
Templi cultus.
Templorum numerus, *quæ Conſtantinopoli.*
Templi cuſtos *Michael.*
Templum adeuntes æs pulſabant, *quod ante fores pendebat.*
Beneficia *quibus in* Dei Templis *à Deo donamur, quàm multa, quàm magna.*

CVM de ſacrificiis, & Sacerdotibus aliqoa libauerim, integrum mihi minime fuit Templa omnino prætcrire, in quibus ſacrificia à Sacerdotibus ſommo Numini offeruntur; aliqua de hoc argumento etiam alibi dedi, hîc alia rurſus exhibeo, quò oexui reſpondeam, quem cum ſacrificiis, eum Sacerdoribus templa habent. 922.

Dominicum de Domini Templo. Conc. Laod.

Dominicum de Eccleſiâ Domini dici conſtat ex his Concilij Laodicenſis verbis can. 28. *Quòd non oportet in* DOMINICIS, *hoc eſt, in Domini Eccleſijs, conuiuia, quæ vocantur agapæ, fieri.* Ita intelligendus eſt & ſanctus Cyprianus de opere, & eleemoſynis, vbi ait: *Quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis*, id eſt, in Templum. Idatios in Faſtis eodem ſenſu: *His Conſulibus*, inquit, *dedicatum eſt Conſtantinopoli Dominicum die 15. Kalend. Martias*; & vetus itinerarium Ieroſolymiranum: *Itidem modò iuſſu Conſtantini Imperatoris, baſilica facta eſt, id eſt*, DOMINICVM *miræ pulchritudinis*; ſed de Templis, & Templorum ornatu, eùm occaſiu id ferat, aut etiam exigat, afferamus.

S. Cypr. Idat. Itiner.

Arx pro Templo. Venant.

Arcem pro Templo ſumpſit Venantius lib. 11. carm. 11. dum canit,

Quàm ſacer Antiſtes vitalis condidit ARCEM.

id eſt, *Templum.* eodem ſenſu ibidem,

Hanc ſacer Antiſtes propriam ſibi vendicat ARCEM.

Falſorum

Templorum liminibus oſcula affigebāt Gentiles.
Arnob.

Falſorum Numinum templa, templotúmque limina præcipuè olim Gentiles venerabantur, vt oſculo etiam iis affigerent. Arnobius lib. 1. *Cùm per omnia ſupplices irent Templa, cùm Deorum ante ora proſtrati, limina ipſa conuerrerent oſculis.* Et ille ex prophanâ ſchola.

Tibull.

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis OSCVLA LIMINIBVS.

923. Sanctiùs hic mos ad Sanctos tranſlatus, quod noſtri præſtiterunt. Prudentius in hymn. S. Laurēt.

Apoſtolorum, & Martyrū limina fideles oſculabātur.
Prud.

Apoſtolorum, ac Martyrum
EXOSCVLANTVR LIMINA.

Pett. Vener.

Et Petrus Venerabilis lib. 1. de Eccleſiis, vbi de liminibus Apoſtolorum loquens ait: *Ab eiſdem fidelibus dulciſſimè, ac deuotiſſimè* DEOSCVLANTVR.

Fortun.

Fortunatus lib. 4. de vita ſancti Martini.

Rurſus, Apollinaris, pretioſa LIMINA LAMBE,
Fuſus humi ſupplex.

Poſtes Eccleſiæ Imperatores oſculantur.
Ioan. Gerbr.

Huc facit & illud Caroli Imperatoris, de quo ita ſcribit Ioannes Gerbrandus lib. 4. Chron. Belg. cap. 15. *Carolus Romam veniens* OMNES POSTES *Eccleſiæ humiliter* OSCVLABATVR, *& Eccleſias diu noctúque impigrè frequentabat*; ſuam pietatem hoc exemplo ita contignans, vt ad poſteros tranſmitteret, & ad paria pares prouocaret, & multo magis inferiores.

Vitium pampinis ornatæ Baſilicæ.
S. Hier.

Vitium pampinis ornatas Baſilicas olim indicat ſanctus Hieronymus epiſt. 3. quæ eſt ad Heliodorum; vbi ait: *Qui Baſilicas Eccleſiæ, & Martyrum conciliabula* DIVERSIS FLORIBVS, *& arborum comis, vitiúmque pampinis adumbrârit.*

924.
In Tēplis adytorum cācelli à fœminis vncti ſicut & Martyrum thecæ.
Theod.

Olim mulierum pietas huc euaſerat, vt in templis adytorum cancellos vngerent, ſicut & Martyrum thecas; meminit huius moris Theodoretus quæſt. 83. in Geneſim, explicans illud Geneſis, quo refertur Iacobum lapidem erexiſſe in templum, & oleo vnxiſſe cap. 28. hæc illius verba: *Quum erexiſſet lapidem, quem capiti ſuppoſuerat, perfudit eum oleo; quod etiam nunc fieri ſolet à permultis vxoribus fidelium, qui Chriſto crediderunt; nam conſueuerunt in Templis diuinis* OLEO VNGERE *adytorum cancellos, & ſanctorum Martyrum thecas, ad demonſtrandam animi pietatem.* Hæc ille.

Qui verrēda templa, qui exornanda.
Acta.

Quî veneranda templa, excolenda, & exornanda, quî Sanctorum ſepulchra, diſcimus ex eo, quod in actis B. Ide narratur in hunc modum: *Bito ſabbatis quoque & cæterarum feſtiuitatum præcipuis vigilijs Eccleſiam verrere, altaria obuelare, cereos accendere, ac beneuolentibus herbis ſpargere humum conſueuerat. Quem huiuſmodi obedientia ſedulò inſiſtentem quadam nocte incognita perſonæ ſpecies in ſomno his verbis ſeueriter affatur: Benè quidem te, & vtiliter hac in re egiſſe approbo, quia Eccleſiaſticis cultibus componendis magnopere deſeruis, ſed valdè in hoc tua redarguenda eſt ſtolida temeritas, quia egeſtos quiſquiliarum, & purgamentorum ab Eccleſiâ aceruos ad Sanctorum tumulos effundis, & ſalutiferam humum cœnoſis ſordibus profanare præſumis. Caue ergo ſi ſaluti tuæ conſulere velis, ne vlla ibi vlteriùs dehonoratio loci fiat.*

925.
Noctu ad Sāctorum baſilicas preces fuſuri aliquādo ſtabant fideles.
Acta.

Noctu ad limina Baſilicarum ſtabant olim plerumque fideles, precéſque fundebant. De S. Lupo in eius actis apud Surium 1. Septemb. hæc legimus: *Accidit nocte quadam, vt peruigil in precibus ſtaret ad limina Baſilicæ B. Aniani. Fores enim diligentiâ cuſtodum templi firmiter obſeratæ, eum ab ingreſſu arcebant. Proſtratus igitur in ipſo limine, pias Domini aures pulſat precibus attentiſſimis, & ecce derepentè cœlitus amotis repagulis, pateſcunt valuæ, cuſtodes excitati, vident intrantem ſanctum virum vultu roſeo, oculis claritate supernâ radiantibus.* hoc & ab aliis factum ex Eccleſiaſticis monumentis manifeſtiſſimum eſt.

Vites, hederæque à Templi parietibus amouendæ.
Acta Eccleſ. Med.

Vites, hederæque & alia huiuſmodi à templi parietibus amouenda decernunt acta Eccleſiæ Med. lib. 3. tit. 32. cap. 16. *Vites præterea, hederæ, aliaque id generis herbæ, quæ ſuccreſcentes exterioribus Eccleſiarum, aut Oratoriorum parietibus adhærent, prorſus conuellantur.*

Ad templi fores cur tortores conſtituti.
Vict. Vtic.

Ad templi fores aliquando tortores conſtitutos, qui Templa adeuntes variis modis cruciarent, refert Victor Vticenſis lib. 2. de Perſecutione VVandalica, in hæc verba: *Statuit Hunnericus poſtes Eccleſiæ collocare tortores, qui videntes fœminam, vel maſculum in ſpecie ſuæ gentis ambulantem, illico palis minoribus dentatis iactis in capite carnibúſque in eiſdem colligatis, ac vehementiùs ſtringentes ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant: nonnulli dum hoc fieret ſtatim oculos amiſerunt, alij ipſo dolore defuncti ſunt: mulieres verò poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone præeunte per plateas ad oſtenſionem totius ciuitatis ducebantur; quod ſibi (quæ magis patiebantur) lucrum maximum computabant, quorum nos plurimos nouimus: neſcimus tamen aliquem eorum, etiam pœnis vrgentibus, à recto itinere deſtitiſſe.*

Parochis iniunctum obſeruo, ne permittant vt meretrices iuxta templum haberent domicilium; 926.
in actis Eccleſiæ Mediolanenſis lib. 3. tit. 32. c. 30. hæc habentur: *Illud Parochus ſedulò agat, vt mulieres lenocinio, meretriciòve quæſtu infames, ne domicilium habitent, quod vel Eccleſiæ, vel ædibus parochialibus, aut virorum, mulierúmve monaſterijs continens ſit, aut propè inhæreat.*

Iuxta templū habitare meretricibus prohibitum.
Acta Med.

Templi cultus.
Iſa 31.
Angel.

Templi cultum exemplo ſuo ſuaſit Ezechias, qui cùm ægrotaret, *conuertit faciem ſuam ad parietem*, Iſa 31. cur enim ad parietem ſe vertit Angelonus: *Quia ad Templum ire non poterat, conuertit faciem ſuam ad parietem*; & tamen templum illud noſtrorum vmbra, & figura erat.

Templorum numerus quæ Conſtantinopoli
Beniam.

De Templorum numero, quæ erant Conſtantinopoli, ita ſcribit Beniamin in ſuo itinerario, vbi mentione factâ Templi ſanctæ Sophiæ, addit: *Alia etiam Templa ſunt totidem numero, quot anni dies.*

Templi cuſtos Michaël.
Nic. Con.

Templi cuſtodem Michaëlem Archangelum poſitum legimus: rem his refert verbis Nicetas Choniates in Alexio: *Archangelus Michaël ſtricto gladio pro Templi cuſtode ſtatuam habet, tenuibus calculis interpunctam.*

Olim apud nonnullos hic mos vigebat, vt Eccleſiam intrantes æs pulſarent, quod ante fores 927.
pendebat, quod cur fieret exponit Auctor, qui acta ſancti Othonis conſcripſit: hic quippè lib. 3. c. 26. hæc habet in hanc rem: *Signum autem æris ante fores pendebat Eccleſiæ, quod ſimplices cùm intrabant oraturi, quaſi ad excitandum Sanctos, pulſare conſueuerant*; verè ſimplices, cùm ære Sancti non excitentur, ſed precibus, ipſimet excitari indigebant, ne Eccleſiam adeuntes obdormiſcerent, & noxio ſopore in Dei Templis corriperentur.

Templum adeuntes æs pulſabant, quod ante fores pendebat.
Acta.

Beneficia, quibus in Dei Templis à Deo donamur quàm multa, quàm magna.
Thomas à Kemp.

Beneficia porrò, quibus in Dei domo donamur, ad reuerentiam excitare nos debent: rem premit, & vtiliter verſat Thomas à Kēpis part. 1. ſerm. 30. num. 9. *Debet*, inquit, *omnis ſacer locus à nobis in reuerentia ſemper haberi, propter multa beneficia, quæ ibidem orantibus ſolent deuotis præſtari. Vbi namque peccator pœnitens, & orans, accipit veniam; iuſtus gratias agens, meretur gratiam. Ibi pauper gemens, & orans accipit eleemoſynam; diues compatiens, & tribuens, meretur Dei miſericordiam. Ibi Sacerdos celebrans offert Deo ſacrificium, omni ſacrificio dignius, pro ſe, & alijs multis orans, & genua flectens. Ibi Miſſam audiens ſæpe compungitur,*

vſque ad lachrymas intimè dolens. Ibi deuotus orator, infra Miſſam cogitat ſacram Chriſti paſſionem. Ibi peregrinus viator, ambulaturus per terram, & aquam accipit benedictionem, & boni itineris ducem Ieſum Chriſtum amicum fidelem. Ibi miniſter Sacerdotis ſupplet Angelorum locum, per obſequium maximè Deo gratum, ibi communicans recipit ſanctiſſimum corpus Dominicum Angelorum cibum præ omni dono digniſſimum. Ibi iturus ad laborem per diem, accipit à Deo confortationem, triſtis conſolationem, timidus fiduciam, compunctus deuotionem. Ibi tentatus inuenit remedium, anxiatus conſilium, defectuoſus auxilium. Ibi ſanus accipit lætitiam, infirmus medicinam, moriturus ab hoſte in viâ tutelam, defunctus à pœnis liberationem per Miſſarum celebrationem. Bonum eſt ergo domum Dei intrare, Eccleſiam viſitare, Miſſam audire, cœmeterium circuire, pro mortuis orare, ſacra loca, & altaria adornare. Hæc, & ſimilia ſi fidelium mentibus hærerent, & illorum memoriæ inſcriberentur, non ita facilè Templorum ſanctitatem rerum alienarum tractatione inficerent, nec ea in templis agerent, quæ abeſſe à Templis tam longè debent, quàm à ſanctitatis domicilio ea, quæ ſanctitatem ipſam arietant.

CAPVT CVIII.

Nidus de templo, templíque altaribus.

Dei Eccleſia nidus, *in quo fideles plumeſcunt.*
Quod auibus nidus, *hoc* Templum *nobis eſt.*
Volucres *vt à Templo abigerentur, ne nidum ſuper tecti templum ſtruerent.*
כו̇לא עורב *quid.*
Nidi, & Templi *cohærentia.*
Templum cum alæ nomine *circumſcriptum.*
In templo ſuos protegit *Deus.*
Cor *Dei templum vt referat.*
Mens *cuiuſque* templum *quoddam.*
A vitiorum turbâ *diſcedat Templum aditurus.*

928. NIDVS Dei Eccleſia eſt, in qua tamquam implumes facti fideles plumeſcunt, aláſque charitatis fidei alimento nutriunt, vt ferri in ſublimia poſſit, in cœleſtia volare; ſanctus Auguſtinus lib. 4. confeſſ. cap. 16. in calce ita Deum ſuum alloquens, aiebat: *Quid tantum oberat paruulis tuis longè tardius ingenium, cùm à te longè non recederent, vt* IN NIDO ECCLESIÆ TVÆ *tuti plumeſcerent, & alas charitatis alimento ſacræ fidei nutrirent? O Domine Deus noſter, in velamento alarum tuarum ſperemus, & protege nos, & porta nos.*

Dei Eccleſia nidus, in quo fideles plumeſcunt.
S. Auguſt.

Sed templum ipſum, quod corporaliter adimus, nidum refert, nidus eſt, in quo fideles quieſcunt, & vitæ cibo ad vitam nutriuntur; nam, vt magnus quidam Auctor habet: *Quod auibus nidus, hoc fidelibus eſt Templum.* Huc flecti poſſunt Regij Prophetæ verba inclamantis Pſalm. 83. *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum; etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos; altaria tua Domine virtutum Rex meus, & Deus meus;* ſcimus à templi tecto abigi ſolitas aues, ne nidos in eo conſtruerent, Simeon Muys ita ſcribit in huius Pſalmi Commentario: *Si intelligendus eſt hic Pſalmus de Dauide exulante apud Philiſthæos, profectò tum vbique paſſim conſtruebantur excelſa, & altaria, ita vt auiculæ in ipſis nidularentur. Verùm in Templo, ſeu domo Sanctuarij nunquam ſunt nidulatæ aues, ne quid immunditiæ adferrent, namque etiam tecto Templi neſcio quid erat impoſitum ad abigendas aues, ne ibi hærerent, quod vocabant* כולא עורב *cole oren, prohibens coruum. Si verò intelligendus eſt de exulibus, hoc ſibi velle videtur auctor Pſalmi. Aues ipſæ ſedem, & nidum inueniunt, ac figunt in ruinis tuorum altarium, cùm nobis illic feſtum agere, & offerre ſacrificia non liceat.*

Quod auibus nidus, hoc Templum nobis eſt.
Anon.
Pſalm 83.
Volucres vt à Templo abigerentur, ne nidum ſuper tecti Templum ſtruerent.
Muys.
גולא עורב *quid.*

Sed admodum cohærenter hæc verba per comparationem accipi poſſunt, vt ſicut aues in nidis ſuis quieſcunt, & paſcuntur, ſic & Dauid, & vir quilibet iuſtus in Dei Templo, ad templi altaria tamquam pullus in nido requieſcit, & cibum ſumit; vt hic ſit verborum ordo, iſte iſtius ſententiæ ſenſus, auctore quoque noſtro Agellio: *Paſſer quoque inuenit ſibi domum, & turtur nidum; ego verò mihi & domum, & nidum inuenire ſatago, non alium quàm ipſa tua altaria, illa mihi pro domo,* ILLA PRO NIDO SVNT, *vbi requieſcam, vbi paſcar;* quem ſenſum firmant ea quæ ex Græco quodam Auctore idem auctor ſuis inſerit commentariis; ait enim: *Quamuis poſſit etiam totus Pſalmus, & hæc præcipuè verba (etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi) ad perſonam Coritorum pertinere, quibus pro loco, & nido, vtpote Leuitis, erant altaria, vnde illis victus præbebatur tanquam de nido: nam qui altaria miniſtrant, cum altari participant. Græcus quidam auctor hunc ſenſum attigiſſe videtur:* Ἡμῶν γὰρ ϰαλιὰ, ϰαὶ νεοττιὰ, ϰαὶ ἀπόλαυσις ἀγαθῶν, τὰ ἅγια σου θυσιαστήρια. παρ' ἐκείνων γὰρ ϰατὰ τὴν νεοσσοὶ ϰεχηνότες τὴν σου ϰομιζόμεθα τὴν θείαν τροφὴν ϰαὶ σωτηρίαν. *noſter enim nidus, & cunabula, & oblectatio bonorum, ſancta tua ſunt altaria: ab illis enim,* HIANTES PVLLI *diuinum cibum à te, ſalutémque ſumimus.* 929.

Nidi, & templi cohærentia.
Pſalm 83.
Agell.

Aues ſuper fœtus alas expandunt, dum in nido quieſcunt; etiam in Templo Deus alas ſuas expandit, vt fideles ſuos tegat, & foueat; vt hac de causâ Templum alæ nomine in diuinis litteris circumſcribatur: optimè hîc quadrant eiuſdem verba in Pſalm. 35. quæ ſunt iſta: *Hinc templum ipſum puto vocatum eſſe alas, ſeu* πτέρυγας *quòd fides eſſet, Deum, qui in illo templo colebatur, ſic ſuos cultores defendere tanquam aquila pullos ſub alis. Itaque Daniel cùm in cap. 9. in Hebræâ linguâ alas vocaſſet templum, ac dixiſſet: Et in alâ abominatio deſolationis, LXX. pro alâ verterunt Templum, quod item facit B. Hieron. imò verò Chriſtus ipſe in B. Matth. Euang. ſic locum Danielis vertit: Cùm videritis abominationem deſolationis, ſtantem in loco ſancto, nam locum ſanctum dixit, quas alas vocauerat Daniel.*

Templum cū alæ nomine circumſcriptum
Dan. 9.
LXX.
Agell.
In tēplo ſuos protegit Deus.

Cor hominis quî Dei Templum referat, explicat Richardus Victorinus in Pſalm. 28. in hæc verba: *Quòd ſi per templum Dei cor ipſius hominis intelligimus, qui ſint qui in hoc templo gloriam Deo dicent, citiùs inueniemus. Qui enim ſunt alij huius templi habitatores, quàm cogitationes mentis, & cordis affectiones? Quoniam cogitatio,* inquit, *hominis confitebitur tibi. Rarò tamen contingit, vt huius templi habitatores omnes in vnum conueniant: vt vnà congregati in templo eius omnes ſimul gloriam dicant, vt nulla ſe aliena cogitatio interſerat, quæ illa diuinæ ſolemnitatis gaudia perturbet, vel imminuat.* 930.

Cor Dei templum vt referat.
Rich. Vict.

Mens cuiuſque cuique templum quoddam eſt, in quo & ſacrificia Deo offerenda, mactandæ paſſionum victimæ ſunt. S. Nilus in parænesi: *Venerare Dei domum, domum verò Dei coram te ipſum effice;* addit;

Mens cuiuſque templum quoddam eſt.
S. Nilus.

addit; *Quandoquidem domi noſtra Eccleſiam mentem quiſque ſuam habemus, peragere etiam debemus in ipſâ Eccleſia ſacrificia.*

A vitiorum turbâ diſcedat templum aditurus.

Denique à vitiorum torbâ diſcedere debent, templum adituri, vt in templo Ieſum inueniamus, cognoſcamus Ieſum. Pendo hic illud, quod narratur Ioan. 5. *Is qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet; Ieſus enim declinauit à turbâ conſtitutâ in loco, poſtea inuenit eum Ieſus in templo*; ſanitati reſtitutus qui extra templum medicum ſuum Ieſum fuiſſe non agnouerat, cognouit in templo; *vbique eſt Ieſus*, ait B. Eucherius ſerm. in fer. 6. poſt 1. Domin. Quadrageſ. ad producta verba reſpiciens, *ſed non vbique cognoſcitur, non cognoſcitur in turbâ, cognoſcitur autem in templo*; addit, *Fugiamus igitur turbam, & ſimul cum Ieſu declinemus a turbâ. Eamus in templum, ibi nos inueniat, ibique à nobis inueniatur. Ideo enim ipſe ab hominum turbâ diſceſſit, vt & nos à vitiorum turba diſcedere doceat*; non meretur in templo eſſe, qui dum in templo eſt, adeò à turba non ſe ſubducit, vt in ſacris ædibus ita ſe gerat, ac ſi in turbâ eſſet; & Ieſum ibi amittit, vbi amiſſus ſolet inueniri.

Ioan. 5.

B. Euch.

CAPVT CIX.

Emundatio de Templo, emundationis & Templi cohærentia.

Emundatio *Templum cur dictum.*

Quantâ puritate, *& vita ſanctitate adiri Templa debeant.*

Aliqui in Templo nec ſpuebant *ob reuerentiam.*

In Templo Abyſſini non ſedent.

Nudis pedibus *quinam Templa adeant.*

Arma ponebant *Templum ingreſſuri.*

Diademata, *&* arma *ad Templi fores depoſita.*

Arbores, *&* arbuſta *à Templi parietibus amoueri iuſſa.*

A ſacri Templi parietibus lapidum aceerui *amouendi.*

Schedulæ, *&* pittacia *ad templi valuas affigi non debent.*

Iuſtitiæ, *&* Templi *cohærentia.*

In ſe quiſque quî Templum *ædificare poſſit.*

931. *Emundatio templum cur dictum* Pſalm. 88.

TEMPLVM emundationis nomine in diuinis litteris circumſcribi aliquorum ſententia eſt, ita capienda putant illa Dauidis verba Pſalm. 88. *Deſtruxiſti eum ab emundatione*; noſter Agellius hîc hanc huius nominis notitiam ita verſat, explicat, & illuſtrat: *Nonnulli* EMVNDATIONEM, INTERPRETANTVR TEMPLVM, *vel quòd mundior eo locus non eſſet, vel quòd in eo mundatio ſacrificÿs, & oblationibus perficeretur; vt ait, amputaſti omnem emundandi ſui facultatem, vt ſublato templo peccatum ſuum nullis poſſet ſacrificÿs eluere, ſupplicium nullis hoſtiis, nullis oblationibus redimere. Ceſſare igitur feciſti, ac deſtruxiſti templum eius.*

Agell.

Quantâ puritate & vita ſanctitate adiri templa debeant.

Alex. Geral.

Quâ puritate vitæ, & morum innocentiâ adiri Templa debeant, odia aditutis ponẽda. Chialaous Gelangeæ Antiſtes, cuius hoc edictum refert Alexander Geraldinus in ſuo Itinerario ad regionis ſub Æquinoctiali plagâ conſtituens: *Ego Chialaous Patria Galanga Antiſtes. Nolo aliquem ſacram Dei ædem ingredi, niſi omne cum toto populo odium depoſuerit, niſi magno cum tota gente amore egerit, niſi omnis illum antea criminis pœnituerit, niſi viuâ ſe aquâ prius dilueris. Mando etiam eum, qui ad ſancta Dei Altaria accedet, ieiunum accedere, caſtum, & impollutum, ad ſacra offerenda venire; quin etiam publicum in toto templo ſilentium tenere, cum Sacerdotes altâ vbique voce laudes Deo cantant, niſi fortè populus ad Deo preces effundendas ſe unà cum Sacerdotibus occupârit.*

Pleroſque nec ſpuere in pauimento Templi ob reuerentiam auſos reperio. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 19. matrem ſuam Nonnam templa venerantem ita laudat: *Vt in ÿs nunquam illius vox audita ſit, quòd ſilentio ſancta honorarit, quòd veneranda menſa nunquam terga obuerterit, nec in diuinum pauimentum expuerit.* Hoc notent, qui adeò irreuerenter in Templis commorantur, non ſecus ac priuata domus eſſet. Abyſſini quantumuis ſenes in templo ex reuerentiâ nunquam ſedent, ſed genuflectunt, vel certè ſtant, innixi ſcipionibus ſi infirmi, debiléſque ſint. 932.

Aliqui in Tẽplo nec ſpuebant ob reuerentiam.

S. Greg. Naz.

In Templo Abyſſini non ſedent.

Apud Æthiopes Chriſtianos nemini, niſi nudis pedibus, ingredi in templum licet. In fanis flagitium eſt ridere, ſermocinari, deambulare, aut aliquid denique meditari, quod non ad cœleſtia atque diuina referatur. Ita ferè Oſorius lib. 11.

Nudis pedibus quinam Tẽpla adeant.

Oſor.

Arma Eccleſiam ſubituri ponere olim iubebantur; iuſſit iſtuc ſanctus Amator, vt in actis ſancti Germani habetur: *Ille iter direxit ad ſanctam Eccleſiam, in cuius comitatu ouans congeries profecta eſt populorum. Subeunte autem illo Eccleſiam cùm & populus ingredi voluiſſet, ita eum allocutus eſt, dicens: Exonerate filÿ chariſſimi iaculis manus, & arma ab humeris veſtris reÿcite, & ſic domum Dei ingredimini: quoniam hæc domus eſt orationis, non Martis ſtatio petulantis. Illi verò hæc audientes, dicto citius quicquid chalybis geſtabant, forinſecus poſuerunt.*

Arma ponebant Templũ ingreſſuri.

Acta.

Summus debetur Templis honor, ſumma reuerentia: habemus plura priſci æui exempla, quæ id perſuadent. Theodoſius Imperator, vt refertur in Concilio Epheſino cap. 21. adeò templa venerabatur, vt cum armis, ac diademate ea ingredi nõ auderet, ſed vtraque ad eorum fores deponeret. 933.

Diademata, & arma ad Templi fores depoſita.

Sacri Templi parietibus arbores, & arbuſta amoueri iubentur, ſi officere illis exiſtimantur. In actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 32. cap. 14. hæc habentur: ARBORES, STIRPES, *aliáque eiuſmodi arbuſta, ab Eccleſÿs, & Oratorÿs quibuſuis remota ſint, vt ne radices dilatatæ parietibus officiant, aut rami diffuſi tecta operiant, vnde detrimentum ipſis tectis exiſtat. Si qui verò rami eiuſmodi tectis iam officiunt, amputentur omnino.*

Arbores, & arbuſta à Templi parietibus amoueri iuſſa.

Acta Med.

Sacri Templi ſacri parietes ita cuſtodiri debent, vt & lapidum aceruì amoueantur, amoueantur & ſpinæ, quibus extrinſecus obſidentur; in actis eiuſdem Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 32. cap. 17. hæc habentur: *A* RVBIS *præterea, &* SPINIS, *& alÿs id generis, quæ adnaſci ſolent extrinſecus iiſdem, parietes mundi, & cæmentorum item, lapidúmque congeſtu remoti, cuſtodiantur.*

A ſacri Tẽpli parietibus lapidũ aceruì amouendi.

Acta Med.

De ſchedulis, & pittaciis, quæ terrena continerent, aut ſacris Templis parietibus, aut valuis non affigendis, extat hæc ſanctio in actis Eccleſ. Mediol. lib. 3. tit. 32. cap. 21. *Ne ædium, agrorum, rerúmque aliarum eiuſmodi, quæ vel locandæ, vel vendendæ proponi, aut proſcribi publicè ſolent, néve omnino rei cuiuſque profanæ ſchedula, ſcriptáve vllis Eccleſiarum, Oratoriorúmve, aut cæmeteriorum ſacibus,* 934.

Schedula, & pittacia ad Templi valuas affigi non debent.

Acta Med.

ualuis, parietibúſque, aut in quouis ſacro loco in poſterum affigantur.

Iuſtitiæ, & templi cohærentia.
Pſalm.117.
Sim.Muys.
Iſid.Clar.

Cohærent cum iuſtitiâ, cum templo, cohærent iuſti; vt non mirum ſi in ſacris litteris per portas iuſtitiæ tabernaculum, & templum intelligatur Pſalm.117.19. *Aperite mihi portas iuſtitiæ*, vbi Simeon Muys: *Portas iuſtitiæ nominat portas tabernaculi, per quas ſcilicet quotidie iuſti intrant in tabernaculum*; & Iſidorus Clarius hîc: *Vocat*, inquit, *templum* PORTAS IVSTITIÆ, *atque cœtum ſacrum, in quem non veniunt niſi iuſti, cùm autem ipſe extorris eſſet, videbantur ſibi hæ portæ clauſæ.*

In ſe quiſque qui templum ædificare poſſit
B.Laur.Iuſt.

In nobis quoque templum ſtruere debemus, quod Chriſtus inhabitet, dum pectus noſtrum ſubit. Quî autem erigi, & de quibus lapidibus, docet ſanctus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtiâ: *Quoniam in medio tui habitare deſiderat, ſpirituale eidem conſtrue Templum, non de ſectis marmoribus, nec quadratis lapidibus, neque de parietibus pictis, ſed de viuis, & fulgentibus gemmis, aureiſque laminis, quas rubigo non tangat, nec denigret puluis, ſed charitatis purget ignis, morum diſciplina detergat, & virtutum decoret varietas.* Ritè Dei templum adit, qui morum ſanctimoniâ, & vitæ innocentiâ Dei templum eſt.

CAPVT CX.

De Sacerdotum legis nouæ veſtibus, & indumentis.

Sacras veſtes contingere *olim cuiuis non licebat.*

Sacerdotalem ſtolam attingere *non licebat.*

Antiquus mos ſacras veſtes *in loco ferâ munito condendi.*

Sigilli vſus *in ſacrarum veſtium cuſtodiâ.*

Sacerdotalibus veſtibus *indutus nullum alloqui debet.*

Animi veſtium *cura maior, quàm corporis in Sacerdotibus, probatur.*

Veſtium ſuperfluitas *prænuntia Antichriſti, neglectus prænuntius Chriſti.*

Dæmonum domicilia, *qui corpus* veſtium laſciuiâ *fouent.*

Spiritali veſte, *qui caret in euchariſticis nuptijs, quàm grauiter ſit puniendus.*

Vtilia quædam indumenta.

Caro animæ veſtis *ſanctificanda.*

Sacerdotis ſit ab exquiſitiore veſtium cultu *abeſſe.*

935. DE ſacris veſtibus pleraque alibi chartis conſignaui, ſuperſunt adhuc alia de ſacris ſacrorum hominum indumentis, atque etiam non ſacris, quæ ſcilicet in communi vſu adhibent extra ſacra ſui muneris miniſteria; poſſem hic multus eſſe, & multa de hac re conuehere, ſed ne extra præſtitutos mihi limites exeam, libabo tantùm aliqua, in alia volumina reiiciens, quæ hîc præteriri exigit aliarum rerum copia, quæ hîc ponenda.

Sacras veſtes contingere olim cuiuis nō licebat.
Steph.

Cautum olim erat, ne veſtes eccleſiaſtico vſui deſtinatas contingere quis poſſet, niſi ſacris Ordinibus eſſet initiatus. Stephanus 1. epiſt. decret. ad Hilarium Epiſcopum ita ſcribit: *Veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, cultúſque diuinus omni cum honorificentiâ, & honeſtate a Sacerdotibus, reliquiſque Eccleſiæ miniſtris celebrabatur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta, quibus alijs in vſibus (cum Deo, eiúſque ſeruitio conſecrata, & dedicata ſint) nemo debet frui, quàm Eccleſiaſticis, & Deo dignis officijs, quæ nec ab alijs debent contingi, aut ferri, niſi a ſacratis hominibus; nec vltio, quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes veniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ vltionis iuſtum flagellum ad ima.*

Sacerdotalem ſtolam attingere non licebat.
S.Greg.Naz.

Ob cultum, & reuerentiam erga ſacras veſtes ab earum contactu abſtinuiſſe pleroſque etiam ſanctus Gregorius Nazianzenus indicat ad Hebræos, & aliqui notauêre, ritum extendens; hæc huius ſancti Patris verba ſunt, orat. 1. apologet. *Illud inſuper ſcio, ne corporum quidem labes in Sacerdotibus, aut ſacrificijs à cenſurâ immunes extitiſſe, verùm legibus ita comparatum fuiſſe, vt perfecti perfecta offerrent, nec ſacerdotalem ſtolam, aut vas aliquod ſacrum cuiuis attingere licuiſſe.*

936.
Antiquus mos ſacras veſtes in loco ferâ munito condendi.
Sigilli vſus in ſacrarum veſtium cuſtodiâ.
Ord Rom.

Antiquî fuit inſtituti ſacras veſtes in loco ferâ munito condere: Concilium Rhemenſ. ita loquitur: *Expletâ Miſſâ calix cum patenâ, & Sacramentorum liber cum veſtibus ſacerdotalibus in mundo loco ſub ferâ recondantur*; ſigillo quoque aliquando obſignatas facilè antiquus ritus perſuadebat, quo eâ quæ probè cuſtodita vellent obſignabant. Euincit & Auctor Ordinis Romani de diuin. offic. ait enim: *De veſtiario Dominico exigant ſub ſigillo veſtes per numerum, vt non perdantur*; & paulò pòſt: *Parat Euangelium, qui lecturus eſt, reſerato ſigillo ex præcepto Archidiaconi ſuper planetam acolythi.*

Sacerdotalibus veſtibus indutus nullū alloqui debet.
Acta Eccleſ. Med.

Sacerdotibus noſtris iuſſum obſeruo, vt ſacerdotalibus veſtibus induti nullum alloquantur, nec alterius dictis aures admoueant, vni illi rei intenti, quam perfecturi ſunt. In Actis Eccleſiæ Mediolanenſis lib.3.tit.24.cap.15. hæc habentur: *Vt ſacris veſtibus induti cum nemine colloquantur, neque loquentibus dent aures, mentémque, & oculos ab omnibus amoueant, quibus diſtrahi poſſunt*; addit: *Neque è ſacriſtia exeant, niſi cùm ad altare eundum, quod tum grauiter, & modeſtè fiat, adeò vt nihil cogitet, niſi ſe Sacerdotem ipſe eſſe, niſi ſe Deo ſacra facturum.*

937.
Animi veſtiū cura maior, quàm corporis in Sacerdotibus probatur.
S.Bern.
Minut.
S.Auguſt.

Sacerdoti mentis ornamenta quærenda ſunt, corporis illi poſterior cura ſit, alioquin in illorum numero locabatur, de quibus querebatur ſanctus Bernardus epiſt.42. *Cernitur in nonnullis Sacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum autem nullus, aut exiguus*; non ferendæ inſaniæ certa conſignatio eſt, *fulgere purpura, & mente ſordeſcere*, aiebat Minutius in Octauio; & foris benè veſtiri, & intus bonis expoliari; nam, vt ait ſanctus Auguſtinus ſerm. 50. de tempore; *Vt foris veſtiaris, intus ſpoliaris*; eiuſdem eſt, *vt accedat aurum, perit fides*; quæ ſi altè Sacerdotum mentibus inſideat, ambitio illa comprimetur, quâ corpus nimio cultu exornatur, animæ ornatu neglecto.

Veſtium ſuperfluitas prænuntia Antichriſti, neglectus prænuntius Chriſti.
S Bonif.

Iis, qui diuinis miniſteriis addicti ſunt, vitanda maximè ſunt vana, & ſuperflua veſtium ornamenta, quæ ex mente ſancti Bonifacij epiſt.8 *prænuntia ſunt aduenientis Antichriſti*; è contra Chriſti prænuntius eſt veſtium ſuperfluarum, nitidatúmque contemptus; certè Ioannes Chriſti prænuntius, pellibus veſtitus occurriſſe Chriſto legimus.

Dæmonū domicilia, qui corpus veſtiū laſciuiâ fouent.
S.Hilar.

Nimiam in veſtibus elegantiam, & mollitiam quærentes, dæmonū diuerſoria, ex mente S. Hilarij ſunt; nam exponens dictum illud Chriſti: *Ecce*

qui

qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt; Matth. 11. v. 8. Per Reges dæmones intelligit, qui imperium in mundum exercent; mollibus ergo veſtiti in domibus Regum ſunt, quia luxu, & laſciuiâ corpus fouent, Dæmonum domicilia ſiunt; ſic ille ſcribit canone 11 *Veſte habitum corporis, quo induitur anima, ſignificat, quod luxu ac laſciuijs molleſcat; ſed qui veſtiti mollibus ſunt, in domibus Regum ſunt; in Regibus tranſgreſſorum Angelorum nuncupatio eſt*, hi enim ſeculi ſunt potentes, mundique dominantes. ergo veſtiti mollibus in domibus Regum ſunt, id eſt, eos, quibus per luxum fluida, & diſſoluta ſunt corpora, ecce dæmonum habitationem conſimilem ſedem propoſitis ſuis, atque operibus eligentium.

Matth. 11. 8.

938. Qui ſacræ menſæ adſtat, ſpiritualibus nuptiis ſe obtrudit, ſpiritalis indumenti decore viduus, ſed ſordentis luxuriæ ſqualore horridus, timere debeat; colligi ab illius exemplo poteſt, qui exterioribus tenebris eſt addictus, eo quòd nuptiali veſte caruerit; rem ita premit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 18. diſſert. 1. cap. 4. *Si is, qui nuptialibus non ornabatur indumijs, manuum, pedúmque loris addictus in tenebras proijcitur vltionis, quid illi ſperandum eſt, qui cæleſtibus triclinijs intromiſſus, non modò non eſt ſpiritalis indumenti decore conſpicuus, ſed vltrò etiam fœtet, ſordentis luxuriæ ſqualore perfuſus.*

Spiritali veſte qui caret in Eccleſiaſticis nuptijs quàm grauiter ſit puniendus.
S. Petr. Dam.

Incorruptibilis animæ veſtis ſanctificanda eſt, non inficienda; ſcitè Clemens Alexandrinus 2. pædag. cap. 10. *Qui aulam cæleſtem obſeruant, quæ eſt circa omnium Regem incorruptibilem animæ veſtem, nempè carnem ſanctificant, & per eam induunt incorruptionem.*

Caro animæ veſtis ſanctificanda.
Clem. Alex.

Elegans indumentum, quod fœminis induendum ſuadebat Tertullianus, induendum & viris eſt, qui alioquin à muliebri veſtitu debent abhorrere; de cultu fœm cap. vlt. ait iſte Auctor: *Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitia.*

Virilia quadã indumenta.
Tertull.

Sacerdotis eſt ab exquiſitiori veſtium cultu abeſſe; de non veri Numinis Sacerdotibus, ita cenſebat Iulianus in fragm. *Illud verè dicere Sacerdotes arbitror, vt quamdiu intra templi ſepta ſacris operantur, ornatiſſimam veſtem habeant: extra templum communi, neque ſumptuoſa nimis vtantur. Non enim rationi congruit, vt ijs, quæ ad honorem Deorum nobis conceſſa ſunt, ad inanem ambitionem, & glorioſam abutamur. Quamobrem ab exquiſitiore in foro veſte, tum faſtu, arrogantiáque prorſus abſtinendum*; quod noſtris, qui veri Numinis miniſtri ſunt, iuſtiùs occinatur.

Sacerdotis eſt ab exquiſitiore veſtium cultu abeſſe.

CAPVT CXI.

Sacrifica quæ olim diceretur, de Sacerdotibus nonnulla adiiciuntur.

Sacrificæ *munus quódnam eſſet.*
Tempora *à Sacerdotibus* ſupputari *ſolita apud Argiuos.*
Sacerdotales libri *quínam eſſent.*
Sacerdotum cultus.
Sanctimoniales occinentes, *obuiam ibant ſacris Præſulibus, cùm vrbem introirent.*
Sacerdotes obuiam ire Præſidibus *vrbem adeuntibus non poterant.*
Sacerdotij corona *regia præferenda.*
Sacerdotum probitas *in cæterorum probitatem influit.*
Quales *Sacerdotes*, tales *& cæteri.*
Cæteris exemplo præire *verus veri Numinis Sacerdos debet.*

939. S*Acrifica*, quæ olim in mulierum conuentu diceretur, quódque eſſet eius munus, apertè explicat Petrus Abaëlardus epiſt. 8. *Sacrifica, quæ & theſauraria, toti Oratorio prouidebis, & omnes, quæ ad ipſam pertinent, claues, & quæ ipſi neceſſaria ſunt, ipſa ſeruabit; & ſi quæ fuerint oblationes, ipſa ſuſcipiet, & de ijs, quæ in Oratorio neceſſaria ſunt faciendis, vel reficiendis, & de toto eius ornatu curam ages. Ipſius quoque prouidere eſt de hoſtijs, de vaſis, & de libris altaris, & toto eius ornatu, de reliquijs, de incenſo, de luminaribus, de horologio, de ſignis pulſandis.* Addit ſtatim: *Hanc præcipuè de computo lunæ inſtructam eſſe oportet, ſecundùm temporum rationem Oratorio prouideat.* Sed rurſus ad Sacerdotes.

Sacrifica munus quódnam eſſet.
Petr. Abaël.

Tempora à Sacerdotibus apud aliquos ſupputari ſolebant, de Argiuis id notabat Cœlius Rhodiginus lib. 5. cap. 12. lect. antiq *Nec id*, inquit, *omittendum ex Thucydide obſeruatum, moris fuiſſe Argiuis, vti ab Sacerdotibus tempora ſupputarent, vnde eſt hiſtorici illud ἐπὶ χρυσίδος, id eſt, Chryſis tempore. Fuit enim apud Argos Chryſis Sacerdos.*

Tempora à Sacerdotibus ſupputari ſolita apud Argiuos.
Cœl Rhod.

940. Sacerdotales libri quínam olim eſſent, ſciſcitare quiſpiam hîc poſſet, nõ abibo ab inſtituto ſi mentem meam explicem; puto fuiſſe ita dictos eos libros, qui Sacerdotum diſciplinam, quæ in peragendis ſacrificiis ſeruabatur, continerent de legibus, diis agerent; vide an hoc ſibi velint hæc Clementis Alexandrini verba lib. 6. Strom. *Is, vt qui ſit ſacrorum Præfectus, ediſcit libros decem, qui vocantur ſacerdotales, continent autem de legibus, & Dijs, & vniuerſa Sacerdotum diſciplinâ.*

Sacerdotales libri quínam eſſent.
Clem. Alex.

Ad verorum Sacerdotum cultum illud facit, quod habet Iulianus de non veris, quin nec veri Dei, in fragm. *Sanè Græci Sacerdotem illum, quamuis hoſtem, reuerendum eſſe Regi ſuadebant. nos ne amicos quidem ipſos reueremur, pro nobis orantes, ac ſacra facientes.*

Sacerdotum cultus.
Iul.

Olim cùm ſacri Pontifices in vrbem intrarent honoris, & cultûs causâ, obuiam illis præibant Sanctimoniales, & Virginum occinentium greges, indicat iſtuc ſanctus Auguſtinus epiſt. 203. ad Maximinum, in hæc verba: *Tranſit honor huius ſæculi, tranſit ambitio. In futuro Chriſti Iudicio, non abſida gradata, nec cathedra velata, nec Sanctimonialium occurſantium, atque cantantium greges adhibebuntur ad defenſionem, vbi cœperit accuſare conſcientia, & conſcientiarum arbiter iudicare.*

Sanctimoniales occinentes obuiam ibant ſacris Præſulibus cùm vrbem introirent.
S. Auguſt.

941. Inhibitum Sacerdotibus etiam falſorum Numinum lego vt Præſulibus vrbem adeuntibus obuiam irent; Iulianus ita ſcribit ad Arſacium epiſt. 49. *Præſides domi raro inuiſas: ſed ſcribas ad eos literas ſæpiſſimè. Ingredientibus illis in vrbem nemo Sacerdos obuiam prodeat; niſi quando ad templa Deorum accedunt ſolùm intra veſtibula. Eos intrantes nullus miles præcedat: ſequatur autem qui vult. Nam ſimul & ingreditur limen delubri, priuati perſonam induit. Siquidem ipſe, vt noſti, his qui intus ſunt preces, præterea quòd diuina lex iſtud poſtulat. Et qui tibi parent, ſunt re vera pij: qui autem præ arrogantiâ reſiſtunt, oſtentatores ſunt, & inanis gloriæ appetentes.*

Sacerdotes obuiam ire Præſidibus vrbem adeũtibus non poterant.
Iul.

Sacerdotij corona Regiæ præferenda. S.Iſid.Pel.

Sacerdotij coronam Regiæ præferendam, innuebat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib.2. epiſt.200. in hæc verba: *Qui ſacerdotij coronâ redimitus eſt, ſiquidem propriè loqui volumus, terrenarum rerum procurator verius eſt, quàm qui purpuram geſtat. Etenim ille a nimis, hic corporibus dominatur.*

Sacerdotum probitas in cæterorũ probitatem influit. Ioſ.3. Steph.Cant.

A Sacerdotum probitate cæterorum probitas ſolet dependete, ſequuntut eos duces populi, ad malum ſi mali Sacerdotes, ad bonum ſi boni; quin ad ſcelera alioquin procliues coërcentut ſi & Sacerdotes in exemplum eant; hinc cùm Sacerdotes io Iotdane ſtarent, ſteriſſe & aquas legimus Ioſ. 3. Aquæ populum ad ima defluentem ſignificant, qui ſtat, ſi ſtare Sacerdotes videat, & in bono perſeuetat, ſi perſeuerantes in bono cernat ſacerdotij dignitate inſignitos; rem pulchrè verſat Stephanus Cantuarienſis lib. Allegor. in Ioſuë, dum ait: *Nota, quòd cùm eſſent Sacerdotes in Iordane, ſtabant aquæ: quia cùm Sacerdotes bonis inſiſtunt operibus, populus in bono perſeuerat,* & labentibus Sacerdotibus facilè labitur & plebs.

942. *Quales Sacerdotes, tales & cæteri.* S.Chryſ.

Quales Sacerdotes, tales erunt cæteri; ex eorum ſanitate, ac ſanctitate, & aliorum penſanda eſt; hinc aureum illud ſancti Chryſoſtomi hom 83. in Matth. *Si ſacerdotium integrum fuerit, tota Eccleſia floret; ſi autem corruptum fuerit, omnium fides marcida eſt.*

Cæteris exemplo præire verus veri Numinis Sacerdos debet. Deut.20. S.Petr.Dam.

Vera hæc Sacerdotis conſignatio, vt cæteris exemplo præeat, at magna alios inhorretur, & ſui exemplo vrgeat, & impellat; hinc illud Deut.20. *Appropinquante iam prælio ſtabit Sacerdos ante aciem, & ſic loquetur ad populum: Vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos;* ad pugnam alios animaturus Sacerdos, iubetur ante aciem ſtare, vt ad ſpiritale certamen auditores ſuos ſermone prouocaret, prouocet & exemplo, nec otio torpens ſub vmbrâ degens ad bellum cæteros vrgeat. Bellè rem premit ſanctus Petrus Damianus ſerm.4. vbi reſpiciens ad producta verba, ait: *Et notandum, quòd Sacerdos, qui imminente iam bello, concionatur, non alibi, ſed ante aciem præcipitur, vt videlicet eos ad pugnam, quos adhortationibus prouocat, ipſe quoque præuius antecedat, ne dum alios ad bellum impellere nititur, ipſe degeneri torporis otio per negligentiam ſaluatur.* Abit à ſuo munere Sacerdos, ſi cæteros ad bonum exemplo bono nnn vrget.

CAPVT CXII.

Nonnulla de iis miniſtris litteris conſignata, qui Sacerdoti deſeruiunt.

Diaconatus ordine *inſigniendus quinque vicibus veteris Teſtamenti libros, & quatuor Noui priùs percurrebat.*

Diaconi *olim* honorabiliores Romæ *habebantur, quàm alibi.*

Per Diaconos fideles in carcere poſiti *viſitabantur.*

Triſagium *in Orario inſcriptum.*

Senioribus vela eleuare *Subdiaconorum erat, & Diaconorum.*

Diaconi ſanctorum Patrum homilias populo recitabant, *cùm Presbyteri infirmitate impediti concionari non poſſent.*

Diaconi erat codicem tenere, *quem Præſul erat explanaturus.*

Subdiaconus cur in Miſſa faciem *ad Orientem verteret.*

Clericis interdictum forum *criminale frequentare.*

In plateis reſidere *Clericis prohibitum.*

Veſtimenta purpurea *Clericis inhibita.*

Clericus perſonatus *incedere non debet.*

Ordines ſuſcepturi iurare *iubebantur ſe dignos eſſe.*

Clericus cum illo non comedebat, *qui cum Iudæis comediſſet.*

Diuino cultui mancipati à terrenorum cura *ſe eximant.*

Quod in homine cor, *in Eccleſia corpore* Eccleſiaſtici *ſunt.*

CVM de Sacerdotibus egerim, mihi integrum minimè eos præterire, qui Sacerdoti deſeruiunt; de his igitur aliqua hîc implantabo, quæ vtilitatem aliquam præter notitiam gignant. 943.

Diaconatûs ordine inſigniẽdus quatuor vicibus veteris Teſtamenti libros, & quatuor Noui priùs percurrebat. Cypr. Preſb.

In conferendis Ordinibus obſeruatum hoc aliquando obſeruo, vt ad Diaconatûs ordinem non promouerentur, qui quatuor vicibus in ordine veteris Teſtamenti libros non legiſſet, & quatuor Noui. Statuit iſtuc ſanctus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, de quo ita ſcribit auctor vitæ illius, Cyprianus Preſbyter: *Adiecit etiam hoc, vt nunquam in Eccleſiâ ſuâ Diaconum ordinaret ante trigeſimum ætatis eius annum. Verùm etiam hoc addidit, vt nec in qualibet maiore ætate vnquam ordinaretur niſi quatuor vicibus in ordine libros veteris Teſtamenti legerit, & quatuor Noui.*

Diaconi olim honorabiliores Romæ habebantur, quã alibi. S.Aug.

Olim Diaconi Romæ honorabiliores habebantur, quàm alibi. Sanctus Auguſtinus hoc innuit in quæſtionibus ex vtroque Teſtamento, quæſt. 101. in hæc verba. *Vt autem non omnia miniſteria obſequiorum per ordinem agant, (Diaconi) multitudo facit Clericorum. Nam vtique, & altare portarẽt, & vaſa eius, & aquam in manus funderent Sacerdoti, ſicut videmus per omnes Eccleſias. Sed quia Romanæ Eccleſiæ miniſtri ſunt, idcirco honorabiliores putantur, quam apud cæteras Eccleſias, propter magnificentiam vrbis Romanæ, quæ caput eſſe videtur omnium ciuitatum.* Hæc ille. vbi etiam habes quæ miniſteria Diaconi detractarent.

944. *Per Diaconos fideles in carcere poſiti viſitabantur.* S.Cypr.

Epiſcopi Diaconorum miniſterio vtebantur, vt per eos fideles in carcere poſitos viſitarent; mittebantur igitur ab Epiſcopis, vt vinctorum conſtantiam, ac fortitudinem excitarent, docerentque eos qui Martyrij gloria donati poſſent: id nobis inſinuat ſanctus Cyprianus epiſt.46. dum ait: *Et credideram quidem Preſbyteros, & Diaconos, qui illic ſunt, monere vos & inſtruere pleniſſimè circa Euangelij legem, ſicut & in præteritum ſemper ab anteceſſoribus noſtris factum eſt, vt Diaconi ad carcerem commeantes, Martyrum deſideria conſilijs ſuis, & ſcripturarum præceptis gubernarent.*

Triſagium in Orario inſcriptum. Matth. Plaſt. Sim.Theſſ.

De Orario ait Matthæus Plaſtor in ſynopſi Conciliorum: *Solis Diaconis conceſſum eſt ſiniſtrâ humero Orarium circumponere*; in hoc triſagium quoque inſcriptum obſeruo, vt ſanctis Angelis pares factos miniſtros eſſe colligeremus; Simeonis

Theſſalo

Theſſaloniceniſis verba ſunt: *In ipſo Orario Sanctus, Sanctus, Sanctus ſcriptum eſt, quo miniſtratorius ſanctorum Angelorum ordo exprimitur.*

Senioribus vela eleuare Subdiaconorũ erat & Diaconorum.
Conc.Narb.

Priſco æuo Subdiaconorum, quin & Diaconorum erat ſenioribus vela ſubleuare, quod habet his verbis Concilium Narbonenſe canone 13. *Hoc regulariter ſecundùm priorum ſtatuta canonum finitum eſt, vt tam Subdiaconus, quam Oſtiarius, & reliqui ſeruitium ſancta Eccleſia conſuetum abſque vlla deſidia, impleant, & ſenioribus vela ad oſtia ſubleuent. Qui contempſerit facere, & adimplere, ſubdiaconos verbis corripiendos, & ſi non emendauerint, ſtipendio priuandos, reliquos flagris coercendos*; hoc autem munus exercuiſſe & cùm ingrederentur ſeniores, & cùm exirent, indicat Canonis titulus, qui talis eſt; *vt clerici omnes ſenioribus ſuis ſubiaceant, & illis exeuntibus, atque egredientibus vela ſubleuent.*

945. *Diaconi ſanctorum Patrũ homilias populo recitabant cùm Presbyteri infirmitate impediti concionari non poſſent.*
Conc.Vaſ.

Olim ſi Preſbyteri aliquâ infirmitate tenebantur, Diaconi ſanctorum Patrum homilias populo recitabant, ne fideles penitus ſpirituali cibo deſtituerentur. Concilium Vaſenſe II. ita præcipit canone 11. *Hoc etiam pro ædificatione omnium Eccleſiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non ſolùm in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochijs verbum faciendi daremus Preſbyteris poteſtatem: ita vt ſi Preſbyter aliquâ infirmitate prohibente per ſe ipſum non potuerit prædicare, ſanctorum Patrum homilia à Diaconibus recitentur. Si enim digni ſunt Diacones quod Chriſtus in Euangelio locutus eſt, legere, quare indigni iudicentur ſanctorum Patrum expoſitiones publicè recitare.*

Diaconi erat codicem tenere, quem Præſul erat explicaturus.
S.Auguſt.

Diaconus codicem accipiebat, legebátque apud Præſulẽ, ac Doctor explanare populo debebat; ſed obſeruo aliquando ab ipſo tractatore captum codicem lectum. Sanctus Auguſtinus ſerm. 50. de diuerſis ad vtrumque morem reſpiciens, cùm Diaconus recitaſſet illa verba: *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*, & quæ ſequuntur: *Etiam ego*, inquit, *legere volo, plus enim me delectat huius verbi eſſe lectorem, quam verbi mei diſputatorem.* Sic ille; quò prodit quanto affectu Dei verba legeret, verſaret.

Subdiaconus cur in Miſſa faciem ad Oriẽtem verteret.
B.Alb.Magn.

Olim cùm Subdiaconus epiſtolam in Miſſa legeret, faciem ad Orientem vertebat, rem & cauſam refert B. Albertus Magnus tract. 2. de Miſſa cap. 3. *Vertitur*, inquit, *Subdiaconus legendo ad Orientem, quia adhuc indiget amplieri lumine, vt illuſtretur.*

946. *Clericis interdictum forum criminale frequentare*
Conc. Mat.

Clericis interdictum lego forum criminale frequentare, ac reorum neci intereſſe; huc ſpectat Concilium Matiſconenſe II. canone 19. *Cognouimus*, inquit, *quoſdam Clericorum infrunitos ad forales reorum ſententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum acceſſus hunc canonem protulimus, definientes vt ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat; neque interſit atrio ſauciolo, vbi pro reatûs ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen nunc aliquis eorum definita contemnens illuc acceſſerit, aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtolà, illis gregibus examinatorum ſocietur, quos diuinis protulit myſterijs.*

In plateis reſidere Clericis prohibitum.
Conc.Narb.

Clericis vniuersè in plateis reſidere prohibitum, diſco ex his Concilij Narbonenſis verbis canone 3. *Nam & hoc*, inquit, *ſecundùm priſcorum cenſuram canonum finitum, vt nullus Clericus, Subdiaconus, Diaconus, vel Preſbyter in plateis reſideat: certè nec in plateis ſtare, & fabulis diuerſis commiſceri. Quod ſi quis facere præſumpſerit, repellendum omnino ab officio, & execrandum, ſi non emendauerit, & à communione, & ab officio priuetur.*

947. *Veſtimenta purpurea Clericis inhibita.*
Conc.Narb.

Veſtimenta purpurea Clericis inhibita colligere eſt ex his Concilij Narbonenſis verbis canon. 1. *Hoc regulariter definitum eſt, vt nullus Clericorum veſtimenta purpurea induat, quæ ad iactantiam pertinent mundialem, non ad religioſam dignitatem; vt ſicut eſt deuotio in mente, ita & oſtendatur in corpore: quia purpura maximè laicorum poteſtate præditis debetur, non religioſis. Quòd ſi quis non obſeruauerit, velut tranſgreſſorem legis coercendum.*

Clericus perſonatus incedere non debet.
Franc.Gonz.

Franciſcus Gonzaga Mantuæ Epiſcopus Clericis inhibuit perſonam geſtare, in conſtitutionibus Eccleſiæ Mantuanæ ita loquitur: *Nullus Clericus audeat* PERSONATVS *incedere, ſub pœna excommunicationis, aliiſque pœnis arbitrio veſtro infligendis.*

Ordines ſuſcepturi iurare iubebantur ſe dignos eſſe.
Conc.Cabil.

Olim Ordines ſuſcepturi iurare aliquando iubebantur ſe dignos eſſe, nec quicquam contra canones facturos, quem morem damnat, & abolet Concilium Cabilonenſe II canone 13. cui hic titulus: *De inhibendo iuramento, quod ab ordinandis exigebatur*; ſtatim adiicit: *Dictum eſt interea de quibuſdam fratribus, quòd eos, quos ordinaturi ſunt, iurare cogant, quod digni ſint, & contra canones non ſint facturi, & obedientes ſint Epiſcopo qui eos ordinat, & Eccleſiæ in qua ordinantur, quod iuramentum, quia periculoſum eſt, omnes vnà inhibendum ſtatuimus.*

948. *Clericus cum illo non comedebat qui cũ Iudæis comediſſet.*
Conc.Epaun.

Clericus olim cum illo panem comedere prohibebatur, qui Iudæorum ſe polluiſſet; canon 15. Epaunenſis Concilij ita ſtatuit: *A* IVDÆORVM CONVIVIIS *etiam laicos conſtitutio noſtra prohibuit, & ne cum illo Clericus panem comedat, quiſquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquinatus.*

Diuino cultui mancipati à terrenorũ cura ſe eximant.
S.Ambr.

Sacri homines, diuinóque obſequio mancipati debent à mundanarum rerum ſe cura eximere; ſcitè ſanctus Ambroſius lib. 2. de Abel, & Cain cap. 2. *Tulit Dominus Deus de medio populi Iſrael Leuitas, quia non humanarum eos conſortes voluit eſſe* CVRARVM, *ſed diuinæ religionis miniſtros.*

Quod in homine cor, in Eccleſiæ corpore Eccleſiaſtici ſunt.
S.Cyr.Alex.

Quod in homine cor, hoc in Eccleſiæ corpore Eccleſiaſtici ſunt, ſacríque liturgi; ſapienter Beatus Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Iſaiæ ad illud, *Omne cor mœrens*, ait, *Cor nuncupare videtur ſacroſanctam, & cœleſtem tribum, id eſt, Leuiticam, veluti lege eruditam, &* CVRAM *totius corporis agentem.*

CAPVT CXIII.

De templis quidam Gentilium ritus.

Templorum lapides *ad priuatas ædes transferre inhibitum etiam Gentilibus.*

Lapidata templa *in luctus ſignum.*

Templis pro curia *aliquando vtebantur Gentiles.*

Terrena *in templo non tractanda.*

Aurum *ante fores poſitum.*

Iniuſtus *à ſacris reiectus.*

Tibicines *cur à templis excluſi.*

Folium lauri *ore tenere poſt templi egreſſum ſuperſtitioſi erat.*

Quis primus templum fidei, *& pacis poſuerit.*

Templorum aditum *venditabant Gentiles.*

Arma *in Deorum templa inferenda minimè eſſe.*

Vrbium Præſides *vrbes adeuntes quâ Deorum templa ingrederentur.*

In templis *quæ* verba *inſcribantur à Turcis.*

Per gradum ad templa *Deorum aſcendebant antiqui, ſed ad templum Conſi deſcendebant.*

De Iudæorum templis *aliquot obſeruationes.*

949\. *Templorum lapides ad priuatas ædes transferre inhibitum etiã Gentilibus.* Liban.

TEMPLORVM lapides ad priuatas ædes transferre inhibitum olim erat, etiam apud falſorum Numinum cultores, adeò vt transferentes æs pendere cogerentur; hinc illud Libanij Sophiſtæ tom. 2. orat. 10. quæ in Iul. Imp. necem: *Templa quædam ædificans, alia inſtruens, etiam noua inducere conſtituit, pecunias autem pendebant, qui ex lapidibus ædium ſacrarum ſibimetipſis domos erexerant.*

Lapidata tẽpla in luctus ſignum. Suet.

Indicium luctus magni erat in alicuius morte templa lapidare, ſubuertere aras, lares in publicum abiicere, exponereque partus coniugum, quod aliquando factitarum indicant hæc Suetonij verba in Caligula de Germanico morte ſcribentis: *Quo defunctus eſt die lapidata ſunt templa, ſubuerſa Deûm aræ, lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti partus coniugum expoſiti.*

Templis pro curia aliquãdo vtebantur Gentiles. Liu.

Apud Gentiles vſitatum olim templis vti pro curia ad negotia tractanda, ad cauſas, ad lites. Huius rei exemplum eſt apud Liuium lib. 23. loquẽtem de Annibale, & Capuanis: *Egreſſus curia in templo magiſtratus contendit, comprehenditque Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum cauſam dicere iuſſit.* Thucidides lib. 1. *Ærarium eis erat Delus, & conuentus in eo templo fiebant.* Maxim. diſſert. 20. vbi loquens de Cynico: *Regia illius templa erant.* Suetonius cap. 7. Veſpaſianum inducit Imperatorem poſt peractum ſacrificium ſedentem pro tribunali, in templo Serapidis, vbi & litteras accipit.

Thucid.

Maxim.

950\. *Terrena in templo non tractanda.* Pythag.

Aliò ſpectat Pythagoras à terrenarum rerum colloquio homines auocans, & ſignatè ab iis, quæ ad victum ſpectabant; hoc illius ſymbolum circumfertur, dignum quod hîc inſeratur. *Cùm templum ingreſſus ſis, reuerenter adorato, neque quicquam interea quod ad victum pertineat aut dicas, aut facias.*

Aurum ad fores templi poſitum. Plut.

Ait Plutarchus in Politicis præceptis, templa quædam olim fuiſſe, in quæ ingredi nefas fuerit, niſi auro ante fores poſito; ſanctiùs noſtri ad templorum fores, aurum, argentúmque pauperibus diſtribuant templum adituri, aut ſaltem opum, rerúmque terrenarum cogitationem.

Iniuſtus à ſacris reiectus. Coll.

Non prophanus tantùm, & ſacris minimè initiatus, à Gentilium templis arcebatur, ſed & iniuſtus; hinc illud Collimachi,

Procul, procul quiſquis iniuſtus.

Tibicines cur à templis excluſi. Heracl.

Heraclides de Tenediis: *Quòd falſum teſtimonium tibicen dixiſſet, ſtatutum eſt vt nulli tibicini in templum ingredi liceret.* Sic ille lib. de Politiis.

Folium lauri ore tenens poſt templi egreſſum ſuperſtitioſi erat. Theoph.

Cuiuſdam Imperatoris mentio fit à Theophraſto in charact. qui abiens à templo luſtrali aqua aſpergebatur, foliúmque lauri ore tenens tota die ita deambulabat elatis manibus; hæc eius verba charact. de ſuperſtit. *Superſtitioſus ille eſt, qui elatis manibus & aqua luſtrali aſperſus è templo folium lauri ore prehenſum tenens, integrum diem ita ambulet.*

Quæſitum eſt quiſnam templum pacis erexerit, & fidei, & quis primus, ſcitu digna res, ſed ambigua; facem præfert Alexandrinus Clemens, qui ait Numam fuiſſe, dabo eius verba lib. 5. Stromatum: *Meritò ergo Rex quidam Romanorum, Numa erat ei nomen, cùm eſſet Pythagoreus primus ex omnibus hominibus poſuit templum fidei, & pacis.* Hæc Clemens. 951.

Quis primus templũ fidei, & pacis poſuerit. Clem. Alex.

Templorum aditus venditaſſe Gentiles obſeruatum nobis eſt; hoc illis obiicit Tertullianus in Apologet. cap. 3. *Circuit cauponas religio mendicans, exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri non licet Deos noſſe gratis, venales ſunt*; addit interpres; *ſtipes ad inſtaurationem templi exigebant, aditúſque quotidianos venditabant.*

Templorum aditum venditabant Gẽtiles. Tertull.

Arma in Deorum templa inferenda minimè eſſe falſorum Numinum cultores decreuiſſe aliquando decerno; Bagarum Baſſatæ Regionis Præſulem hoc edictum promulgaſſe tradunt, quod refert Alexander Gerardinus in ſuo Itinerario ad regiones ſub Æquinoctiali plaga conſtituens lib. 5. BAGARVS *Baſſara Regionis Præſul nemo huc armatus veniat. In æde enim, Dijs ſacra, preces fundenda ſunt, & non arma tenenda; ſagitta, iacula, & omnia demum tela ſancto procul templo ſint. Dij enim pacem amant, quicumque huc greſſum fert, cernuus, humilis, vultu in terram converſo ingrediatur. Mox toto corpore per humum extenſo tam ſimulachra, quàm beata Deorum ora adoret, ac ipſi Dij eum cum tota latè gente augebunt.*

Arma in Deorum templa inferenda minimè eſſe. Alex Gerar.

Vrbium Præſides vrbem adeuntes quâ ingredi Deorum templa deberent, his verbis iubet Iulianus Arſacio ſcribens epiſt. 49. *Præſides domi rarò inuiſas: ſed ſcribas ad eos litteras ſæpiſſimè. Ingredientibus illis in vrbem nemo Sacerdos obuiam prodeat: niſi quando ad templa Deorum accedunt, ſolùm intra veſtibula. Eos intrantes nullus miles præcedat: ſequatur autem qui vult. Nam ſimul & ingreditur limen delubri, priuati perſonam induit. Siquidem ipſe, vt noſti, his qui intus ſunt preces, propterea quòd diuina lex iſtud poſtulat. Et qui tibi parent, ſunt reuera pij: qui autem præ arrogantia reſiſtunt, oſtentatores ſunt, & inanis gloriæ appetentes.* 952.

Vrbium Præſides, vrbes adeuntes quâ Deorum templa ingrederentur. Iul.

In ſuis templis hæc inſcribere verba Turcæ ſolent Arabica lingua, *Fila Galel Ilel lah*, hoc eſt, *Non eſt fortis ſicut Deus*; quod referebat Bartholomæus Georgeuiz lib. 1. cap. 1.

In tẽplis quæ verba inſcribãtur à Turcis. Bart. Georg.

Ad Deorum templa per gradus aſcendebatur, excepto Caſi templo, in quod deſcendebatur, vtpote conſiliorum Dei, quæ latere debent, & occultari; Pompon. Læt. de Rom. antiquit. ita ſcribit: *Antiqui ingrediebantur templa per gradus aſcendendo, in vnum tantùm deſcendebant, quod fuit ædificatum in honorem Dei Conſi, quod erat conſiliorum.*

Per gradum ad templa Deorũ aſcendebant antiqui, ſed ad templum Cõſi deſcendebãt. Pomp. Læt.

Quod de Iudæorum templis referunt nobis ex Iudia ad nos miſſæ litteræ, dignum eſt, quod hîc in lectoris notitiam ſubiiciatur; apud Ioan. Petrum Maffæum lib. 4. epiſt. ſelect. hæc leguntur: *Alterum eſt templum probandis, & laurea donandis veteri Academiarum more ſcholaſticis deſtinatum, in eo ſculptum vexillis compluribus è ſuperiori parte pendentibus, eminet ligneum, in quod ſcalis tribus aſcenditur, eſt ibi menſa cum cathedra parata Magiſtro, qui actibus eiuſmodi præſidet, itémque ad imum ſuggeſtum altera in vſum diſcipuli, qui eo iudicio probandus, inſignibúſque doctrinæ publicè decorandus eſt. templum autem ipſum lacertæ, ſeu ſtillioni dicatum eſt, quem vulgo Deum ac præſidem litterarum, & eruditionis exiſtimant:* 953.

De Iudæorum templis aliquot obſeruationes. Io. Pet. Maff.

exiſtimant : huic nulla neque ara, nec ſtatua, vt cæteris Dys erigitur. in ſummo tantùm laqueari multiplicem conuolutus in ſpiram ingenti orbiculari depingitur forma, vt ſcholaſtici dum ſupplices venerantur, oculos, mentémque ſimul ad ſuperna cogantur attollere; hæc ille; ſed ad Hebræorum quoque templum flectamus calamum, nam multa de illo mihi, & ex ooſtris, & ex Hebræis obſeruata, præter alibi dicta, quæ docto lectori perite nolui; ſed rem in ſequens caput reiiciamus.

CAPVT CXIV.

De Templo Hebræorum ritus quidam.

Domus *de templo.*
Domus deſiderij *templum dicebatur.*
Templum domus electionis.
Sudes, *&* retia *ſuper templi tectum.*
Templi deſtructionem *quanam præceſſerint.*
Templum ſecundò *erectum in quo à priori differret.*
De altari holocauſtorum *Hebræorum traditio.*
Templi feneſtræ *quales.*
Lapides templi *frangere Hebrais non licebat.*
In templo nullam mulierem *abortum feciſſe tradunt Hebrai.*
Domum ſanctam *Hebrai templum vocant.*
Paucorum ingreſſus *in cælum.*
Tota nocte *templum à Sacerdotibus, & Leuitis per vices cuſtodiri ſolitum.*
Quâ templi parte *Leuita templum cuſtodirent, quâ Sacerdotes.*
A templorum frequentia, *&* cultu *mundi decor, & pulchritudo.*

954. *Domus de templo.* R. Samuël.

APVD Hebræos *domus* nomen abſolutè poſitum frequenter templum ſignificat; hinc illud R. Samuël, & fecit לבית domui *feneſtras*, id eſt, templo, de illo enim ille loquitur.

Domus deſiderij templũ dicebatur. R. Ioſuë.

Templum Hebræi vocant בית חמדתינו *domum deſiderij noſtri*; hinc illud R. Ioſuë ex die, quo deſtructa eſt בית חמדתינו *domus deſiderij noſtri*, id eſt, *templum ſapientes facti ſunt ſcriba ſcriba, diſcipuli diſcipuli, vt populus terra, & populus terra inquinatio, & dedecus.*

Templum domus electionis. R. Moſch.

Templum appellant etiam בית הבחירה *beth habechirah*, *domum electionis*; ſic R. Moſch in libro præceptorum affirmatiuorum; ſic autem templum indigitant, quia locum vbi erigeretur, eligit Deus.

Sudes, & retia ſuper tẽpli tectum. Ioſeph. Hebr.

In huius templi ſummo acutiſſimæ ſudes erant, eæque aureæ, quibus inhiberetur ne ab auibus fœdaretur; diſco id ex Ioſepho lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. vbi de templo loquens ait: *In ſummo autem æreis verubus harebat acutiſſimis, ne ab inſidentibus arcibus pollueretur*; addunt Hebræi ſuper tectum retia fuiſſe cum hiſce verubus, & ſudibus, quibus aues arcerentur, ne ſuper illud nidos efformarent, templique verticem polluerent.

955. *Templi deſtructionem quanam præceſſerint.* Hebr.

Inter alia quæ templi excidium præceſſerunt numerant Hebræi, nimirum templi fores, quæ noctu occludebantur, manè apertas inueniri ſolitas, & filum illud coccineum, quod in ſignum dementiæ, & demiſſæ culpæ io die propitij candorem exuebat, ruborem conſeruabat, quio augebat; ita de haere ſcriptum ab illis reperiu in עין ישראל *Quadraginta annos antequam templum dirueretur, lucerna, qua aſſiduè in Sanctuario lucebat, extincta eſt; & filum illud coccineum, quod fieri candidum ſolebat, non ſolùm candorem non induebat, ſed ruborem potiùs augebat; & templi fores, qua veſpere claudebantur ad cuſtodiam, manè aperta reperiebantur, & R. Iochanam filium Zachai dicebat, Templum Templum, cur nos terres? ſcimus te deſtruendum.*

Templum ſecundò erectũ in quo à priori differret. R. Samuël.

Templum ſecundum in multis fuit à priore inferius, quioque enim rebus carebat, quibus priùs ornabatur, quod refert R. Samuël his verbis: *Quinque res defuerunt in vltimo templo qua in primo fuerunt, probatur ex eo quod Aggai ſecundo Eccabedah diminutè ſcriptum eſt ſine littera* ה *qua quinque deſignat, ad ſignificandum quinque res, in quibus Sanctuarium vltimum fuit à primo diminutum, videlicet ignem, arcam, drim & thumim, id eſt, Rationale iudicij, oleum vnctionis, & Spiritum ſanctum.*

De altari holocauſtorum Hebræorum traditio. R. Moſch.

De altari holocauſtorum ita ſcribunt Hebræi, vt habetur in libro præceptorum affirmatiuorum: *Dicunt ſapientes, locum altaris fuiſſe locum, quem fabricauit Abraham in altare, & ſacrificauit ſuper illud Iſaac, & locum eſſe, in quo Noe erexit altare, & obtulit ſacrificia, dum exiuit de arca; eúmque locum eſſe, in quo ſacrificauerunt Cain, & Abel; ſupérque illud altare Adamum ſacrificium obtuliſſe; éxque illius altaris terra formatum fuiſſe Adamum*; hæc Hebræorum traditio, fides penes authores ſit.

956. *Templi feneſtra quales.* R. Samuël.

A templo lumen in alia loca ſpargi, & à Sanctuario lucem oriri deduducunt Hebræi, ex forma qua Salomonis templi feneſtræ cunſtructæ erant; conſtat quippe ab interioti parte anguſtas fuiſſe, foras verò valdè apertas, & diductas, contrà ac fieri deberet; nam illuminando templo magis referebat amplas intus eſſe, anguſtiores extra, R. Samuël ita philoſophatur: *Et fecit feneſtras templi, qua foris lata erant, intus anguſta; mundi conſuetudo eſt, aliter ſe habet, intus enim dilatantur, vt domus pleniùs illuſtretur; in templo ita factum eſt, vt à templo lumen exiret toti mundo illuminando.*

Lapides tẽpli frangere Hebrais non licebat. Hebr.

Lapidem templi aut altaris frangere Hebræis ſummi piaculi loco eſt, quin nec loci, in quo ſedebant Sanhedrin, in libro quem vocat סברי iſtuc habetur, quia ſcilicet hoc in Gentilem Idola præſtare videbantur.

In tẽplo nullã mulierem abortum feciſſe tradunt Hebrai.

Inter decem miracula, quæ Hebræi contigiſſe referunt in templo Salomonis, quod בית המקדש *beth hamichdas*, *domum ſanctam* vocant, hoc eſt, vt nulla in ea mulier abortum fecerit nidore carnium. Sic in Pirke-Auoth cap. 5. vbi hæc leguntur, *non abortum fecit mulier ob carnes Sanctuarij.*

957. *Domum ſanctam Hebrai templum vocant.* R. Moſch.

Templum Ieroſolymitanum vocant Hebræi *domum ſanctam*, ſeu *domum ſanctitatis*; ſic R. Moſes in libro ſecundo præceptorum, vbi fantur Hebræi, ob ipſorum ſcelera templum dirutum eſſe, eóque ſe carere.

Paucorũ ingreſſus in cælum S. Hier.

Quòd in Sancta Sanctorum paucis aditos pateret, innuebat paucos eſſe, qui cœleſti regno reciperentur; pulchrè ſanctus Hieronymus epiſtola 128. *In Sanctis verò Sanctorum quaſi ad æthera, & in cælum paucorum introitus, & volatus eſt.*

Apud

Tota nocte templum à Sacerdotibus, & Leuitis per vices custodiri solitum.

Apud Hebræos tota nocte templum à Sacerdotibus, & Leuitis custodiebatur per vices, quod non fiebat vt illud à furibus, & lattonibus custodirent, ſed honoris, & magnificentiæ cauſa; hoc enim ſibi volunt hæc veiba in שלטי הגבורים cap. 17. שמירת המקדש שמצותה כל הלילה לא היתה נעשית מפני פחד לסטים או גנבים · אלא מפני שהוא כבוד וגדולה לבית שלא יהיה בלא שומרים כי הבית אינו דומה פלטרין שיש עליו שומרי לפלטרין שאין עליו שומרי: השומרים האלו היו כהנים ולוים · ואם בטלו שמירה זאת עברו בלא תעשה · שנאמר ושמרתם את משמרת הקדש · ולשון שמירה אזהרה היא · הא למדנו ששמירתו מצות עשה ובטול שמירתו מצות לא תעשה · ומצות שמירה היא שיהיו בכל מקומות ex quibus verbis hoc quoque habes; Sacerdotes intra templum cuſtodiam egiſſe, Leuitas verò fotis excubaſſe.

958. *Qua templi parte Leuita templum custodirent, qua Sacerdotes.*

Addit idem auctor in locis, ad quæ ſcalis aſcendebatur, Sacerdotes in ſublimi excubias egiſſe, Leuitas in imis partibus, in iis verò, ad quæ ſcalis non aſcendebatur, Sacerdotes intus fuiſſe, fotis verò Leuitas, pérque viginti quatuor loca diuiſos Sacerdotes, ac Leuitas in templi cuſtodia, triginta Sacerdotes fuiſſe, Leuitas verò ducentos, & quadraginta in vnaquaque nocte excubias egiſſe, hæc omnia ſignificant hæc vetba loco producto. הכהנים שומרים מבפנים והלוים מבחוץ · היו צריכים לשמור במקדש · כרכתיב (בדה א כד) למזרח הלוים ששה · לצפונה ליום ארבעה · לנגבה ליום ארבעה · ולאסופי שנים שנים · לפרבר למערב ארבעה · למסילה שנים לפרבר · הרי כד: בשלשה מקומות הכהנים שומרים וגם שם עמהם היו נטפלים הלוים כמו שנאמר וילוו עליך וישרתוך · ובמקום שהיו עליות · היו הכהנים שומרי למעלה והלוים למטה · ובמקום שלא היתה שם עליה · היה כהן שומר מבפנים · ובן לוי מבחוץ כמו שאמרו במסכת תמיד · והלוים היו שומרים עוד לבדם כמו שכתבו במסכת מדות בעשרי ואחד מקום · ובכל משמר ומשמר היו עשר שומרי · על כן הכהנים היו שלשים: והלוים היו מאתים וארבעים בכל לילה ·

A templorum frequentia, & cultu mundi decor, & pulchritudo. Hebr.

A Templorum frequentia, & cultu mundi decor, & pulchritudo dependet, inania ferè omnia vbi Templum iacet, iacent ſactiſicia, quod in Hebræis videre eſt, qui à Templi ruina tot mala perpeſſi ſuot, & patientur, lege vidui, omni bono vacui, prorſuſque inanes; colligi hoc & ab eorum doctrina poteſt; vox quippè תהו *thohu*, quæ ad inanitatem terræ ſignificandum adhibetur Gen. 1. v. 2. eundum numetum annorum parit, ac ille ſit, quo poſt erectionem templum deiectum eſt תהו quippè 411. valet templum verò 410. annos durauit à prima ſui etectione in 411. dirutum eſt, ac ſi tectè innueretur, mundi inanitatem à templi ruina eſſe, rerúmque diuinarum neglectu; hoc firmati poteſt & ex illa voce היתה *haiethah erat*; 420. annos amplectitur, quò annorum numero Templum à ſecunda erectione durauit, ac deiectum poſtea eſt.

CAPVT CXV.

De Templo Iudæorum aliæ obſeruationes ferè ex Hebræorum monumentis promptæ.

Templum vitæ domus.
Sanctuarij *nomen de templo.*
Solemnitas *cur templum diceretur.*
Domus altarium *templi circumſcriptio.*
Hebræorum cautio de cœnaculo, *è quo templum aſpici poterat.*
Quà ad templum eſſet pergendum.
Nec vas in templum *inferre licebat.*
Nulli in toto templi atrio *ſedere licebat præterquam Regi.*
De incenſi odore *qui è templo foras prodibat Hebræorum traditio.*
Salomonis templum ſupetare *quinam in alterius templi erectione ſtuduerit.*
Diruto vno Iudæorum templo innumera nobiliora *Chriſtus vt erexerit.*
Muſca *in locis haud viſebatur, in quibus animalia mactabantur.*
In templo ſpuete *olim non licebat, quà nunc liceat in Synagogis.*
In templo ambulare, *ridere, ſpuere piaculum apud Abaſſinos.*
Templi circuitus *ob reuerentiam.*
Mariæ in templum ingreſſus *à Græcis quo die cultus.*
In Eccleſia orientali fœminæ *quadrageſimo à partu die infantes in templum deferebant.*
Templum cœlum terrenum, *& firmamentum alterum.*

PRÆTER ea, quæ de Iudæorum templo ex Hebræorum monumentis prompſimus, ſuperſunt alia, quæ 959.
hic, vt ad noſtrorum notitiam perueniant, ſunt exaranda.

Templum vitæ domus. Hebr.

Templum Hebræi *vitæ domum* vocant, ſic in סדר תפילות in quadam poſtulatione, quam ante initium menſis cuiuſque pronuntiant; ſic enim loquuntur: *Placitum ſit ante faciem Dei cæli, reædificare domum vitæ noſtræ.*

Sanctuarij nomen de templo. Orig.

Sanctuarij nomine templum Hebræis ſignificati etiam Origenes his verbis notabat in catena Græca cap. 1. Thren. *Moris eſt Iudæis Sanctuarij nomine templum appellare.*

Solemnitas cur templum diceretur. Agell.

Solemnitatis vocabulo templum quoque intelligimus, quod obſeruauit noſter Agellius in Pſalm. 73. vbi ait: *Solemnitatis nomine L X X. templum intellexerunt, eo quòd populus eò conueniret ad ſolemnitates celebrandas. Itaque paulo pòſt: (Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra) quod L X X. vt etiam B. Hieronym. teſtatur, ſic tranſtulerunt, incendamus omnes ſolemnitates Dei à terra, vel ſynagogas, vel templum ipſum ſe ſe incenſuros hoſtibus comminantibus.*

Domus altarium templi circumſcriptio.

Rabinis בית במיא *domus altarium* templum dicitur, quia nempe aras, & altaria continet.

Hebræorum cautio de cœnaculo, è quo templu aſpici poterat. R. Maym.

De templo Rabbi Maymonides ait, ſi qui cœnaculum haberent paulo ſublimius, vnde aſpici 960.
Sanctum Sanctorum poſſet, fas illis quidem fuiſſe ſemel in hebdomada illuc aſcendere, vti ſarta tecta omnia ſeruarent, at ſæpiùs, aut ob aliam cauſam non licuiſſe. Ea eſt ſententia verborum iſtorum: מקום שהיה בעליית מקון על קדש הקדשים אין נכנסין לו אלא פעם אחת בשבוע לידע מה הוא עליה לחוק בדקו · Sanè vehementer ciues ſuos Agrippa Rex offenderat, cùm ex palatij edita parte proſpectaret identidem factam

ſactam templi ſedem, cernerétque ex alro quid illic intus fieret. Id enim flagirium ingens arbitrari, Iudæi murum celſum extruxere, qui Regem intueri non ſineret, quæ in templo agebantur. Ac mox decem Legati, cum Iſmaele Pontifice, & Elcia ſacri ærarij quæſtore, miſſi Romam ſunt, qui precibus à Nerone peterent, vti confirmaret id, quod populum facere religio ſubegerat.

Quà ad templum eſſet pergendum. Hebr.

Qui pergere ad templum deberent, colligitur ex his, quæ in Halacha beth Hebbechira leguntur cap. 7. quæ ſic ſe habent: לא יכנס אדם להר הבית במקלו או במנעל שברגיו או באפובדתו ובמעורת הצרורין לו בסדינו id eſt, *nemo in atrium templi veniat cum baculo, aut calceamentis pedum, neque cum mantica, aut pecunijs linteo inuolutis.*

Nec vas in templum inferre licebat. Ioſeph.

Nec vas in templum inferre licebat; ita Ioſephus lib. 2. contra Apionem; *Denique*, inquit, *nec vas quidem aliquod portari licet in templum, ſed erant in eo ſolummodo poſita, altare, menſa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conſcripta ſunt. Etenim nihil amplius, neque myſteriorum aliquorum ineffabilium igitur, neque intus vlla epulatio adminiſtratur.*

961. Rabbi Maymonides tradit in capite ſecundo in Halacha Melachim, & in capite ſeptimo Hal beth Habbechita, *Nulli homini fas fuiſſe in toto templi atrio ſedere, præterquam Regi, qui ex familia Dauidis eſſet. Quare & illud ibidem paulo antè ait, ſi intret atrium, & ſit de familia Dauidis, ſeſſio ei eſt.*

Nulli in toto templi atrio ſedere licebat præterquam Regi. R. Maym.

De incenſi odore qui à templo foras prodibat Hebræorum traditio. R. Moſes.

Tradunt Hebræi incenſi odorem, quod in templo incendebatur, bis in die latiſſimè ſpargi, vt ſic templi timor, ac reuerentia in omnibus fouerctur, & adoleſceret; de hac re ita ſcribit R. Moſes Ægyptius lib. 3. Duct. dubit. cap. 46. *Idcirco iuſſi fuerunt incenſum offerre, & ſubfumigia facere ſingulis diebus bis in die, ſcilicet manè, & veſpere, vt eſſet domus boni odoris, & veſtes miniſtrantium in ea. Tu verò ſcis quod dixerunt ſapientes, ſcilicet quouſque ad vllam Sicho perueniebat odor ſubfumigij templi Dei. Ex hoc etiam firmabatur in hominibus timor & reuerentia Sanctuarij.*

Salomonis templum ſuperare quandi in alterius templi erectione ſtuduerit. Auct. Orig.

In Sophiæ templo erigendo Iuſtinianus Imperator ſuperare Salumonem ſtuduit, illius quippe illa vox fuit, vt habet auctor Origiſum C. P. Σαλόμων νενίκηκά σε, *Salomon vici te, & Salomonem lapide expreſſum è regione ſanctæ Sophiæ locauit, mœſtum, atque genas carpentem dum eam baſilicam contemplatur, quaſi eius ædificij mole, ac pulchritudine ſuum templum ſuperatum doleret.*

962. Diruto vno illo Iudæorum templo innumera nobiliora Chriſtus erexit; animata templa fideles ſunt. Materiale templum non ſe exornat, exornat ſe ſpiritale. Audiendus hic ſanctus Chryſoſtomus orat. 3. aduersùs Iudæos: *Templum*, inquit, *cupis videre? ne curras ad Synagogam, ſed ipſe fias templum. Vnicum templum diruit Deus Hieroſolymis, & innumerabilia erexit illo longè venerabiliora. Vos* (inquit Paulus) *templum eſtis Dei viuentis.*

Diruto vno Iudæorum templo innumera nobiliora Chriſtus vt erexerit. S. Chryſ.

Muſca in locis haud viſebatur, in quibus animalia mactabantur. Hebr.

Muſcā in locis vbi olim animalia cauſa ſacrificiorum mactabantur, viſam non fuiſſe Hebræi referunt, in Pirke Auoth cap. 5. hæc leguntur: *Viſa non fuit muſca in macello.*

In tēplo ſpuere olim nō licebat, quī nunc liceat in Synagogis. Hebr.

Olim in templo ſpuere illicitum apud Hebræos erat, vt ipſi aſſerunt, nunc in ſuis Synagogis permittunt aliquem ſpuere, dum quod excreat pedibus premat, aut operiat iunco; in שלחן שרוך tract. de orat. ita ſcribitur: *Licitum eſt in Synagoga ſpuere, dummodo quod ſpuitur prematur pedibus, aut operiatur.*

Apud Abaſſinos quoque laudabilis hic mos viget, vt nullus in templo deambulet, rideat, aut cum alio colloquatur; aiunt etiam nefas eſſe ibi ſpuere; quin nemini licitum in templo ſedere, quæ refert Godignus de illorum rebus lib. 1. cap. 12.

In tēplo ambulare, ridere, ſpuere piaculum apud Abaſſinos. Nic. God.

Porrò vt in animis maior veneratio ineſſet, ſacræ ædis, introductum illud non lege Moſaica, ſed vetuſtiſſimis Iudæorum inſtitutis eſt, vt quiſquis templum intrabat, greſſum ad dexteram obuerteret, ac ſic circuiret, eáque via egrederetur, quæ ad ſiniſtram erat. Contrà autem, qui in luctu fuere, quíve eiecti ex Iudæorum communione erant, iis circuitio facienda à ſiniſtra dextrorſum fuit. de templi circuitione nos plura diximus in ſecundo libro ſacrorum electorum, quæ adire poteſt, qui maiorem huius ritus lucem exigeret. 963.

Templi circuitus ob reuerentiam. Rabb.

Illud obſeruatum à nobis eſt, Mariæ in Templum ingreſſum à Græcis peculiari die cultum, nimirum vigeſimo Nouembris; ex Menæis Græcis ita legitur, *Die vigeſima menſis Nouembris. Profeſtus ingreſſus in templum ſacroſanctæ Dei Genitricis.*

Mariæ in tēplū ingreſſus à Græcis quo die cultus.

In Eccleſia Orientali mos erat, vt fœminæ quadrageſimo à partu die infantem in templum deferrent, initium facientes pueri in Eccleſiam introducendi, ita & Meurſ. in Gloſſ. Græcob.

In Eccleſia Orientali fœminæ quadrageſimo à partu die Infantes in tēplum deferebant. Gloſſ.

Cœlum terrenum, alterúmque firmamentum templi titulum fuiſſe probant hæc Nicetæ Choniatæ verba, qui lib. de rebus Conſtantinopol. ad tēplum ſanctæ Sophiæ, quod olim nobiliſſimum erat reſpiciens, ita loquitur: *Numquid templum ampliſſimum, & diuiniſſimum vnquam poſthac te videbo, cœlum terrenum, ſolium gloriæ Dei cherubice curſus, firmamentum alterum*; quæ laus in omnia templa quadrant, in quibus auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum reſidet, & diuiniſſimum Miſſæ ſacrificium Deo fit.

Templū cœlum terrenū, & firmamentum alterum. Nicet. Chon.

CAPVT CXVI.

Alia nonnulla de Iudæorum templo locíſque templo copulatis.

Locus virorum, & mulierum *in templo; ille præ iſto ſanctior habebatur.*

Locum virorum *imprudenter adiens, cùm alioquin non poſſet quî puniretur.*

Iuxta templum *illi qui* pignora *exigebant ab ijs exigebant, qui templo aliquid debebant.*

Cur pignora *à Sacerdotibus non auferrent.*

Templi claues *à Sacerdote quo ritu cuſtodirentur.*

Præfecti iuſſu portæ aperiebantur, *& tibicines eius licentia tubis clangebant.*

Menſa argentea *quot vaſorum generibus referta.*

In animalium mactatione *cur menſis marmoribus vterentur.*

In peculiari cubiculo *iuxta templum* vinum, *oleum, & farina ſeruabantur.*

Sutores *in peculiari* cubiculo *morabantur.*

Excubiæ *in monte, in quo templum erat.*

Excubiarum veſtes *quando comburerentur.*

Cubiculum rebus medicinalibus *conſeruandis iuxta templum.*

שופרות *quid.*

Vaſcula *rebus quæ offerebantur recipiendis cum ſuis inſcriptionibus,& pittacys.*

Ritus in ijs, qui ter in anno *ad templum ſe conferebant.*

Templi præfecti *quot, & quódnam eorum munus.*

Mira res de templi reſtauratione *Hebræis conceſſa.*

964. AB Hebræorum templo diſcedere mihi adhuc non licet, ſuperſunt alia, quæ hiſce chartis illinantur, & de templo ipſo, déque locis templo adnexis.

Locus virorum, & mulierum in templo; ille præ isto ſanctior habebatur. R. Abrah. *Locum virorum imprudenter adiens, cũ alioquin non poſſet, qui puniretur.* Idem.

Hos ſanctitatis gradus in templo Iudæi ſtatuebant, vt locum mulierum à loco virorum ſepararetur, locúſque virorum multo ſanctior, & maiore veneratione dignus haberetur; ita refert R. Abraham in ſuo trophæo virorum illuſtrium cap. 1. addit autem eum, qui vel nolens, aut ignorans illuc ſe contuliſſet, cùm alioquin id illi aliquo impedimento illicitum, offerre pro ſe ſacrificium debuiſſe, tamquam criminis reum; ait igitur: *Qui immundi illum locum virorum nolentes ingrediuntur, tenebantur afferre ſacrificium peccati*; addit, *& qui volentes illuc ingrediebantur cùm eſſent immundi, puritas, eorúmque vitam à Deo abſciſſam.*

Iuxta templum illi qui pignora exigebant ab ijs, qui templo aliquid debebant. *Cur pignora à Sacerdotibus non auferrent.*

Iuxta templum inter alia cubicula erat etiam illud, quod illis adſignatum eſt, quorum erat curare, vt ſoluerent qui templo aliquid iuxta legis præſcriptum debebant; vſque ad finem autem anni expectantr, tunc à non ſoluentibus pignora auferebant ſolis Sacerdotibus exemptis; ab his enim pacis, & concordiæ cauſa pignora non auferebant, in שלטי הגבורים lib. 1. cap. 25. totum hoc traditur in hæc verba: הראשונה היא לשכת השלחנים שהיו עומדים במקדש בכות באדר והיו ממשכנים לוים ישראלים גרים ועבדים משוחררים שלא הביאו שקליהם בזמן הראוי ולא היו ממשכנין הכהנים משום דרכי שלום בדאיתא במס שקלים פרק א׳ משנה שלישית׳

965. *Tēpli claues à Sacerdote quo ritu cuſtodirentur.* Hebr.

Templi claues à Sacerdote cuſtodiebantur, iotas claudebat ille fores clauibus adhibitis, quas in quoddam cubiculum deferebat, nectebátque catenæ, quæ nexa lapidi cuidam magno erat, noctúque veſtes ſuper illum lapidem ponebat, & caput ſuper veſtes inclinabat; ſic habetur in eodem libro cap. 17. ídque ſonant hæc verba, ומקום היה שם בבית המוקד אמה על אמה וטבלא של שיש שטבעת קבועה בה ושלשלת בתוכה שמפתחות המקדש תלויות בה וכשיגיע זמן הנעילה הגביה הכהן את הטבלא בטבעת ונטל את המפתחות מן השלשלת ונעל הכהן מבפנים ובן לוי עומד מבחוץ גמר מלנעול החזיר את המפתחות לשלשלת ואת הטבלא למקומה ונתן כסותו עליה וישן לו׳

Præfecti iuſſu portæ aperiebantur, & tibicines eius licentia tuba clangebant. Maym.

Tibicines tuba non clangebant, dum templi portæ aperirentur, niſi poſita ab illo licentia, qui aperiendis, & claudendis portis præerat. Maymonides lib. de inſtrumentis Sanctuarij cap. 7. ſect. 3. ait: *Quod ad hunc attinet, qui portis claudendis præeſt, eius iuſſu claudunt, ac ſimiliter eius iuſſu aperiunt; nec tubicines tuba clangunt ſingulis diebus, quo poſtea aperiuntur, niſi petita ab ipſo venia.*

966. Menſa argentea templi diuitias augebat, ſuper quam quotidie nonaginta duo inſtrumentorum genera & vaſorum, ſiue aurea, ſiue argentea ponebantur, quæ ſacrificiis deſeruiebant, ſic habetur in eodem libro cap. 25. dum ait: על שלחן של כסף היו מניחין הצג כלי שרת של כסף וזהב שמוציאים בבל בקר בשעת הוצאת התמיד׳

Menſa argentea quã vaſorum generibus referta. Hebr.

In animaliũ mactatione cur menſis marmoreis vterentur. Hebr.

Octo erant tabulæ, ſeu menſæ marmoreæ iuxta templum, quæ animalium mactationi ſeruiebant, ex lapide verò potius, quàm ex auro, ſeu argento erant, quia in marmore carnes & à potore aptiùs ſeruabantur, & recentiores, aurum autem, & argentum & putori, & putrefactioni deſeruirent, ita traditur in libro, quem produximus, עוד שלש עשרה שלחנות היו במקדש שמנה של שיש בבית המטבחי׳ מצפון למזבח שעליהן מדיחין את הקרבי׳ ומקו מן שם היה שמנה אמו ושתי שלחנות אחרו היו במצדב הכבש אחת של שיש ואחת של כסף ועל של שיש היו נותני האבדים אחרי הנתוח עד שיעלום הכהנים למזבח׳ ולא עשאום של כסף או של זהב דהא אין עניות במקו עשירות לפי שהזהב והכסף מרתיחי ומסריחי והשיש מצנן ומקרר ושומר הבשר שלא יסריח ולא היו סומכין על הנסנם כי אמרו באבן שלא תסריח בשר הקדש מעולם׳

In peculiari cubiculo iuxta templum vinum, oleũ, & farina ſeruabatur. Hebr.

In peculiari cubiculo iuxta templum vinum, oleum, & flos farinæ ſeruabatur, ita refertur in eodem libro, cap. 25. vbi hæc habentur, הרביעית היא מערבית דרומי׳ ששם היו נותנין יין ושמן וסלת לשמוש הקדבנו והיא היתה נקראת לשכת בית השמנים׳

967. *Sutores in peculiari cubiculo morabantur.* Hebr.

Iuxta templum Ieroſolymis peculiare cubiculum erat, in quo ſutores morabantur Summi aliorúmque Sacerdotum veſtes conficientes, ſic traditur producto libro cap. 25. in hæc verba, אל שער נקנור שהיו בו השני פשפשין אחד מימינו ואחד משמאלו ככתוב כפ׳ שני דמדות משנה ז ושתי לשכות גב היו לו אחת מימינו ואחת משמאלו אחת לשכת פנחס המלביש עיבות היו עושים הבגדים של כג והאר בעת מיני בגדים של בהן הדיוט מחדש המוכני לשמוש העבודה תלף הבגדים הבלוים שהיו בחלונות הבד משמדורת הנלקחים משם תנגוזים גם כן בלשבתו לשמוש הפתילורת מה מנורה ושמחת בית השואבה׳ vbi hoc quoque habes, veſtes iam detritas, & vſui ineptas in peculiari loco poſitas vt lychnia conficiendis materiam exhiberent.

Excubia in monte in quo templũ erat. Hebr. *Excubiarum veſtes quãdo comburerentur.*

Totus mons, in quo templum erat, ita cuſtodiebatur, vt decernerentur, qui excubias agerent, & excubiis quidam præficeretur, qui dormientes verberaret, & dormientium veſtes combureret ſi vellet; in libro, quem Hebræi מדות *middoth* vocant, cap. 1. ſect. 1. ita ſcribitur; Hebræa omitto, quia plura: *Montis templi præfectus perluſtrabat ſingulas cuſtodias, foréſque eidem prælucebant; vnumquemque autem cuſtodem, qui pedibus non inſiſteret, his verbis compellabat præfectus* שלום עליך *Pax tibi; ſi eum dormire animaduerteret, baculo percutiebat, eidémque illius comburere veſtimenta permiſſum erat; hinc illa verba: Quæ vox in atrio magno? Vox Leuitæ vapulantis, cuius veſtimenta comburentur, quia excubiarum tempore dormientia. Ita refert R. Eliezer filius Iacobi: Semel inuenerunt auunculum meum dormientem, ideóque veſtimentum eius combuſſerunt.*

968. *Cubiculum rebus medicinalibus cõſeruãdis iuxta templum.* Hebr.

Inter alia cubicula, quæ iuxta templum Ieroſolymitanum erant, vnum reperio rebus medicinalibus continendis deſtinatum, vt inde pharmaca, quæ Sacerdotibus deſeruirent; ſic refert auctor שלטי הגבורים lib. 1. c. 25. הי ז היא לעשכת המל וגמות והרשיות והתרופות שהיה צריך כהן אחית המבונה על חלי׳ הכהני׳

Vaſcula

Digitized by Google

Vaſcula quædam in tubatum modum in templo erant, in quæ ea, quæ recipiebantur, coniici conſueuerant, vnde & שופרות dicebantur, erant autem tredecim; in ſingulis autem ſingula pittacia, & inſcriptiones exaratæ erant, vt ſtatim ſpectantibus appareret in quos vſus nummi exigendi expenderentur; tem his verbis narrat idem auctor, producto lib. 1. cap. 25. השנית היא לשני השקלים שנותנים אותה בה לקנות בהם הקרבנות והיו תורמין אותה לפרום הפסח ופרום עצרת ופרום החג ואולי בה היו נותנים העשרה שופרות האלה מן השלש עשר שהיו במקדש נקראו שופרות כפני שהיו דומין כצורתן לשופר שהיו חבות צרות מלמעלה ורחבות מלמטה עקומות כמין שופר מפני הרמאין כדי שלא יוכלו להכנים ידם לתוכן ולהראות עצמן כאלו נותנים לתוכן ונוטלין מתוכן · והשופר הראשון הוא הכתוב עליו תקלין חדתין · השני שכתוב עליו תקלין עתיקין · שלישי עצים · רביעי לבונה · חמשי זהב לכפרת · ששי מותר חטאת · שביעי מותר אשם · שמיני מותר קרבנות נזיר · תשיעי מותר אשם מצורע · ועשירי נדבת סתם · הלשכת השלישית היא לשכת פתחית והיא לשכת הקינין · ואולי היו נותנין בה השלשה שופרות הנשארים · הראשון היה כתוב עליו קינין והם תורים גוזלי · השני גוזלי עולה והם הבני יונה הקטנים · השלישי מותר קיני נדרים ונדבו וילדו ·

שופרות quid. Vaſcula ribus quæ offerebantur recipienda cum ſuis inſcriptionibus, & pittacijs.

969\. Cùm tribus vicibus in anno ad templum populus Iſraëliticus iret, nullus à templo arcebatur, nec immundus quidem, quin illis diebus eruditi, ac imperiti pariabantur; indicebatur tamen Sacerdotibus immundis, ne menſam vllo pacto tangerent, ſuper quam panes propoſitionis ponebantur, quia cùm iugiter panes ante Deum eſſe deberent, non poterat facilè purgari; cauebatur præterea, ne promiſcuè omnes alia ſacra vaſa tangerent, quæ tamen tranſacto feſto abluebant, & purificabant; ſic refert productus non ſemel auctor in שלשי הגבורים lib. 1. cap. 29. כל ישראל חברים ברגל דאמר קרא ויאסף כל איש ישראל העירה כאיש אחד חברים · הכתוב עשאם בשעת אסיפה כלם חברים ורגל שעת אסיפה היא · על כן הסכימו רבותינו ז"ל שיהיה אז עם הארץ כתלמיד חכם עד שתהיה טומאתו ברגל טהורה · אמנם לאחר הרגל היו הכהני מעבירין את הכלים ממקומן להטבילן ולטהר את העזרה מטומאת עמי הארץ שנגעו כהן ברגל ואומרים לעמי הארץ כרגיל הזהרו שלא תגעו בשלחן ותטמאו כל הכלים לפי שלא יוכלו להטביל השלחן לאחר הרגל שאי אפשר לסלקו ממקומו דכתיב בית לחם פנים לפני תמיד ·

Ritus in ys, qui ter in anno ad templũ ſe conferebãt. Hebr.

Hebræorum veterum traditio eſt, ſeptem fuiſſe præfectos, qui templi theſauros cuſtodiebant, ſeptem vnaquæque res obſerabatur, vt reſerari nil poſſit, niſi ſeptem ſimul adeſſent; ita refert aduocatus auctor lib. 1. cap. 31. in calce, dum ait: ואמר כלן · רוצה לומר אמרכל היינו גדול על כל הגזברים · ואמרו רבותינו ז"ל שבעה אמרכלין מה הם עושים · שבעה מפתחות העזרה בידם · רצה אחד מהם לפתוח אינו יכול עד שיכנסו כל האמרכלין ופותחים והגזברים נכנסים ·

Templi præfecti ſeptem, & quãdnam eorum munus, Hebr.

Quia de Iudæorum templo agimus, non erit abs re, ſi hic illud adiiciamus, quod accidit Iuliani tempore; ſic autem ſcribit Chronologus de 7. ætatibus, ineditus: *Iulianus Imperator 35. licentiam dedit Iudæis in odium Romanorum, vt templum in Ieruſalem reſtaurarent, & cùm iam opus cœpiſſent, virtute Dei nocte materia diſſipata eſt, & ſignum crucis in veſtimentis Iudæorum inuentum eſt, propter quod multi ad fidem conuerſi ſunt.* Hactenus ille; ſed nos pergamus, nam & templi quoque altaria calamum ad ſe trahunt, vt lapis magneticus ferrum.

Mira res de templi reſtauratione Hebræis conceſſa Chronol.

Nonagini Agnus Euchariſt.

CAPVT CXVII.

De Altaribus aliqua obſeruatione digna offeruntur.

Altare menſa *olim dicebatur.*
Altariũ tabulæ *aliquando etiã ex puro auro.*
Argenteis *altarium, & ararum* tabulis *aurum obducebatur.*
Res ſingularis de altari animato.
Altaria apud nonnullos in die Paraſceues *vino, & aqua benedicta abluebantur.*
In altarium erectione *vt idololatriæ Deus occurrerit.*
Cur ex lapidibus impolitis *altare ſtrui iuſſum à Deo ſit.*
Ignis ſuper altare *tamquam canis cubabat.*
Qualia eſſent ligna, *quæ in altari comburebantur.*
Foramina *in inferiori altaris parte cui rei deſeruirent apud Gentiles.*
Vnicuique altari conſecrato Angelus *aſſiſtit tamquam cuſtos*
Dei templum, *&* altare *homo eſt.*
Cordis altare *in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis.*
Quænam ſacrificia, *&* holocauſta *ſuper cordis altari offerenda.*
In cordis altari *ſe quiſque Deo ſuo immolare decet.*

CVM de templis egerim, à templi tractatione altaria nõ ſeiungo, quia nec templis ſeiuncta altaria ſunt; & tem longiùs traham, & noſtrorum monumentis aliqua de hoc argumento libabo, aliqua ex Hebræorũ, & Gentilium. 970.

Altare olim menſæ nomine donabant, vt Græci ἱερὰν τράπεζαν. De ſancti Cypriani altare loquens ſanctus Auguſtinus ſerm. 113. de diuerſis: *Sicut*, inquit, *noſtis quicumque Carthaginem noſtis, in eodem loco, vbi propter nomen Chriſti ſanguis fuſus eſt Cypriani, menſa Deo conſtructa eſt. Tamen menſa dicitur Cypriani, non quia ibi vnquam eſt Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus, & quia ipſa immolatione ſua parauit hanc menſam, non in qua paſcat, ſiue paſcatur, ſed in qua ſacrificium Deo, cui & ipſe oblatus eſt, offeratur.*

Altare menſa olim dicebatur. S. Auguſt.

Altarium tabulas etiam ex puro auro factas aliquando apparet ex hoc, quod narratur in vita ſancti Stephani Hungarorum Regis: *Piiſſimus Rex in perpetuæ Virginis laudem, & honorem, grandem, & inſignem, atque in primis celebrem baſilicam condidit, opere ſanè mirifico cælatis chori parietibus, & pauimenta marmore ſtrato. Quam baſilicam qui vidit, teſtimonium perhibet dictis noſtris, innumera illic haberi palliorum, & eorum quæ paramenta vocant, genera; tabulas altarium non paucas ex auro puriſſimo, pretioſiſſimorum lapidum ordinibus conſpicuas.*

Altarium tabulæ aliquãdo etiam ex puro auro. Acta.

Porrò argenteis, & ararum tabulis etiam aurum quandoque obducebatur, variæque in illis imagines ſculpebantur. In actis ſancti Remadi Epiſcopi ita ſcribitur: *Collegit quandoque Abbas argentum, quo volebat cuiuſdam aræ tabulam ingentem pro decore Domus Dei veſtri. Redigitur* 971.

Argenteis altarium & ararum tabulis aurum obducebatur. Acta.

argentum in laminas lamina inaurantur, exculpuntur, & effinguntur vario opere in ys imagines, cuſtodique ſeruandæ traduntur.

Res ſingularis de altari animato.

Singulate eſt, & ab omni conſuetudine diſſitum, & alienum quod de Beato Luciano legitut, hic quippe altaris vice, in quo ſactificaret, pectore vſus eſt; res in eius actis in hunc modum geſta refertur: *Cùm adueniſſet dies feſtus, qui expectabatur, deſiderabant quidem diſcipuli hanc vltimam à magiſtro conſequi myſtery diuini celebrationem. Videbatur autem eſſe dubium, quónam modo menſam quidem in carcerem inferrent, aut laterent impiorum oculos, cùm multi quidem tunc partim illic adeſſent, partim autem accederent. Ille verò, menſa quidem, inquit, erit vobis hoc meum pectus, non vt arbitror Deo futura minus honeſta ea quæ fit ex inanima materia. Templum autem ſanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes. Et ſi hæc facta quidem ſunt hoc modo. Iam enim vt quod eſſet ſanctus in fine vitæ, & remiſſi erat cuſtodet, Deo, vt ego quidem arbitror, qui Martyrem honorare volebat; & ſuorum diſcipulorum non ſuſtinebat inconſolabile videri deſiderium, efficiente vt citra impedimentum fierent ea, quæ erant propoſita. Nam cùm omnes eos Martyr feciſſet in orbem conſiſtere, vt inter ſe inuicem alter prope alterum ſtantes, eum tutò comprehenderunt, iuſſit ſuo pectori imponi ſigna diuini ſacrificy Poſtquam autem hæc feciſſent, & in cœlum protinus ſuſtulit obtutum, cùm iam vix poſſet extollere, & preces peregit conſuetas. Deinde cùm diuina plurima eſſet effatus, & ſacro ritu omnia peregiſſet propoſita, ipſe & fuit particeps Sacramentorum, & trãſmit ad eos qui aberant, vt ipſe quoque oſtendit in vltima ad eos epiſtola.*

Acta.

972. *Altaria apud nonnullos in die Paraſceues vino & aqua benedicta abluebantur.* Vet. conſ. Flor.

Altaria olim apud alterósque in die Paraſceues vino, & aqua benedicta abluebantut; veteres conſuetudines Floriacenſis cœnobij ſic ſe habent: *Feria ſexta in Paraſceue ad primam omnes nudis pedibus vadunt, ſic permanſuri vſque poſt orationem veſperorum, quæ in ſilentio finita pſalterium decantetur, altaria omnia cum vino, & aqua benedicta lauantur, buxóque & hyſſopo deterguntur.*

In altarium erectione, vt idololatria Deus occurreris. Exod. 20.

Iuſſum reperimus Iſraëlitis peregrinantibus Exod. 20. vt altare ſibi è terra erigerent, non ex lapide, non ex marmore: *Altare de terra facietis,* Dei verba ſunt, *& offeretis ſuper eo holocauſta;* aptiota videbantur, diuturnioráque ex lapidibus ſectis ſtructa; auteuettere idololartarum impietatum Deus voluit; vicinæ quippè gentes in illis atis falſis Numinibus ſactificia obtuliſſent, ſi è lapidibus fuiſſent, è terra ſtructa facilè demoliri poterant. Præclatè Theodoretus quæſt. 44. in Exod. *Cùm Iſraelitæ quadraginta annos permanſerint in deſerto continenter abeuntes; & loca mutantes, ideo vetat è lapidibus fabrefactus altare conſtrui, ne cùm hi terram promiſſam obtenuiſſent in aris illis vicini dæmonum ſacrificia celebrarent.*

Theod.

973. *Cur ex lapidibus impolitis altare ſtrui iuſſum à Deo ſit.* Ioſ. 8. R. Iſaac.

Altare de impolitis lapidibus fieri iuſſit olim Ioſuë, ſic enim in eius libro habes cap. 8. v. 31. *Altare verò de impolitis lapidibus, quos ferrum non tetigerit;* cor verò id fiebat? An ne humanæ induſtriæ aliquid tribueretur, ſed totum Deo; ſcitè dicebat R. Iſaac Æramæus: *Ideò artificem manum prorſus ab altarium lapidibus abeſſe debere, ne id boni quod apud aras à Deo impetrarant homines,* HVMANO OPERI FERRE ACCEPTVM POSSENT.

Ignis ſuper altare tamquam canis cubabat. R. Zacuth.

Iactant illa vulgo Iudæi, quæ in libro Iuchaſin refert Rabbi Zacuth. *Ignis ſuper altare cubabat, tanquam canis, quia vis eius extincta erat poſtquam quinque res defecere in poſteriore templo. At in priore erat ignis iſte velut leo.*

Qualia eſſent ligna, quæ in altari comburerentur. Hebr.

Ligna, quæ ſuper altare comburebantur, ſine carie eſſe debebant, & a tineis vermibuſque immunia; illi igitur Sacerdotes, qui ob aliquam maculam defectum a templi miniſtratione amouebantur, poterant lignis ſacro vſui ineptis ſecernendis adiici; diſco id ex lib. 1. שלטי הגבורים cap. 25. vbi hæc habentur. השכית היא מזרחי
צפונית שהיתה לשכת העצים שנקראת גם
בן דיר העצים ששם הכהנים בעלי מומין מתליעים
העצים · כי כל עץ שנמצא בו תולעת פסול
למזבח · ואת לא היתה לשכת העצי שנותני
בה כל העצים הצריכים למשך שנה אחת בעד
מערכות המזבח המתנדבים בני ארח בן יהודה
וחבריו כדתנן במס תענית פרק שלשה פרקים
משנה ח אלא בדיר העצים וזה היו שם העצים
בלבד המוכנים להצית בם הנ מערכות על
המזבח מדי יום ביומו והכהנים האלו קודם סדור
המערכות היו מתליעים ובוקעים אותם שם ·
Vbi etiam vides peculiare cubiculum iuxta templum fuiſſe lignis continendis deſtinatum, quæ in ſactificiis adhibebantur, morémque fuiſſe, vt plerique ligna templo offertent.

Foramina in inferiori altaris parte fuiſſe apud Gentiles non eſt dubium, rem & cauſam habet ſanctus Chryſoſtomus tom. 6. orat. in ſanctos Petrum, & Eliam, vbi ita ſcribit: *In idolorum altaribus foramina quædam ſunt ex inferiore altaris parte, & fouea quædam obſcura: deſcendunt autem erroris artifices in foueam illam, & ex foribus deorſum, quæ diximus, ignem ſufflant deſuper ad ſacrificium conficiendum, ita vt multi decepti cœleſtem eſſe ignem illum exiſtiment. Ne igitur Elias in ſuſpicionem veniret, quod ipſe aliquid tale machinatus eſſet, aquam effundit vt aqua illa nulla eſſe infra altare foramina oſtenderet: vbi enim foramen aqua inuenerit, illic aqua non conſiſtit, ſed per foramina ipſa defluat neceſſe eſt;* ſed rurſus ad noſtros redeamus. 974.

Foramina in inferiori altaris parte cui rei deſeruirent apud Gentiles. S. Chryſ.

Vnicuique altari conſecrato Angelus aſſiſtit tamquam cuſtos.

Non Eccleſiam tantùm, ſed & altare quodlibet, in quo auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum Deo offertur, à ſignato Angelo cuſtodiri notatum ab aliis eſt; meminit huius rei Cæſar Baronius in Martyrologij notationibus 9. Nouembris in hæc verba: VNICVIQVE ALTARI CONSECRATO ASSISTERE ANGELVM DEI, *exſtat egregium exemplum in prato ſpirituali Sophron.* cap. 4.

Sopheon.

Dei templum, altare Dei anima eſt; Tertullianus lib. de corona militis cap. 9. *Nos ſumus templa Dei, & altaria, & luminaria, & vaſa;* de cordis altari ita ſentit Idiota tract. de Spiritu ſancto adiutore cap. 9. *Altare eſt cor noſtrum; ô altare digniſſimum, quia in honore Trinitatis increatæ eſt conſecratum a Summo Pontifice.* Pergit, *O altare ſanctiſſimum! ô altare cum omni diligentia mundiſſimè ſeruandum! Ita hoc altare debemus offerre ſacrificium iuſtitiæ, oblationes miſericordiæ, holocauſta orationis, vitulos mortificationis carnis.* 975.

Dei templum & altare homo eſt. Tertull. *Cordis altare in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis.* Idiota

Quódnam ſuper cordis altari ſactificium offerri Deo à nobis debeat, pulchrè docet VVolbero Abbas in cap. 1. Cantic. Cant. *In lege præcipitur, vt ignis in altare iugiter ardeat. Quid enim eſt altare niſi cor noſtrum, in quo Deo per intentionem offerimus quicquid boni facimus, vel in quo noſmetipſos mortificatione vitiorum, & virtutum exercitio immolamus. In hoc ergo altari iugiter ignis ardere debet, quia omne opus bonum, niſi ex charitatis ardore procedat, nullum vigorem habet.* Nec Deo qui charitas eſt, oblatio placet, quæ charitatem non ſapiat.

Quænam ſacrificia & holocauſta ſuper cordis altari offerenda. Idem *In cordis altari ſe quiſque Deo ſuo immolare debet* VVolber.

CAPVT

CAPVT CXVIII.

Quædam obſeruationes circa ſacram Euchariſtiam.

Magni refert qua mente, *quo* corde *ea verba excipiantur, quæ Euchariſtiam reſpiciunt.*

Hæreticorum perfidia *perſtricta Euchariſtiæ veritatem negantes.*

Hebræi veteres in modum Caiphæ *de Euchariſtia prophetaſſe.*

Idololatriam *deiecit Euchariſtia.*

In idololatriam *fideles laberentur euchariſtico pane deſtituti.*

Per Euchariſtiam Chriſtiana religio *viget.*

Infantes *Euchariſtiæ ſacramento in matrum ventre conſecrari quinam putauerint.*

Paruulos *ad communicandum nouarum veſtium apparatu exornabant.*

Sanguis *antiquorum ſacrificiorum vt euchariſticum ſanguinem adumbrauerit.*

Totus *in Chriſtum immigret, & Chriſtus quodammodo fiat, qui Euchariſtiæ particeps ſit.*

Diabolus *maximè pertimeſcit eos, qui euchariſticam menſam frequentant.*

Mundus facilè rueret *euchariſtico fundamento deſtitutus.*

Quanta puritas *requiratur in Euchariſtiæ participatione.*

Euchariſtiam ſumere contemnens in ægritudine *ſine illa decedit.*

976. CIBVS ille diuinus, qui Deum continet, Deum ſapit, in cuius gratiam diximus, quæ ſuperiùs exhibuimus, rurſus nos ad ſe rapit; rurſus ad Euchariſtiam fertur calamus, ad quam fertur, & mens; dedimus ſuperiùs multa & ſub agni figura, & ſub ratione aliâ, nunc alia danda in lectoris guſtum, & profectum, vt tandem volumen ipſum obſignem; varia deinceps afferemus, quæ fors eò gratiora, ſapidioráque legenti erunt, quò non ita expoſita, non ita obſeruata; totum in Euchariſtici epuli honorem, gloriámque reſiliat, cui calamus noſter litat, litat mens, & lingua. Varias obſeruationes hoc capite dabimus vtiliora, & ad mores informandos opportuniora deinceps oblaturi; ſed ad rem.

Magni refert qua mēte, quo corde ea verba excipiantur, quæ Euchariſtiam reſpiciunt. Ioan. 6.

Magni refert, quali corde ea verba excipiantur, quæ ad euchariſticam menſam ſpectant, ſuauia, & credibilia amanti ſunt, inſuauia, & dura non amanti; Chriſtus de euchariſtico pane diſſeruerat de euchariſticis deliciis, & Petrus dixit: *Verba vitæ æternæ habes*, Ioan. 6. At audi quàm aliter loquũtur, qui aliena erant mente à Chriſti; *Durus*, inquiunt, *eſt hic ſermo*, duri potiùs ipſi, qui hunc ſermonem audierant, in Chriſtum loquentem reiiciunt culpam, cùm deberent in ſe ipſos; egregiè rem verſabat Seraphinus à Porrecta hic concl. 3. *Durus eſt hic ſermo, & verba vitæ æternæ habes. De eiſdem verbis Domini de Euchariſtiæ ſacramento dictis loquuntur*

Seraphin. à Porrect.

diſcipuli murmuratores, & Beatus Petrus: & tamen de illis diuerſiſſimum iudicium proferunt. Nam murmuratores dicunt, illa verba eſſe dura, id eſt, impenetrabilia, & indigna, vt audiantur; Petrus verò illa dicit eſſe ſuauiſſima, & digniſſima vt audiantur, vtpote vitæ æternæ promiſſiua, ad ipſámque inductiua. Durus (inquiunt) eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? A corporalium duritie transfertur metaphora ad rem ſpiritualem, id eſt, ad ſermonem, cùm dicitur durus. Sicut ergo in rebus corporalibus illud dicitur durum, quod vel non eſt de facili penetrabile, vel reſiſtit tangenti: ita in ſpiritualibus illud dicetur durum, quod vel intellectui eſt impenetrabile, vel voluntati reſiſtit, id eſt, ei diſplicet. Quia igitur horum murmuratorum & intellectus, non intelligebat verba Chriſti, & voluntas ea deteſtabatur; ideo de illis dixerunt, Durus eſt hic ſermo, ac ſi apertè dixiſſent, Sermonem iſtum, vt qui ſeruandum ſe ſit incompactus, non poſſumus intelligere, & voluntati noſtræ diſplicet audire talia. Attende, & vide, ſuperbiam iſtorum quaſi occultam. Cauſam originalem propriæ ignorantiæ, id eſt, quod non intelligant, non ſibi ipſis (vt debebant) attribuunt, ſed ſermoni, dicentes eum eſſe durum. DVRI *erant re vera illi, non autem ſermo;* hoc totum in noſtri temporis hæreticos quadrat, qui cùm præ ſua impietate, duritia, ac perfidia aſſenſum præbere veritatis verbis nolint, durum ſermonem aſſerunt adamante ipſo duriores; nec eſt durus hic ſermo veræ, Catholicæque Eccleſiæ Doctoribus, non durus Apoſtolis, vitiſque verè Apoſtolicis, durus videtur duris illis, qui hæreticam mentem circumferunt, diuinaque non ex Deo, ſed ex ſua imbecillitate metiuntur, & ob id metiuntur. Reſipiſcite miſeri, meliorem mentem ebibite, vitæ verba ne reſpuatis, quibus vitæ ſacramentum exhibitum nobis & durus ſermo, ſed Hebræis, qui vbique cæci, vbique duri, vbique impij, vbique, vt claudam verbo, Hebræi ſunt.

Hæreticorum perfidia perſtricta Euchariſtiæ veritatem negantes.

De euchariſtico conuiuio intelligendum, quod antiqui Hebræorum dixerunt, ſolum Dauidem inter viros ſanctos aptum futurum, qui calicem benedicat, Chriſtum ſcilicet, cuius expreſſa figura Dauid fuit; hoc notabat etiam noſter Agellius in Pſalm. 115 ad illud: *Calicem ſalutaris accipiam*; ait namque, *Non prætereundum videtur, Hebræos veteres in amorem Caiphæ prophetantes dixiſſe, in conuiuio iuſtorum fore vt nemo ſanctorum virorum calicem benedicere audeat, niſi ſolus Dauid: nempe is Dauid ille Chriſtus futurus erat, qui cœnantibus illis accepit calicem, ac benedixit.* 977.

Hebræi veteres in modum Caiphæ de Euchariſtia prophetaſſe. Agell.

Idololatriam maximè deiecit Euchariſtiæ myſterium, & ſacramentum; ſcitè Heſychius à noſtro Agellio productus, qui ad Pſalm. 98. v. 2. *Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos*, in his verbis Euchariſtiæ myſterium, quod in monte Sion eſt inſtitutum, agnoſcens, addit ad explicatum: ἐν γὰρ τῷ ὄρει Σιὼν ἐπράξε τὰ μυστήρια, κἀκεῖθεν συνετρίβησαν πάντες οἱ λεγόμενοι θεοί. hoc eſt, *Nam in* MONTE SION PERFECIT MYSTERIA, *nimirum ſui corporis, & ſanguinis, & inde contriti ſunt omnes, qui dij dicebantur*; cadere, & conteri debent etiam vitiorum idola, quæ in animæ templo dum colantur fiunt.

Idololatriam deiecit Euchariſtia. Pſalm 98. 2. Heſych.

Rueret fides, in idololatriam facilè Chriſtianus populus laberetur hoc ſacramento viduus, à quo Eccleſiæ pulchritudo pendet, ornatus vis, vitus; quod ſic explicabat Biel ſerm. 1. in feſto corporis Chriſti: *Tolle ab Eccleſia hoc* SACRAMENTVM, *& ſacrificium, quid erit in mundo niſi* ERROR, *&* INFIDELITAS? *Et erit populus Chriſtianus quaſi grex diſperſus, &* IDOLOLA-

In idololatriam fideles laberentur euchariſtico pane deſtituti. Biel

Per Euchariſtiam Chriſtiana religio viget. Idem.

TRIÆ DEDITVS, *ſicut eſt videre in alijs infidelium ſectis. Per hoc autem ſacrificium roboratur Eccleſia, fides viget, viret Chriſtiana religio, diuinus cultus perfi-citur, deuotio fidelium excitatur*; vt ſqualida, ac penè cadaueroſa Eccleſiæ facies eſſet Euchariſtiæ ſacra-mento deſtituta, quo veluti anima, vt alibi dicam, animatur, ac perficitur.

978. Paruulos olim ad communicandum nouarum veſtium ornatu præparabant, quod reprehendit Biel ſerm. 5. in cœna Domini, dum ait: *Contra hoc faciunt, qui hoc tempore paruulos ſuos ad com-municandum preparant per* NOVARVM VESTIVM *exornationem, oris, faciei, & manuum lotionem.* Non illa eſt præparatio Domino placens, ſed mentis purgatio. Bonus apparatus iſte, qui bonos facit, & bonos meliores reddit.

Paruulos ad communicā-dum nouarū veſtium ap-paratu exor-nabant.
Biel.

Infantes Euchariſtiæ ſacramento in matrum ventre quodammodo conſecrati Æthiopum cen-ſio eſt; Zaga Zabo Æthiops in confeſſione fidei Æthiopicæ ita loquitur. *Infantes Chriſtianarum mulierum ſunt electi, & conſecrati ex corporis, & ſan-guinis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicatione; nam* FOEMINÆ GRAVIDÆ *cùm aſſumunt corpus Do-mini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, infans capiens inde nutrimentum fit* SACRATVS.

Infantes Eu-chariſtia ſa-cramento in matrum ven-tre conſecrari quinam pu-tauerint.
Zaga.

Sanguis, qui in antiquis ſacrificiis effundeba-tur, Chriſti ſanguinem adumbrarat, qui in Eucha-riſtiæ ſacramento ſuis exhibet. OEcumenius in 1. epiſt. ad Corinth. cap. 11. *Pro* SANGVINE *irrationalium Dominus proprium dat* SANGVI-NEM, *vt oſtendat vetus Teſtamentum antea hoc de-lineaſſe.*

Sanguis anti-quorū ſacrifi-ciorū vt eu-chariſticum ſanguinem adumbraue-rit.
OEcum.

Homo, terrenúſque eſſe extimè videtur, qui Euchariſtiam accipit, intus ſuper hominem eſſe debet, ferè corpore viduus, totus in Chriſtum mutatus, transformatus in Chriſtum, rectè hoc monet ipſum Euchariſtiæ ſacramentum, in quo licèt panis appareat panis, tamen verè non adeſt; boni auctoris hæc ſunt verba: *Vt rependat homo tanti communij gratia conuerſionem illam in ſe ipſo ex-primat, qua Chriſtus in hoc ſacramento vſus eſt, adeò vt quemadmodum poſt conuerſionem Euchariſtia etſi ad ſpeciem panis appareat, non iam panis, ſed Chriſti corpus exiſtit.* ITA ETIAM HOMO QVILIBET POST CONVERSIONEM, ET MVTATIONEM MO-RVM, ETSI AD EXTERNAM ETIAM SPECIEM HOMO ESSE, ET HVMANAM VITAM AGERE VIDEATVR, TAMEN PENITVS CHRISTVS SIT, ET CHRISTI VITAM DEGAT, *ita vt poſſit illa Pauli verba vſurpare Galat. 2. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus; quaſi dicat: Viuo quidem ego ad ſpeciem, ſed tamen penitus non ego ipſe in me, ſed Chri-ſtus agit, ac viuit; atque hoc ſibi volunt illa verba Chriſti apud Ioan. cap. 6. Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* O vtinam totus in te migrem Amor, vt alius à te non videat, te moribus, te vita referam dum te excipio.

Totus in Chriſtū im-migret, & Chriſtus quo-dammodo fiat qui Euchari-ſtiæ particeps fit.
l. 5. cap. 9.

979. Diabolus eos pertimeſcit, qui eucharisticæ menſæ ſunt participes, aliter in hac menſa acci-dit, ac fiat in aliis, in quibus corpus ſaginatur; nam illas adeò non timet Diabolus, vt tunc ma-ximè homines aggrediatur; ita aggreſſus eſt Iob, cùm menſæ accumberet; contrà hic fit; fugit cum eucharisticæ menſæ accedimus. Elias Cretenſis commentario in orat. 4. ſancti Gregorij Nazian-zeni ita loquitur: *Quod porrò ſequitur, eſt quidem à Dauide ſumptum: exiſtimo autem per* MENSAM *hoc loco eum myſticam eam, ac ſpiritualem menſam ſignificare, in qua proponitur* CARO DOMI-NICA, *& ſanguis Dominicus: qua cùm ſanctè, ac dignè percipimus, atque anima vitijs mortem aſſerimus, aduerſus Dæmones, & impuras perturbationes in pro-cinctu ſtare, iiſque ſuperiores eſſe poſſumus. Diabolus enim eos, qui diuina myſteria pio, ac reuerenti ani-mo ſumunt, pertimeſcit.* Igitur quiſque victor ſit, déque tam diro hoſte triumphet, in ſui cordis hoſpitio Ieſum ſuum recipiat, qui Diabolum deiiciat.

Diabolus ma-ximè perti-meſcit eos, qui eucha-riſticam mē-ſam frequen-tant.
Elias Cret.

Orbis fundamentum ſi quis Euchariſtiam ap-pellauerit, ego non repugnabo, & præter ea, quæ alibi dixi, hic adiicio mundum facilè ruiturum euchariſtico hoc fundamento deſtitutum; huc facit illud Timothei Preſbyteri Ieroſolymitani, qui orbem terrarum euchariſticâ menſâ conſiſtere aſſeruit, hæc huius auctoris verba orat. de Si-meone, qui Chriſtum vlnis excepit: *Diuina, ac myſtica menſa operam demus*, PER QVAM MVN-DVS FORMATVR, PER QVAM TERRA-RVM ORBIS CONSISTIT, *per quam regnum conſeruatur, per quam Deus ſanctificatur in Chriſto Ieſu Domino noſtro*; tantum orbis debet euchari-ſtico orbiculo.

Mundus fa-cilè rueret euchariſtico fundamento deſtitutus.
Tim. Ier.

Ad rubum accedens Moſes iubetur ſoluere cal-ceamen; cur iſtuc eidem non eſt præceptum cùm ad montem acceſſit, in quo Dei legem accepit à Deo? An quia rubus Euchariſtiæ figura fuit, in qua maior puritas requiritur, & perfectior à re-rum terrenarum amore, affectúque alienatio? Be-nè bonus ille auctor: *Rubus Euchariſtia figura fuit, in qua Deus ardet amoris flammis; meritò itaque Moyſi dicitur, vt acceſſurus calceamenta ſua ſoluat, quæ ſoluere non eſt iuſſus cùm ad montem Sinai accede-ret, quia* NVLLIBI MAIOR PVRITAS RE-QVIRITVR, QVAM CVM AD EVCHA-RISTIÆ SACRAMENTVM ACCEDIMVS; inuolucra omnia carnalium cogitationum, cura-rúmque terrenarum ponat, qui euchariſticæ aſſi-det menſæ. 980.

Quanta puri-tas requira-tur in Eu-chariſtiæ par-ticipatione.
Anon.

Denique vt definiam, & rem narrem, quæ ti-morem incutiat. quidam reprobus Aduocatus, cùm in lecto correptus graui ægritudine iaceret, eſſétque ei oblata Euchariſtia, dixit, ſicut ſanus dicere ſolebat in cauſis, Volo quòd priùs iudice-tur, vtrùm illam recipere debeam, an non. Cui cùm aſtantes dicerent, Iuſtum eſt, vt recipias, & hoc iudicamus. Ipſe reſpondit: Cùm ſitis pa-res mihi, non habetis me iudicare. Cúmque ap-pellaret quaſi ab iniqua ſententia, infelicem ſpiri-tum exhalauit. Ita ferè Iacobus de Vitriaco. Arri-gant hîc aures, qui adeò ſe reddunt difficiles, cùm excipienda infirmitatis tempore Euchariſtia eſt; ſaniorem mentem circumferant, qui corpus ſa-num non habent.

Euchariſtiā ſumere con-temnens in ægritudine ſine illa dece-dit.
Iac. Vitr.

EXCVRSVS LXII.

Euchariſtia obedientiæ cibus, obedientia ſacræ communioni præmittenda.

Obedientiæ *cibus Euchariſtia.*
In obedientia *ſe exerceat euchariſtica menſa particeps.*
Chriſtus in Euchariſtia obedientiam *exer-cuit, vt nobis exercendam doceret.*
Ad omne opus bonum prompta *anima ſit, quæ Euchariſtiæ delicijs frui capit.*
Inter alias virtutes maximè in euchariſtica menſa neceſſaria obedientia *eſt.*

Omnia

Omnia terræ bona *in Euchariſtia clauduntur.*

Cæca obedientia *in Euchariſtia.*

Obedientia, *quæ Beatorum obedientiam æmuletur, Euchariſtiæ præmittatur.*

Nota, & conſignatio illius, qui quotidie ſacræ menſæ debet aſsidere, propriæ voluntatis *alienatio.*

Obedientia *Euchariſtiam conſeruat, inobedientia inficit.*

Inobedientia *ſanguinem Chriſti euacuat.*

Obedientia *Euchariſtiæ inſtitutioni à Chriſto præmiſſa.*

Homini quàm expediat obedire.

Ex amore, non ex metu obtemperandum.

Pura ab omni ſorde omnis obedientia *ſit.*

Obedientiæ *laudes, obedientia propria rationalis creaturæ.*

Voluntas mala quæ mala parturiat.

Propriæ voluntatis clauis *Deo offerenda.*

Obedientiæ ſpiritu *ad ſacram Euchariſtiam quiſque feratur.*

981. VArios paſſim ſacræ Euchatiſtiæ titulos ſuperiùs dedimus, & illuſtrauimus, alij ſuperſunt, qui illuſtrentur, & primus iſte ſe obiicit, quo Euchariſtia *obedientiæ* cibus dicta eſt, quem eo libentiùs expendo, quò via nobis aperitur ad nexum probandum, quem cum Euchariſtia prompta parentia habet.

Obedientiæ cibus Euchariſtia.
Guitm.

Pomum inobedientiæ cibus dictus eſt, euchariſticus è conuerſo cibus obedientiæ; Guitmundi Archiepiſcopi Auerſani hæc ſunt verba lib. 1. de verit. in Euchatiſt. *Eot, quos obedientiæ cibus oculos aperuerat, per hunc* OBEDIENTIÆ CIBUM *oportere claudi, credo iam retines*, vt fidei omnia committantur, nec ſenſibus in hac re credamus; obedientiæ cibus eſt, quia & obedientia paratus, & obedientiam ab illis exigit, à quibus comeditur; obedientiam igitur ſecum ferat, qui ad euchatiſticam menſam ſe confert.

In obedientia ſe exerceat euchariſticæ menſæ particeps futurus.

In obedientia ſe exerceat, qui euchatiſticæ menſæ particeps futurus eſt; in paradiſo iuxta lignum vitæ plantatum fuit lignũ ſcientiæ boni, & mali, ambo in paradiſi medio ſita; non caſu hoc factũ, ſed diuino conſilio, nimirum vt ligni vitæ adſpectu animaretur homo ad Dei præceptum obſeruãdum, à fructu ligni ſcientiæ boni, & mali abſtinens; ſed maior fuit hominis malitia, quàm hoc moniſo vellet à culpa ſibi temperare; cecidit. Lignum vitæ Euchatiſtiæ figura fuit, vt infrà dicemus, iure itaque iuxta illud arbor ſcientiæ boni, & mali locatur, à qua manum cõtineretur, vt indicio eſſet, manum ad Euchatiſtiam porrecturo priùs obedientiæ actus exercendus, vt illorum laudabilis ſit mos, & opportuna ad hoc ſacramentum præparatio, qui ex ſolius obedientiæ præſcripto ad hanc menſam accedunt.

Chriſtus in Euchariſtia obedientiam exercuit, vt nobis exercendam doceret.
B. D. conc. 4. in feſt. corp. Chriſti.

Obedientiam Chriſtus docet, dum exercet in ſacra Euchariſtia, quod ſic expendebat bonus ille auctor: *Exaggerat valdè ſacra Scriptura quemadmodum ſanctus ille dux Ioſue ſolem ſiſtere fecit obediente Domino voci hominis. Sed maior obedientia hæc dicendum, eſt quandoquidem ibi Dominus, vbi priùs erat, modum ſacramentalem de nouo accipit, vbi priùs non habebat. Quis tam velociter, & tanta animi promptitudine ſuo ſuperiori* OBEDIT, *ac Deus Sacerdoti? Hoc ita Dominus ſtatuit, vt noſtram abdicaret, & remoueret ſuperbiam, vt confundatur ſuperbus, & inobediens, maximè ſi eſt Sacerdos coram ipſo apparere. Quoties ergo aliquid difficile, aut nimis arduum, ex diuinis præceptis nobis videbitur,* RECORDEMUR OBEDIENTIÆ *huius, humilitatis, & amoris, quo Deus voci hominis obedit in verbis conſecrationis.* Obedit voci hominis Deus; ſed quàm citò, quàm celeriter, vt hinc quoque diſcamus quàm prompti Chriſti noſtri exemplo, & amore ad parendum eſſe debeamus, ne longamus dum aliquid nobis iubetur, trahamus moram, obedientiæque decorem, ac pulchritudinem nimia cunctatione auferamus.

Prompta ad omne opus bonum eſſe anima debet, quæ euchatiſticis deliciis frui poſſit; nam ſicut anima in homine motus, & operationis principium eſt, qua dum caret immobile eſt cadauer motus, & operationis expers, ita & anima ipſa Euchariſtiæ vnita operandi virtute donatur, & ea pulchritudine, quæ verbis exprimi non poteſt, nec oculis corporis videri; implantata hic ſunt verba Bielis, qui ſerm. 2. in feſto corporis Chriſti ita loquitur: *Non ergo annihilatur, aut deficit anima in ſuo eſſe, ſed ſimilitudinariè transformatur, ſicut amatorum dicitur eſſe cor vnum, & anima vna, immo perficitur, & viuificatur. Sicut enim* MATERIA *ante ſuſceptionem formæ eſt imperfecta, & ſine virtute, ſine actione, quæ tamen conſequitur per formæ infuſionem: ita anima prius, quam vniatur Chriſto per amorem viuificum, qui plurimum in huius perceptionem ſacramẽti augmentatur, manet in quadam morte ſpirituali ſine decore, ſine virtute ad actus viuificos vitæ æternæ. Si autem Deo coniungitur tanquam* FORMALI TOTIVS VITÆ PRINCIPIO *datur ſibi vita quædam diuina per internum illapſum, quo anima ipſa iam Deo incipit viuere, Deum concupiſcere, & amare.* 982.

Ad omne opus bonum prompta anima ſit, quæ Euchariſtiæ deliciis frui cupit.
Gab. Biel.

Omnium quidem virtutum ſatellitio ſtipatus ad Euchariſtiam accedere debet, qui accedit, ſed præcipuè obedientiæ. Huc flecto illud Iſaiæ 1. 19. *Si audieritis me, ſi mihi obtemperabitis, bona terræ comedetis*; quòd ſi obedientia eſui terum peritutarum præmittitur, multo iuſtius in euchariſtici epuli eſu requiratur; niſi hîc quoque per bona terræ Euchariſtiam, quæ bona omnia continet, ſicut quidam intellexere, intelligamus; hinc illud illius: *Si obſequium mihi præſtiteritis, bona terræ comedetis, id eſt, Euchariſtiam, quæ omnia terræ bona comprehendit; ac ſi dicat, Is qui ad Euchariſtiam contendit, omnium virtutum exercitio polleat, præcipuè tamen* OBEDIENTIÆ *ſtudeat, hæc enim maximè hominem dignum reddit hoc tanto beneficio.* Vbi etiam habes vnam Euchariſtiam in ſe claudere quicquid boni mundus continet.

Inter alias virtutes maximè in euchariſtica menſa neceſſaria obedientia eſt.
Iſa. 1. 19.
S. Pet. 559.
Omnia terræ bona in Euchariſtia clauduntur.

In perfectæ obedientiæ exercitium à ſuâ terrâ Deus Abrahamum auocans viæ terminum ſubticuit, dixit enim, Gen. 12. *Egredere de terra tua, & veni in terram, quam monſtrauero tibi*; terræ nomen non expreſſit, *vt magis appareret, & commendaretur Abrahæ* OBEDIENTIA, *qui exiuit ad Domini mandatum ad locum indeterminatum*, ait Guillelmus Pepinus in cap. 12. Gen. clauſula 1. etiam Chriſtus, vt innueret Euchariſtiæ perfectam obedientiam præmittendam, mittens diſcipulos vt locum pararent, dixit: *Ite in ciuitatem ad quendam*, Matth. 26. 18. Nomen non expreſſit, ad ignotum miſit, vt perfectior obedientiæ appareret imago. Pulchrè ille: *Ad ignotum miſit Chriſtus, ſicut & Abraham educens locum minimè prodidit, vt* OBEDIENTIÆ PERFECTÆ PRÆLVDIVM QVODDAM 983.

Cæca obedientia in Euchariſtia.
Gen. 12.
Guill. Pep.
Matth. 26.
Fab. Paul. cap. 140.

præmitteret, in quo ſe menſæ euchariſtica futuri participes exercerent; vt cœca obedieotia illorum ſit, qui ad Euchariſtiam accedunt.

Obedientia, qua Beatorū obedientiam æmuletur, Euchariſtia præmittatur. Matth. 6. 11.

Obedientiam præmittat euchariſticum panem comeſturus, non quamcumque, ſed perfectam; hinc non ab re Chriſtus Matth. 6. 11. antequam panem illis verbis peteremus: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*; quæ de euchariſtico aliqui doctores nobiles accipiunt, præmiſit; *fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra*, in perfectæ obedientiæ ſignum, vt ſcilicet rectè moneret, obedientiæ amicos eſſe debere, qui euchariſticæ menſæ participes ſunt futuri, adeò vt Beatorum æmulatores ſint, qui euchariſticum hunc panem ſumunt, nec alia à diuina voluntate voluntatem habere videantur.

Nota, & deſignatio illius, qui quotidie ſacræ menſæ debet aſſidere propria voluntatis alienatio. In Acti.

Porrò licèt hæc obedientiæ perfectio in iis vniuersè requiratur, qui Euchariſtiam accipiunt, eam tamen iuſtius eſt reperiri in iis, qui quotidie hanc menſam frequentant; tem firmat id quod legimus Chriſtum ipſum Beatæ Mariæ Magdalenæ diuinitus reuelaſſe, nimirum illum, illamve, quæ quotidie ſacræ menſæ intereſſe cupit, ea mente, ac voluntatis indifferentia eſſe debere, vt ex nullis eius actibus, operibus, verbis colligi non poſſit, quòd data quacumque re in vnam magis partem pendeat, quàm in aliam, nec proniori affectu in vnum feratur, quàm feratur in alteram, ſed ſit ad omnia indifferens, nec vni potius addicta, quàm alteri, nulli rei hæreat, ſed ſoli diuinæ voluntati. O hac libra ſe expenderent, qui quotidianam communionem quærunt.

984. *Obedientia Euchariſtiā conſeruat, inobedientia inficit.* Exod. 16. 20. P. I. P. cap. in 15. Eccleſ.

Quid? quòd manna quoque ſcatere cœpit vermibus, quia Moyſes verbis aliqui non obtemperarunt; Exod. 16. 19. & 20. *Dixit Moyſes ad eos, Nullus relinquet ex eo in manè: Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque manè, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit*; mannæ dulcedinem inobedientia infecit, manna ipſum inobedientia populi abſumpſit; quid non timendum inobedientiæ vitia laborent, qui euchariſticum manna ſumpturi ſunt? Aduocanda huc boni auctoris, licèt non ita priſci, verba, qui hunc Exodi locum ad noſtram mentem verſans ait: *Vide dictorum ordinem; non audierunt eum, id eſt,* NON OBSECVTI *ſunt Moyſi? Quid inde? & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit; ſcilicet obedientia Euchariſtia cibum conſeruat, qui verò non parit corrumpit; ergo qui ad cibum ſe parat, priùs debet Prælatorum dictis* OBEDIRE.

Inobedientia ſanguinem Chriſti euacuat. B. Laur. Iuſt.

Magna ſit Chriſti ſanguinis vis, & virtus, eam tamen propria voluntas, & inobedientia euacuat; hinc illæ voces Beati Laurentij Iuſtiniani tract. de obedientia cap. 4. *Ceſſet voluntas propria. In quid namque deſæuit, niſi in proprias voluntates? Nam* PROPRIA VOLVNTAS *Deum impugnat, & aduersùs eum extollitur. Propterea ipſa eſt, quæ paradiſum expoliat, infernum ditat, ſanguinem Chriſti euacuat, & ditioni Diaboli mundum ſubiugat.*

Obedientia Euchariſtia inſtitutioni à Chriſto præmiſſa. S. Cypr.

Antequam ſacramentum Euchariſtiæ inſtitueret Chriſtus, & mortem obiret, Lazari animam ab inferis voluit reuocare, non caſu id factum, ſed diuino conſilio, vtque *dignoſceretur impoſſibile eſſe ſuam animam ab inferno teneri, qui alienam poteſtatiuè extraxerat, nec ſe neceſſitate, ſed* OBEDIENTIA *vrgeri ad mortem*, ait ſanctus Cyprianus de cœna Domini: nimirum magni referebat ſciri ex obedientia Chriſtum ire ad mortem, euchariſticæ menſæ participes hanc mentem ebiberent promptæ patientiæ ſpiritu adeò corripi, vt ſi opus eſſet, ſanguinem obedientiæ litarent, vitam exhiberent homini quàm expediat Deo obedire, ſic deducebat B. Auguſtinus in Pſalm. 70. conc. 2. ait quippe: *Nihil tam expedit animæ, quam obedire. Et ſi expedit animæ* OBEDIRE *in ſeruo Domino ſuo, in filio vt obediat Patri, quanto magis in homine vt* OBEDIAT *Deo?* Semper quidem expedit obedire, ſed tunc præcipuè, cùm obedientiæ cibus ſumendus nobis eſt. S. Auguſt.

Homini quā expediat obedire.

985. *Ex amore, nō ex metu obtemperādum.* S. Io. Clim.

Et verò ex amore obtemperandum eſt, non ex metu, nam amoris ſacramentum eum apparatum exigit, qui amorem ſapiat, non nudum metum; de ea obedientia, quæ metu exercetur, ita ſentit Beatus Ioannes Climacus gradu 1. *Qui ex metu dumtaxat* OBTEMPERAT, *is incenſis thymiamatum odoribus non abſimilis videbitur, qui primùm quidem gratiſſimam expirant auram, poſtremò verò deſinunt in fumum.*

Pura ab omni ſorde omnis obedientia ſit. Idem.

Pura quoque ab omni ſorde, ac fæce ſit illa obedientia, quam puritatis auctori excipiendo præmittimus, vt argento viuo queat comparari, quod inter ſordes à ſordibus eſt immune; ſcitè idem auctor in ſua ſcala grad. 4. *Forma perfectæ* OBEDIENTIÆ *ſit nobis, amici argentum viuum, quomodocumque enim voluatur, infráque omnia mergatur, manet tamen ab omni ſordium concreatione liberum*; quod vt vbique ſeruandum ſit, id tamen maximè neceſſarium, cùm puritatis auctor in Euchariſtiæ ſacramento ſumitur.

Obedientia laudes, obedientia propria rationalis creaturæ. B. Laur. Iuſt.

Paucis multa in obedientiæ laudem, commendationémque congeram ſi Beati Laurentij Iuſtiniani verba producam, qui obedientiam rationalis creaturæ propriam virtutem cenſet; ſic ille ſcribit in ligno vitæ tract. de obedientia cap. 3. ad calcem: *Hæc virtus hominem, lætificat Eccleſiam, precem tribuit, mentem ornat, animam caſtificat, cœlum aperit, vitam felicem homini tribuit, & omnes virtutes cuſtodit. Sola namque* OBEDIENTIA *veriſſimè virtus eſt rationalis creaturæ, quæ cæteras virtutes menti inſerit, inſertáſque cuſtodit.*

986. *Voluntas mala, quæ mala parturiat.* B. Laur. Iuſt.

Voluntas mala, quæ mala parturiat, referebat idem Beatus Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 4. *Horum omnium mala voluntas eſt cauſa. Hæc planè naturam corrupit, aboleuit legem, deiecit Angelum, proſtrauit hominem, cœlum orbauit, confudit vniuerſum, irritauit Altiſſimum, & compleuit abyſſum; hæc prorſus lites excitat, parit odia, rapinas facit, homicidia perpetrat, intorquet blaſphemias, ſupplantat innocentem, opprimit pauperem, extollit diuitem, eleuat ſuperbum, contemnit humilem, conturbat quod pacis, quod iuſtitiæ, quod vnitatis, quod virtutis, quod ſanctitatis; vbi dominatur illa, abeſt charitas, elongatur ſapientia, ignota permanet veritas, ibi conſilia mala, infatuatum cor, cogitationes nefariæ, immoderati affectus, terrenorum amor, principiandi libido, mentis confuſio, carentia luminis, neſcientia fraternæ dilectionis, odium ſui, & implacabile bellum, nam quemadmodum proteſtantibus Angelis pacatiſſima pax bonæ voluntatis prærogatur hominibus, ita malæ voluntatis perturbationis infelicitas.*

Propria voluntatis clauis Deo offerenda. Bloſ.

Propriæ voluntatis clauis offerenda Deo eſt, vt nos adeat, qui nos fecit; Bloſius in conclaui animæ cap. 11. num. 5. *Dixit ad Virginem Gertrudem Dominus: Qui vult vt ad ipſum liberè veniam, debet mihi* CLAVEM PROPRIÆ VOLVNTATIS *reſignare. Quòd ſi ex humana fragilitate contigerit eum reſumere clauem mihi conſignatam, perficiendo in aliquo voluntatem propriam; hoc ſtatim per pœnitentiam diluat, ſuámque voluntatem iteratò mihi reſignet; & ſuſcipiet eum dextera miſericordiæ meæ, deducétque cum ineſtimabili honore ad regnum charitatis æternæ.*

Denique

Obedientiæ ſpiritu ad Euchariſtiã quiſque ducatur.
B.Laur.Iuſt.

Denique vt in Euchariſtia definiam, cuius cauſa hæc pruduximus, ex obedientiæ ſpiritu ad hoc ſacramentum ferri potius debemus, quàm vitæ ſanctæ fiducia; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio c.24. vbi ad huius ſacramenti participationem nos vrgens, ait: *Ad hoc quidem ordinatum eſt myſterium tam ſanctum, vt frequentaretur. Non enim ex ſola indignitatis æſtimatione à communione ſe quis ſubducere debet. Nam peccato amoto, eo quiſque ſit dignior, quo indigniorem ſe putat. Nemo ad hoc ſuſcipiendum per ſe dignus eſt, quamuis multa ſit præditus ſanctitate.* OBEDIENTIA *quemque dignum facit, non vita.* Tanti refert obedientiæ ſpiritu ad hoc ſacramentum ferri.

EXCVRSVS LXIII.

Euchariſtia diuini amoris ſolium.

Regis oculus *in ſolio ſedentis quantum poſſit.*
In Euchariſtia vt in ſolio amoris *omne malum Chriſtus diſſipat.*
Quanta ſiti *in noſtram ſalutem feratur Chriſtus.*
Mori voluit Chriſtus, ne minus nos amaſſe *crederetur, quàm vellet.*
In arboribus amorem *ſuum ſcribebant amantes, & amatorum nomina.*
Amaſiorum nomina *in parietibus, in arboribus, in folijs ſcripta.*
Chriſtus in manibus ſuis *nos ſcripſit vt amorem ſuum erga nos oſtenderet.*
In Euchariſtia ſcriptum reliquit, quanto nos amore *diligeret Chriſtus.*
In Euchariſtia amorem ſuum *erga nos probari à nobis quotidie voluit.*
Dei beneficia ad Dei amorem *nos prouocant.*
Sed præcipuè Euchariſtiæ donum.
In cænaculo cur amorem proximi *Apoſtolis commendauit, non Dei amorem.*
Chriſti præſentia, *& Euchariſtiæ exhibitio* Dei amorem *fortius exigit, quàm præceptum.*
Euchariſtia velut amoris philtrum *ad amorem trahit.*
Sola Euchariſtiæ memoriâ *cuiuſdam membra* adurebantur.
Incaleſcere *Euchariſtiæ eſu debemus.*
Euangelicæ perfectionis ſolium *proximi* amor.
In Euchariſtia nos in finem dilexit, *vt proximi amorem eius amore raperemur.*
In finem dilecti in finem diligere *quæramus.*
Proximum ſuum nemo contemnat, *qui cogitat eius pretium, eius cibum.*
In nobis ipſis habemus quî proximum diligere *debeamus.*
Omnibus omnia fieri *debet, qui Euchariſtiam accipit, etiam* inimicis.
Amandus proximus *pro quo Chriſtus eſt mortuus.*

SAlomonis verba ſunt: *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo*; Prou.20.8. 987.
nimirum iuſtitiam exercet, & malos ſeuerè punit, malum exterminat, cum illius timore, & pœnæ illius ſententia ſubeundæ à ſcelestibus mali abſtineant; tantum Regis oculus poteſt iudicij ſolio inſidentis.

Regis oſculere in ſolio ſedētis quantum poſſit.
Prou.20.8.

Præter iudicij, amoriſque ſolium in Eccleſia habemus, habet ille; qui illam regit, amoris ſolium in Euchariſtia ſibi ſtatuit Chriſtus, in quo amorem ſuum exerceat, amorem ſuum in ſuos prodat, ſicque non timore, ſed amore mala eliminet, & peccata. Feſtiuè ille, & verè, qui huc ſpectans, húncque Salomonis locum tangens, hæc ad hanc mentem proferebat: *Rex ipſe in* SOLIO AMORIS *reſidens, in Euchariſtiæ ſcilicet ſacramento diſſipat omne malum intuitu ſuo*; vt quod iudicis timor non potuit, amantis obtineat amor; & quidem in euchariſtica menſa potiſſimum amorem ſuum ſuis Chriſtum prodidiſſe, & alibi probabimus, & euincunt etiam ea, quæ hîc ſubiicio.

In Euchariſtia vt in ſolio amoris omne malum Chriſtus diſſipat.
P.B.Fer.c.17.

Quòd ſub panis, & vini eſu, & potu ſe nobis Chriſtus exhibuerit, tacitè inclamat, quanta ſiti, quanta fame in nos, noſtrámque ſalutem, & profectum ipſe feratur, nimirum nos citra dum bibendum ſe offert, nos in ſe traiicere cupit, amoris quadam fame noſtri cauſa corripitur dum comedendum ſe exhibet; boni auctoris hæc ſunt verba: *Euchariſtiam inſtituit in his præcipuè rebus, quæ famem, & ſitim extinguunt, nempe in pane, & vino, eſca, & potu, ſcilicet vt quanta* SITI, ET FAMS EXPETAT CHRISTVS BONVM NOSTRVM NOBIS IPSE SIGNIFICET; nullus fuit, qui tanta auiditate in cibum ferretur, nullus qui ſiti correptus ad potum tanto deſiderio accurreret, quanta cupiditate noſtrum profectum quæreret Chriſtus nos, ſalutémque noſtram ſitiret.

Quāta ſiti in noſtram ſalutem feratur Chriſtus.
P. Io. P. & 438.

Mori Chriſtus voluit, vt in nobis moreretur, 988.
quàm magno nos amore dilexerit, ne minus nos amaſſe crederetur; pulchrè ſanctus Laurentius Iuſtinianus tract. de charit. cap.8. *Quum poſſet Deus, & Dominus noſter etiam non moriendo generi humano ſuccurrere, voluit tamen moriendo ſubuenire, quia alioqui nos minus amaſſe crederetur, nec* VIM SVÆ DILECTIONIS *attenderet, niſi hoc, quod à nobis toleratur, ad tempus ipſe ſuſtineret*; vim ſui amoris tunc maximè oſtendit, cùm mortem paſſus eſt pro illis, quos diligebat; eo magis in eo non amor viuere indicauit, quo promptiùs ad mortem vt amoris magnitudinem proderet, cucurrit.

Mori voluit Chriſtus, ne minus nos amaſſe crederetur, quàm vellet.
B.Laur.Iuſt.

Olim in arboribus amorem ſuum ſcribebant amantes, & amicarum nomen. Virg. Eclog.10.

In arboribus amorem ſuū ſcribebant amantes, & amatorum nomina.
Virg.

——— *Teneriſque meos incidere* AMORSS
Arboribus.

Theocritus in epithal. Helenæ,

Litteræ in CORTICS *ſcribentur; vt quis præteriens*
Legat Doricè, venerare me, nam Helenæ arbor ſum.

Theoc.

Lucianus ἐν ὕμν. *Omnes molliculorum arborum* CORTICES *pulchram Venerem prædicabunt.*

Lucian.

Callimachus:

Litterulas tot forte inſcriptas FRONDIBVS *hiſce*
Cydippem pulchram quot memorare queant.

Callim.

Huc ſpectabat & Suidas verbo, ὡραί. *Proprium fuit amatorum, vt amaſiorum* NOMINA *in parietibus, aut* ARBORIBVS, AVT FOLIIS *ſcriberent, ſic ille, vel ille eſt pulcher.*

Amaſiorum nomina in parietibus, in arboribus, in folijs ſcripta.
Suid.

In Euchariſtia ſcriptum reliquit quãta nos amore diligeret Chriſtus. Auon.

Chriſtus amorem ſuum certius prodidit, amantis animæ nomen in manibus ſuis ſcripſit ſuo ſanguine; vt diceret: *Ecce in manibus meis deſcripſi te,* Iſa. 49. 16. ſuo ſanguine prodidit noſtri obliuionem illum nunquam inuaſuram, non arborum cortice amorem ſuum deſcripſit noſter Amor, ſed in ſuo corde, quem maximè oſtendit non ſe ſponſæ ſuæ in cibum exhibuit, nam cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos; idcirco teſtamentum vocari Euchariſtia ſolet, quia, vt ille ait: *in ea Chriſtus teſtatus eſt* SCRIPTO, *quanto erga nos* ÆSTVARET AMORE, *quanta dilectione in nos ferretur.*

989. *In Euchariſtia amorem ſuum erga nos probari à nobis quotidie voluit.* B.Laur.Iuſt.

Nobis ſub Euchariſtiæ velamine eſt Chriſtus; nimirum probare voluit re ipſa amorem ſuum erga nos, & experimento confirmare quàm nos diligat. Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap.24. vbi huius beneficij magnitudinem expendens, exclamat: *Quid ſe maius dare potuit? ſe fecerat fratrem, ſe ad humana inclinauerat naturæ conſortium. Parum ſe iudicauit egiſſe, niſi etiam ſe daret in cibum. O inexcogitata clementia, & incomprehenſibilis bonitas! vt iuſtis prodeſſet, non ſe peccatoribus denegauit, vt per quotidianum experimentum ipſius agnoſcatur dilectio, vſque ad mundi terminum voluit, vt hoc perſeueret myſterium.*

Dei beneficia ad Dei amorē nos prouocāt.

Amandus Deus eſt, Dei beneficia, amandum Deum docent, amandum clamant, vt non abs re fuerit, quòd priùs cœlum, & terram, lucem, & animalia cætera Deus condiderit, & omnium poſtremum hominem ipſum, vt ſcilicet ſtatim rerum creatarum adſpectu ad Dei laudem, amorémque alliceretur; Lippomanus cat. in Gen. *Ecce quomodo Deus voluit hominem* BENEFICIIS SVIS *obruere antequam cadauer omnibus iam antè creatis, quibus eſſet opus habiturus, ad gaudium, oblectationem, ac riſum, quo prouocaretur ad Deum tam beneficum ſibi patrem amandum ardentiùs.* Et cur non ardentiſſimè ametur poſt illius beneficij exhibitionem, quod tanto maius cæteris eſt, quanto maior donis ſuis eſt ille qui donat ſe.

Lipp. *Sed præcipuè Euchariſtia donum.*

In cœnaculo cur amorem proximi Apoſtolis commēdauit, nō Dei amorem. Ioan.13.

Abiturus ab hoc mundo Chriſtus diſcipulis mutuam iniunxit charitatem: *Mandatum*, inquit, *nouum do vobis, vt diligatis inuicem*; Ioan.13.34. In cœnaculo hæc dixit; ſed cur Dei quoque amorem diſcipulis non commendauit, illius tantùm mentionem faciens, quo proximus proximum ſuum complectitur? An hoc ſuperfluum videbatur, cùm exhibita dona illum requirerent, creaturæ omnes diligendum omnium creatorem eſſe clamarent, & quod magis eſt Chriſti ipſius exhibitio, præſentia Chriſti, & quæ ſecum aduexerunt beneficia omni imperio vehementiùs ab homine amorem Dei ſui exigerent, & exſculperent?

Chriſti præſentia, & Euchariſtia exhibitio Dei amorem fortius exigit, quàm præceptum. B.Laur.Iuſt.

Implantari hic poſſunt Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui in faſciculo amoris cap.1. ita loquitur: *Non in timore, neque in mercede, ſed in ſola fraterna* DILECTIONE *ſuum ſapientia præceptum inſtituit, quando ait, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Noluit mandare, vt* DILIGAREMVS DEVM. *Hoc innata ratio, hoc natura, hoc ipſa creaturarum vniuerſitas clamat. Plenè gehennæ pauor, ſuppliciorum comminatio, & remunerationis immerſitas ſuadent, vt cunctorum conditor diligatur Deus. Præceptum itaque ſapientiæ, & lex Chriſti, lex charitatis eſt, lex amoris, & elegantiæ, non coacta, neque in terrore poſita, ſed in gratuita, & ſpontanea cordis dilectione ſolidata. Nullam voluit, vt ab ipſo, quem diligimus præter ipſum ſolum, expectaremus mercedem. Se cauſam, ſe præmium dilectionis fecit. Se ipſo melius nil dare potuit.* Et quis adeò durus, qui hoc amoris argumento ad amorem non flectatur? & poterit quiſpiam non amare ſe amantem? hominem videtur exuiſſe, exuiſſe humanitatem, qui amore non fertur in eum, qui tantæ dilectionis iudicio amorem ſuum probare voluit.

Amare quiſque debet amantem ſe, *vt Euchariſtia*, vt ille ait, *veluti quodam* AMORIS PHILTRO *in Dei amorem feratur, ſed veluti beneuolentiæ poculo in Dei amorem trahamur*; trahi ſe in amorem Dei ſe ſinat, qui tam ardenter amari ſe à Deo cogitat. Hoc amore corripiebatur Beata Ida Louanienſis, de qua prodit auctor vitæ illius cap. 19. ſola Euchariſtiæ memoria tanto amore corripi ſolitam, vt quæ amore eius membra adurerentur; & præſertim hoc accidit, cùm puellam vidit corporalia plicantem, quæ Euchariſtiæ ſacramento ſubſternuntur; *ſolent quippe amantes*, vt ait Beatus Ioannes Chryſoſtomus tom.6. hom. de ſancto Meletio, *ad illorum* QVOS AMANT *appellationes incaleſcere, & pleniùs ad eorum præſentiam.* Quid hic, vbi editur, quis amatur. 990.

Euchariſtia velut amoris philtrum ad amorem trahit. P.Io Pi. *Sola Euchariſtiæ memoria cuiuſdam membra adurebantur.* Acta. *Incaleſcere Euchariſtia eſu debemus.* S.Chryſ.

Sed quia de amoris ſolio agimus, addiderim proximi amore Euangelicæ perfectionis ſolium dictum; hoc etiam titulo donat Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 2. *Regale Euangelicæ perfectionis* SOLIVM *ex fraterno vendicatur amore agnoſcitur, & probatur*; in hoc ſolio reſidere debet, qui euchariſticæ menſæ particeps.

Euangelica perfectionis ſolium proximi amor. B Laur.Iuſt.

Amorem ſuum in nos prodidit Chriſtus, cùm ſe nobis exhibuit, in finem dilexit, vt eius exemplo in proximi noſtri amorem raperemur, vt in finem eum diligamus. Benè idem Beatus Laurentius Iuſtinianus cap.17. de charit. *Fuit Domini Ieſu amor perſeuerans, de quo dicitur: Quum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sic & nos perſeueranter* PROXIMVM AMARE DEBEMVS, *ij autem non diligunt perſeueranter, qui diligunt falſitatem, non hominem. Nam cùm quis in proſperitate poſitus diligitur, incertum valde eſt, vtrùm proſperitas, an perſona ametur.*

In Euchariſtia nos in finem dilexit, vt proximi amorem eius amore raperemur. Idem.

In finem nos dilexit, vt nos quoque in finem eum diligeremus; ſic idem Beatus auctor cap. 9. de charitate: *Sicut ille nos dilexit in finem, ſcilicet in immenſum, ſic (ſi fieri poteſt) nos illum* DILIGAMVS *in infinitum.* Deum amemus, ſed proximi poſt ipſum proximum noſtrum.

In finem dilecti, in finem diligere quæramus. B. Laur. Iuſt.

Nemo eum contemnere debet, quæ videt tanti à Deo fieri, vt ſe illi exhibeat in cibum. *Quem vis contemnere*, aiebat Beatus Auguſtinus de verbis Domini ſerm.6. PRETIVM *ipſius attende*; attende pretium, attende & cibum; *ne contemnas infirmum propter quem Chriſtus mortuus*; ne contemnas illum, cui Chriſtus ſe exhibuit in cibum.

Proximum ſuum nemo contemnat, qui cogitat eius pretium, eius cibum. S.Auguſt.

In nobis ipſis habemus quâ diligere noſtrum fratrem debeamus, hoc elegantiſſimè, & appoſitiſſimè explicabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſcipl.monaſt.conuerſat.cap.4. *Qualiter proximum vnuſquiſque* DILIGERE *debeat, notificare curauit Dominus ex hac, quam inſeruit, mira carnis, & ſpiritus dilectione. Sicut enim Dominus mandauit, vt proximum tanquam noſmet diligeremus, ita panes nos, & in nobis hanc formam imprimere voluit charitatis, quatenus omnino inexcuſabilis eſſet quicunque hanc violaret, hanc ignorare ſe diceret. Ex te igitur, ô homo, ô Chriſtiane, fratrem tuum non carnis, non ſanguinis, ſed naturæ, ſed communionis, ſed gratiæ, diſce diligere. Quanto ſtudio amas te? Infirmatur, verbi gratia, oculus, nónne manus ſana languenti oculo ſollicita eſt remedia adhibere? Se totam exponit in ipſius obſequium, palpat, linit, medetur, & ſi quid aliud impartiri valet ſolatij,* 991.

In nobis ipſis habemus qui proximū diligere debeamus. B.Laur.Iuſt.

ſolatij ſemper præſtò eſt. Quamtuncumque occupetur, quamuis ex labore feſſa ſit, nunquam tamen ſe retrahit a miniſterio, nam oculi malum ſuum putat propter confœderationem naturæ. Hoc agit os, hoc pes, hoc cuncta alia membra. Omnia enim membra vno conſenſu, pari voluntate, libenti animo, & abſque vlla requie ſe exercent, vt oculus recuperet ſanitatem. Non labor, non vigilia, non inedia ipſa tepeſcere faciunt, vt non famulentur ægroto, ita vt vno languente cætera infirmari non dubitent: & tamen alia in forma ſpecie in operis miniſterio eſt oculi natura, alia manus, alia pedis. Vnumquodque membrum iniunctum ſibi à natura exhibet famulatum, ſingula ſuis inhærent officijs. Non oculus auditui ſe immiſcet, nec manus ambulandi vnquam ſibi vendicat actum, ſed vnum membrum naturæ obtemperat iuxta domum, & actum ſuum. Inter ipſa nullum auditur ſchiſma, nullum odium neque aliquando aut inuidia liuor, aut contentioſa nugacitas orta eſt. Et (vt paucis dicam) tanta in eiſdem humani corporis membris ineſt copula, tantus amor.

Omnibus omnia fieri debet, qui Euchariſtiam accipit, etiã inimicis.
Ph. Ds. cõc. 2. de Euch.

Omnibos omnia fieri debet, qui Chriſtum in Euchariſtia excipit, omnibus adeſſe, etiam inimicis, ſicut ille in pluribus locis vnus adeſt, ſcitè ille: *In hoc altiſſimo Sacramento eſt idem Chriſtus in diuerſis locis, ſicut tu debes in omnibus per charitatem adeſſe, etiamſi inimici tui ſint.*

Amandus proximus, pro quo Chriſtus eſt mortuus.
B. Laur. Iuſt.

Amandus proximus, pro quo mortuus eſt Dominus; tem ſic expendebat Beatus Laurentius Iuſtinianus cap. 15. de charit. *Noli ò homo tuum* CONTEMNERE *fratrem. Propterea Dominus Ieſus dominationi mortis ſe tradidit, vt ipſum a iugo diabolicæ dominationis erueret: ſuſcepit mortis ſeruitutem, vt illi tribueret vitæ æternæ libertatem. Non ergo deſpiciendus eſt, quem tam charum Dominus habuit;* hæc ſi altè noſtris mentibus inhærerent, non tam facilè eum læderemus, aut contemneremus, quem tanti factus ab illo eſt, qui illum fecit.

EXCVRSVS LXIV.

Euchariſtia laudis ſacrificium, Deo laudis vectigal ſoluat, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt.

Laudis vectigal *nobis Deus indixit.*
Laudis vectigal *non ſoluens Adam peccando Dei donis priuatus fuit.*
Quâ Deum tota die *laudare debeamus.*
Etiam innocentis ſilentium, *& ſomnus Deum laudat.*
In templo cordis *laudes ignitæ ſacrificium Deo ſoluendum.*
Toto corde *quâ Deus laudetur.*
Laudis diuinæ ſacrificium, *&* libatio *laudatur.*
Inhortatio ad Dei laudem *interiorem, & exteriorem.*
Hoſtia laudis *quanam diceretur.*
Hoſtia laudis *noſtra Euchariſtia.*
Viam ad cœlum *docet Euchariſtia.*
Cibus, *&* potus *communi laudant Deum ſi cum gratiarum actione ſumantur.*
Euchariſtiæ ſumptio dignè *Deum* laudat.
Beata Virgo tota in Dei laudem *rapta Euchariſtiam præuidens.*
Magnificandi *verbum quid importet.*
Non ore *tantùm, ſed intimo* cordis affectu *Deus laudandus.*
Diuinæ laudis gemmæ *ex interiori theſauro proferenda.*
Ex toto corde *laudandus Deus.*
Euchariſtia dulcedo laudum veluti magnes.
Ex venerabili ſacramento diſcimus quâ Deus laudandus.
Schola diuinarum laudum *ſacra Euchariſtia.*
Euchariſtia laudes *vt recenſita.*
Hoc maximè titulo Chriſtus laudandus *quòd auguſtiſſimam Euchariſtiam inſtituit.*
Laudis *nexus cum* Euchariſtiâ.
Laudatio manducatio quædam, *quæ dulciorem Deum laudatori facit.*
Medullaris laus *medullatum laudis incenſum.*
Terra Deum benedicit, *quia ad Dei laudem hominem inuitat.*
Inhauſtibiles laudes *quæ.*
Quâ labia *vota diſtinguant.*
Agere laudes *dicebant, vt agere gratias.*
A Dei laudibus *celebrandis non facilè ceſſemus.*
Laudari *vult Deus, vt nos proficiamus, non vt ille ſublimetur.*
Peccator *diuinis laudibus concinendis ineptior, quàm* dracones, *quàm ſcorpij ſint.*

Laudis vectigal nobis Deus indixit.
S. Auguſt.

REgi noſtro, Deo noſtro ſoluere laudis tribu- 992.
tum debemus, nam ex ſancti Auguſtini mente in Pſalm. 49. indixit *nobis vectigal quoddam laudis ſuæ*; abit à ſubditi obſequio, qui hoc vectigal non ſoluit; ſoluendum eſt non labiis tantùm, ſed & vitâ, ab eodem calamo eodem loco hæc cautio, hoc monitum eſt: *Neſcio quis, quia dixerat illi Deus, Immola Deo ſacrificium laudis, & hoc quodammodo* VECTIGAL INDIXERAT, *meditabatur ſibi, & dicebat, Surgam quotidie, pergam ad Eccleſiam, dicam vnum Hymnum matutinum, alium veſpertinum, tertium, aut quartum in domo mea. Benè facis quidem ſi hoc facis, ſed vide ſi iam ſecurus ſis, quia iam hoc facis; & fortè lingua tua Deum benedicat, & via tua Deo maledicat.* Non ſoluit hoc vectigal Adam, nec enim tot à Deo beneficiis cumulatum legimus in Dei laudem linguam ſoluiſſe; vt donis, quæ acceperat, priuari meruerit, quia laudis vectigal, quod tam facile ſoluere poterat, non ſoluit. Verus ille: LAVDIS VECTIGAL, *gratiarum actione veluti debitum Deo tributum non ſoluit primus parens, vt idcirco cadendo donis, quibus fuerat cumulatus, iure ſit priuatus*; nemo adeò deſipiat, vt in ſui perniciem hoc exemplum ſequatur, quin eò quiſque magis ſolicitus in huius tributi ſolutione ſit, quo ſegnior primus homo fuit.

Laudis vectigal non ſoluens Adam peccando Dei donis priuatus fuit.
Anon.

Quâ Deum tota die laudare debeamus
S. Auguſt.

Deum benè laudat, qui benè viuit. Pulchrè idem ſanctus Pater in Pſalm. 34. vbi docet quâ Deum tota die laudare poſſimus, ait: *Fatigamini tota die, Deum laudare quis durat? Suggero remedium, vnde toto die laudes Deum ſi vis,* QVICQVID EGERIS, BENE AGE, ET LAVDASTI DEVM. *Quando cantas hymnum, laudas Deum. Lingua tua quid agit, niſi laudet conſcientia tua?*

&

& quotiens tu ceſſaſti ab hymno cantando, diſcedis vt reficiaris, noli inebriari, & laudaſti Deum. Diſcedis vt dormias, noli ſurgere ad maleſaciendum, & laudaſti Deum. Negotia agis, noli fraudem facere, & laudaſti Deum. Agrum colis, noli fraudem facere, & laudaſti Deum. Agrum colis, noli litem mouere, & laudaſti Deum. In innocentia operum tuorum præpara te ad laudandum Deum tota die. Magna innocentiæ vox, & omni alia maior, Deíque auribus gratior.

Etiam innocentia ſilentium, & ſomnus Deum laudat. S. Auguſt.

In templo cordis laudis ignita ſacrificiũ Deo ſoluendum.

Probè Deum laudat innocentis ſilentium, ſilentium ipſum vox eſt, ſi innocens ſit qui tacet, etiam dormientis innocentia exerte clamat; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba in Pſalm. 102. 6. *Innocentia tua etiam in dormiente vox eſt animæ tuæ. Audeo dicere,* CVM DORMIS *benedicat anima tua Dominum*; dormitę innocentia neſcit, ſemper laudis vocem emittit. Gratum Deo ſacrificium laudis ſacrificium eſt, ſi in corde offeratur Deo, nec à labiis tantùm prodeat. Optimè Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. in feſto Purificat. B. Virginis: *In templum cordis tui ingredere, &* IGNITÆ LAVDIS SACRIFICIVM *exolue*; in labiorum veſtibulo nemo ſiſtat, templum ipſum cordis ingrediatur hoc ſacrificium Deo oblaturum.

Toto corde quô Deus laudetur. S. Anſelm.

Laudandus Deus, ſed toto corde laudandus, quod quî fiat, pulchrè explicabat ſanctus Anſelmus lib. medit. decem, medit. 1. cap. 2. cuius verba hîc duxi implantanda: *Sanctorum ſententiam in tuam conuerte vitam, & de ſancto quid dicatur attende. Quæ eſt igitur laus ſancti? De* OMNI CORDE SVO LAVDAVIT DOMINVM. *Ecce ad quod creata es; ecce opus famulatus tui. Vt quid enim te Deus tam præclarè conditionis priuilegio ſublimaret, niſi te ſuis laudibus indeſinenter intendere vellet? Ad laudandum igitur conditorem tuum creata es, vt eius laudibus vacans, & hic iuſtitiæ merito in illum ſemper proficias, & in futuro bene viuas. Laus enim eius, & hic iuſtitiam, & ibi beatitudinem tribuit. Sed ſi laudas, ex toto corde lauda, diligendo lauda. Hæc eſt enim Sanctis laudandi propoſita regula. De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Dominum, qui fecit illum. Lauda ergo, & ex toto corde lauda, & quem laudas dilige; quia ad hoc facta es, vt laudes, & diligas. Laudat namque, ſed* EX TOTO CORDE NON LAVDAT, *quem ad benedicendum Deum proſpera demulcent; ſed à benedicendi munere aduerſa reſtringunt. Laudat quoque, ſed non diligit, qui in Dei laudibus aliud quàm ipſum laudando requirit. Lauda igitur, & dignè lauda, vt nulla in te cura, nulla intentio, nulla cogitatio, nulla ſollicitudo mentis; in quantum tibi virtus ſuppetit à laude Dei ſit vacua. Ab eius laude nulla te vitæ huius proſperitas reuocet, nulla compeſcat aduerſitas. Sic enim ex toto corde laudabis Dominum.*

Laudis diuina ſacrificiũ, & libatio laudabatur. B. Laur. Iuſt.

994. Diuinæ laudis laudes recenſere nullus pro dignitate poſſet, maior omni laude diuini Numinis laudandi munus eſt, hoc laudis obſequium his laudibus proſequebatur Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24. *Optimè vtique occupatur mens, cùm diuinis exercetur in laudibus.* EST NAMQVE DIVINA LAVS SACRIFICIVM SALVTARE, *oblatio munda, thymiama ſuauiſſimum, munus acceptabile, grata libatio, fragrantiſſimus odor, & hoſtia immaculata: præcipuè cùm de corde puro, de ſinceritate animi, de ardore deſiderij, de humilitatis arcano, de feruore ſpiritus, de lumine fidei, de veritatis cognitione, de intentione charitatis, de abundantia deuotionis, de conſcientiæ nitore, de contemplatione cœleſtis patriæ, de affectu futuræ vitæ, & de contubernio æternæ procedit ſapientiæ. Hæc quidem iuſtificat impium, torpentem excitat, ſoluit ingratum, & damnat incredulum: placet Deo, placat iudices, cœlum aperit, honorat Verbum, impetrat veniam, & confert gratiam, gloriámque meretur. Nullus diuinæ laudis valet æſtimare pretium, profectum intelligere, & penſare gaudium.*

Inhortatio ad Dei laudem interiorem, & exteriorem. S. Anſelm.

Ad Dei laudem, & benedictionem interiorem, exterioremque hominem inhortans ſanctus Anſelmus in alloquiis cœleſtibus num. 15. hæc ponebat: *Sancte Sanctorum qui ſanctificas omnia, benedico te, glorifico te, adoro te, gratias tibi ago. Benedicant te omnes creaturæ tuæ, benedicant te omnes Angeli, & Sancti tui. Sic benedicam te in vita mea. Adoret te, & benedicat omnis interior, & exterior compago mea. Salus mea, lux mea, illuminatio mea, benedicant te oculi mei, quos feciſti, & præparaſti ad contemplandam ſpeciem ſerenitatis tuæ. Dulcedo mea, delectatio mea, benedicant te aures meæ, quas feciſti, & præparaſti ad audiendam vocem iucunditatis tuæ. Suauitas mea, recreatio mea, benedicant te nares meæ, quas feciſti vt viuant, & delectentur in odorem vnguentorum tuorum. Laus mea, canticum meum nouum, exultatio mea, benedicat te, & magnificet lingua mea, quam feciſti, & præparaſti, vt enarrem mirabilia tua, ſapientia mea, meditatio mea, conſilium meum, adoret te ſemper, & benedicat cor meum, quod præparaſti, & dediſti mihi, ad dignoſcendas inæſtimabiles miſerationes tuas. Vita mea, beatitudo mea, benedicat te, licèt peccatrix anima mea, quam feciſti, & præparaſti ad perfruendum bonis tuis*; hæc ille. Sed iam ad hoſtiam laudis, quo titulo donata non ſemel eſt ſacra Eucharistia, calamum flectamus, huius enim cauſa hæc, quæ iam produximus, producta.

Hoſtia laudis quænam diceretur. Pſalm. 59 14. Agell.

Hoſtia laudis quoddam ſacrificij genus erat, Euchariſtiæ noſtræ expreſſa figura, cùm panes in illa offerrentur; ſcitè noſter Agellius in Pſalm. 49. v. 14. *Ex Leuitici cap. 7. repetendum, hoſtiæ pacificorum duo eſſe genera, alterum pro accepto beneficio gratiarum actionem habere, quam L X X. tum hoc Pſalmo, tum in dicto Leuitici loco θυσίαν αἰνέσεως,* HOSTIAM LAVDIS, *appellent, alterum quod vel ex voto ſuſcepto, vel ſponte offeratur, ſed illud præcipuè habebat hoſtia laudis, quòd panes abſque fermento duo, noſtræ euchariſtiæ ſimulachrum, offerebantur; è quibus alter in vſum Sacerdotis cedebat, ideóque laudis ſacrificium dicebatur, quod laudes, dum hæc hoſtia fieret, Deo redderentur.* Addit: *Quam etiam hoſtiam laudis appellant L X X. Aquila interpres εὐχαριστίαν dixit.* Iſtuc idem confirmat idem auctor in commentario Pſalmi 106. v. 22. *Et ſacrificent ſacrificium laudis*; vbi hæc habet: *Inter cætera ſacrificia erat ſacrificium laudis, ſic dictum quòd cum commemoratione Dei beneficiorum, & cum gratiarum actione peragebatur: quod maximè ad ſacrificium noſtrum accedebat. nam & panis adhibebatur, & nomine etiam ipſo figuram noſtri ſacrificij præferebat. Sacrificium quippè laudis Aquila ferè ſacrificium Euchariſtiæ vertere ſolet, vt etiam hoc loco vertit*; & in Pſalm. 115. v. 8. exponens illa verba: *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*; ait quippè: *Hoſtia verò laudis pro gratiarum actione vocatur, quæ vt nomine quoque pro ſe ferat figuram noſtri incruenti ſacrificij εὐχαριστία ab aliquibus interpretibus eſt dicta; eámque ob cauſam in ſacris litteris omnibus alijs ſacrificijs præfertur: ſacrificium enim laudis, inquit, honorificabit me.*

Hoſtia laudis noſtra Euchariſtia. L X X. Aquila. Pſalm 106. 22. Agell. Aquila. Pſalm. 115. 8. Agell.

Viã ad cœlũ docet Euchariſtia. Pſalm 49.

995. Sacrificium laudis Euchariſtia eſt, ſed addit ſtatim Propheta: *Et illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*; nimirum in hoc ſacramento docemur quæ via ineunda ad cœlum ituris ſit. Verus ille: *Sacrificium laudis ſacroſancta Euchariſtia myſterium eſt, in quo recta ad cœlum via fidelibus oſtenditur*; quod alio loco luculentiùs vrgeo; ad laudem redeo.

Communis

Digitized by Google

Cibus, & potus communis laudant Deũ ſi cũ gratiarum actione ſumantur.
B. Laur. Iuſt.

996. Communis cibus, communis potus Deum laudant, ſi gratiæ Deo agantur, cur non magis laudabit euchariſticus cibus ſi cum gratiarum actione ſumatur; de vulgari cibo, vulgari potu ita loquitur Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. ſobrietate cap. 2. *Si, ô homo, quod manducas, & bibis, ſumis ad refectionem corporis, reparationémque membrorum, gratias tribuens ei, qui neceſſitatem tribuit mortali, & fragili, iſta ſupplementorum ſolatia, id eſt,* CIBVS TVVS, ET POTVS LAVDANT DEVM. Cur non pleniùs laudat euchariſticus cibus, euchariſticus potus? Laudant, nec vllum diuinæ laudis concinendæ modus opportunior, aptior reperiatur, quàm in Dei laudem, gloriámque ſacram Euchariſtiam dirigere; ſubſigno auctori bono: *Nullo obſequio tam plenam exhibere Deo* LAVDEM *aliquis poteſt, quàm* EVCHARISTIÆ *ſumptione, cui innata gratiarum actio ſit.*

Euchariſtia ſumptio dignè Deum laudat.
Hier. Ho.

Beata Virgo tota in Dei laudem rapta Euchariſtiã prauidens.

Laudem ore quoque promendam, cùm euchariſticum epulum ore ſumitur, docuit exemplo ſuo virgo, quæ antequam in lucem filium emitteret, Virgo præuidit in ſpiritu cum fidelium cibum eſſe futurum, vt ob id ſummo exilierit gaudio, & gratias Deo exhibuerit, Deum magnificauerit; huc reſpexiſſe Virginem cùm cecinit: *Magnificat anima mea Dominum*, & poſtea: *Eſurientes impleuit bonis*, Luc. 1. aſſerit Biel ſerm. 1. in feſto corporis Chriſti, dum ait: *Eſurientes impleuit bonis: Virgo beatiſſima ab æterno à patre in matrem ſuo filio electa, poſtquam ſancti Spiritus operatione tria ſata farinæ puriſſimæ in eius viſceribus caſtiſſimis, caro ſcilicet, anima, & deitas commixta, in vna Verbi perſona vniebantur. Sicque panis vitæ, panis Angelorum, panis qui de cœlo deſcendit, in virginis matris coctus eſt vtero, eodem Spiritu ſancto docente intellexit eundem filium ſuum iam cibum hominum factum, qui eſt cibus Angelorum, ſub ſacramentali panis, & vini ſpecie, homines fructu multiplici refecturum. Ideo in* LAVDIBVS, *quibus anima ſua pro accepto beneficio magnificabat Dominum, exultante ſpiritu eius in Deo ſalutari ſuo, hoc ipſum grande myſterium prophetando cecinit, & expreſſit, dicens, Eſurientes impleuit bonis.*

Luc. 1.
Gab. Biel.

Magnificãdi verbum quid importet.
Agell.
Non ore tantùm, ſed intimo cordis affectu Deus laudandus.
Diuina laudis gemma ex interiori theſauro proferenda.

997. Signatè autem dixit: *Magnificat anima mea Dominum*, non verò, *magnifico Dominum*, vt intelligeremus laudes non extimis tantùm Virginis labiis prodiiſſe, ſed ab intimo corde. Egregiè rem expendebat Agellius in cant. B. Virginis: *Magnificandi namque verbum ſolent reddere LXX. μεγαλύνειν excelſis, ac ſublimibus verbis vti. neque verò abſolutè dixit, magnifico Dominum, ſed (magnificat anima mea Dominum) vt intelligamus illam non ore ſolo Dei laudes, ſed* INTIMO CORDIS AFFECTV CECINISSE; *neque enim illorum ſimilis erat, quos notat Iſaias, qui cum labijs Deum honorent, cor tamen longè ab illo habent: nam animæ appellatio ardens deſiderium, cupiditatémque maximam indicat.* Nimirum laudum gemmæ ex cordis theſauro prodire debent, hinc illud ſancti Auguſtini in Pſalm. 68. *Quas gemmas laudis Dei de theſauro interiore protulit*; non ampliùs gemmæ ſunt, ſi ex cordis theſauro non promantur.

S. Auguſt.

Ex toto corde laudandus Deus.
Pſalm. 70. 10.
Vgo.

Ex toto corde laudandus Deus, vt à corde os habeat, vt laude plenum ſit; Dauidis verba ſunt Pſalm. 70. v. 10. *Repleatur os meum laude*; vbi Vgo Catenſis: *Tunc* REPLETVR OS LAVDE, *quando ex toto corde laudatur Deus, & nihil vanitatis, aut falſitatis eſt admixtum.*

Euchariſtia dulcedo laudum veluti magnes.

Quò in Euchariſtiæ ſacramento ſuauior animæ palatui Chriſtus eſt, eò in Dei laudes promptiores debemus exilire, vt dulcedo ipſa, ipſa ſuauitas ſit laudum veluti magnes; Dauidis verba ſunt Pſalm. 134. 3. *Pſallite nomini eius, quoniam ſuaue*; laudis iuxtà cauſa laudandi ſuauitas; multa ſunt quibus laudem à nobis ſuo iure exigat Deus, id tamen iuſtius euchariſtico pane facit, ſub quo ſuauitatis fons deliteſcit, ſanctus Auguſtinus in hunc locum: *Quid ſuauius pane Angelorum? Quomodo ergo non eſt* SVAVIS DOMINVS, *quando panem Angelorum manducauit homo?*

Pſalm. 134. 3.
S. Auguſt.

Ex venerabili ſacramento diſcimus quã Deus laudãdus.
B Laur. Iuſt.
Schola diuinarum laudum ſacra Euchariſtia.
Anon.

998. Vt nullius diuinæ laudis magiſter ſit, optimus eſt & opportunus Euchariſtiæ ſacramentum, hoc diſcere poſſumus, qui Deum & amare poſſimus, & laudare. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 19. in calce: *Per illud venerabile myſterium tradis te ipſum fidelibus tuis, quatenus diſcant ex ipſius* SVAVITATE *amare te, tenere te, cognoſcere te, laudare te*; bona hæc diuinæ laudis *ſchola eſt*, quam qui ritè frequentat, Dei ſui efferendi modum citò, ac facilè diſcit; vt ille aiebat.

Euchariſtia laudes vt recenſita.
B Laur. Iuſt.

Euchariſtiam laudibus efferebat, laudibus quoque efferendam ab aliis doceret Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24 in hæc verba: *O memorabile* SACRIFICIVM *! ô ſacrificium ſingulare! ô hoſtia acceptabilis Deo Patri, panis vitæ, pabulum ſuaue, refectio iucunda, ſaginate vitale, immaculate agne, melliſluum manna, quis dignè poteſt te ſumere, ſufficienter laudare, ad plenum intelligere, ſincero affectu venerari; ex totis deſideriorum ſuorum præcordijs tenere? Defecit cor meum cogitando de te, non valet lingua mea loqui de te, nec quantum cupio, ſufficio magnificare te; da mihi Domine eruditum ſenſum, linguam magniloquam ad tui ſacramenti promenda magnalia. Non enim quanta ſint, humanus valet explicare ſenſus, neque Angelicus intellectus. Solus ille nouit iſta, qui ſolus voluit, & potuit facere tanta, ac talia. Non tamen ab eius debet laude ceſſare etiam peccator, quamuis impar etiam iuſtiſſimi ſit omnis illius laudatio*; maior omni laude ſit hoc ſacramentum; ſed hoc vehementius in eius laudem, Deique ſub illo latentis ferri debemus quo magis laudem omnem excedit, omnem encomiorum legem ſuperat, & tantum ſacramentum & ille, qui ſub tanto ſacramento deliteſcit.

Hoc maximè titulo Chriſtus laudandus quod auguſtiſſimam Euchariſtiã inſtituit.
Gen 49.
Laudis nexus cum Euchariſtia.

999. Vt omnis alius Chriſti noſtri efferendi titulus abeſſet, hic ſolus ſatis erat, vt toti in eius laudem curreremus, quòd ſe nobis in eſu euchariſtico cibo exhibuerit; hinc Gen. 49. dicturus Iacob de Iuda: *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*; quæ verba de Euchariſtia aliqui interpretantur, præmiſit: *Iuda, te laudabunt fratres tui*; omnium filiorum benedictionem recenſens Iacob, vnum Iudam à fratribus laudandum prædicit; vt in myſterio cognoſceremus Chriſtum omnium ſuorum fratrum, nam fratres ſuos fideles appellat, laudem emereri, quia Euchariſtiam nobis menſam parauit. Dauid quoque Eccleſiam ad Dei laudes inhortans Pſalm. 147. ait: *Lauda Ieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion*; quam ob cauſam? quid vrget ad laudem? Euchariſticus cibus; addit ſtatim *Quoniã confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te: Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te*; quæ poſtrema verba de euchariſtico epulo ſolent accipi, quod ad Dei laudem homines allicit, ac trahit; laudemus Deum non ore dumtaxat, ſed & vita, vitæ ſanctitate, ſanctitatis auctor efferendus; interim in debitæ laudis tributum accipiat ipſe Euchariſtiam ipſam, quam vt laudaretur, vt amaretur, inſtituit. Nos quia hic ſumus, alia promiſcuè

Pſalm. 147.

miſcuè de Dei laudibus afferamus, quæ ad hoc munus inuitare lectorem poſſint.

Laudatio, manducatio quædam, quæ dulciorem Deum laudatori facit. S. Auguſt. Pſalm. 99.

Dulcis Dei laudatio laudatori eſt, & eò dulcior ille fit qui laudatur, quo purioris laudationis ſinu excipitur; laudatio mãducatio quædã eſt, quæ laudatum ſapidiorem reddit, quò meliùs laudatione quodammodo teritur & ore, cordéque in modum cibi verſatur. Pulchrè Beatus Auguſtinus in Pſalm. 99. ad illud, *Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus*; addit enim: *Nolite putare, quia deficietis in laudando.* LAVDATIO VESTRA QVASI MANDVCATIO ERIT, *quantum laudatis, tantum vires acquiritis, & tantum dulceſcit, quem laudabis.*

Medullaris laus, medullatum laudis incenſum. B. Laur. Iuſt.

Medullaris laus quænam ſit, & à quo fonte prodeat, indicat Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 16. vbi ait: MEDVLLARIS LAVDIS *indefeſſa delectatio de ſola prouenit cognitione conditoris*; lib. de interiori conflictu cap. 7. medullatum laudis incenſum vocat: *Amoris concremata incendio, & deuotionis nectare ſaginata* MEDVLLATVM LAVDIS EXOLVIT INCENSVM, *ſicut Deo acceptum, ſic ſibi valde ſalutificum.*

Terra Deum benedicit, quia ad Dei laudem hominem inuitat. S. Auguſt.

Terra quoque licèt inanimis benedicere Deum dicitur, quia nempe aſpicientes ad creatoris laudem prouocat, licet taceat; ſanctus Auguſtinus lib. qq. ex veteri Teſtamento q. 38. *Si equus*, inquit, *& mulus non habent intellectum, quanto magis terra eſt ſine ſenſu? Quid ergo eſt, vt dicatur terra benedicere Dominum? Non eſt ſic intelligendum, vt ſonant verba: opus eſt enim, quòd licèt mutum ſit, clamare dicitur laudem Creatoris: hortatur enim aſpicientes ſe, benedicere opificem. Quippè cùm legatur in Pſalmis, Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? in omni ergo inſenſata ſubſtantia, non voluntas, quæ vtique nulla eſt, ſed opera benedicunt Authorem.*

1000. *Inhauſtibiles laudes quæ.* B. Laur. Iuſt.

Quænam ſint *inhauſtibiles laudes*, vt hoc quoque adiiciam, & à quibus ſoluantur, diſce ex his verbis, quæ habet Beatus Laurentius Iuſtinianus procemio in libellum, qui dicitur *faſciculus amoris*, ait enim: *De ipſo ſiquidem fontis puro meatu, qui ſupernæ Hieruſalem effecti ſunt ciues, inebriantur ab vbertate illius, & torrente voluptatis eius potantur ad ſatietatem, pacem, ſempiternamque lætitiam; vnde charitate feruidi, ac iubilatione perfuſi* INHAVSTIBILES DEO PERSOLVVNT LAVDES, *& gratiarum interminabiles actiones.*

Quã labia vota diſtinguunt. Pſalm. 94. S. Auguſt.

Quã labia vota diſtinguant, quæ Deo reddantur, explicat Beatus Auguſtinus in Pſalm. 94. exponens illa verba: *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea*; Pſalm. 65. *Quomodo*, inquit, *diſtinguis vota, quæ reddis Deo? vt illum laudes, te accuſes*; laude digna laus iſta eſt, & ab accuſatione immunis iſta accuſatio.

Agere laudes dicebant, vt agere gratias. S. Anſelm.

Quia de laudibus agimus, obſeruo ab aliquibus dictum, laudes agere, vt dicitur agere gratias; ſanctus Anſelmus in alloquiis cœleſtibus num. 35. ita loquitur, Deum alloquens: *Tibi ago laudes, & gratias Deus meus, miſericordia mea*; & paulo pòſt: *Tibi* AGO LAVDES, *& gratias, qui me ab ipſis rudimentis infantiæ, vſque ad hanc horam per multa defluentem peccata immenſæ bonitatis tuæ patientia ad emendationem expectas.*

1001. *A Dei laudibus celebrandis non facilè ceſſemus.* S. Auguſt.

A Dei efferendi officio ne facilè aberremus, ita monebat ſanctus Auguſtinus ſerm. 8. de verbis Domini: *A* LAVDE DOMINI *nec vnguem moue, ne dum pedem. Si enim volueris ab hac via deuiare, & pro Domino te laudare, non exis ſalutem ob inimicis*; hócque diligentiùs in Dei laudibus concinendis toti eſſe debemus, quò res in profectum noſtrum reſidit; vult enim Deus laudari à nobis, vt nos eius laudibus laudabiliores euadamus, non vt noſtris ille laudibus euehatur, cùm altiùs euehi non poſſit, quàm ſublimis eſt; eiuſdem ſancti Patris hæc ſunt verba in Pſalm. 102. LAVDARI *ſe vult Deus, & hoc vt tu proficias, non vt ille ſublimetur*; ſublimari ille nequit, qui ſine termino ſublimis eſt, proficere nos poſſumus, & debemus, & profectûs occaſio, quin etiam cauſa laus diuina eſt.

Laudari vult Deus, vt nos proficiamus, non vt ille ſublimetur. S. Auguſt.

Tantùm qui laudis ſacrificium Deo vult exhibere, obſequium ſuum peccatorum ſordibus non polluat; ineptus diuinis laudibus concinendis eſt qui ſcelerum mole premitur; hinc Regius Pſaltes omnes creaturas ad Dei laudes inuitans Pſal. 148. ſolum peccatorem præterit, quia ineptus huic muneri omnino eſt; id quod pendebat Beatus Ioannes Chryſoſtomus orat. cùm eſſet Preſbyter ordinatus, vbi obſeruat dracones, beſtias, pecora inuitari à Propheta ad diuinas laudes cantandas, non tamen peccatorem onere grauatum, eius verba hic implanto, & rem obſigno: *Nuncubi vides peccatorem? Age in terram nec hic rurſus videbis peccatorem. Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyſſi, beſtiæ, & omnia pecora, ſerpentes, volucres pennatæ, ſcorpij, ſerpentes, & dracones inuitantes ad laudandum eum, à quo conditi ſunt* SOLVS PECCATOR *ab hac ſacra chorea ſubmotus eſt; mala beſtia eſt peccatum.* Exuatiat peccatum, peccatum euomet, qui Deo laudes laudabiliter exhibere ſtudet.

Peccator diuinis laudibus concinendis ineptior quàm dracones, quàm ſcorpij ſit. Pſalm. 148. S. Io. Chryſ.

EXCVRSVS LXV.

Euchariſtiæ lætitiæ panis, vinum lætitiæ.

Fons vitæ *Deus dicitur, quia lætitiæ veræ vera cauſa.*

Mentem alienat gaudium, *quo Chriſti ſui præſentia homines perfunduntur.*

Animæ lætitia *quæ Euchariſtiam excipit.*

Præcipuus Euchariſtiæ effectus lætitiam *excitare.*

Pauperum corda viuere *dicuntur, quia maximo gaudio replentur in euchariſtica menſa.*

Lætitiæ, *&* Euchariſtiæ *nexus.*

Euchariſticus potus cor bonorum lætificat.

Euchariſtica menſa deliciæ inexplicabiles *ineffabile* gaudium, *quo mens communicantis afficitur.*

Sponſæ lætitia, *quæ ſponſo vnitur in Euchariſtia.*

Panis lætitiæ *beneficentia.*

Lætitiæ panis *Euchariſtia, & gaudij vinum.*

Fons vitæ dicitur Deus, quia ſolus veræ lætitiæ cauſa, ſolus recreare mentem poteſt, & vero gaudio animam perfundere. Pſalm. 35. 9. *Apud te fons vitæ*; id eſt, lætitiæ, hilaritatis; præclarè noſter Agellius hîc: *Poteſt ille quoque ſenſus his verbis accommodari. Nam quia vita nonnunquam in Scripturis ſacris ſalutem, & lætum, ac iucundum animi, & corporis habitum ſignificare ſolet*, FONTEM VITÆ APPELLAT DEVM TANQVAM SALVTIS ET HILARITATIS AVCTOREM, *qui* 1002.

Fons vitæ Deus dicitur, quia lætitiæ veræ vera cauſa. Pſalm 35. 9. Ageli.

qui eius animum, quem ſuo vultu, atque reſpectu dignatur, verè lætum, & hilarum reddit, vt Pſalmo 4. dictum eſt: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo, à quo ſenſu ſequentia verba minimè diſſentiunt (& in lumine tuo videbimus lumen) te lumen oculorum tuorum in nos conijciente, & benignè reſpiciente, videmus lumen, hoc eſt, viuimus, & lætè viuimus. Vnde etiam in Prouerbijs cap. 16. cùm in Hebræo ſit, in lumine vultus Regis, vita, & clementia eius quaſi imber ſerotinus, B. Hieronymus lumen vertit hilaritatem. In hilaritate, inquit, vultus Regis, vita. Vt enim recreat animum intuentium Regis hilaritas, ita fons ille diuinæ gratiæ æſtuantes, ac deficientes animas reuiuiſcere facit.

Vita de lætitia.

Chriſti præſentia qoanto gaudio mens perfundatur explicari non poteſt; tanta eſt, vt mentem quodammodo alienet, & hominem extra hominem rapiat, qui dilecti ſui adſpectu beatur; huc vocat ſanctus Auguſtinus, quod dictum Apoſtolis legitur Act. 1. 11. *Viri Galilæi, quid aſpicitis in cælum? Hic eſt Ieſus*, ſic enim ille hæc verba legit, & addit: *Quaſi illi non ſcirent, quia ipſi eſſet Ieſus. Ante ſe paulo antè eum non viderant, ſecum loquentem non audierant? Nempe non ſolùm ſpeciem viderunt præſentis, ſed & membra contrectauerũt. Ipſi ergo neſciebant quòd ipſe eſſet Ieſus? Sed admiratione ipſa præ* GAVDIO IVBILATIONIS, TANQVAM MENTE ALIENATIS, *loquuntur Angeli, ipſe eſt Ieſus, quaſi dicerent, Si creditis illi, quo crucifixo mutauerunt vobis pedes, quo occiſo, & ſepulto, ſpem vobis perdidiſſe putabitis, ecce ipſe eſt Ieſus. Aſcendit ante vos, ſic veniet quemadmodum eum videtis euntem in cælum. Tollitur quidem corpus ab oculis veſtris, ſed non ſeparatur Deus à cordibus veſtris. Videte aſcendentem, credite in abſentem, ſperate venientem, ſed tamen per miſericordiam occultam etiam ſentite præſentem. Ille enim qui aſcendit in cælum, vt tolleretur ab oculis veſtris, promiſit vobis, dicens, Ecce ego vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi.*

Mentem alienat gaudium, quo Chriſti ſui præſentia homines perfunduntur.
Act. 1. 11.
S. Auguſt.

1003. Cur non lætetur anima, quæ ſponſi ſui præſentia fruitur in euchariſtico cibo? Lætitia delibutus Ioannes in matris ſuæ vtero exiliuit, propior ſponſo ſponſa eſt, quæ in corde ſponſum excipit; hîc optimè cadunt Beati Laurentij Iuſtiniani verba de caſto connubio cap. 22. *Quomodo non* EXVLTET ANIMA, *quæ ſe ſentit dignam effectam Verbi præſentia? ſi præcurſor in vtero poſitus exultauit ad aduentum Verbi, quare non magis ſponſa in amplexibus ſponſi? Non ad inſipientiam ſibi exultat ſponſa in cordis thalamo ſponſum adeſſe cognoſcat.* Et cur oon gaudio perfundatur, quæ illum tenet, qui gaudij fons, & origo.

Anima lætitia quæ Euchariſtiam excipit.
B. Laur. Iuſt.

Inter præcipuos huius Sacramenti effectos, hic eſt, vt in illorum cordibus lætitiam creſcit à quibus excipitur; vetus ille: *Effectus huius ſacramenti eſt* DELECTATIO *ſpiritualis, excitat enim ad lætitiam ſpiritus*; verè hoc vinum cor hominis lætificat.

Præcipuum Euchariſtiæ eſſe tus lætitiam excitare.
Bal. Cord.

Vero perfunditur gaudio meos, quæ euchariſtico pane nutritur, hinc illud Prophetæ Regij Pſalm. 21. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* Diuites licèt edant, at non ſaturantur, nec Deum laudant, pauperum hoc eſt; ſed quid addit præterea? *Viuent corda eorum in ſæculum ſæculi*; viuere hic lætitiam ſonat, lætitiam continet, & gaudium; præclarè noſter Agellius in huius Pſalmi commentario: *Hic de myſteriorum ſumptione loquitur; deinde quid ea myſteria dignè ſumentibus præſtent, exponit. (Viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.) Ille namque panis vita eſt, quem niſi manducauerimus, non habebimus in nobis vitam, vt ipſe idem Saluator noſter aſſerit. Quod non ſolùm de æterna vita rectè intelligi poteſt, verum etiam de* LÆTITIA QVADAM, *& gaudio, quo tanti ſacramenti perceptio animum replet. Sic namque ſæpè in Scripturis inuenimus, vitam nuncupari hilaritatem quandam, atque animi lætitiam. Viuificantur namque quodammodo mœſta corda, atque reuiuiſcunt, cùm hoc ſacramento ſumpto, tanti beneficij tantæque caritatis recordantur, quâ pro nobis redimendis animam ſuam ille verus paſtor impendit. Edent autem pauperes mei ſimiles; nam pauperem ſe antè vocauit, meæ humilitatis, & manſuetudinis exemplum ſequentes, qui humiliarim ipſe me, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Edent, & ſaturabuntur, maxima lætitia tanquam ſagina repleti.*

Pauperum corda viuere dicuntur, quia maximo gaudio replentur in euchariſtica menſa.
Pſalm. 21.
Agell.

Lætitia tunc maximè, ac ferè ab eo tantum tempore ſubire cor noſtrum potuit, cùm euchariſticis epulis fruimur, Dauidis hæc ſunt verba Pſal. 4. *Dediſti lætitiam in corde meo*; nam ea, quæ extra ent, vera lætitia non eſt, ſed quâ, & quando? ſubdit: *A fructu frumenti, vini, & olei?* tectus nexus, nec myſterio viduus, vt hinc colligerenus ab euchariſtici frumenti eſu, euchariſticique vini potu veram, legitimámque manare lætitiam. Pulchrè auctor ille, cuius nomen oobis excidit: *Data eſt* LÆTITIA *in corde noſtro ab illo tempore, quo accepimus frumentum in corpore, vinum in ſanguine, oleum in Chriſmate.* 1004.

Lætitiæ, & Euchariſtiæ nexus.
Pſalm 4.
Anon.

Cohæret cum euchariſtico vino cordis, animíque lætitia, vt illius particeps ſit particeps iſtius; hinc illud Zach. 10. 7. *Lætabitur cor eorum quaſi à vino*; nimirum euchariſtico. Beatus Thomas opuſc. 58. cap. 32. ad hæc verba ait: *Vinum eſt ſanguis vuæ, & ſignificat ſanguinem Chriſti, quem ſumimus in altari; iſte potus cor bonorum* LÆTIFICAT, *quia conferendo ſolatium ſpiritualis lætitiæ ſanat à triſtitia culpæ*; quæ lætitiam omnem inficit, omne gaudium tollit.

Euchariſticus potus cor bonorum lætificat.
Zach. 10. 7.
S. Thom.

Maiores huius menſæ delitiæ ſunt, quàm vt explicari poſſint; maius gaudium eſt, lætitia maior, quàm vt exprimi verbis poſſit; iure extra ſe quodammodo raptus inclamat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 19. *Cuius vel ferreum pectus, aut adamantina mens non* LIQVESCAT *præ deuotione, cùm Deum ſibi, & ſe Deo ſenſerit corporaliter vnitum? Non capit cor, lingua deficit, humanúſque ſopitur ſenſus ad inueſtigandum tanti arcana myſterij. O quanta ibi delitiæ, quantus odor, qualia verba, quàm vehemens amor, quàm caſti amplexus guſtantur? quis propalare valeat? Nil tunc ibi niſi dulciſona interioris hominis cantica, clamores deſideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectionum gemitus reſonant in laude dilecti. Pia etenim mens tanti ſponſi lætificata præſentia, venerando hoc mediante ſacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace ſatiatur, roboratur fide, deuotione ſaginatur, atque indiſſolubili amoris vinculo Redemptori interiùs copulatur. Ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, ſolicitior in virtute, in adminiſtratione alacrior, nec non & in ipſius frequentatione efficitur ardentior.*

Euchariſtica menſa delitiæ inexplicabiles ineffabile gaudium, quo mens communicantis afficitur.
B. Laur. Iuſt.

Proh! quanto gaudio anima perfunditur, quæ ſub Euchariſtiæ epulis ſponſo iungitur, nec iungitur tantùm, ſed & in illum immigrat, in illũ transformatur; ſponſa illa oſculum ſponſi poſtulans, ſalutationis omiſſo obſequio erupit in illas voces: *Oſculetur me oſculo oris ſui!* Cantic. 1. Cur ſponſum priùs non ſalutas ô beata? An præſentiæ illius gaudio correpta extra te, & ſolius ſponſi deſiderio 1005.

Sponſa lætitia quâ ſponſo vnitur in Euchariſtia.
Cant. 1.

capta illorum obſequiorum obliuiſceris, quæ in vſu potius in aulis, quàm in cœleſtis ſponſi palatiis? tam magnum illud gaudium eſt, quod ſentiunt puræ animæ, vt in ſponſum ſtatim ferantur obſequiorum oblitæ? Cadit hîc optimè, quod habet Beatus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 1. ad

S. Ambr.

producta ſponſæ verba: *Conſtitue*, inquit, *virginem ad improuiſum ſponſi aduentum* GAVDIO TVRBATAM, *non quærere primordia ſalutationis, non verborum vices, ſed ſtatim quod deſideraſſet exigere. Ita ergo & ſancta Eccleſia, quæ in primordijs mundi deſponſata in paradiſo, præfigurata in diluuio, impatiens moræ in oſcula iuit, dicens: Oſculetur me ab oſculis oris ſui*; hæc ille. Per hæc capita oſcula nobiles aliqui interpretes Euchariſtiæ ſacramentum, quo animæ ſe ſponſus oſculandum offert, intelligunt; ergo ſi à longè ſpectans anima has animarum delitias, quas ſponſus ſui præſentia ſponſæ ſuæ exbibet, tanto gaudio repleta fuit, vt extra ſe rapta ſalutationem omiſerit; quid erit cùm ſponſa præſenti ſponſo vnitur, & ab illius ore ſub Euchariſtiæ velamine dulciſſima oſcula carpit? Quis hæc gaudia explicare queat, cùm nec ipſa poſſit, quæ illis capitur.

Panis lætitiæ beneficentia.
S Greg Nyſſ.
Lætitiæ panis Euchariſtia, & gaudij vinum.
Eccle. 9. 7.
Anon.

Beneficentia lætitiæ parens dicta reperimus; Beati Gregorij Nyſſeni hæc ſunt verba hom. 10. in Cant. Cantic. *Panis* LÆTITIÆ *eſt beneficentia, conditus melle præcepti*; iuſtiùs hunc titulum meretur euchariſticus panis, qui illum continet, qui veræ, totiúſque lætitiæ fons eſt; panis lætitiæ eſt, quia cum lætitia editur, Eccleſ. 9. 7. *Vade, comede cum lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum*; de euchariſtico pane, de euchariſtico vino aliqui non ignobiles interpretes hæc Salomonis accipiunt verba; ad quæ ita quidam auctor; *cum* LÆTITIA *comedendus euchariſticus panis, qui lætitiæ panis eſt*, cum gaudio bibendum *euchariſticum vinum*, quod gignit, triſtitiam abigit. Proh! quàm beata pectora puro hoc gaudio perfuſa hac lætitia, quæ ab euchariſticis deliciis eò maior oritur, quò purior eſt ille, qui ad illas pergit; in huius lætitiæ comparatione terrena lætitia triſtitia eſt, & temporale gaudium mœror eſt. Lætitiam mentibus affert Chriſtus ſub Euchariſtia deliteſcens, & lætitia ſingulari etiam ipſe perfunditur, dum ſe puræ animæ exhibet, gaudium noſtrum gaudium Chriſto affert, vt delicias noſtras ille exiſtimet ſuas.

EXCVRSVS LXVI.

Vera lux, verus animæ Sol euchariſticus cibus.

Sol *corporeus ea, quæ ſub ſenſum cadunt, illuſtrat*, Deus *animam lumine perfundit.*
Speculum mundum *anima referat, quæ Solis diuini imaginem in ſe vult repræſentare.*
Diuinus Sol *ſpectandus, vt Deum etiam in alijs rebus videamus.*
Sol *Chriſtus cuius lumen Sanctorum ſtellis ſupereminet.*
Sole *ſplendidior Chriſti facies.*
Lumen *verum Chriſti humanitas.*
Et panis *nobis Chriſtus, &* lux.
Manducando, & bibendo Chriſtum, illuminamur.
Lux *ex* euchariſtico *pane.*
Claritas *ſingularis ex pyxide* refulgens.
Candor lucis *æternæ ſacra Euchariſtia.*
In Euchariſtiæ ſacramento nos Chriſtus tanquam Sol *illuminat.*
Vini potus tenebras *offundit, euchariſticum vinum* lumen *inuehit.*
In Eccleſiæ cœlo Euchariſtia luminare.
Lumen *à Chriſti ſanguine.*
Solis *Euchariſtici influxus quàm nobis ſalutaris.*
Lux *Euchariſtia iuſtis ſata.*
Lætitia *de Euchariſtia.*
Euchariſtici Solis *lucem ferre non potuit Iudas.*
Mentis oculos *aperit euchariſticus cibus.*
Euchariſtico Sole *adueniente mundanus Sol deficit.*
Agni cauſa vt Solis *deliquium accidiſſe cur dictum.*
Solem *aduehit euchariſticus agnus.*
Lux *cum Euchariſtia vt cohæreat.*
Scintillæ *ex aliquorum corpore prodeuntes.*
Amoris flammæ *ex euchariſtico corpore.*
Euchariſticus Sol *ægris oculis diſplicet.*

SOl, qui animam lumine perfundit, Deus eſt; 1006.
corporea corporeus Sol illuſtrat, incorporea incorporeus. Pulchrè Beatus Gregorius Nazianzenus orat. 21. *Quod rebus in ſenſus cadentibus eſt* SOL, *hoc ijs, quæ animo, & ratione intelliguntur, eſt Deus; ille enim mundum hunc aſpectabilem colluſtrat, hic inuiſibilem; ille corporis oculos ita afficit, vt* LVMEN *ipſum intueri poſſint, hic mentes diuinas reddit*; felix anima, quæ inuiſibili huius Solis lumine perfunditur, & diuina redditur, quia Solis diuini radiis illuſtratur.

Sol corporeus ea, quæ ſub ſenſum cadũt illuſtrat, Deus animam lumine perfundit.
S. Greg. Naz.

Anima, qui diuini huius Solis imaginem in ſe referre cupit, ſpeculum puritate, & munditia referat. nam, vt ait Bloſius in inſtitutione ſpirituali cap. 5. n. 4. *Sicut* SOL VISIBILIS *lumen ſuum in clarum ſpeculum ſibi ex diametro obiectum neceſſariò effundit, atque in eo figuram ſuam efformat; ita anima munda, & ab impedimentis libera, clariſſimis inuiſibilis Solis radijs illuſtratur, & in ea ipſius Solis diuini imago excellenter relucet.*

Speculum mundum animæ referat, quæ Solis diuini imaginẽ in ſe vult repræſentare.
Bloſ.

Figendus in hunc ſolem mentis oculus, adeò vt in externarum rerum tractationibus à nobis penitus non ſubducatur; etiam qui corporeum hunc ſolem aſpexerint, in aliis quæ præter illum, & poſt illum vident, quandam Solis ſpeciem videre ſibi videntur; cur non idem in ſpiritali ſpiritalis Solis viſione fiat? Pulchrè Bloſius in inſtitutione ſpirituali cap. 1. num. 5. *Neque frequentia hominum, neque occupationes externæ eis præſentiam Dei præripiunt, quia ipſi in omni multiplicitate vnitatem ſpiritus ſeruare norunt, ſtabili, eſſentialique introuerſione donati. Ex omnibus, quæ viſu, vel auditu percipiunt, celerrimè in Deum diriguntur, & cuncta eos quodammodo vertuntur in Deum (ſi ita loqui fas eſt) cùm in omnibus nihil intentione, & amore proſequantur niſi Deum: quemadmodum experientia quotidiana diſcimus eos, qui aliquando in*

Diuinus Sol ſpectandus, vt Deum etiam in alijs rebus videamus.
Idem.

SOLIS

SOLIS SPHÆRAM *obtutus defixerunt, in omnibus, quæ deinde adſpiciunt, quandam Solis ſpeciem videre.* Felices qui vbique Deum ſuum vident, vbique præſentem intuentur, quem amant, quandam vitæ cœleſtis imaginem referentes, cuius talis vita prælibatio quædam eſt.

1007. *Sol Chriſtus, cuius lumen Sanctorum ſtellis ſupereminet.* B.Laur.Iuſt.

Sol Chriſtus fuit, cuius ſplendore ita obtundũtur ſtellarum, hoc eſt, Sanctorum virtutes, vt vix appareant, aut ne vix quidem; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 12. *Tempore labente curriculo, & generationibus ſibi inuicem ſuccedentibus nunquam in Eccleſia firmamento ſtellarum defluit claritas, quæ ſæculi huius non fulgeret in tenebris. Splendorem quippè in ſuis debere cuſtodys, & luxerunt illi cum iucunditate, qui fecit eos, atque gratia ſua candorem virtutum miniſterio ſedentibus in opaca vitiorum regione oſtendere curauerunt. Nam quidem priuata laude contempta, tota animi intentione conditoris laudem quæſiuerunt. Lumine quippè ſuo vtrumque fulgentes futurum veri Solis aduentum hominibus præmonſtrabant; quot virtutibus inſignitæ erant, tot ſpiritualis lucis fulgoribus rutilabant. In ipſis enim tanquam in mundo ſpeculo illius lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, ſplendor diuinæ maieſtatis, & imago bonitatis illius. Quandiu verò lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, venire diſtulit, delectabilis, & clara videbatur ſtellarum lux. At vbi lux ipſa mundi placidiſſimo ortu ſuo diuinitatis radios diffudit in orbem, ſtellarum ſplendor palleſcere inchoauit. Hinc præcedentium Patrum Eccleſia in Canticis Canticorum, ait: Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol. Peramplius namque & perfectius virtutes, quæ fuerunt in Patribus, emicuerunt in Domino, qui legalem iuſtitiam Euangelica perfectione compleuit. Quemadmodum igitur* SOLIS CLARITAS *ſtellarum ſplendorem excedit, ita Sanctorum omnium Redemptoris gratia ſupereminet ſanctitati.*

Sole ſplendidior Chriſti facies Petr. Bleſ.

Thronum Chriſti Soli comparatum legimus, cur non maiori lumine diues, qui throno inſidet, atque adeò etiam ſole ipſo ſplendidior. Benè Petrus Bleſenſis tract. de transfigurat. Domini: *Si enim thronus Chriſti Soli comparatur, ſicut loquitur Pater per Prophetam, & thronus eius ſicut* SOL *in conſpectu meo: quanto ſplendidior erit ſole facies ſedentis in throno?*

1008. *Lumen verũ Chriſti humanitas.* B.Laur.Iuſt.

Lumen, illúdque verum Chriſti humanitas eſt, hæc eſt candelabrum aureum omnibus qui in domo Eccleſiæ ſunt lucem exhibens; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba in faſciculo amoris cap. 1. *Hæc naſcentis Eccleſiæ initia, in qua Verbi humanitas agnoſcitur, colitur, adoratur. Tanquam candelabrum aureum ardens, & lucens, in ipſius medio poſita eſt, vt qui ingrediuntur, lumen videant; non tamen qualecumque lumen, ſed verum, æternúmque. In hoc etenim* LVMINE *habitantis in carne paternæ gloriæ, agnoſcimus lumen, & per illud diuinæ efficimur conſortes naturæ. Dei nuncupamur filij, & in Angelorum conſortium transmutamur.*

Et panis nobis Chriſtus, & lux. S.Anſelm.

Et panis nobis Chriſtus eſt, quo nutrimur, & lux, qua illuminamur; ſanctus Anſelmus inſignes quoſdam titulos afferens, quibus inſignitus eſt Chriſtus, ita loquitur in alloquiis cœleſtibus num. 12. *Tu es Deus meus viuus, Chriſtus meus ſanctus, Dominus meus pius, Rex meus magnus, Paſtor meus bonus, magiſter meus verax, adiutor meus opportunus, dilectus meus pulcherrimus,* PANIS MEVS *viuus, Sacerdos meus in æternum, dux meus ad patriam,* LVX *mea vera, dulcedo mea ſancta, vita mea recta, ſapientia mea præclara, ſimplicitas pura, concordia mea pacifica, cuſtodia mea tuta, portio mea bona, ſalus mea ſempiterna, miſericordia mea magna, patientia mea robuſtiſſima, victima mea immaculata, redemptio mea ſancta, ſpes mea firma, caritas mea perfecta, reſurrectio mea ſancta, vita mea æterna, exultatio, & vita mea beatiſſima ſine fine manſura;* lux vbique Chriſtus, ſed maximè ſub euchariſtica nube.

Manducando & bibendo Chriſtum illuminamur. S.Aug.

Vera lux ab euchariſtica menſa eſt, ſupera luce perfunditur, qui hoc cibo ſaginatur, nam & ab hac cauſa *lux* à Beato Chryſoſtomo dicitur; *Hebræi*, inquit ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 33. *De crucifixo tenebrati ſunt, nos manducando crucifixum, & bibendo* ILLVMINAMVR; Hugo Pratenſis in Domin. Reſurrect. *Habet corpus Chriſti mentem illuminare, quia eſt lux.* Thaulerus ſerm. 1. in feſto venerabilis Sacramenti: *Sacramentum iſtud omnem cordis cæcitatem eliminat, homini ſui ipſius confert notitiam;* ſicut ſcriptum eſt: *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus;* & ſanctus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina, & perfectione monaſticæ conuerſationis cap. 19. *Fit ex ipſa ſumptione virtutum roboratio, intellectus* ILLVMINATIO, *& omnium bonorum participatio.* Elizabetha Schonaugenſis lib. 1. viarum Dei: *Factum eſt in vno dierum, vt veniret quidam ex fratribus ferens in pyxide diuinum ſacramentum Dominici corporis, cúmque ſtaremus in circuitu eius ego, & quædam ſorores loquentes de eo, ecce cor meum liquefactum eſt, & penè factum in ecſtaſi, & ecce* CLARITAS MAGNA *refulſit in pyxide, & introſpexi, cùm tamen adhuc eſſet clauſa.* Honorius Tertius lib. 3. Decretal. cap. ſanè, candorem lucis æternæ hoc ſacramentum vocat: *Hoſtiam in decenti habitu ſuperpoſito mundo velamine ad infirmos ferat, & referat manifeſtè, ac honorificè ante pectus cum omni reuerentia, ac timore ſemper* LVMINE *præcedente cùm ſit candor lucis æternæ.*

Eccleſ. 15.

Lux ex eucharistico; ane. B.Laur.Iuſt.

Claritas ſingularis, ex pyxide refulgens.

Candor lucis æternæ ſacra Eucariſtia. Honor. III.

1009. *In Euchariſtia ſacramẽto nos Chriſtus tanquam Sol illuminat.* S.Anſelm.

Tanquam Sol ſub euchariſtico ſacramento fidelium animas ſupero lumine perfundit Chriſtus, ſanctus Anſelmus in cœleſtibus alloquiis num. 43 *Venit velut* MVNOISSIMVS SOL *vſque ad ipſum miſerum peccatorem, & ipſa ſua carne, & ſuo ſanguine cibauit.*

Vini potus tenebras offundit, euchariſticum vitæ lumen innuebit Clem. Alex.

Vini potus non ſemel offundit menti tenebras, offundit & carnis vſus, qui corpus nutrit, ſi nimius ille, nimius iſte; vnus Clemens Alexandrinus 2. pædag. cap. 1. *Bonum eſſe nec carnem comedere,* hæc Clementis ſunt verba, *nec vinum bibere, & ipſe* (Apoſtolus) *fatetur, & Pythagorici, hoc enim eſt potiùs ferarum, & quæ ex eis aſcendit exhalatio, cùm ſit craſſior, & turbidior offundi animæ* TENFBRAS; non ſecus ac Solis aſpectum nobis exhalationes illæ eripiunt, quæ à terra ſurſum eleuantur, & euadunt nubes, euchariſticus cibus, euchariſticus potus tantum abeſt, vt mentem tenebris inuoluat, vt lumine perfundat.

In Eccleſia cœlo Euchariſtia luminaria.

Cùm mundum Deus condidit, luminaria in cœlo poſuit; ne omnia tenebris ſqualerent; nunquid Eccleſiam ſuam fideles ſuos Dei ſapientia, quæ carnem noſtram incluſerat, luminaribus viduos reliquiſſet? non reliquit, vt luminaria non creauerit, ipſemet Chriſtus luminare eſt, & præſertim in Euchariſtiæ ſacramento, quid quòd in cœnaculo quoque luminaria condidit, cùm charitatis, & amoris præceptum dedit? Huc ſpectabat Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 1. *Ante redemptionis tempora diabolus in cordibus mortalium cupiditatis, ac voluptatis deſideria ſparſerat, atque interiores eorum* CALIGAVERVNT *obtutus, ne quod amiſerant naturæ bonorum agnoſcerent diligenter, recuperarent; in ortu verò Luciferi,*

B.Laur.Iuſt.

& in æterni coruſcatione luminis huiuſcemodi diſſipatæ ſunt TENEBRÆ. *Aperuit in cœnaculo poſita, atque in ſinorum Dei ſapientia conuenta diſcipulorum conſtitatæ ot ſuum, indéque dilectionis præcepta, tanquam diuinitatis* LVMINARIA *& amoris emiſit iacula, quatenus vniuerſam illuſtraret Eccleſiam, eámque ſaluberrimo transfigeret vulnere charitatis.*

1010. *Lumen à Chriſti ſanguine.* Anon.

Lumen à Chriſti ſanguine emitti qua vel cæci donentur luce, ſic Anonymus quidam auctor probabat tract. de præparat. Miſſæ cap. 6. quem ſuperiùs etiam non ſemel produximus: *Miranda eſt virtus, ſanguinis eſt columbini, qui, vt aiunt, hyrundineo ſtercore cæcatos oculos illuſtrat; mirabilior tamen eſt ſanguis tuus Domine Ieſu, qui mentes, & corpora illuſtrat. Adducatur in medium Longinus, ille lanceator paganus pòſt Chriſtianus, Cyriacus Epiſcopus, & Martyr Chriſtianus, & idoneus teſtis, qui tuo ſanguine mente, & corpore* ILLVSTRATVS FVIT.

Solis eucharistici influxus quàm noba ſalutaris. Ph. Di. eõc. 1. in feſt. corp. Chriſt.

Verè ſolem refert eucharisticus iſte cibus, vt enim Solis influxu, ſicut & aquæ arbores adoleſcunt, quæ radices egerint, & ſole ſiccantur, quæ radices minimè habuerint, ita eucharistico ſacramento creſcunt in bono, qui in bono radices habent, exſiccantur qui non habent; nobis ille auctor accinebat: *Sicut* SOL, *aqua, & ventus germinare, & creſcere plantas faciunt: ſi tamen in terra ſiat radicatæ, ſia minus ab eiuſdemmet cauſis, & influentijs cuius exſiccantur, & putreſiunt: ita ſanctiſſimum hoc Sacramentum animas (quæ in charitate radicata ſunt) creſcere facit. Quæ verò ſic non ſunt diſpoſita, quo magis accipiunt, eo plus excæcantur, indurantur, & deteriores fiunt, non ob Sacramenti defectum, ſed propter ſuam indiſpoſitionem. Ideóque operæ pretium erit, omnem curam, omne ſtudium adhibere, vt ad illud dignè ſuſcipiendum nos præparemus.*

1011. *Lux Eucharistia iuſtis ſata.*

Lux eſt eucharistica menſa, Sol eſt eucharisticus cibus, qui tamen non vt iſte corporeus ſuper bonos, & malos oritur, bonis, & malis lumen exhibet, ſed bonos lumine perfundit, malos magis obcæcat; de Euchariſtia aliqui accipiunt illa verba Pſalm. 96. 1. *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia*; ex Hebræo verti poteſt; *Lux ſata eſt iuſto*; nimirum triticum quod ſeritur nos ad Euchariſtiam vocat, quæ ex tritico fit; lux ergo Euchariſtia eſt, quæ bonorum mentes ſuo lumine beat, eſt & lætitia; ſed rectis corde. Pulchrè bonus ille auctor: *Lux orta eſt iuſto, & Euchariſtia nimirum, tanquam* LVX ORTA *eſt non omnibus, ſed iuſtis; lucem Solis huius oriri facit Deus ſuper bonos, & malos; cæterùm lux eucharistica pro iuſtis ſolùm orta eſt*; addit ſtatim: *Et rectis corde lætitia*; *item Euchariſtia* LÆTITIA *eſt, ſed quæ rectis corde diffunditur, non omnibus*; huc ſpectant & Philonis Carpathij verba in cap. 7. Cant. ad illud: *Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum*, ſeu, vt ille habet: *Vadens dilecto meo in rectitudines*, quæ phraſis ingentem ſuauitatem claudit; verſans igitur hanc ſententiam, & ad Euchariſtiam flectens ea mente, quam tetigimus, ait: *Accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum*; eſtque admirabile, quod proueniens fratri meo in rectitudine, dixit, vt oſtenderet ſolis *rectis corde hanc lectiſſimam eſcam, cæleſtem panem, ſuperſubſtantialémque & ſalutarem potum eſſe datum; quod idem ille cæleſtium arcanorum auctor explicat, cùm dixit: Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia; & P. dius non temere ad hoc diuinum conuiuium accedendum eſſe admonet, dicens: Probet autem ſe ipſum homo*; non meretur hac luce perfundi qui non eſt iuſtus, nec hac lætitia beari qui non eſt rectus.

Pſalm. 96.

Lætitia de Euchariſtia. P. I. Pi. in cap. 15. Eccl. et. 480.

Philo Carpath.

Euchariſtici Solis lucem ferre non potuit Iudas.

Solis huius lucem ferre non potuit Iudas, adeò vt epulo eucharistico recepto ſtatim abierit, quia tenebrarum filius factus in hunc ſolem mentis aciem figere non valuit, eius obcæcatus lumine. Hîc nectenda ſunt Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui lib. de triumphali Chriſti agone cap. 5. ita loquitur: *Hinc eſt quòd perditionis filius Sanctorum aſſuetus collegio, poſtquam* TENEBRARVM *in ſe admiſit angelum, poſtquam delictorum eſt inuolutus caligine, æterni Solis lumen ſuſtinere non valens, mox vt ſibi derelictus eſt, de conuiuio exiliens, quod nequiter agere ſtatuerat, implere curauit. Propterea quum accepiſſet buccellam, exiuit continuò; exiuit planè vim claritatis immiſſa non patiens. Obtenebrata namque illius conſcientia, atque proprij ſceleris gnara, quomodo ſapientiæ examen, & puritatem innocentiæ poſſet intueri? Quemadmodum enim ſanis oculis amabilis, ita ægris ſemper* LVX *odioſa eſt. Ideo ſemper latibula peccator quæritat, & abdita ſua obtenſus mentis cæcitate meditatur.*

B. Laur. Iuſt.

Clauſus hic carnis oculus eſt, apertus eſt mentis oculus, contrà ac accidetit in vetiti pomi eſu, qui mentis oculos clauſit, carnales aperuerat. Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de verit. in Euchariſt. ita rem verſat: *Quia fructus mortiferæ arboris antiquis hominibus, ſpirituales, veracéſque* OCVLOS *clauſerat, carnales, fallacéſque aperuerat, iuſtum eſt, vt fructus viuifica crucis nouis hominibus ipſos carnis oculos claudat, & veraces mentis oculos, quibus veritas videtur, aperiat.* 1012.

Mentis oculos aperit eucharisticus cibus. Guitmund.

Soli comparo eucharisticum panem, nec comparo tantùm, ſed etiam præfero, nam ſuo lumine, quod verum aliud omne lumen ita obtundit, vt vix appareat, hoc ſignificatum eſt; optimè Rabanus in Matthæum lib. 1. cap. 2. vbi ita ſcribit, & rem ita verſat: *Quod ergo his temporibus Solis eclipſis facta eſt, & fames valida in Romano Imperio,* SOLIS IVSTITIÆ, *& panis vitæ teſtatur aduentum. Et meritò tunc ſol mundanus defectionem patitur, & penuria corporei victus erat, quando lux vera venit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & ille cibus, ac potus de cælis datus eſt, de quo qui guſtauerit non eſuriet, neque ſitiet in æternum.*

Euchariſtico ſole adueniente mundanus Sol deficit.

B. Raban.

Solem eucharisticus Agnus refert, maioríque lumine præditus eſt, quàm Sol; refert Pontianus apud Athenæum lib. 6. Aurei agni cauſa Solis deliquium accidiſſe; hic autem agnus, vt tradit apud eundem Herodotus Heredeates, fuit phiala aurea, in cuius medio aurea fuit agni imaguncula; noſter agnus poculum exhibet eucharistici ſanguinis; Solíſque deliquium non affert, ſed ſolem facit, aut ſi deliquium Solis accidit, hoc eius luminis copia fit, quo terrena omnia, quæ lucere videntur, lucem ſuam amittunt.

Agni cauſa vt Solis deliquium accidiſſe cur dictum. Athen.

Solem aduehit eucharisticus agnus.

Cohæret cum luce eucharistica menſa; quod ſignificatum eſt in menſa propoſitionis, à qua abeſſe candelabrum non debebat, hoc enim iuſſum eſt poni in tabernaculo Domini; vt hinc ſcilicet colligeretur, non ſine lumine eucharisticam menſam eſſe, cuius illa figura erat. 1013.

Lux cum Euchariſtia vt cohæreat.

Scintillas ex aliquorum corpore proſiliiſſe obſeruatum ab aliis eſt; hinc illud Cœlij Rhodigini lib. 15. cap. 5. lect. antiq. Theodorici pater ex corpore toto ſcintillas dicitur profudiſſe. Idipſum & prodidit ſapiens quidam, ita vt ſcintillantes flammæ hinc inde proſilirent, etiam cum ſono meliores, vtilioréſque amoris ſcintillæ ex Chriſti corpore proſiliũt, quibus illuminemur, & in illius

Scintillæ ex aliquorum corpore prodeuntes. Cœl. Rhod.

amorem

amorem rapiamur, nec ſcintillæ tantùm, ſed & flammæ. Pulchrè anonymus ille auctor. *Tam ingentes* AMORIS FLAMMÆ *ex euchariſtico Chriſti corpore emicant, vt mirum fuit, vt hominum corda in Dei amorem illis non accenderentur.*

Amoris flammæ ex euchariſtico corpore. Anon.

Noctu ad ægrotos ſacra Euchariſtia non eſt defereuda, niſi immineus mortis periculum aliud exigat; in actis Eccleſiæ Mediol. lib. 3. tit. 26. c. 23. hæc babentur: *Cùm verò ad ægros omni reuerentia, omnique religioſi cultus ſtudio, atque honorificè quoad eius fieri poteſt, afferenda illa ſit, neque id noctu commodè fieri queat, vetitum propterea ſit, ne* NOCTV *afferatur, niſi ægri mortis periculum inſtet*; & verò licèt deferatur, noctem in diem vertit in eius mentis cœlo, in quo recipitur.

Noctu ad infirmos Euchariſtia non eſt deferenda niſi ingenti neceſſitate. Acta Eccleſ. Med.

Solem refert Euchariſtiæ ſacramentum, quia ſicut Sol ſacros oculus recrear, ægris, & debilibus officit, ita & euchariſticum lumen iuſtis eſt ſalutare, ſcelerum ferè iniquitatis noxium, quod volebat etiam Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24. *Res quidem ſancta ſicut iuſtis in adiutorium, ita iniuſtis vertitur in iudicium.* SOLIS LVMEN *ſanis oculis delectabile eſt, ægris verò odioſum, corpúſque Dominicum innocentibus ſalutis medicamentum eſt, ſceleſtis autem animæ mors.* hunc ſolem hæreticorum veſpertiliones auerſantur, nec eius lumen ferre poſſunt.

Euchariſticus Sol ægris oculis diſplicet. B. Laur. Iuſt.

EXCVRSVS LXVII.

Euchariſtia in Eccleſiæ paradiſo lignum vitæ.

In paradiſum *tranſlatus eſt primus homo tanquam de mundo in Eccleſiam.*

In Eccleſiæ paradiſo *lignum vitæ Chriſti humanitas eſt*

Lignum vitæ *Chriſtus, in quo vita abſcondita*

Ligna *quæ in terreſtri paradiſo ſacramentorum Eccleſiæ figura.*

Lignum vitæ *figura Euchariſtiæ.*

Eua arboris fructum *viro exhibens mortem inuexit, Maria vitalem Euchariſtiæ eſcam offerens vitam dedit.*

Ingentia mala timenda, cùm euchariſtico pomo *neglecto terrenis, & perituris inhiamus.*

Cœleſtis planta *cadit, cui euchariſticus ſurculus inſeritur.*

Inimicis parcendum *Euchariſtiæ memoria.*

Qui vicit *per pœnitentiam, de* ligno vitæ, *id eſt, Euchariſtia edat.*

Dat *ſe Chriſtus in Euchariſtia*, rapi *non vult.*

Quod non pertinet ad Dei cultum, *totam debemus habere* vt mortuum.

Reſpectu Euchariſtiæ maximè Deus noſter viuus *dicitur, quia mortuum reputari debet quicquid illam non aſpicit, nec ab illa viuificatur.*

Ad pœnitentiam hominem Deus inuitauit, cùm aditum ad lignum vitæ *illi interdixit.*

Ad Chriſtum vitæ arborem *vt primus parens eſt vocatus.*

Dæmon ad lignum vitæ *accedere prohibitus, ne illius ſurculo, vitæque productionis ſpe in pœnitenda homines alliceret.*

Arbor vitæ *pœnitentia, cuius ſuauiſſimi ſunt fructus.*

Non Cherubim nos arcent ab euchariſtici fructus *eſu, ſed Seraphim inuitant.*

Licèt totius orbis omnibus animantibus hominem Deus præfeciſſet; hic tamen Dei largitas non ſtetit, paradiſum condidit, in quem illum, quem condiderat, transferret, in ſignum hoc omnibus regnis eſſe præferendum, totiúſque mundi imperio, in Dei ſcilicet Eccleſia cenſeri, in eiúſque ſinum admitti, eius deliciis, voluptatibúſque beati; pulchrè Tertullianus lib. 2. contra Marcionem: *Bonitas*, inquit, *præfecit hominem vniuerſis fruendis, atque regnandis, etiam cognominandis, bonitas amplius delicias adiecit homini vt quamquam totius orbis poſſidens in amœnioribus moraretur, tranſlatus in* PARADISVM *iam tunc de mundo in* ECCLESIAM; nobilis paradiſus Eccleſia, & terreſtri illo melior, amœniórque, in quo vernat ſanctitas, virtutes florent, tot bona germinant, & adoleſcunt. 1014.

In paradiſum tranſlatus eſt primus homo tamquam de mundo in Eccleſiam. Tertull.

In Eccleſiæ paradiſo lignum vitæ Chriſti humanitas eſt, hinc illud ſancti Bonauenturæ in Pſalm. 1. *Tres ſunt paradiſi, primus terreſtris, ſecundus fidelium, ſcilicet Eccleſia Sanctorum; tertius cœleſtis; in primo eſt* LIGNVM VITÆ; *in ſecundo* HVMANITAS SALVATORIS, quæ meliorem, ſanctiotémque vitam tribuit, quam tribuere lignum vitæ potuerit, quod in terreſtri paradiſo erat.

In Eccleſiæ paradiſo lignum vitæ Chriſti humanitas eſt. S. Bonau.

Lignum vitæ Chriſtus eſt, in quo abſcondita vita eſt, hoc enim adumbrabat vitæ lignum, quod in terreſtri paradiſo erat. Implantabo hic verba Beati Ambroſij lib. de paradiſo cap. 5. qui vitæ lignum reſpiciens, quod erat in medio paradiſi, ait: Ergo in medio paradiſi & vita erat, & cauſa mortis: *Intellige, quia non homo fecit vitam, ſed vel operando, vel cuſtodiendo mandata Dei potuit inuenire. Erat autem vita, ſicut Apoſtolus dixit, abſcondita cum Chriſto in Deo. Homo ergo ſiue in vmbra vitis erat propter vitam futuram, quia vmbra hæc eſt noſtra vita in terris, ſiue in quodam pignore vitæ, quia habebat inſufflationem Dei. Habebat ergo pignus immortalitatis, ſed in vmbra vitæ poſitus: abſcondita vita cum Chriſto in Deo vulgari quodam tactu, & aſpectu videre, & capere non poterat: in vmbra vitæ erat. Qui autem peccatores ſunt, in vmbra mortis ſunt. Peccator enim, ſicut Eſaias docet, ſedebat in vmbra mortis, cui lux orta per Dei gratiam, non per ſuæ virtutis eſt meritum.*

Lignum vitæ Chriſtus, in quo vita abſcondita. S. Ambroſ.

Ligna, quæ in paradiſo fuere, Eccleſiæ ſacramenta ſignificarunt, quibus fideles nutriuntur ad vitam, nam & ipſa Eccleſia paradiſus eſt. Audiendus hic Beatus Laurentius Iuſtinianus, qui in præfat. ad librum de ligno vitæ, ita loquitur: *Idem Dominus ſpiritualem* PLANTAVIT PARADISVM, SANCTAM VIDELICET ECCLESIAM, *vt illic perditum hominem collocaret: quam vt plantaret, nudaret, ſanctificaret, & perficeret, deſcendit à regalibus ſedibus, tradens ſemetipſum, & effundens pro dilectione ipſius proprium cruorem. Struem lapidum compoſuit ad eius cuſtodiam, choros ſcilicet Angelorum. Inſeruit in ea arbores, & ligna, id eſt, cœleſtia Sacramenta, quorum alimento nutriantur qui illic collocandi ſunt. Lignum etiam ſcientiæ boni, & mali ibi poſuit, videlicet ſacra eloquia.* 1015.

Ligna, quæ in terreſtri paradiſo ſacramentorum Eccleſiæ figura. B. Laur. Iuſt.

Lignum vitæ figura Euchariſtia.

S.Paſchaſ.

Vt ligna illa Sacramenta noſtra præfigurabant, ſic lignum vitæ, quod in medio paradiſi erat, noſtram referabat Euchariſtiam, id quod inter alios diſertè tradit Beatus Paſchaſius Rodbertus lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap 9. vbi hæc habet: *Sicut fuit arbor vitæ in Paradiſo, ita ſancta Dei Eccleſia, quæ* PARADISVS *delitiarum in Canticis appellatur, habeat in ſe* MYSTERIVM VITÆ, *quod in eodem ligno figurabatur, ex quo qui edunt ſeruantes mandata vitæ, nequaquam poſſint mori in æternum. Quòd ſi veluti Adam inobedientes à Diabolo rurſus peccato mortis perempti fuerint, ſicut ille de paradiſo remouentur à ſanctis altaribus & à ligno vitæ, ſcilicet à corpore, & ſanguine Chriſti, qui eſt verum paradiſi lignum, cuius folium non defluet, & omnia quæcumque faciet proſperabantur. Remouentur autem ne ſumant de ligno vitæ, & malè viuant, vt moriantur, imò vt reſipiſcant à malis ſuis, & per pœnitentiam reconciliati Chriſto per hunc cibum rurſus reinſerantur viſceribus, & feliciter deinceps viuant in æternum. Hoc quippè agunt Sacerdotes Chriſti in Eccleſia, & monſtrant quod futurum eſt in illo vltimo examine, quando ſeparabuntur iuſti ab iniuſtis.* hæc ſanctus iſte Pater.

1016. Reſpondet lapſui reparatio, per eandem viam ad vitam redire debebamus, per quam itum ad mortem eſt; mulier caſus occaſio, quin & cauſa fuit mulier, fuit ſalutis, fuit vitæ. Eua vetitum cibum Adamo præbuit, & cecidit ipſe cum cæteris hominibus; ergo & à muliere alia, exhiberi alia eſca debuit, quibus vitæ reſtitueremur, & ſaluti, hæc fuit Maria, quæ euchariſticum cibum ſuo modo exhibuit, & ad eſum eius nos vrget, & inuitat, vt inde viuamus. Benè bonus ille auctor: *Eua cibum vetitum viro exhibens mortem mundo inuexit, Maria* VITALEM EVCHARISTIÆ *eſcam offerens vocauit ad vitam*; per Euam cecidimus, erigimur per Mariam, vitæ reſtituimur per Mariam.

Eua arboris fructum viro exhibēs mortem inuexit, Maria vitalē Euchariſtiæ eſcam offerēs vitam dedit.

H.N.

Ingentia mala timenda, cum euchariſtico pomo neglecto terrenis, & perituris inhiamus.

Anon.

Lignum vitæ iuxta lignum ſcientiæ boni, & mali plantatum in paradiſo fuit, illo neglecto ad hoc manum primus homo porrexit, fur ſi priùs de ligno vitæ edidiſſet, contra Dei mandatum, ex fructu arboris vetiti haud comediſſet. Lignum vitæ Euchariſtiæ figura fuit, vt ſuperiùs diximus, grandia igitur damna timenda, & ab illius neglectu, & nauſea; vetus ille: *Facilè in pœnitenda labitur, qui euchariſtico fructu, qui à ligno vitæ productus eſt, contempto, vetitos cibos quærit, terrenis inhiat, peritura deperis periturus.*

Cœleſtis planta euadit, cui euchariſticus ſurculus inſeritur.

Arboris fructuoſæ ſurculos infructiferæ ſolet inſeri, vt fructus ferat, iuxta inſertæ naturam; ita in Euchariſtiæ ſacramento fit, arbor vitæ eſt, vitæ fructus producens, eius, vt ita dicam, ſurculum, qui tamen toti arbori eſt æqualis, nobis ipſis inſerimus, qui ſteriles ſumus, & infœcundi, vt fœcundi diuina hac inſitione reddamur, arbórque cœleſtis ſimus, priori ſterilitate damnata. huc illud flecto, quod nobilis quidam auctor habet in hunc modum: *Quid arbor terrena, cui diuinus ſurculus, ſiue Dei verbum, vt loquitur ſanctus Iacobus,* INSERATVR IN EVCHARISTIÆ SACRAMENTO, *niſi cœleſtis planta, quæ dulciſſimos vitæ fructus, immortales, atque diuinos proferat, dici poſſit.* Verè cœleſtis planta homo fit, apta cœleſtibus fructibus producendis, cui lignum vitæ inſeritur, Euchariſtiæ menſæ particeps fit.

P. Ant. Vel. tom. 1. ann. 19.

Inimicis parcendum Euchariſtiæ memoria.

Gen 2.

Vix ligni vitæ mentionē fecerat Moyſes Gen. 2. cùm ſtatim addit: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita*; & poſt pauca: *nomen fluminis tertij Tygris, qui vadit contra Aſſyrios*; vt hinc colligeremus etiam inimicis, & mala inferentibus benefaciendum, quod notabat Oleaſter; id nobis maximè præſtandum quum Euchariſticum fructum decerpimus, cuius lignum vitæ figura erat ex ſancti Paſchaſij mente, cuius verba ſuperiùs dedi. Præiuit in exemplum Chriſtus, qui Euchariſtia inſtituta ſanguinis ſui fluenta etiam in hoſtes deriuauit, latronem in cruce ad ſe conuertit, pro crucifixoribus ſuis orauit.

Oleaſt.

S.Paſchaſ.

Lignum vitæ eſt Euchariſtia, quod vincenti exhibetur, iuxta illud Apoc. 2. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei*; vincenti exhibetur, ſed quid vincenti? Hoſtes ſuos, &, quod plus eſt, ſe ipſum, ſuum corpus, carnem ſuam, quæ omni hoſte crudelior eſt; vincit qui pœnitentiam agit; quod ſi quis non ita vincat, non dat illi Chriſtus manna, ſed temere illud inuadit, illud rapit. Audiendus hîc Rupertus: *Chriſtus lignum vitæ eſt, cuius & in cœleſti paradiſo viſione, & in præſenti Eccleſia corpore, ſanctæ reperiuntur animæ. Illud materiale lignum vitæ, hominem morte animæ, ſcilicet peccato iam mortuum, nō viuificaſſet, ſed carnem viuere faceret in æternum, quod infelicitiſſimum eſſet. Mortuus quippè in anima, ſi corpore viueret homo in æternum, non recuperaret in æternum, eſſet æternaliter miſer, vt dæmones ſunt. Hoc autem* LIGNVM VITÆ, *quod eſt Chriſtus, dum nos corpore, & ſanguine ſuo reficit, iam nunc reſuſcitat animam à morte peccati, & carnem noſtram in nouiſſimo die reſuſcitabit. Sæpè autem is, qui nec dum vincit, id eſt, qui pœnitentiam non egit, id eſt, de hoc ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei, manducat corpus, & bibit ſanguinem Domini, non illi dat Chriſtus, ſed ipſe rapit, & ideo iudicium ſibi manducat, & bibit.* 1017.

Qui vicit per pœnitentiam de ligno vitæ, id eſt, Euchariſtia edat.

Apoc. 2. 7.

B.Rupert.

Dat ſe Chriſtus in Euchariſtia, rapi non vult.

Vita Chriſtus, vitale lignum Euchariſtia, nimirum quia quicquid hunc cibum non ſapit, hoc ſacramentum non reſpicit, habere deberemus tanquam mortuum. Huc flecto illa Dauidis verba Pſalm. 83. *Cor meum, & caro exultauerunt in Deum viuum*; quare *viuum* epithetum addidit? An propter idola, quæ mortua ſunt, & ſpiritu carentia? ita eſt; ſed non alienum illud, *viuum* Deum dici, quia quicquid Dei cultum non tangit, totum tanquam mortuum habendum eſt. Eximiè ſanctus Auguſtinus lib. homiliarum hom. 33. vbi ſpectans ad hæc verba ait: *Quare non dixit, in Deum tantùm, ſed addit; in* DEVM VIVVM? *vt oſtenderet ſcilicet, quia totum quod non pertinet ad Dei* CVLTVM, *deberemus habere quaſi* MORTVVM. quod maximè verum ſi de illo cultu ſit ſermo, quo Deus in templo in Euchariſtiæ ſacramento colitur, adoratur, & ſumitur; nam de altaribus templi ſubdit ſtatim Propheta: *Altaria tua Domine virtutum, Rex meus, & Deus meus; Beati qui habitant in domo tua Domine*; quæ ad altaria, & templa flecti poſſunt, in quibus euchariſticum ſacrificium celebratur; cuius memoria, & reſpectu præcipuè ſolus Deus *viuus* haberi debet, totum quicquid extra Deum tanquam mortuum, tanquam cadauerosum. Feſtiuè Anonymus auctor, cuius non ſemel verba produximus: *Adeò vitæ Euchariſtia eſt, vt* VITAM *omnibus exhibeat, &* MORTVVM *reputari poſſit, quicquid illam non aſpicit, nec ab illa viuificatur*; verè ita eſt; redeo ad lignum vitæ.

Quod nō pertinet ad Dei cultum totū deberemus habere vt mortuum.

Pſalm 83.

S.Auguſt.

Reſpectu Euchariſtiæ maximè Deus noſter viuus dicitur, quia mortuum reputari debet quicquid illam non aſpicit, nec ab illa viuificatur.

Anon.

Poſt lapſum, hominem à paradiſo Deus eiecit, aditúmque illi interclusit, ne ſcilicet ex ligno vitæ edere poſſet, ſic enim habes Gen. 3. 24. *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*; ſed cur tanta cautione eſum ligni vitæ, quin & ad illud acceſſum probibuit 1018.

Ad pœnitentiam hominē Deus inuitauit, cùm aditum ad lignū vitæ illi interdixit.

Gen. 3. 24.

Digitized by Google

prohibuit Deus Adamo? An ne de eius fructu edere vitam diu produceret. Sed quid ab hoc mali grande, & valdè timendum; nimirum diuturnioris vitæ ſecuritate pœnitentiæ propoſitum facilè abieciſſet, ferè enim qui diuturnam ſibi vitam pollicentur, pœnitentiam etiam differunt; vt igitur ad pœnitentiam hominem prouocaret, huius arboris fructum inhibuit, & ab illius approximatione hominem primum amouit; vt interim pœnitentiam iniret, & mentis oculos in Chriſtum coniiceret, cuius arbor illa figura erat. Debent hîc implantari Moyſi Barcephæ verba part. 1. de paradiſo cap. 28. vbi hæc habet: *Propterea ideo etiam ab arbore vitæ illum coercuit, ne immortalitatem adeptus per confidentiam agitaret omnem vitam; ſed animam ad pœnitentiam induceret, hancque curam haberet, donec tandem de arbore vitæ poſſet edere ipſo Chriſto, qui* ARBOR VITÆ *eſt myſtico ſenſu.*

Moyſes Barceph.

Ad Chriſtum vitæ arborem vt primus parens eſt vocatus.

Cuſtodem ligno vitæ Cherubim Deus præfecit, non ſolùm ne homo ad illud accederet, ſed ne hominem hoſtis Diabolus; ſi enim vel vnum huiuſce arboris ſurculum ſurripere potuiſſet, diuturnioris vitæ in omnia mala mortales induxiſſet; nihil enim adeò immane ſcelus eſt, in quod homines non laberentur, ſi longior illis vita, productiórque promittatur; lapſus occaſionem anteuertit Deus, hominúmque ſaluti conſuluit hac huius ligni cuſtodia; rem his verbis habet Abulenſis in cap. 3. Geneſis q. 25. *Cherubim, & flammeus gladius fuerunt poſiti ad cuſtodiam ligni vitæ; non quia dæmones indigerent illo ligno, ſed quia ipſi* CVPIENTES SE ADORARI *inducunt homines per diuitias, vel adiutoria ad faciendum aliqua mala. Et quia nullum bonum eſt magis deſiderabile hominibus, quàm vita, ſi dæmones poſſent adducere fructum ligni vitæ, & vitas hominum prolongarent, valdè inclinarent ad hoc, quod adorarentur, & ad omnia mala; valdè ergo prouidit Deus ſaluti ſpirituali humani generis tollendæ, ne dæmones poſſent intrare ad lignum vitæ.* Contrà in euchariſtico fructu accidit, nam illum & exhortet noſtræ ſalutis hoſtis, & ab illius eſu nos ſtudet auocare, vt noxia hac abſtinentia in omnium generum ſcelera alliciat; Cherubim lignum vitæ cuſtodiebat, ne ſurriperetur, nunc Seraphim ſunt illi, qui ad vitale Euchariſtiæ lignum nos inuitant, illius eſum commendant, & edendum offerunt hunc fructum, nam tales debent eſſe Sacerdotes amore diuino æſtuantes; ſcitè ille, & opportunè: *Cherubim olim vitæ lignum ita cuſtodiebat, vt homines ab illo arceret, nunc homines Seraphim amorem in Deum referentes ad vitale Euchariſtiæ ſacramentum omnes inuitant, & edendum offerunt.*

Dæmon ad lignum vitæ accedere prohibitus, ne illius ſurculo, vitæque productionis ſpe in pœnitendæ homines alliceret.

Abul.

Non Cherubim nos arcet ab euchariſtici fructus eſu, ſed Seraphim inuitant.

Auon.

Lignum vitæ dum negabatur, ad pœnitentiam alliciebat. Euchariſtiæ vitale lignum ad pœnitentiam prouocat, dum exhibetur, & pœnitentia ipſa vitæ nobis lignum fit, ad illius eſum nos ſic inuitabat Beatus Ioannes Chryſoſtomus ſerm. de pœnitentia: *Reſtat*, inquit, *lignum vitæ in paradiſo Dei repoſitum, quod nunc per pœnitentiam recepit homo. O homo, recurre* AD ARBORAM VITÆ. *Quid tardas manducare fructus eius, vt maneas in æternum? Quid times pœnitentiam? Nihil tam durum, quod non deleat: nunc cùm guſtaueris, tunc præſentis quoniam ſuauis eſt, & odor eius in naribus, & ſapor in faucibus.* Quid ſi ſuauis adeò pœnitentiæ fructus eſt, quàm amaritudinis dola comitantur, quid de euchariſtico cibo dicemus, qui nihil habet amaritudinis, nihil doloris, totus mel eſt, totus ſuauitas, totus dulcedo? & tam fatui mortales, vt ſponte ſe huius arboris eſu priuent, & aditum ſibi ad illum claudant?

Arbor vitæ pœnitentia, cuius ſuauiſſimi ſunt fructus.

S. Chryſ.

EXCVRSVS LXVIII.

Eccleſiæ Iris auguſtiſſima Euchariſtia.

Chriſtus Iris *in die charitatis apparens.*
Eccleſia Iris, *ſignum fœderis Euchariſtia.*
Sub Euchariſtia in cœlis ſe Patri offert Chriſtus, vt placatum *nobis Patrem reddat.*
Obſidem *iuſtæ cum Deo pacis ſe nobis in Euchariſtia reliquit Chriſtus.*
Iris *amica lachrymas portendens.*
Euchariſtica Iris *Gratiarum aquas ſuper nos indicat.*
Tres Iridis *colores vt Euchariſtiam adumbrent.*
Vnanimes *nos in Dei domo facit Euchariſtia.*
Vnitas *fidelium priſci æui, & aurei præcipuè ab euchariſtica menſa frequentatione.*
Pacem *ſectetur futurus euchariſticæ menſæ particeps.*
Omnibus omnia *fiat qui Euchariſtiam accipit.*
Contentiones, *&* diſſidia *tollenda ab iis, qui Euchariſtiam ſumunt.*
Amor proximi ſtatera *amoris diuini.*

IRis Chriſtus eſt, iridem Chriſtus refert, ſicut 1019.
enim Iris in die, non in nocte apparet, nam à Solis, non à lunæ radiis procreatur; ita & Chriſtus in peccatorum nocte non videtur, videtur in gratiæ die. Pulchrè Petrus Berchorius lib. 6. c. 20. ſui reductorii moralis: IRIS EST CHRISTVS, *qui in aere cordis non apparet, niſi in die charitatis, quia in nocte culpæ vix cognoſcitur, vel videtur.*

Chriſtus Iris in die charitatis apparet.

Petr Berch.

Non aberrabit, qui Eccleſiæ iridem Euchariſtiam dixerit, hanc enim in ſignum fœderis, ac pacis eleuari Deus voluit; bellè ille, & appoſitè: *Quoties Euchariſtia incruentam hoſtiam in eius paſſionis, & Crucis* MEMORIAM *immolamus, toties flectimus arcum, & ſagittas ad Deum emittimus, quibus cor illi transfigimus, eúmque nobis reconciliamus, vt non ſemel de illa dumtaxat crucis eleuata olim in nubibus iride, ſed de repetita in dies Euchariſtiæ eleuatione, quæ arcus iris Eccleſiæ eſt, relictus in fœderis ſignum; veriſſimè Deus, ac propriiſſimè dixerit: eritque arcus meus in nubibus, ſcilicet ſacris ſpeciebus ipſum eundem mediatorem crucifixum continentibus, ac referentibus, & videbo illum, &* RECORDABOR FOEDERIS *ſempiterni, etenim ad hanc recordationem, atque memoriam vniti ſemel in cruce fœderis recolendam, & conteſtandam inſtituta eſt Euchariſtia.*

Eccleſiæ Iris, ſignum fœderis Euchariſtia.

Iac. Pin. lib. 2. tit. 4. l. 8.

Sub Euchariſtiæ velamine ſe Deo Patri in cœlis offert Chriſtus, vt Patrem nobis placabilem reddat; hinc Pſalm. 109 Sacerdos in æternum dicitur ſecundùm ordinem Melchiſedech, nam panem, & vinum obtulit Melchiſedech, medius inter Chananæos, & Iudæos. Pulchrè Genebrardus in huius Pſalmi commentario hunc locum verſans, ait: *Melchiſedech fuit Sacerdos Altiſſimi, offerens panem, & vinum, incruentum ſacrificium, inter Chananæos, & Hebræos, benedicens vtrique populo ante legem datam, próque eis interpellans. Iuxta hunc ritum Chriſtus Pontifex aſſiduè pro nobis, è Iudæis, & gentibus collectis, apud Patrem in cœlis interpellat, ſe ſub panis, & vini ſpeciebus incruentè Deo offert, & fidelibus diſtribuit, in terris benedictionem* VTRIQVE

Sub Euchariſtia in cœlis ſe Patri offert Chriſtus, vt placatum nobis Patrem reddat.

Pſalm. 109.

Genebr.

Digitized by Google

POPVLO *affert, gratiam videlicet Dei, & peccatorum remiſſionem*; quò diſſidium omne amonetur, pax firma ſtabilitur, & initur fœdus.

1020. *Obſidē inita cum Deo pacis ſe nobis in Euchariſtia reliquit Chriſtus.* B. Laur. Iuſt.

Pacem cum homine inierat Deus, Chriſtus aduentu ſuo diſſidia tulit, & tandem abiturus pacis factæ *obſidem* ſe in Euchariſtiæ ſacramento exhibuit; ita loquitur Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24. *Pacem ſecum Dei attulit ſapientia, & in carne occultauit celſitudinem maieſtatis. Per ipſam quidem humanam carnem* PACIS SE DEI, ET HOMINVM FECIT AVCTOREM, *vnde Apoſtolus, Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem materia ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuat, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniens euangelizauit pacem, & nobis, qui longe fuimus, & pacem iis, qui propè, quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad Deum. Huius etenim pacis ſe obſidem fecit, quum ſe in hoc præbuit ſacramento, propterea ait: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Itaque non fœderis, & pacis tantùm ſignum euchariſtica iris fuit, ſed & cauſa.

Iris amica lachrymas portendens. Anon.

Iris aquarum iudicium eſt, vt lepidè *riſus plorantis Olympi* à ſcito Poëta ſit dicta. Amatores amicas habent pro iride, & non longè ab aquarum imbribus ſint; hinc illud illius,

Sole ſub aduerſo cumulos capit IRIS *aquarum;*
Sed ſophicè eſt iris pectoris vna mei.

Euchariſtica Iris gratiarū aquas ſuper nos indicat. P. Hi. No.

Nos feliciores, qui ſub euchariſtica iride ſuperis donis perpluimur, & diuinarum gratiarum fluentis irrigamur; vt verus ille fuerit, qui dixit: *Nunquam vberius, certiùſque diuinarum* GRATIARVM IMBRES *expectandi, quàm cùm gratiarum auctorem in* EVCHARISTICO SACRAMENTO *ſumimus*, nimirum ſua negare non poteſt, qui ſe non negat.

1021. *Tres Iridis colores vt Euchariſtiā adumbrent.* Pſalm. 4. B. Paſchaſ. Genebr.

Quid? quòd tres Iridis colores vini, frumenti, oleique abundantiam ex multorum mente ſignificant? & regius Pſaltes oleum quoque euchariſtico frumento, & vino adiecit, cùm ait Pſalm. 4. *A fructu frumenti vini, & olei multiplicati ſunt*, vt eum ſacramento Euchariſtiæ Spiritum ſanctum nobis exhiberi colligeremus, quod alibi ex Beato Paſchaſio adnotabam. Genebrardus in oleo chriſma intelligit, cuius vſus in aliis ſacramentis: *Olei*, ait Genebrardus, *additum propheticè à Septuaginta, propter myſterium, neque enim Deus ſolum præbet vinum, &* FRVMENTVM MATERIAM EVCHARISTIÆ, *ſed & oleum, ſiue chriſma, cuius vſus eſt maximus in ſacramentis*; & vt perfectam Iridem haberemus.

Vnanimes nos in Dei domo facit Euchariſtia. Vnitas fideliū priſci æui. & aurei, præcipuè ab euchariſtica menſa frequentatione.

Et verò pacem inter Deum, hominéſque ita ſignum eſt euchariſtica iris, vt pacem quoque ſequitur in iis, à quibus & ſpectatur, & ſumitur; pacis, & vnitatis ſignum Euchariſtia eſt, vnanimes reddit, quos paſcit, Iudæi ad inuicem litigabant, cùm verba de hoc ſacramento feciſſet Chriſtus Ioan. 6. 53. quia Iudæi; Chriſtianorum non eſt contendere, non litigant, ſed firmiorem inter ſe pacem iniri ſacramenti huius vinculo, & nexu; ſcitè ſanctus Thomas in catena ad hunc locum: *Litigant ergo Iudæi, quia panem concordiæ non intelligebant, ad inuicem* LITIGABANT; *qui autem manducant talem panem, non litigant ad inuicem, ſed per hunc Deus facit vnanimes in domo*; quod tanta concordia, vnitáſque primos Chriſtianos inter ſe necteret, vt vna anima, vnum cor eſſe viderentur, hoc præcipuè euchariſticæ menſæ, quam frequentabant, tribuendum, vt alibi notabam.

Menſæ euchariſticæ interfuturus, pacem ſectetur, pacem amet, nam & Saluator paſcha celebraturus Ieruſalem elegit, eóque ſe cum diſcipulis contulit, vt vel ciuitatis nomine, quod pacem claudit, pacem conuiuis ſuis commendaret. huc aduocanda quæ habet B. Laurentius Iuſtinianus lib. de triumphali Chriſti agone cap. 1. *Diſce itaque ex his, quæ dicta ſunt, ſpiritualia rudimenta, vt ad perfectionem proueharis. Diſce (inquam) Hieruſalem ingredi, cum Apoſtolis parare cœnaculum, & cum Domino Ieſu ſanctum Paſcha, cæteráque celebrare myſteria.* HABETO PACEM CVM DEO TVO, *habeto cum omnibus, vt Dei viſione fruaris. Nunquam ad diuinam attinges contemplationem, niſi pacificus fueris. Vbi tumultus perſtrepit vitiorum, vbi cogitationum confuſio reſonat, abeſt præſentia Domini, in pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Sion. Propterea beati pacifici; quoniam Patris viſione iugiter lætantur. Inquire (iuxta Prophetæ vocem) pacem, & perſequere eam, vt Hieruſalem introeas, & in ea habitationem Domini conſtruas. Si enim pacem habueris, ſi tentationum bella ſubegeris, poteris proculdubio ad cordis latitudinem peruenire. Eſt quidem cordis latitudo verbi receptaculum, myſteriorum domus, ſapientiæ ſchola, nuptiale conuiuium, & ſpirituale tabernaculum ſanctitatis. Tunc dilatatus eris in te, cùm Deum ex toto corde, & tota anima, & ex tota virtute dilexeris, cùm proximum ſincero mentis amaueris affectu, cùm omnes amoris vinculo tenueris dulciter, exhortatus fueris iugiter, atque omnibus factus fueris omnia, vt Chriſti lucrifacias vniuerſos.* Hactenus ille.

1022. *Pacem ſectetur futurus euchariſticæ menſæ particeps.* B. Laur. Iuſt.

Omnibus omnia fiat qui Euchariſtiā accipit. Idem.

Pacis ſacramentum cum pacis hoſtibus non cohæret, diſſidia omnia, contentiones omnes amouendæ cùm de euchariſtico cibo agitur, hanc & Chriſtus dum Euchariſtiam inſtituit Luc. 22. diſcipulorum ſuorum contentionem, diſſidiúmque tollere ſtuduit; ac ſi diceret, vt ille dixit: *Quid accepto alimento pacis adhuc diuiditis? & ſub* CONCORDIÆ SACRAMENTO *bellum geritis?*

Contentiones, & diſſidia tollēda ab iis, qui Euchariſtiam ſumūt. Luc. 22. Anon.

Deum non amat, nec pacem cum Deo habet, qui non diligit proximum, proximi amore veluti ſtatera quadam Dei amor ponderatur. Feſtiuè Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 1. in calce: STATERAM *quandam ſpiritualem diuini amoris proximi voluit eſſe dilectionem.*

Amor proximi ſtatera amoris diuini. B. Laur. Iuſt.

Spectemus igitur euchariſticam iridem, curemus, vt frequenter in puro cordis noſtri aëre, quod terra non ſapiat, appareat, in ſignum fœderis initi in Deum, & homines, & inter homines, & homines.

EXCVRSVS LXIX.

Sanctitas, & nobilitas nuptiarum, quæ in Euchariſtiæ ſacramento inter Deum, & Eccleſiam, animáſque fideles celebrantur.

Quàm inſignis ſit iſte titulus, quo anima Verbi ſponſa *dicitur.*

Spirituales nuptiæ *corporalibus vt antiſtent.*

Panis *ſimul, &* maritus *animæ Deus eſt.*

Vt relicto patre & matre vxori ſuæ *Chriſtus adhæſerit.*

In Euchariſtia præcipuè vt vxori adhæret

Chriſtus

Chriſtus animæ, cum qua vnus ſpiritus fit.

Vnus ſpiritus *cum Chriſto fiat, qui Chriſti corpus ſumit.*

Verbi adhærendi *vis.*

Poſt Euchariſtiam vix auelli *à ſuis poteſt Chriſtus.*

Ex Euchariſtiæ vſu quot bona *conſequuta Eccleſia, quot laudibus donata.*

Per Euchariſtiam maximè nuptiæ *inter Deum, & animam fiunt.*

Sponſus cordis *thalamum ingreditur in Euchariſtia.*

Ab hoc thalamo *hic ſponſus non exeat.*

Nuptias *cum anima celebrauit Chriſtus, cùm Euchariſtiam inſtituit.*

Nuptialis communio *fit, cùm Chriſti ſanguinem bibimus.*

In connubij *ſignum ſe Chriſtus in Euchariſtia exhibet.*

Cum nuptiis *cohæret Euchariſtiæ ſacramentum.*

Anima noua Artemiſia ſponſum *ſuum cordi ſuo inſepeliens.*

Connubialis amoris, *fœderiſque ſignum Euchariſtiæ ſacramentum.*

1023. *Quàm inſignis ſit iſte titulus, quo anima Verbi ſponſa dicitur.* S.Bern.

QVàm inſigois ſir iſte titulus, quo anima Verbi ſponſa dicitur, expeodebat his verbis S.Bernatdus ſerm. 2. in Dom. 1. poſt octauam Epiphaniæ: *Vnde tibi, ô humana anima! vnde tibi hoc? Vnde tibi tam ineſtimabilis gloria*, VT EIVS SPONSA MEREARIS ESSE, *in quem deſiderant Angeli proſpicere. Vnde tibi hoc, vt ipſe ſponſus tuus, cuius pulchritudinem Sol, & luna mirantur: ad cuius nutum vniuerſa mutantur*; hæc ſi mulieres cogitarent, non tam facilè terrenos ſponſos quærerent, cœleſti neglecto.

Spirituales nuptiæ corporalibus, vt antiſtent. S.Chryſ.

Nuptiæ ſpirituales in hoc corporalibus antiſtant, quòd in his virginiras amirri ſoler, in illis amiſſa quodammodo acquiritur; præclarè Baatus Ioannes Chryſoſtomos in Pſalio. 44. *O rem nouam, & admirabilem! nuptiæ apud nos miſſam faciunt virginitatem*, NVPTIÆ APVD DEVM PERDITAM EXSVSCITANT VIRGINITATEM, *apud nos quæ virgo eſt, nupta non eſt virgo apud Chriſtum, quæ erat meretrix nupta mox virgo facta eſt*; felix quæ ad has noptias euehitur.

Panis ſimul & maritus animæ Deus eſt. S.Aug.

Panis ſimul, & ſponſus animæ Deus eſt, animam Deus maritat, animam ſatiat, illud præſtat vt ſponſus, hoc vt panis. Huc flecto illud ſancti Auguſtini lib. 1. confeſſ. cap. 13. *Deus lumen cordis mei, & panis oris intus animæ meæ, & virtus* MARITANS MENTEM MEAM; maximè mentem maritat, dum ſub Euchariſtiæ velamine animæ iungitur.

Vt relicto patre, & matre vxori ſuæ Chriſtus adhæſerit.

Sponſum ſe probar Chriſtus, dum ſe in ſacramento Euchariſtiæ Eccleſiæ ſuæ, & fidelibus, qui Eccleſiæ ſinu fouentur, exhibuit; etiam Chriſto conueniunt illa verba, quæ de ſponſo ſponſæ adhæſuto prorulit Adam cùm dixit: *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*; Gen. 2. v. 24. Quod ſic explicat Beatus Aluinus in Geneſim interrngat. 58. ait enim: *Quomodo conuenit Chriſto quod dictum eſt, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ? Reſp. Relinquit patrem, quia*

Gen. 1. 14. B. Aluinus.

non in forma apparuit hominibus, qua æqualis eſt Patri: reliquit matrem, dum Synagogam deſeruit Iudæorum, de qua ſecundùm carnem natus eſt, vt adhæreret Eccleſiæ, quam ex Gentibus congregauit, hoc præcipuè perfecit, cùm Euchariſtiam inſtituit, qua etiam corpore oobis vniretur, adeò vt non ſolùm vnum in carne vna eſſemus. Præclarè Beatos Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Eucharistia, vbi hæc Adami verba Chriſto aptans ſub Euchariſtia latenti, ait: *Reliquit homo Chriſtus Ieſus Patrem, quando Verbum carnem aſſumpſit ex Virgine, exinaniuit quit Maieſtatis formam mortali natura ſuſcepta. Reliquit matrem, videlicet Synagogam, de cuius patribus ſecundùm humanitatem natus eſt*, ET ADHÆSIT VXORI ECCLESIÆ, *ſcilicet de gentibus congregata. Quam ſibi annulo fidei deſponſatam coniunxit in ſponſam: huic caſtiſſimæ ſponſæ nedum in virginali adhæſit vtero, vt eſſent duo in carne vna, verùm etiam in corporis, & ſanguinis ſui ſacramento, quatenus ſint duo in vno ſpiritu, ſi tamen ſpiritualiter manducetur, quoniam qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo.* Felix Eccleſia, felix anima, quæ tanto ſponſo tam ſingulari nexu copulatur; & vnus ſpiritus cum eo fit; nimirum hinc probandus connubij vſus eſſet, ſi aliam ab eo mentem non circumferamus à mente Chriſti, quam ſumimus, non alio ſpiritu feramur, quàm quò nos Chriſti ſpiritus vocat.

In Euchariſtia præcipuè vt vxori adhæret Chriſtus animæ, cũ qua vnus ſpiritus fit. B. Laur. Iuſt.

Vnus ſpiritus cum Chriſto fiat, qui Chriſti corpus ſumit.

Verbum illud *adhærebit*, hîc quoque vim ſuam exerit, imò magis, quàm in carnalibus nuptiis arctiſſimum vinculum hoc verbum claudit, vt aliqui verterint, *agglutinabitur*. nam hanc vim fert verbum προσκολληθήσεται, qood adhibenr LXX. vt ab vxore auelli vix poſſit, & abiungi, tenaci quodam affectus glutino ei adhærens; ſed arctiori glutino adhæret animæ Chriſtus in Euchariſtiæ ſacramento, vt ab ea deneсti vix ſe ſinat. 1024.

Verbi adhærendi vis. Gen. 2. 24. LXX.

Legimus ſæpè à ſuis cùm hîc degeret locorum ſpatiis ſeparatum Chriſtum fuiſſe; ſed Luc. 22. 41. cùm paululum à diſcipulis ſuis fundendæ orationis cauſa diſceſſiſſet, adeò ſeparationem iſtam ſenſiſſe, vt dixerit Euangeliſta, nec ille alibi, nec alius vnquam dixit, *Auulſus ab eis & ipſe*, inquit, *auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis; non auellitur, niſi quod inhæret*; vt ait Tertullianus; ſed cur hîc tantùm hac phraſi vſus eſt Euangeliſta? An quia paulo antè ſe per Euchariſtiam ſuis diſcipulis vnierat Chriſtus; *Cùm per Euchariſtiam*, inquit bonus ille auctor, *ſponſi membra extitiſſent, iure qualiſcunque Chriſti* DISCESSVS AT AVELLENDI LOQVVTIONE DEBVIT EXPRIMI.

Poſt Euchariſtiam vix auelli à ſuis poteſt Chriſtus. Luc 22. 41. Anon.

Non patitur ſe à ſponſa ſua auelli Chriſtus, ex qoo maximè ſe ei in Euchariſtiæ ſacramento exhibuit; adhæreat & ipſa tanquam ſponſo Chriſto ſuo, vt ſanctitatis veſtibus exornetur, & filiis augeatur. Audiendus Beatus Laurentius Iuſtinianus loco producto, vbi Eccleſiam alloquens, ait: *Et quidem ex quo tanto* ADHÆSISTI SPONSO, CORPVSQVE SVVM CORPORI EIVS ASSOCIATVM EST, *effecta es ſpecioſa, & ſuauis in delicijs, decora, & ornata in veſtibus, venuſta, & grata in moribus, ignita & ſancta in deſiderijs, prudens, & ſenſificata in cogitationibus, fœcunda, & locuples in filijs, ſic dilecta, vt Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet, & dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui, quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa, pulchriora ſunt vbera tuo vino, & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillant labia tua ſponſa, mel*

Ex Euchariſtia vſu quot bona conſecuta Eccleſia, quot laudibus donata. B. Laur. Iuſt.

Cant. 4.

&

& lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris, hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, hortus fons ſignatus; emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus; harum laudum ſegetem inerere Eccleſia potuit, poteſt fidelis quælibet anima ex quo euchariſticum triticum eius cordis humo veluti ſemen iniectum eſt. Redeo ad nuptias.

Per Euchariſtiam maximè nuptiæ inter Deum, & animam fiũt. P. Io. Pi. et. 574.

1025. Nullibi fors verius nuptias cum homine celebrat Deus, quàm in Euchariſtia; ſubſignauit qui dixit: *Per Euchariſtiam maximè* NVPTIÆ *inter Deum, & animam fidelem conficiuntur, quia hæc maxima coniuratio eſt inter Deum, & animam, quæ non ſolùm fit affectu, ſed etiam corpore.*

Spõſus cordis thalamũ ingreditur in Euchariſtia. B Laur. Iuſt. *Ab hoc thalamo hic ſpõſus nõ exeat.* Pſalm. 18.

In Euchariſtiæ ſacramento tanquam ſponſus ſponſam ſuam adit Chriſtus, ſponſæ thalamum ingreditur, dum excipitur; hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Euchariſtia: *O quàm beata ab amantibus hora illa cenſetur, in qua perſonaliter* SPONSVS CHRISTVS CORDIS INGREDITVR THALAMVM; ingrediatur ſponſus hunc thalamum, ſed non exeat, alibi dictum ſit; *& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*; noſter euchariſticus Sol ſe magis probabit ſponſum, ſi cordis thalamum ſubeat, ſed à cordis thalamo non exeat.

Nuptias cum anima celebrauit Chriſtus cùm Euchariſtiam inſtituit. Cant 3. 11. M Gh.

Nuptias cum anima Chriſtus celebrauit, cùm Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit, quo aliqui non alienè vocant illud in amoris Cantico cap. 3. v. 11. vbi hæc habentur: *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius*; nuptiarum dies fuit, cùm ſe ſpõſæ ſuæ præbuit in euchariſtico conuiuio; hinc illud illius: DESPONSATIO *à Chriſto celebrata tunc eſt, cùm inſtituit ſacramentum Euchariſtiæ*; vt non immeritò adiiciat ſponſa; *in die lætitiæ cordis illius*; lætitiæ dies fuit, cùm ſe ſuis exhibuit Chriſtus; *ac ſi nullibi*, vt ille ait, *tanto gaudio delibutus ſit Chriſtus, quam cùm ſe ſponſæ ſuæ præbuit manducandum, eámque non tam ſibi vniuit, quàm in ſe amans formauit*; vera veri amoris iſta conſignatio eſt: amorem poſtulat quod tanto amore factum.

Nuptialis cõmunio fit, cũ Chriſti ſanguinem bibi rimus Cant. 3. 11. Theod.

1026. Nuptialis communio fit cùm Chriſti ſanguinem bibimus in altari; Theodoretus ad illud Canticorum cap. 3. 11. *In die deſponſationis illius*, ait, *edentes* SPONSI MEMBRA, *& bibentes eius ſanguinem, nuptialem ipſius communionem aſſequuntur.*

In connubij ſignum ſe Chriſtus in Euchariſtia exhibet. Luc. 22. B. Laur. Iuſt.

In connubij ſignum, nuptialíſque amoris ſe ipſum in Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus exhibuit, quod in hunc modum colligebat B. Laurentius Iuſtin. de triumphali Chriſti agone cap. x. expendens illa Chriſti verba Luc. 22. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum*; ait enim: *Iſtiuſmodi eloquia de cellario ardentis pectoris ideo mediator ipſe protulit, vt in amorem ſui ſanctam excitaret Eccleſiam, traheret ad ſe, & copularet ſibi. Illam ſiquidem nimium diligens, corporis ſui pabulo ſaginare cupiebat, quatenus indiſſolubilis charitatis pace firmata* SANCTISSIMI CONNVBII CELEBRARENTVR INSIGNIA, *fierént que duo in carne vna, quemadmodum ab ipſo mundi exordio per Adam vaticinatum fuerat.*

Cum nuptijs cohæret Euchariſtiæ ſacramentum. S Ephræm.

Cohæret cum nuptiis euchariſticum ſacramentum, hoc enim anima velut ſponſa ſponſo ſuo iungitur; ſanctus Ephræm de externo iudicio, & compunctione: *Eſt anima noſtra ſponſa ſancta facta immortalis ſponſi, nuptiarum autem copula diuina ſunt ſacramenta, per quæ ſancta anima* IVNGITVR SPONSO, *dum cum timore, ac tremore digne ſumuntur.*

Anima noſtra Artemiſia ſponſum ſuum cordi ſuo inſepeliens.

Amorem ſuum prodit in ſponſum anima, quæ ſuæ mentis ſepulchro Chriſti ſui corpus tumulat, cordique ſuo inſepelit, quem amat. Artemiſia Mauſoli Cariæ Regis vxor, inſignis pudicitia, virum vltra humanæ affectionis fidem amaſſe perhibetur, nam mortui cineres vino commiſtas ebibit, in ſingularis affectus fidem, & teſtationem; nos feliciores qui ſponſum noſtrum totum cordi noſtro inſepelimus, non nudos ſponſi cineres. Benè ille: *Tanquam ad* MAVSOLEVM SPONSI NOSTRI *conueniemus, cum in noſtris quoque viſceribus, vt ſuum olim Artemiſia, ſepelimus, ac tumulamus.*

Connubialis amoris, fœderíſque ſignũ Euchariſtia ſacramẽtum. B Laur. Iuſt.

Denique connubialis amoris, fœderíſque pignus Euchariſtiæ ſacramentum eſt, ſic enim aſſerebat etiam Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 2. *Dominus Ieſus Dei, & hominum mediator ipſe eſt, qui ob* AMOREM SPONSÆ *immaculatæ Eccleſiæ reliquit in cælo patrem ſuum, quando formam ſerui ſuſcipiens, ſemetipſum exinaniuit. Reliquit & matrem, dum Synagogam de qua carnis trahens originem propter infidelitatis demeritum repudiando contempſit; ſuæque adhæſit vxori, quum in cruce pendens dato ſanguinis pretio, atque aqua lauacro, ſibi eam inſeparabiliter copulauit. Cui etiam pro amoris pignore, próque* FOEDERE MARITALI CORPORIS, ET SANGVINIS SVI SACRAMENTA CONCESSIT, *vt non ſolùm in ſpiritu, verùm etiam eſſent duo in carne vna.* Quas nuptias, quæ fœdera, quæ vincula, quos amplexus, quas delicias his præferamus, aut conferamus, quas, quæve exhibet in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus, & animæ innectitur animæ ſponſus, & amantis Amor? Quis non repudium omnibus rebus, creaturis omnibus det, harum nuptiarum ſpe, quæ integritatem eò integriùs ſeruant, quò ardentiùs amantur.

EXCVRSVS LXX.

Euchariſtia pauperum cibus cur dicta; ſapit hic cibus illis, qui terrenorum obliti in cœleſtia feruntur.

Paupertas amicum verum *à non vero diſcernit, quod diuitiæ non præſtant.*

Verum amicum *Chriſtus in Euchariſtia ſe prodidit.*

Pauperis adſpectu *cur adeò Deus delectetur.*

Diuites & terrenarum rerum amore grauidi euchariſticas delicias *ſentire non poſſunt.*

Terrenorum contemptor *ſit euchariſticæ menſæ particeps futurus.*

Pauperes edere *dicuntur quia eſuriunt, non eſuriunt diuites.*

Qui addicti altari terrenorum *curam expuant.*

Clericum in tutelam *olim eligere nefas.*

In ſacro altari nihil terrenum *cogitandum.*

Altaris miniſter nihil habet commune cum ſæculo.

Euchariſticæ

Euchariſtico ferculo contenti mundi ſupellectilem *poſſidere dedignemur.*

Teſtamentum *dicitur Euchariſtia, quia per eam certi Chriſti heredes inſtituimur.*

Hæredes Chriſti *euchariſticus cibus nos efficit.*

A rebus mundanis *abducat mentem qui Euchariſtiam ſpectat, aut eſu tangit.*

Terrenorum amor *euchariſtici panis eſu cadat.*

In cœlum feratur *euchariſticum edens panem.*

Pauper *non eſt pauper cuius diuitiæ Deus eſt.*

Pauperes *laudant Deum, diuites ſe ipſos.*

Pauper *laudat Deum etiam cùm tacet.*

Sauior ſerpente *qui pauperum ſanguinem exſugit.*

Chriſtus pauperibus *ſe exhibet vt pauperibus ſuccurreremus.*

1028. *Paupertas amicum verum à nō vero diſcernit, quod diuitiæ non præſtant.* B.Laur.Iuſt. *Verum amicum Chriſtus in Euchariſtia ſe prodidit.*

Diuitiæ hoc quoque incommodi ſecum ferunt, vt illis amicus verus à non vero dignoſci non poſſit, quod ipſa paupertate fit; pulchrè B.Laurent.Iuſtinianus de paupertate c.a. Iſta virtus (paupertas) verum demōſtrat amicum, quod diuitiis nō potes ſcire, paupertate ſcies, ô homo? illa veros, certóſque retinebit amicos; deſcendunt vtique qui non te, ſed tua ſequebantur; verus ergo amicus Chriſtus, qui eos maximè amat, quos maximè pauperes, paupertatiſque amatores reperit, quia facit; hinc in vltima cœna cùm Euchariſtiam inſtituit, pauperes elegit conuiuas, paupertatis vexillum circumlaturi.

Pauperis adſpectu cur adeò Deus delectetur. Iſa 66. Oleaſt.

Cur pauperis adſpectu adeò Deus delectetur vità, explicat ſimilitudine Oleaſter in cap. 66. Iſaiæ dum ait: *Cum toto reſpiciam in pauperem, & contritum ſpiritu, & trementem verba mea. Audis quid humilitas, quid contritio ſpiritus, & timor Domini valeant apud Deum. Sed quare? ſolent homines rara, & inſueta libenter videre. Deus cùm ſit diues, faſtidit diuitias, cùm ſit potens, potentes non libenter videt, cùm ſapiens, ſapientes vix aduertit:* PAVPERES VERO LIBENTER CONTRITOS, ET IMPOTENTES, QVONIAM QVID NOVI AFFERVNT APVD DEVM.

Diuites & terrenarum rerum amore grauidi euchariſticas delitias ſentire non poſſunt. Pſalm.21.27. Gab.Biel.

Diuites & rerum terrenarum amore grauidi euchariſticas delitias ſentire non poſſunt, ſentiunt pauperes, qui mundana omnia contemnentes, in cœleſtia affectu feruntur, in perennatura; vt iure dixerit Propheta regius: *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*, Pſalm.67.11. & Pſalm.21.27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur.* Audiendus hîc Biel ſerm.1. in feſto corporis Chriſti, vbi explicans illa Virginei canti verba: *Eſurientes impleuit bonis*; & ad Euchariſtiam ea vocans, ait: *Eſurientes impleuit bonis, nec breuiùs, nec efficaciùs* COELESTIS EOVLII *vtilitatem, & fructum adiicere potuit, dum non quaſlibet, non vtique diuites (de quibus mox ſubiunxerunt, & diuites dimiſit inanes) ſed eſurientes bonis prædixerat adimpleri. Eſurientes ſunt* PAVPERES, *quorum animus renuit conſolari in hoc mundo, quorum ſtomachus iuſtitiam exuriens, à noxijs humoribus ſecularium delectationum euacuatus eſt, qui extinctis manibus deſiderijs ſitiunt ad Deum quatenus veniant, & appareant ante faciem eius, de quibus Propheta prædixerat, Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus Et iterum, Edent pauperes, & ſaturabuntur; & in alio cantico: Famelici ſaturati ſunt. Beati vtique qui ſic eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ſaturabuntur, dum implebuntur bonis.*

1029. *Terrenorum contemptor ſit euchariſticæ menſæ particeps futurus.* Gen. 14. S.Cyr.Alex.

Abrahamus in diuitiarum contemptum cùm dixiſſet: *Da mihi animas, cætera tolle tibi*, Gen. 14. poſtea occurrit ei Melchiſedech Sacerdos Dei altiſſimi offerens panem, & vinum, eúmque benedicens, vt qui terrena ſpolia expuerat, reſpuerátque, euchariſtici ſacramenti vmbra bearetur; id quod obſeruans Beatus Cyrillus Alexandrinus in Collectaneis cap. 6. ait: *Et quidem benedixit Melchiſedech, qui figura erat Chriſti, ſicut docuit Paulus, & cùm nullum accepiſſet* SPOLIVM, *pane, & vino eum aluit*; ſi tantum in nuda vmbra factum, quid fieri in veritate par eſt? terrena omnia vileſcant ei, cui Deus, & diuinitatis diuitiæ ſub Euchariſtiæ velamine offeruntur.

Pauperes edere dicuntur quia eſuriūt, non eſuriunt diuites. Pſalm.21. S.Auguſt.

Pauperes edere dicuntur, quia eſuriunt, diuites quia non eſuriunt, non ſatiantur; edunt pauperes, quia imitantur, & Chriſti veſtigia ſequuntur; Dauidis verba ſunt Pſalm. 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur*; quæ ſic illuſtrat ſanctus Auguſtinus expoſit.2.in hunc Pſalm. *Beati* PAVPERES, *quia ideo edunt, vt ſaturentur, edunt enim pauperes, qui autem* DIVITES *ſunt, non ſatiantur, quia non eſuriunt, cœnam ſuam dedit; ille ſaturatur qui imitatur, imitati ſunt pauperes, ipſi enim ſic paſſi ſunt, vt Chriſti veſtigia ſequerentur.*

Qui addicti altari terrenorum curam expuant. Clericum in tutelam olim eligere nefas. S.Cypr.

Ij præcipuè à rerum terrenarum curâ abeſſe debent, qui addicti ſacri altaris miniſterio ſunt, vt proinde olim nefas fuerit clericum in tutelam, & curam ab aliquo decedente nominare; & in huius legis violatores adeò ſæuiebatur, vt ſacrificium pro eo offerre inhiberetur. Legis huius, & huius pœnæ meminit ſanctus Cyprianus epiſt. 66.in hæc verba: *Epiſcopi anteceſſores noſtri cenſuerunt, ne quis frater excedens* AD TVTELAM, *vel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, nec offerret? pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur, neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & miniſtros voluit auocare.*

1030. *In ſacro altari nihil terrenum cogitandum* Liturg S.Iac.

Terrenum in ſacro altari nihil eſſe cogitandum docet & ſanctus Iacobus in ſua Liturgia, cuius hæc verba circumferuntur: *Taceant mortales, & ſtent cum metu, & tremore,* NIHIL TERRENVM *cogitantes. Rex enim regum Chriſtus Deus noſter exiſtit vt mactetur, & detur in cibum fidelibus.*

Euchariſtico ferculo contenti mundi ſupellectilem poſſidere dedignemur. S.Cypr.

Hoc ferculo contenti pauperes mundi delitias contemnunt, amántque paupertatem, vt Chriſtum poſſidentes dedignentur poſſidere quicquid mundus offert; ſanctus Cyprianus ſerm. in cœna Domini: *Vident hæc ſacramenta* PAVPERES SPIRITV, *& hoc vno contenti ferculo omnes mundi huius delicias aſpernantur, & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur.*

Altaris miniſter nihil habet commune cum ſæculo. S Ambr.

Verus altaris miniſter adeò à terrenis debet eſſe abiunctus, vt, ſicut loquitur ſanctus Ambroſius in Pſalm.118. *Nihil habent* COMMVNE CVM SÆCVLO, *nihil mundi huius vendicet ſibi.*

Teſtamentum dicitur Euchariſtia, quia per eam certi Chriſti heredes inſtituimur. 1 Cor 11. S.Anſelm.

Teſtamentum vocatur Euchariſtia, quia per ipſam in Chriſti bona ſuccedimus, eorúmque hæredes inſtituimur, vt & omnem calumniam diluamus hæreditatum, nobis præcipere cupientes Sanctus Anſelmus, ſi tamen illius eſt ille commentarius, qui in Pauli epiſtola Anſelmi titulo circumfertur, in illud 1.Cor.11. *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, ita ſcribit ad hanc mentem: Calix Chriſti, quem in myſterio bibimus, propterea dicitur teſtamentum in ſanguine eius, quem*

ſemel

ſemel in cruce profudis pro nobis, quia munit, & defendit nos aduerſus calumnias hoſtis antiqui, ne cœleſtem nobis HÆREDITATEM *poſſit auferre, ſicut illa littera, qua vocantur Teſtamentum, hæredem muniunt aduerſus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem.*

Hæredes Chriſti eucharisticus cibus nos effecit. Beſſar.

Hætedes Chriſti nos euchatiſticus cibus effici; volebat hoc Beſſarion tract. de ſacramento Euchariſtiæ: *Sacrum,* inquit, *diuinúmque eſt Euchariſtia myſterium, per quod filij Dei, &* HÆREDES, *&* COHÆREDES, *eiuſdémque cum Domino corporis efficimur, cùm dignè participamus.*

1031. *A rebus mūdanis abducat mentem qui Euchariſtiam ſpectat, aut eſu tangit.* S. Chryſ. *Terrenorum amor eucharisſtici panis eſu cadat.*

Qui euchariſticum cibum aſpicit, & multo magis qui eſu tangit, tangi tetrenorum affectu amplius non debet; cur non præſter Euchariſtia, quod potuit nudus Euangelij conſpectus, de hoc enim ſic habet ſanctus Chryſuſtomus conc. 3. de Lazaro: *Simulatque tetigit aliquis Euangelium, mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & à* REBVS MVNDANIS ABDVXIT, *idque ex ipſo ſolo adſpectu, quod ſi acceſſerit diligens lectio?* Iuſtius id de eucharistico pane dicamus. Ferunt in Syria paneio ex motis confici ſolitum, cuius eſu capilli defluetent, ita refert Athenæus lib. 3. *Andreas Medicus ſcribit in Syria ex moris panis confici, cuius eſu* CAPILLI *defluunt.* Vtilior nobis euchariſticus panis, cuius eſu tetrenarum rerum cogitationes, quæ capillis ſignificantur, à nobis ita excidunt, vt in cœlum, in cœleſtia feramur in perennatura; capilli defluunt, terrena à mentis, & affectus cute abeunt, amantur diuina.

In cœlum ſuſpexit eucharisticum adēs panem. S. Baſil. Sel.

Panes accipiens in cœlum cœli conditor ſuſpexir, vtile hac re monitum exhibens in Deum flectendos oculos dum paſcimur; ſcitè ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat. 33. *Ideo,* inquit, *in cœlum ſuſpicit, vt homines doceat, dum cibum capiunt, recognoſcere alimenti fruendi auctorem*; præterea vt cœleſtia inhiatemus, eo ipſo tempore, quo cogimur tetrenis, & petitutis vti; quàm iuſtius eſſet, vt id fieret, quando euchariſticis epulis nutrimur? redeo ad pauperes, qui nos huc impulerunt.

Pauper nō eſt pauper cuius diuitia Deus eſt. S. Auguſt.

Si ad rectam libram rem penſemus, pauper non eſt pauper, dum eius diuitiæ Deus eſt, inanis ſit eius domus, non eſt ipſe inanis, ac vacuus. Pulchrè ſanctus in Pſalm. 21. expoſit. 2. *Dominus eſt diuitiæ* PAVPERVM, *ideo inanis eſt domus, vt cor plenum* DIVITIIS *ſit. Diuites quærant vnde arcam impleant, & pauperes quærant, vnde cor impleant.* Huc facit & illud ſancti Ambroſij ſerm. 51. *Chriſtianus qui mundum non poſſidet, hic totum poſſidet Saluatorem.*

S. Ambr.

1032. *Pauperes laudant Deum, diuites ſe ipſos.* Pſalm. 21. S. Auguſt.

Edunt pauperes, nec edunt tantùm, ſed & laudant, ait enim regius pſaltes Pſalm. 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* Paupetes in Dei laudes facilè exiliunt, diuites ſe efferunt, ſuáſque diuitias; ſanctus Auguſtinus expoſit. 2. in hunc Pſalmum: *Diuites ſe laudant, pauperes Dominum laudant. Quare ſunt* PAVPERES, *quia Deum laudant, & Dominum quærunt.*

Pauper laudat Deum etiam cùm tacet. B. Laur. Iuſt.

Laudat pauper Deum etiam cùm tacet, tacet diues, nec laudat etiam cùm laudare videtur. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba tract. de paupertate cap. 2. *Paupertas reuocat ad Deum quem ipſo puro corde laudare facit. Adeò enim hæc laudabilis* PAVPERTAS, *& felix inopia ad Deum trahit, vt & ipſum tacitè laudet, & de patientia ſua virtute concelebret. Mutus eſt ſi pſallat diues, pauper & inops laudant Deum, etiam cùm videntur habere ſilentium. Donec abundauit filius prodigus, ſilentium tenuit, quum verò egere cœpit, patris miſericordiam agnouit, & tacentia ora in vocem humilis confeſſionis laxauit.*

Sæuior ſerpēte qui pauperum ſanguinem exſugit. S. Petr. Dam.

Sæuior ſerpente homo eſt, qui pauperum ſanguinem exſugit, pauperem ſpoliare ſtudet. ſerpens hominem nudum fugere fertur, hunc ſi homo inſequatur, cur non ſæuior dicatur, & immitior? Diuine ſanctus Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 15. *Nobilior eſt ſerpentina virulentia, quàm humana crudelitas; ſerpens enim fugit* HOMINEM NVDVM, *aggreditur eum morſibus, quem cernit indutum*; homines etiam in pauperes, & nudos ſe armant, & ſanguinem eorum ebibere ſtudent, adeò alieni à ſui effuſione ſunt; Chriſtus è conuerſo corpus, ſanguinémque ſuum omnibus quidem exhibet, ſed præcipuè pauperibus, & qui rerum terrenarum amore non tanguntur.

Denique pauperibus ſe exhibuit Chriſtus, vt omni repudiata auaritia pauperibus noſtrorum opum largitione ſuccurreremus, neque amplius pauperem contemneremus, quem tanti Deus noſter fecit. Opportunè ille: *Si tanti Deus fecit hominem, vt pro illo ſe ipſum daret, vt illum aleret, ſuum corpus, & ſanguinem in Euchariſtia illi donaret, quid eſt quòd auarus pecuniæ parcit, & vt nummum habeat, pauperum negligit, & deficere patitur?* Hominis nomen non meretur qui indigentibus non ſuccurrit, & ab humanitatis natura deficit, qui deficere eos ſinit, qui eiuſdem cum ipſo naturæ ſunt.

EXCVRSVS LXXI.

Euchariſtici panis excellentia, dulcedo, virtus.

Quanti referat à nobis credi *euchariſticum panem, panem eſſe vita.*

Euchariſtici panis dulcedo, *& virtus.*

Bonus *panis Chriſtus, ſed* bonis, *malis in lapidem conuertitur.*

Vt manducaremus euchariſticam panem dentes animæ *peccati acerbitate non obſtupeſcant.*

Panis *Chriſti caro eſt.*

Impanatores *circa Euchariſtiam quiuum dicti.*

Sub ſpecie panis *ſe exhibet Chriſtus vt & ab infirmis recipi poßit.*

Panis euchariſticus famem tollit, *imò etiam ſitim, quod terrenus non præſtat.*

Ægyptiorum Sacerdotes panem *raro manducabant quòd grauaret ſtomachum.*

Euchariſticus panis mentem eleuat, *& corpus.*

Ab euchariſtico pane habemus, vt ſtatim poſt mortem cœlo inſeri *poßimus.*

Panis huius repletio *bona eſt.*

Plerique panem ſuum *edere obliti venenum bibunt.*

Euchariſtia myſterium terram *nobis* cœlum *facit.*

Panis euchariſticus terrenarum rerum *ſitim extinguit, & amorem.*

Panes facierum *euchariſticum panem vt adumbrauerint.*

Panes

Panes facierum *Euchariſtiæ expreſſa figura.*
Panes propoſitionis *umbratiles, & inanes; euchariſticus verus, ſolidúſque.*
Panes vacuitatis *panes Hebræorum.*
Vitam veram *exhibet euchariſticus panis, non morti commixtam.*
Panis qui ad iuſtam menſuram *repertus non eſſet, in carcere detentis diſtribuebatur.*
Euchariſticus panis extra omnem menſuram, *& pondus.*
Vitiorum carcere *detentis non datur.*

1033. VT multa de hoc argumento paſſim hoc aduocauerim, maior argumenti copia eſt, quàm vt omnia quæ poſſunt dici, poſſint chartis conſignari, hæc quæ ſobiicio habeo quæ dictis adiiciam; collegi hæc fragmenta, ne perirent.

Quanti referat à nobis credi euchariſticum panē panem eſſe vitæ. Ioan. 6.

Panis vitæ, panis euchariſticus eſt, non panis mortis, ſuauiſſimus panis, cui pariata omnis alia dulcedo amaritudo eſt; plurimum refert, à nobis credi hunc panem vitæ panem eſſe; vt ob id non ſemel dixerit Chriſtus ſe paſſum eſſe, ſed ſæpè Ioan. 6. quam repetitionem non eſſe myſterio viduam, certum eſt; tectè inſinuat hominum ſalutem in hac fide ſitam, in huiúſque panis eſu; egregiè de hac re Seraphinus Porrecta in cap. 6. Ioan. cuius verba, licèt plura, hîc inſerere placet: *Vide*, inquit, *quoties replicat ſe eſſe panem vitæ. Nónne dixit, ſe eſſe panem verum qui dat vitam mundo? Nunquid non; & infrà dicet, Ego ſum panis vitæ? Et iterum, paucis interpoſitis, Ego ſum panis viuus, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum? Et adhuc per totum ferè capitulum multa ſimilia, quæ in ſenſu idem ſunt, ac ſi dicatur, Ego ſum panis vitæ. Quare ergo Deus, cùm de eo ſcriptum ſit Iob trigeſimo tertio, Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit, nunc non tantùm ſecundò; ſed etiam tertiò, & pluries, repetit idipſum? Reſpondeo. Repetitio in præſentē Euangelio facta non eſt contra illam auctoritatem Iob, imò declarat eam, id eſt, verum ſenſum eius. Quando enim Scripturæ ſacræ inter ſe diſcordare videntur: tunc (vt alibi diximus) ſe inuicem, ſi bene conſidereatur, in ſenſum veritate aperienda iuuant. Cur ergo repetitionem eiuſdem ſententiæ videamus in textu Euangelico ab incarnato Deo fieri, oportet dicere, quòd illa authoritas Iob nō intelligitur de repetitione quacunque, ſed de repetitione, quæ ſine graui cauſa fit. Dedecet enim tantum maieſtatem, quæ Deus eſt, ſemel à ſe pronuntiatum repetere ſine graui cauſa. In hoc igitur Euangelij loco cauſam grauem interceſſiſſe ad repetitionem faciendam denotatur ex eo quòd Chriſtus ſe, & panem vitæ eſſe, & manducantibus ipſum magnam vtilitatem afferre, non tantùm ſemel, ſed ſæpe dicit. Sed quæ tandem eſt illa cauſa? Excluſio hæreſum multarum quas futuras contra veritatem huius panis cæleſtis præuiderat Dominus. Poſt factum ab ipſo mandatum de non comedendo cibo mortis, Gen. 3. Secundò inſurrexiſſe viderat Diabolum ad ſuadendum, quòd mortis cibus eſſet cibus vitæ, & non tantùm ſuaſiſſe illud mulieri primæ, ſed etiam perſuaſiſſe. Nunc ergo poſt conuiuium hoc cæleſtis panis, inquit Dominus, à me ipſo pro ſalute hominū optimè præparatum, diabolus idē, quia ſemper mihi, & operibus meis, contrarius eſt, inſurget ardentiùs: totiſque inſidiarum ſuarum conatibus ſuadebit hominibus, panem hunc vitæ eſſe panem mortis, vel ſaltem non tam ſuaue, tam pingue, tam pretioſum, ſicuti eſt. Quamuis autem iſtud ſuum mendacium perſuaſurus ſit multis, quorum figura ſunt hi, qui meum hunc ſermonem durum dicentes nunc retrocedent (vt patet in textu) tamen, ne mulieri ſecundæ, quæ ſoror mea ſponſa, & vna connuba, eſt (Cantico quarto, texto) id eſt, Eccleſiæ Catholicæ perſuadeat nunquam illud, ideo & ad hanc ſponſam meam in rei veritate manifeſtiſſimè firmandam, & ad illos à diabolico mendacio ſeductos de ſua ipſorum falſitate apertiſſimè conuincendos, replicaui hîc multoties, Ego ſum panis vitæ, & quædam alia ad idem conuiuium pertinentia. Ecce quàm grauis, immo grauiſſima fuit cauſa repetendi id ipſum: & meritò, inquam, grauiſſima, quoniam tota ſalus hominum, quo ad ſummum animæ nutrimentum, in hac menſa conſiſtit.*

Seraph. Porrect.

Euchariſtici panis dulcedinem, candorem, virtutémque ſic explicabat ſanctus Anſelmus in alloquiis cæleſtibus num. 50. *Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, vt nullam præter te ſentiam dulcedinem. Panis candidiſſime, habens omne delectamentum, & omnem ſaporem, qui nos ſemper reficis, & nunquam in te deficis: comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ. Manducat te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis munde, qui deſcendiſti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus. Intra in animam meam, ſana, & munda me interiùs, & exteriùs. Eſto tutamen, & continua ſalus animæ, & corporis mei. Repelle à me inſidiantes mihi hoſtes: recedant procul à præſentia potentiæ tuæ, vt foris, & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perueniam, vbi non in myſterijs, ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cùm tradideris regnum Deo, & Patri, & erit Deus omnia in omnibus.* 1034.

Euchariſtici panis dulcedo, & virtus. S. Anſelm.

Bonus panis Chriſtus, ſed bonis, nam malis ex pane fit lapis; talis factus Iudæis. Audiendus hîc ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 55. *Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali; quare petram? quia mordere petram, non panem à patre quærere geſtiebant. Circumdederunt me, inquit, canes multi. Denique poſteaquam illi ex hominibus in carne probantur eſſe conuerſi, cæleſtis illis* IN PETRAM *conuerſus eſt panis, non dantis vitio, ſed accipientis nequitia;* id maximè verum in euchariſtico pane, quem ſi quis indignè excipiat, lapidem, quo conteratur, reperit.

Bonus panis Chriſtus, ſed bonis, malis in lapidem conuertitur. S. Pet. Chryſ.

Vt manducare poſſimus hunc panem, cauendum ne dentes noſtri peccati acerbitate obſtupeſcant; huc flectere poſſumus quod habet S. Auguſtinus in Pſalm. 48. *Quis eſt panis? Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Ipſe eſt panis cordis noſtri. Quomodo qui manducat ore corporis* VVAS ACERBAS *obrigeſcunt, & obſtupeſcunt dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandum panem, & remanet illi laudare quod videt, & manducare non poſſe: ſic & qui iniquitate vſus eſt, & paſtus peccatis in corde, incipit non poſſe manducare panem, laudat verbum Dei, & non facit.*

Vt manducemus euchariſticum panem dentes animæ peccati acerbitate nō obſtupeſcant. S. Auguſt.

Non caret myſterio quod habetur Leu. 8. v. 31. *Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite, eas, panes quoque conſecrationis edite;* noſtra tempora hæc verba ſpectant, in quibus carnem edimus, ex pane confectam; Heſychius Hieroſol. lib. 2. in Leu. c. 8. *Propterea* CARNES CVM PANE *comedi præcipit, vt nos intelligeremus illud ab eo myſteriū dici, quod ſimul panis, & caro eſt, ſicut corpus Chriſti panis viui, qui de cælo deſcendit;* panis videatur verè caro eſt. 1035.

Panis Chriſti caro eſt. Leuit. 8. 31.

Circa Euchariſtiam hoc quoque notauerim, *Impanatores* eos hæreticos dictos, qui Chriſtum in pane latere dixerūt; Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 3. de ver. Euchar. ita loquitur: IMPANATORES *etenim deſtruit, dum nequaquam Chriſtū in pane, & in vino latere, ſed viſibiles creaturas, id eſt, panē, & vinum, in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti conuerti, & iterum terrena, & mortalia in Chriſti ſubſtantiam*

Impanatores circa Euchariſtiam quinam dicti. Guitmund.

ſubſtantiam commutari, dicit; & nonnullis interiectis: *Hos* IMPANATORES *ſuos ipſe Dominus Ieſus verbo oris ſui interfecit, cùm accipiens panem, gratiasque agens, ac benedicens, ait: Hoc eſt corpus meum, non ait in hoc latere corpus meum.*

Sub ſpecie panis ſe exhibet Christus, vt & ab infirmis recipi poſſit. S. Thom.

Sub ſpecie panis, non alterius cibi ſe Chriſtus exhibuit, vt faciliùs & ab infirmis ſumi poſſet: Sanctus Thomas opuſc. 58. cap. 8. ait datum ſub ſpecie panis; *quia conuenientius à ſanis, & infirmis ſumi poteſt, quàm alius cibus*; vt ſcilicet infirmi cauſarentur, ſe illum non ſumere, ne morbos augerent; infirmis ſe exhibuit, quibus panis non negatur, vt poſſet aut corporis conferre ſanitatem, aut ægritudini ferendæ iacentis mentem aptare.

Panis eucharisticus famē tollit, imò etiam ſitim, quòd terrenus non præſtat. Ioan. 6. 33.

Panis iſte terrenus famem dum editur tollit, ſitim adeò non tollit, vt etiam augeat; cœleſtis panis etiam ſitim tollit; hinc Chriſtus Ioan. 6. 33. *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam*; vtrumque vnus præſtat panis; vt hinc huius panis excellentiam, & eminentiam colligamus. nam quæ diuiſa in inferioribus ſunt, vnita in ſuperioribus ſunt. Dum ergo diuerſi hi affectus vniti in hoc pane ſunt, vel hinc eius ſingularitas colligitur. Huc ſpectabat & Seraphinus Porrecta in c. 6. Ioan. concl. a. dum ait: *Neque ſitiet; ex hoc etiam verbulo manifeſtum fit, quòd panis ille, de quo in textu loquitur, differt multum à pane noſtro materiali. Quoniam hic materialis non tollit, nec tollere poteſt ſitim (hoc enim pertinet non ad ſicci, ſed ad alimenti humidi officium;) ille verò Euangelicus tollit non ſolùm eſuriem, ſed etiam ſitim. Hinc ergo diſcas tu veritatem illam tum philoſophicam, tum theologicam, ſcilicet quòd ea, quæ ſunt diuiſa in inferioribus, ſunt vnita in ſuperioris ordinis rebus.*

Seraphin. à Porrect.

1036. Panis iſte adeò non grauat ſtomachum, vt animam in cœlum eleuet; Ægyptiorum Sacerdotes, vt ait S. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *rarò veſcebantur* PANE, *ne onerarent ſtomachum, & ſi quādo comedebant, ſuſum pariter in cibum ſumebant hyſſopum, vt eſum grauiorem illius calore decoquerent.*

Ægyptiorum Sacerdotes panem rarò manducabāt quòd grauaret ſtomachū. S. Hier.

Veri numinis veri Sacerdotes hanc cautionem non adhibent euchariſticum panem comedentes, cùm panis iſte mētem erigat, quin & corpus ipſum aliquo pacto. Benè ille: *Panis quem edimus in Euchariſtia, grauare ſtomachum non nouit, nouit mentem in ſublimia ferre, corporiſque pondus leuius reddere, vt minus rebus terrenis hæreat.*

Euchariſticus panis mētem eleuat & corpus. Anon.

Ab eucharistico pane habemus, vt ſtatim poſt mortem cælo inſeri poſſimus.

Quid? quòd ſtatim poſt mortem poſſit anima in cœlum aſcendere, & cœlo inſeri, euchariſticu pani acceptum referre debemus, adeò quippè excellens hic panis, & ſupera virtute præditus, qui nos Chriſto nectit, adeò vt poſt huius vitæ terminū ſtatim migremus ad Chriſtū, niſi nos ſoluenda alicuius culpæ pœna tantiſper detineat; olim qui moriebatur, non ſtatim in cœlum euolabat, euolamus nunc euchariſtico cibo paſti. Egregiè Guarricus Abbas ſerm. 5. de Purificatione Beatæ Mariæ, vbi hæc habet: *Audite fratres, non me, ſed Apoſtolum dicentem: Calix benedictionis cui benedicimus nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Calix, id eſt, communicatio calicis, facit nos habere quandam communionem cum Chriſto. Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis eſt Domini? Ac ſi dicat, panis quem frangimus, facit nos vnum corpus ſub Chriſti capite, quoniam ſicut vnus panis ex multis granis conficitur, qui poſtea in corpus Chriſti & per fidem, & per ſancta verba, quæ Chriſtus ſuos docuit, conuertitur: ſic diuerſi participantes hoc corpore in vnitate fidei, ſpei, & charitatis, vnum corpus cum Chriſto ſunt, ad* CHRISTVM STATIM POST MORTEM VENTVRI, *& cum Chriſto ſicut cum capite ſuo ſine fine regnaturi.*

Guarricus.

1037. De pane, quo corpus alitur, circumferri ſolet, noxiam eius copiam eſſe; hinc illud: *Omnis repletio mala, panis autem peſſima*; aphoriſma iſtuc locum in euchariſtico pane non habet, cùm hîc repletio ſit bona, ſanctitatem nutriens, viréſque exhibeat, nō mentis ſtomachum grauet. Præclarè B. Andreas: REPLETIO EVCHARISTICI PANIS BONA EST; mala nimia eius eſt abſtinentia, & malè cum illo agitur, qui obliuiſcitur comedere panem ſuum, & in huiuſmodi obliuione iaci illud poteſt, quod habet S. Auguſtinus in Pſalm. 101. *Oblitus eſt manducare panem, bibit venenum*; ferè enim qui euchariſticam menſam non frequentant, mundanarū voluptatum poculum, quod veneno pleno eſt, ſiccāt.

Panis huius repletio bona eſt.

B. Andr. *Plerique panem ſuum edere obliti venenum bibunt.* S. Auguſt.

Cœleſtis panis euchariſticus eſt, & tantæ virtutis, vt terram nobis in cœlum vertat; S. Chryſoſt. hæc ſunt verba hom. 24. in epiſt. 1. ad Corinth. *Hic terram tibi cælum facit hoc myſterium.*

Euchariſtiæ myſteriū terram nobis cælum facit. S. Chryſ.

Euchariſticus iſte panis terrenarum rerum appetitum ita extinguit, vt vix aliud ſitire mens poſſit, quàm Chriſtum, vix aliud quærere præter illum in quem toto amoris affectu fertur; Ioan. 6. 35. vocat ſe panem Chriſtus, *Ego ſum panis vitæ*, addit ſtatim, *Qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, nō ſitiet vnquam.* Itáne non eſuriet, non ſitiet? Et non panis iſte famem auget, dum editur, ſitim dum traiicitur? auget, vt maiori ſemper deſiderio in illum feratur, qui illo nutritur, ſed edens non eſurit, nec ſitit, aliud nimirum præter illum, quem edit. Præclarè Porrecta hîc: *Ex affectu, hoc eſt, tollere pro ſemper eſuriem, & ſitim probat, ſe eſſe panem vitæ. Tamquam apertiùs dixiſſet. Nullus panis alius eſt panis vitæ abſolutè, ſed eſt panis vitæ ad horam, quoniam non tollit famem abſolutè, ſed ſolùm pro aliquo tempore: Ego verò ſum panis vitæ abſolutè, quia tollo famem in æternum. Vis huius differentiæ rationem? Quia omnes alij panes (ſicut & alimenta quæcunque) ſunt tranſitorij, ideoque redit famis, redit ſitis. Chriſtus autem eſt panis nunquam deficiens, ſed in æternum permanens, ideòque manducans illum per fidem ſanitate formatam non eſurit ampliùs in æternum, neque ſitit. Intelligenda ſunt hæc formaliter, ſcilicet, quantum eſt ex parte panis comeſti (id quod & per totum capitulum in ſimilibus obſeruandum eſt.) Non eſuriet, neque ſitiet, ſcilicet aliud extra me. Alioquin talis quanto magis comedit illum panem, tanto magis eſuriet, & ſitiet, eundem, id eſt, iuxta illud Eccleſ. 24. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Vnde ſanctus Bernardus, declarando vtrumque, ſcilicet, quod eſurient, & non, dicit Domino.*

Panis euchariſticus terrenarum rerum ſitim extinguit & amorem Ioan. 6.

Porrect.

Tua Ieſus dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens ſine faſtidio,
Dans famem deſiderio,
Qui te guſtant eſuriunt,
Qui bibunt adhuc ſitiunt,
Deſiderare neſciunt,
Niſi Ieſum quem ſentiunt.

Felix anima, quæ Ieſu ſolius deſiderio tenetur, nihil aliud præter ipſum deſiderare nouit, hócque maiori impetu in dilecti ſui amorem fertur, quo minus extra ipſum habet, quod amet.

De panibus facierum multa ſuperiùs dedimus, 1038.
hîc alia dabimus, ibi nobis indicta in euchariſtici panis laudem, commendationémque reſilentia. Panes facierum panem euchariſticum adumbraſſe apertè docet R. Iudas ad cap. 28. Num. cuius hæc ſunt verba: *Magiſtri aiunt eam ob rem dictum eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas, & humanitas*; à Chriſtiana ſchola hæc hauſta diceres.

Panes facierū euchariſticū panem vt adumbrauerint. R. Iudas.

Præterea panis facierum dicebatur panis ille in menſa ante Dei conſpectum expoſitus, quia noſtræ Euchariſtiæ figura erat, in qua ſubſtantia panis

Panes facierū Euchariſtiæ expreſſa figura.

R.Iohai.

in Chriſti corpus conuertitur. Scitè R. Iohai in cap. 28. Num. verſans enim, & explicans verba illa: *Oblationem meam panis mei ad ignes odoris ſuauitatis meæ reſpicietis, ad offerendum mihi in tempore (ſic enim totam ipſe ex Hebr. periodum legit.) Tempore ſuo, inquit, id eſt, tempore Meſſiæ, erit hic panis duarum facierum, de quo ſcriptum eſt Exod. 25. Panis facierum coram me ſemper. Quare autem dicatur panis facierum, eſt ratio, quia, vt dixit R.Iudas, transmutabitur ex ſubſtantia panis, cùm ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui deſcendet de cœlis; & ipſe idem erit ſacrificium, ideo dicit, Reſpicietis ad offerendum mihi, id eſt, offerri me: & commemoratus R.Iudas in dictum cap. 25. Exod. etiam addit, ideò panem facierum vocari, quòd facie tantum conſpicua panis appareat; quantum autem ad faciem non conſpicuam, id eſt, ſubſtantiam Meſſiæ, corporis ſubſtantia ſit.*

Panes propoſitionis vmbratiles & inanes; eucharisticus verus, ſolidúſque. P.Iac.Pi.

Panes illi propoſitionis vmbratiles, inanéſque fuerunt, panis euchariſticus verus, ſolidúſque eſt; benè ille noſtrum panem illis panibus & conferebat, & præferebat, hiſce verbis: *Sanè panes illi legales ſacrificij noſtri euchariſtici, ſub ſimili ſpecie panis, figuram gerentes (quos propoſitionis appellat Scriptura, Hebr.* פני *id eſt, facierum, ſeu faciei.) Et ſi inde communiter dicti dicantur, quod faciei diuinæ, id eſt, præſentiæ, & aſpectui Dei ſemper aſſiſterent; vel quod ad quatuor circum angulos facies hinc inde haberent, vt Hebræorum pleriſque viſum eſt: non incongruè tamen faciei dicto. cenſeo, quod oblationis, ac ſacrificij noſtri, veri, ac pleni (cuius illi ſymbolum erant) ſolam faciem exteriorem, ſeu figuram haberent. Vt idem profectò ſit panes facierum, ſeu apparentiæ, ac panes vmbratiles, inanes, & apparentes; nempe qui ſolum ſacri panis, ac veræ oblationis noſtræ faciem, aut vmbram præſeferant: panis autem ſubſtantialis verus, ac viuus, qui de cœlo deſcendit, in manna etiam legali idcirco ſignatus ſit verum Domini corpus, plenum, ac ſolidum in cruce, & in Euchariſtia ſacrificium, & hoſtia plena, ſeu repletionis, & millium, implens altare. Quamobrem à Chriſto Domino notanter dictum exiſtimo, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: verè, inquam, non apparenter, vel vmbraliter, aut ſymbolicè, plenè, ac ſolidè; non vacuè, aut inaniter. Quare, vt Vulgatus propoſitionis panes dixit, & LXX. id eſt, expoſitos, ſeu præparatos; vel expoſitionis, ſeu præparationis, vt alij placet; ita etiam panes inanitatis, ſeu vacuitatis vocare poteris: nam & verbum pana, vnde pani, id eſt, facies, ſicut aſpicere eſt, & præparare, ita etiam euacuare, vel exinanire.*

Panes vacuitatis panes Hebræorum.

1039. *Vitam veram exhibet eucharisticus panis, nō morti commixtā.* Ioan 6. 33. Porrect.

Vitam euchariſticus panis exhibet, ſed veram, & puram, non morti commixtam, qualis ea eſt, quam exhibet panis qui corrumpitur; Chriſti verba ſunt Ioan 6. v. 33. *Panis Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo;* quæ verba ſic expendit Porrecta hîc: *Dat vitam, ſcilicet ſimpliciter dictam, id eſt, non morti commixtam, id eſt, non mortalem, ſed immortalem; dat, id eſt, continuè influit.*

Panis qui ad iuſtam menſuram repertus non eſſet in carcere detentis diſtribuebatur. Stat.

Panis qui ad iuſtam menſuram non accederet iubebatur conficientibus auferri, & carcere detentis dari, pecuniaria inſuper mulcta condemnatis, certè ſic habent Cremonenſia ſtatuta rubr. 594. *Statutum eſt quòd omnes piſtores ciuitatis Cremonæ, qui faciunt panem pro communi Cremonæ, & qui facient in futurum, & quilibet eorum debeant facere bonum panem, album, coctum, & aſaſonatum, & debeant facere ad penſam ſibi datam per commune Cremonæ, ſeu dandam per iudicem victualium, vel quæ in futurum daretur per commune Cremonæ prædictum, & per dictum iudicem, & quòd dictus iudex, ſeu alter de familia domini Poteſtatis, vel Rectoris ſpecialiter ad hoc deputatus poſſit, & debeat vinculo ſacramenti qualibet hebdomada ad minus ire, & circare in platea, & alibi vbi panis venditur, & ad furnos eorum penſare dictum panem ſi fuerit ad iuſtam penſam ſibi datam per commune Cremonæ, & male coctus, & aſaſonatus, & tantum plus, quantum videbitur eis, & ſi aliquis dictorum piſtorum, vel de familia eorum fuerit inuentus in dictis plateis, vel ad eorum furnum, vel alibi, habere, vendere, aut tenere panem contra dictam formam, ſoluat pro quolibet, & qualibet vice, & pro qualibet pane ſic inuento denarios ſex, & amittat panem ſine aliqua admonitione, vel defenſione, nec aliqua alia defenſio detur eis, vel ei, & dictus panis ſic amiſſus detur carceratis, pœna officiali prædicta facere negligenti librarum decem Imper. imminente, & quòd piſtores prædicti teneantur, & debeant habere, & tenere de quolibet pane ſuper plateis ad ſufficientiam, ſub pœna cuilibet piſtori ſoldorū quinque Imper. pro qualibet vice;* ipſiſſima dedi verba barbarie ſua obſita, & veſtita.

Euchariſticus panis extra omnem menſuram, & pondus *Vitiorū carcere detentis non datur.* Anon.

Panis euchariſticus menſuram omnem excedit, omne pondus; non eſt, quod Iudaica leuitate, ac perfidia aliqui inclament; *nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo*, non eſt leuis, ſed iuſti ponderis, imò & infiniti, quia continet illum, qui infinitus eſt, & infinitum pondus ſine pondere continet; non detur ergo peccatorum carcere detentis, detur à culpæ vinculo liberis, quin ſi quis indignus accedat, non *habens veſtem nuptialem*, ligatis manibus, pedibúſque in tenebras exteriores mittitur, carceri mancipatur; igitur, vt ille ait, *ab omni vitiorum vinculo ſit ſolutus, nec ſqualido* SCELERVM CARCERE *teneatur, qui euchariſticæ menſæ futurus eſt particeps, ne inferni carceri adijciatur*, & à carcere vitiorum ad pœnarum carcerem æternum pœnas ſubiturus tranſeat.

EXCVRSVS LXXII.
Euchariſtia nimiæ, noxiæque libertatis frænum.

Legis fræno *populus Hebræorum coërcitus.*
Legis diuinæ ſtudium æſtuantis ætatis impetus, vt frænum *cohibet.*
[illegible] *quid*, fræni, & cibi *nexus.*
Ventrem vt deſtruere *Deus dicatur.*
Venter *de immodica ciborum appetitione.*
Delitiarum cupiditas deſtruenda, *vt per Euchariſtiam Chriſtus ædificetur in nobis.*
Euchariſtia ſpiritualis ædificij *fundamētum.*
Ventris, & eſcarum *amicitia.*
Gula non ducit ad Chriſtū, *nec terrena epula.*
Ciborum parſimonia, & *menſæ* frugalitas *Euchariſtiæ præmittenda.*
Vitioſos affectus coërcet, & frænat *Chriſtus in Euchariſtia.*
Euchariſticum vinum nos gubernat, & regit.
Efferas paſſiones cohibet *Euchariſtia ſacramentum.*
Opipara menſa brutos appetitus *fouet, Euchariſtia quæ omniū ditior, ſopit, & coërcet.*
In officio nos *retinet Chriſti præſentia in Euchariſtia.*
Effrænis lingua *coërcenda.*
Linguæ frænum *Euchariſtia.*
Euchariſtia veluti quibuſdam faſciis *mens noſtra conſtringitur ne in pænitenda diffluat.*

Euchariſticus panis tanquam fœnum *ab omni peccato cohibere nos debet vt eò coerciti peccare non poſſemus.*

Euchariſticæ menſæ particeps impeccantiam *imitetur.*

1040. *Legis fræno populus Hebræorũ coercitus.* POpulum Hebræorum legis fræno coërcuit, ne in noxia difflueret, & pœnitenda; legis fræni loco fuiſſe teſtatur ſanctus Chryſoſtomus hom. 7. in epiſt. 1. ad Corinth. dum ait: *Deus multas tulit leges, prohibent ne ſecurè, & ſine metu degerent. Et vt dicas, quòd hæ leges non conferrent ad virtutem, ſed eis data eſſent* PRO FRÆNO *quodam, & quæ negotij, & occupationis præberent occaſionem.* Et ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 94. *Recolitis certè fratres, quòd ille populus tentauerit Deum, acceperit diſciplinam, & rectus ſit in deſerto, tanquam ab optimo ſeſſore,* FRÆNIS *legum, frænis præceptorum, nec ſit deſertus, tamen a Deo etiam indomitus.*

S. Chryſ. S. Aug.

Legis diuinæ ſtudio æſtuãtis ætatis impetus vt frænum cohibet. Legis diuinæ ſtudio æſtuantis ætatis impetus veluti quodam fræno coërceri notauit noſter Agellius in Pſalm. 118. *Et re vera nihil eſt efficacius ad cohibendas adoleſcentium cupiditates, quam diuina aſſidua legis meditatio, quæ & ducis officio fungitur, & inſtar frænorum exultantes ætatis impetus cohibet.*

Agell.

פג quid, fræni & cibi notat. Et oris cibus, & oris frænum Euchariſtia eſt, imò frænum eſt oris, quia ore ſumitur; fructus non benè maturi apud Hebræos eodem nomine vocantur aliquando, quo & frænum; certè dictio פג *fag* de fructu immaturo dicitur, ac de fræno; nam crudus, & acerbus fructus eſt veluti quoddam frænum, quo gula coërcetur, cùm acerbitate fructus dentes obſtupeſcant, feréque correpti aliis cibus reddantur, vt videantur quodam fræno ligati.

1041. *Ventrem vt deſtruere Deus dicatur.* In Euchariſtia non fructum habemus immaturum, ſed maturum, benè paratum, eſui aptiſſimum, ſed tamen fræni inſtar ſe habet, quo dentes obſtupeſcunt, vt aliis cibis edendis non adeò ſint parati, gulam coërcet, ne delicias quærat, non ciborum paraturas, neceſſariis contenta, ventrem, & ventris eſcam deſtructam iri à Deo Paulus aſſerit 1. Cor. 6. 13. *Eſca ventri, & venter eſcis; Deus autem & hunc, & has deſtruet*; ſed quã ventrem deſtruit Deus, & quando? Poſt reſurrectionem, nimirum tunc deſtruetur non quoad ſubſtantiam, ſed quo ad concoquendi officium, ita Lyranus hìc: *Licèt poſt reſurrectionem remaneat venter hominis quo ad ſubſtantiam, non tamen quantum ad officium decoquendi eſcam*; ſed & ante reſurrectionem ventrem, & eſcas deſtruit Deus, ventrem ſcilicet, id eſt, nimiam delitiarum appetentiam, & eſcas, nimirum noxias delicias; ita exponebat hæc verba ſanctus Chryſoſtomus hom. 17. hìc: *Hæc non dicit de alimento, & corpore, ſed ingluuiei reprehendit vitium, & ciborum immoderationem, idque oſtendit ſubiungens, quæ ſequuntur: Deus autem & hunc, & hanc deſtruet; non ventrem dicens, ſed immodicam appetitionem, neque alimentum, ſed delicias*; licèt aliud etiam ſenſus, quæ tempus aliud reſpicit non repudiet; ſed quid hæc, aliquis reponat ad Euchariſtiam, cuius cauſa hæc præmiſſa? multum; nam ventrem præcipuè, & eſcas immodicum, nempè cupiditatem deliciarũ, deliciáſque deſtruit Deus, vt ſe ſub euchariſtico cibo in nobis ædificet tanquam qui nouam erecturus domum, veterem, caſurámque deſtruit, & ſolo æquat; hanc eſcam nobis præbet, qua ipſæ in nobis ædificetur, ſiquidem ex caritate eius carnem ſumamus in cibum. Huc flexerim S. Paulini verba epiſt. 5. ad Seuerum aientis: *Non deſiderabis eſcam ventris, Deus enim & hunc, & illam deſtruet, dum ſe ædificat in nobis, ſi nos in ipſius caritate fundati conſiſtamus*; tunc verè ſe in nobis ædificat Chriſtus, cùm ſub Euchariſtia, quæ ſpiritualis ædificij fundamentum eſt, ſe in nobis locat; nam *totius ſpiritualis ædificij* fundamentum Euchariſtiæ ſacramentum eſſe alibi à nobis notatum eſt.

1. Cor. 6. 13. Lyran.

Venter de immodica ciborum appetitione S. Chryſ. *Deliciarum cupiditas deſtruenda vt per Euchariſtiam Chriſtus ædificetur in nobis.* S. Paul. *Euchariſtiã ſpiritualis ædificij fundamentum.*

1042. *Ventris, & eſcarũ amicitia.* Sed quia hìc ſumus, excutienda diligentiùs hæc Pauli verba; *Eſca ventri, & venter eſcis*; nimirum tanto vinculo inter ſe nectuntur, vt ſe inuicem in quandam adigant ſeruitutem, nec ad Chriſtum ducere eæ epulæ poſſint, illæ deliciæ, quæ ſoli ventri addictæ. Egregiè rem vrget Beatus Chryſoſtomus loco producto, dum ait: *Quid eſt eſca ventri; cibis, inquit, cum ingluuie intercedit amicitia, & ipſi cum eis; non poſſunt ergo, inquit, nos ducere ad Chriſtum, ſed ad ſe trahunt, eſt enim grauis, & belluina affectio, & ſeruos reddit, & vt ei ſeruiant efficit. Quid ergo alimentis attonitus inhias, ô homo? Hic etenim finis illius miniſterij, & nihil ampliùs ſuſcipiet, ſed tanquam alicui domina miniſtrans, manet conſeruans hanc ſeruitutem, neque vlteriùs procedit, neque vllum eſt aliud eius munus, ſed hoc ipſum eſt inane: & ambo inter ſe connectuntur, & ſimul cum eſcis diſſoluitur venter, & eſca cum ventre, curſum quendam, qui implere non poteſt, inuoluentes*; hactenus ille. Digna res quam ſeriò ſecum cogitent ventris mancipia, & ferculorum, vt ita dicam, venatores.

S Chryſ. *Gula non ducit ad Chriſtum, nec terrena epula.*

Ciborũ parſimonia, & menſæ frugalitas Euchariſtiæ præmittenda. Ciborum parſimonia, corporaliſque menſæ frugalitas euchariſticæ menſæ ſterni debet, nam legimus cùm cœnaculum pararetur adfuiſſe famulorum frequentiam, non fercula delicatiora, iturum luxum omnem damnaturus luxum non quæri; rem elegantiſſimè vrget Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 2. vbi de paſchali menſa agens, ait: *Currite ad hoc ſingulare conuiuium, in quo diſcumbit Deus cum hominibus, cum piſcatoribus Verbum, & ſapientia cum ſimplicibus, & imperitis. Diſcumbit autem non vt ſibi miniſtretur, ſed vt ipſe miniſtret, frangat panem, calicem porrigat, diſtribuat agnum, & poſtremò ſacramentaliter præbeat ſemetipſum. In iſto nempe conuiuio, vbi diuina recumbit in carne maieſtas, non ſeruorum numeroſitas ſericij ornata indumentis, non lautiorum abundantia ciborum, non regius conſpicitur apparatus, ſed legales cibi, atque* MENSVLA PAVPERRIMA *pannoſis hominibus circumſepta. Confudit quippè Dei ſapientia in hoc ſuo conuiuio immoderatum gulæ appetitum, delicatiora fercula, obſequia famulorum, & ſumptuoſitatis inordinatam voluptatem. Pudeat meritò, confundatúrque humana voracitas dominico temperantia, ac humilitatis erudita exemplo Frugalitatem, & laſciuiam non ſolùm admonuit fugiendam, verùm etiam ſummæ nobis ſectandæ humilitatis exhibuit formam. Non erubuit ipſe Rex magnus, & omnipotens cum paruis, infirmiſque diſcumbere, atque Dei filius cum ignobilibus manducare.* Ex his, quæ diximus, apparet frænum dici poſſe Euchariſtiæ ſacramẽtum, quo gula coërcetur, & perituratum deliciarum affectus; ſed & aliorum quoque affectuum frænum eſt, qui eò noxiores nobis, quò conniuentia noſtra liberiores ſunt.

B Laur. Iuſt.

1043. *Vitioſos affectus coercet, & frænat Chriſtus in Euchariſtia.* Corde excipiendus euchariſticus cibus, & Chriſtus in corde ſpectandus tanquam in ſuo ſolio leges dantem, & noxios affectus coërcentem, punientémque. Pulchrè ille: *Dum Euchariſtiam excipis, Chriſtum in corde tuo tanquam* IN SOLIO, ET THRONO *repone, & eum ſpecta leges dantem, & iura ferentem corpori, & animæ tuæ, vitioſos affectus caſtigantem, motus rebelles prementem, & virtutes remunerantẽ.*

Euchariſticũ vinum nos gubernat, & regit. De vino dictum illud circumfertur: *Vinum gubernaculo caret*; vinum euchariſticum adeò non

caret

Google

catet gubernaculo, vt nos regat, gubernet, & tutò in portum ducat.

Efferas paſſiones cohibet Euchariſtia ſacramentum. S. Bern.

Coërcet efferas paſſiones hoc Sacramentum, & veluti quibuſdam catenis, & quodam fræno illigatas; id quod volebat etiam ſanctus Bernardus ſerm. 1. in cœna Domini. *Sed quis poterit tam efferos motus frangere? quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite, quia & in hoc gratia ſubuenit, & vt ſecuri ſitis, ſacramenti Dominici corporis, & ſanguinis pretioſi inueſtituram habetis. Duo enim illud ſacramentum operatur in nobis: vt videlicet & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino conſenſum. Si quis veſtrùm non tam ſæpè modò tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi gratias agat corpori, & ſanguini Domini, quoniam* VIRTVS SACRAMENTI *operatur in eo; & gaudeat quòd peſſimus alius accedat ad ſanitatem.*

Opipara mēſa brutos appetitus fouet Euchariſtia, quæ omnium ditior ſopit, & coërcet. S. Iſid. Peluſ. Anon.

Opipara diuéſque menſa caninos, brutóſque appetitus fouet, & recreat, quæ tenuis & pauper ſopit; Euchariſtia quo ditior, eo magis opipara, hoc aptior caninis motibus ſopiendis, & coërcendis eſt; de communi menſa ita philoſophatur ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 148. CANINOS AC BRVTOS APPETITVS *opipara menſa recreare non decet, ſed neceſſarijs tantùm epulis vtendum. Siquidem à Græcis* 'Ἀνωχία *conuiuium quaſi bene habere, aut viuere deſignat, vt & placidum fiat, ac manſuetam nobis conuiuium*; de euchariſtica alius ita cenſebat: *Euchariſtica menſa delitijs non luxuriat corpus, vt ſolet terrenis, ſed coërcetur, & intra continentiæ terminos retinetur.*

1044. *In officio nos retinet Chriſti præſentia in Euchariſtia* P. Ben. Fer. cap 17. lect. 1.

A nobis abiturus Chriſtus nobiſcum remanere in Euchariſtiæ ſacramento voluit, & in amoris ſignum, & in cuſtodiam, vt nempè nos ſua præſentia vallaret, ac muniret, in officio nos contineret. Pulchrè ille, & verè: *Voluit Dominus cùm in cælum regnaturus abiſſet, inter nos tamen corporaliter remanere in ſacramento altaris, vt nos ſua præſentia contineret in officio, ſanctéque ac purè viueremus in terra, in qua ille præſens nobiſcum habitat, vſque ad conſummationem ſæculi; rex enim, vt habetur in libro Prouerbiorum cap. 20. qui ſedet in* SOLIO IVDICII *diſſipat omne malum intuitu ſuo.*

Effrenis lingua coërcenda. B. Laur. Iuſt.

Lingua liberior multa affert incommoda, de quibus hæc habet Beatus Laurent. Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 11. *Non poteſt placere Deo, neque hominibus eſſe amabilis, qui oris ſui amiſſa cuſtodia effrenis eſt lingua. Aduerterat Propheta ſanctus, quanta mala ex immoderata prodirent locutione, illáque declinaſſe teſtatur, quando ait: Poſui ori meo cuſtodiam, quum conſiſteret peccator aduerſùm me: Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Quantum autem profecerit, quidve de ſuo ſilentio adeptus fuerit, indicare curauit, dicens: & dolor meus renouatus eſt: Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea inardeſcet ignis. Obſtructo ſiquidem inutilium verborum meatu, incluſus amoris ignis cogitationes mundificat, compungit animum, fugat vitia lachrymarum, educit fontes, cuſtodit oſtia, ſectatur pacem, ſurſum cor erigit, Deóque coniungit*; quærendum frænum eſt linguæ in loquacitatem nimis pronæ; nullum aptius, nullum opportunius reperias, quàm euchariſticum.

Lingua frænum Euchariſtia. 1045 *Euchariſtia veluti quibuſdā faſcijs mens noſtra conſtringitur, ne in pœnitēda diffluat.*

Verè frænum Euchariſtia eſt, qua lingua ne nimium diffluat cohibetur. Benè ille: *Qui* FRÆNVM *iniicere ori ſuo intendit, ne ad inſana, aut impia, aut illicita verba diffluat, Chriſti Domini ſanguine linguam, & os perfundat.*

Euchariſtia veluti quibuſdam faſciis mens noſtra ambitur, & cingitur, ne in pœnitenda diffluat. Bellè ille: *Sicut fœtus in aluo materno quibuſdam faſcijs irretitur, vt adoleſcat, & corpus coaleſcat, ita & Euchariſtia* LIGAMENTVM *eſt, quo in bono* ALLIGAMVR, *ne diffluamus ad illicita, & vt in nobis virtus coaleſcat.*

Euchariſticus panis tāquam frænum ab omni peccato cohibere nos debet, vt eo coërciti peccare non poſſemus. Gen. 39. 6.

Qui euchariſtico pane paſcitur, tanta vi deberet coërcere, vt ad peccata diffluere quodammodo non poſſet, etiam ſi vellet. Ioſeph in Putipharis domo degens, in qua non aliud *nouerat niſi panem quo veſcebatur*, Gen. 39. v. 6. à domini autem ſui vxore prouocatus ad malum, ac tantùm non coactus, reſpondit: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua; quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum*; non dixit, *quomodo debeo*, ſed *quomodo poſſum*, ac ſi peccandi facultatem ademerint domini opes, ac facultates. Iuſtiùs id quiſque occinat ſibi, occinat tentatori, cùm ad lapſum allicitur, Dominus meus omnia mihi tradidit, dum ſe exhibuit, quomodo poſſum mali aliquid contra illum perpetrare? arctiùs quolibet vinculo, ac fræno me euchariſticus coërcet panis, vt in ſcelus aliquod incurrere hoc fræno coërcitus aut non poſſim, aut nolim poſſe.

Euchariſticæ menſæ particeps Chriſti impeccantiā imitetur. S. Dionyſ. Areop.

Qui Euchariſtiam ſumit, illius puritatem imitetur, qui ſub Euchariſtiæ velamine latet, vt quadam ratione reddatur impeccabilis. Sancti Dionyſij Areopagitæ hæc ſunt verba de euchariſtica Hierarchia cap. 3. vbi de Euchariſtia loquens ait: *Oportet nos ſi ad communionē eius adſpiramus, diuiniſſimam eius in carne vitā cōtemplari, atque* SANCTAM IPSIVS IMPECCANTIAM *imitando, ad Dei formam, & immaculatum ſtatum contendere, hac namque ratione, quomodo nobis congruit, ſimilitudinem ſuam communicabit.* Da mihi Amor hanc ſimilitudinem tui, dum mihi te ipſum exhibes, da vt te referam moribus, dum te excipio, & fero. Quò tui ſimilior per te ero, hoc ipſo magis tuus ero, & adſectu non tam ſuus, quàm tu felix, qui per te huc euaſit, vt ampliùs non ſit ſuus, ampliùs non ſit amore in te mutatus, mutatus affectu.

EXCVRSVS LXXIII.

Euchariſtiæ, & montis nexus.

Ad euchariſticum montem non accedat qui brutalem *ducit* vitam.

In euchariſtico monte niueo candore *donamur.*

Niuem *referant candidis moribus euchariſticæ menſæ participes.*

Altare *in quo offertur Euchariſtia* ſpiritalis mons.

Naturæ limites *ferè excedit, grandia quæque aggreditur qui Euchariſtiam cogitat.*

Mons ſanctus *dictus Sion ob Euchariſtiam hîc inſtitutam.*

Cur Rex in monte Sion *conſtitutus dicatur Chriſtus.*

Euchariſtia mundus ſubiugatus.

Sterilitas *omnis fit fœcunda Euchariſtiæ virtute.*

Ex quo cordi noſtro euchariſticus ſurculus *inſeritur amota ſterilitate vitæ fructus edere debemus.*

Non corporeæ, ſed ſpiritales delitiæ *cogitandæ in Euchariſtia.*

Chriſtus natura mons, *mons factus eſt gratia*
Petrus, Apoſtoli alij, alij Sacerdotes.
Montes *ex euchariſtico monte naſcuntur.*
Eccleſia ſanctitate irrigata *ob Euchariſtiam.*
Plures montes *ſanctitate inſignes erecti ob diuina Euchariſtiæ myſteria.*
Montes *Sacerdotes ſunt.*
Primus Sacerdos à monte *nomen ſuſcipit.*

1046. *Ad euchariſticum montem nō accedat, qui brutalem ducit vitam* B. Laur. Iuſt.

MOns Chriſtus eſt, mons coagulatus, mons pinguis, ad quem accedere beſtialem vitam agens non debet. nam & beſtia à monte, in quo Moyſi Deus loquebatur, Dei iuſſu arcebatur; idem in euchariſtico hoc monte fiat. Optimè Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia: *Porrò ſi à Domino imperatum eſt Moſi, vt beſtia, quæ montem tangeret, obrueretur lapidibus, diuinum valebit euitare iudicium, quicumque beſtialiter degens ad ſpiritualem* DEI MONTEM *minimè formidabit accedere? eſt planè Chriſtus mons excelſus & verus, coagulatus, & pinguis, in quo Deo optimo inhabitare complacuit, cui millia millium Angelorum aſtare, & decies centena millia miniſtrare perhibentur.*

In euchariſtico monte niueo candore donamur. S. Thom. Pſalm. 67.

In hoc euchariſtico monte eo candore donamur, vt alij appareamus, quàm eſſemus priùs; huc vocat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 24. quod de monte Selmon ait Propheta Regius Pſalm. 67. *Niue dealbabuntur in Selmon*, ſic autē philoſophatur ſanctus Doctor: *Selmon* MONS *Dei eſt, & interpretatur vmbra, &, ſicut dicit gl. corpus Chriſti ſignificat, quia ſicut vmbra fit de lumine, & corpore, ita in corpore Chriſti eſt lumen diuinitatis, & caro humanitatis; in hoc monte vmbroſo ſuper niuem dealbabuntur fideles, quia virtute corporis Chriſti incomparabiliter à macula peccatorum emundantur. Iſa. 43. Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me.*

1047. *Niuem referant candidū moribus euchariſticæ menſæ participes.* Genebr.

Hic verò notauerim in Græco pro *dealbabuntur*, eſſe *χιονωθήσονται*, *& nix exiſtet*, vt ait Genebrardus, & ex Hebr. *niueſcet, niuebit*, nimirum tanto candore niteſcere euchariſtico epulo paſti debent, vt niuem referant, niui pares. *Pij*, ait Genebrardus, *vt nix erunt candidi in locis obſcuris, & calamitoſis.*

Altare in quo offertur Euchariſtia ſpiritualis mōs. B. Laur. Iuſt.

Mons altare eſt, in quo euchariſticum hoc epulum & paratur, & exhibetur. Beati Laurentij Iuſtiniani ſerm. de ſacra Euchariſtia hæc ſunt verba: *Eſt enim altare ſuper quod ſacroſanctum Chriſti corpus myſticè immolatur,* MONS SPIRITVALIS, *ſublimis, atque præcipuus, in quo Patriarcha Abraha filium ſuum offerre iubetur.*

Naturæ limites ferè excedit, grandia quæque aggreditur, qui Euchariſtiā cogitat.

Nil mirum ſi naturæ oblitus tantus Patriarcha paratus erat in filium manum mittere, cùm ſpiritu in Euchariſticum ſacramentum raperetur, altaria noſtra reſpiceret, quorum mons ille figura erat; nihil tam arduum, támque difficile eſt, quod præſtare non debeamus, vel ſola euchariſtici ſacramenti memoria; ſuper naturam ipſam ferimur, ſanguinis, carníſque limites excedimus, euchariſtici epuli memoria, & multo magis vſu. Tantum in Patriarcha thalamo euchariſtici ſacramenti memoria potuit, quid in nobis non poterit non memoria tantùm, ſed vſus, ſed eſus?

Mons ſanctus dictus Sion ob Euchariſtiā ibi inſtitutam Pſalm. 2. 6.

Magnam cum monte cognationē habet euchariſtica menſa, quæ inſtituta fuit in monte Sion, quare Dauid vocat hunc mōtem *ſanctum*, Pſal. 2. 6. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, nimirum, *quia*, vt ille ait, *ſacrificium maximum inſtitutum, ambroſia mentium, pignus immortalitatis*; verè ſanctus hic mons, quia hîc ſanctitatis fons Euchariſtiæ ſacramentum inſtitutum.

Dicitur autem hîc Rex conſtitutus, & inunctus in Regem, quia Euchariſtia maximè in mortalium corda exercet imperium, in Sion itaque imperij ius initium ſumpſit Chriſtus, quia in hoc monte Euchariſtiam inſtituit, per quam imperij ſui virtutem in omnes exereret, exercerétque, vnde & illud ſancti Auguſtini circumfertur lib. 1. ad Ianuarium: *Sacramento corporis Domini* SVBIVGATVS *eſt mundus*, illiúſque imperio ſubiectus; & nos alibi euicimus regnum de Euchariſtia dici, nimirum ob hanc etiam rationem, quam hîc tango, quia per ipſum regnum ſibi ſuum parauit Chriſtus, paratum ſtabiliuit. 1048. *Cur Rex in monte Sion conſtitutus dicatur Chriſtus.*

Euchariſtia mundus ſubiugatus. S. Auguſt.

Præterea mons Sion dictus eſt, mons pinguis, mōs coagulatus, Pſal. 67. quia ſcilicet, hîc inſtituta Euchariſtia, quæ animæ delicias exhibet, lacteámque dulcedinem. Sion ſterilis mons erat, nihílque habebat fertilitatis, honore inſignis dici poteſt, quia ab euchariſticis myſterijs, quæ in illo celebrata ſunt, omnium bonorum copia fuit cumulatus; ſcitè copioſus ille commentator: *Typus Eccleſiæ Sion, qui mons nihil habebat fertilitatis, & ob gratiam inde defluentem ad omnes, quia Deus eum incolebat, comparari potuit cum Baſan, imò cunctis longo interuallo proponi. Coaluit primùm Eccleſia ex abiectis hominibus, & infœcundis ſine facundia, potentia, ſplendore generis; veruntamen nec Baſan, nec omnia mundi regna comparari vllo modo cum ipſa poſſunt, propter ipſius auctorem, & præſidem Deum; nam in Sion* DIVINA MYSTERIA *celebrata ſunt*; quibus ſterilitas omnis in fertilitatem vertitur, & infœcunditas fœcunda fit; bonorum omnium ferax & Eccleſia, & anima quælibet eſt, quæ euchariſticæ menſæ ſacramentum ſuo ſinu excipit.

Sterilitas omnis fit fœcūda Euchariſtiæ virtute. Io. Lor.

Ex quo cordi noſtro euchariſticus ſurculus inſeritur, ſterilitate omni amota, omni amaritudine, fructus vitæ producere debemus, adeóque perfectos, vt Chriſtum referre videantur; rem ſic explicat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 20. *Hæc eſt proprietas* SVRCVLI *bonæ arboris, ſi trunco inſeratur etiam ſylueſtri, quòd naturali virtute perualens illius amaritudinem in ſuam dulcedinem, & ſuauitatem conuertit, & ſimilem ſibi bonum fructum proferre facit. Sic* CORPVS CHRISTI *nobis inſitum defectus noſtros euacuat, & in ſuam nos bonitatem trahit, vt quales ipſe frondes, flores, & fructus iuſtitiæ facit, tales & nos per eum faciamus. Hinc Spiritus ſanctus dicit Ezech. 17. Sumam de medulla cedri ſublimis, & de vertice ramorum eius, & plantabo in montem excelſum, & rumpet in germen, & faciet fructum. Cedrus ſublimis eſt Deus Pater, rami eminentiores antiqui patres, vertex ramorum Beata Virgo, medulla cedri æterna Dei ſapientia, pars de ramorum vertice caro ſumpta de Virgine; Spiritus ergo ſanctus medullam cedri, & partem de ſummo ramo ſumpſit, quia Chriſti incarnationem fecit, & hunc quaſi ſurculum nobiliſſimum plantat in montem excelſum, cùm fidelibus à terrenis deſiderijs ad cœleſtia eleuatis Dominici corporis tribuit ſacramentum. Hinc fructus erupit, quia cor fidele propria amaritudine relicta vitiorum virtute corporis Domini ſimiles Chriſto ſpirituales frondes, flores, fructus virtutum, & bonorum operum facit*; nimirum ediſſe ſe vitæ fructum probat, qui vitæ fructus poſt eſum edit; ſed iterum ad montem. 1049. *Ex quo cordi noſtro euchariſticus ſurculus inſeritur amota ſterilitate vitæ fructus edere debemus.* S. Thom.

Nō corporeæ, ſed ſpirituales deliciæ cogitandæ in Euchariſtia.

Etiam illi, qui euchariſticam menſam parant, montes debent euadere, vnde idem regius Propheta

Pſalm.67. Geuebr.

pheta monti coagulo coagulatos adnectit montes, ait enim Pſalm.67. 17. *Mons coagulatus, mons pinguis, vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?* hæc verba inter ſe ita nectit Geuebrardus: *Vt quid ſuſpicamini, correctio eſt Rhetorica; cur ſuſpicitis, cur cogitatis montes coagulatos, & pingues dum iſta enumero de Dei monte? imò verò eſt mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo; quid dico montes coagulatos, imò eſt mons contra animales, qui non percipiunt ea, quæ ſunt ſpiritus, ac dum audiunt inſignes Scripturarum promiſſiones, cogitant ſtatim temporarias, neque animos attollunt ad præſtantiores, nempè ſpirituales, & æternas, quaſi dicat, cur ſuſpicamini, cur cogitatis bonis temporarijs, & caducis, hos montes diffluere, & non potiùs ſempiternis, & immarceſſibilibus benedictionibus, quid cogitatis terram fluentem melle, & lacte, & externo, & non potiùs delicijs ſolidis, & in perpetuum manſuris?* cœleſtes, veræque delitiæ cogitandæ ſunt, præſertim cùm de monte Sion agitur, in quo inſtituta Euchariſtia, quæ ſolidarum delitiarum, veratúmque fons, & mater.

Chriſtus natura mons, mons factus eſt gratia Petrus, Apoſtoli alij, alij Sacerdotes. Agell.

1050. Sed illud non repudiarim è monte pingui, & coagulato, lacte euchariſtico teferto alios etiam montes prodituros, eos enim qui euchariſticæ menſæ adſunt, ſacrificium euchariſticum Deo offerunt, huius menſæ frequentia & vſu tales euadunt illi monti ſuppares, qui ſub euchariſtica nube deliteſcit; noſter Agellius hîc per montem coagulatum Chriſtum intelligit, *Qui mons eſt ſuper omnes montes; qui non ineptè per montem Sion figuratur, cùm de Sion monte deſcenderit, nimirum de genere Dauid; & Petrus excelſæ confeſſionis merito, Beatus dictus eſt, & ipſe tanquam* MONS *alius factus*; ex monte mons prodiit, prodiere & alij, cùm plerique inſigni ſanctitate ſublimes euaſerint ex eo, quòd Chriſto vicini, & quod eſt præcipuum euchariſtico monti vniti, & in circuitu eius; ſancti Ambroſij verba ſunt lib. 5. in Lucam: *Sequere Chriſtum, vt ipſe eſſe* MONS POSSIS, *montes enim in circuitu eius*; fies mons ſi non ſequaris tantùm Chriſtum, ſed Chriſtum in euchariſtica menſa edas, imò verè ſequaris, quia edis. Proh quàm ille opportunè, quam aptè ad hanc mentem: MONS COAGVLATVS EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM, *ex quo montes alij naſcuntur, excelſa nimirum vitæ ſanctitate, qui vitæ ſublimitate Chriſtum referunt, & eo maiores euadunt, ac celſiores, quo euchariſtico monti viciniores.*

S.Ambr.

Montes ex euchariſtico monte naſcũtur. Anon.

Eccleſia ſanctitate irrigata ob Euchariſtiam. Ioel 3.

Firmant hæc, quæ tetigimus, ea verba, quæ habentur Ioël 3, 17. & 18. *Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter, habitans in Sion monte ſancto meo, & erit Ieruſalem ſancta; & alieni non tranſibunt per eam ampliùs*; nimirum ſanctitas Eccleſiam irrigat ex eo, quòd in Sion Deus habitauerit, ibique & legis Euangelicæ ſemina tradidit, euchariſticíque ſacramenti myſteria, nam Eccleſiæ pulchritudo, venuſtas, innocentia, dignitas, excellentia ab euchariſtico fonte naſcitur, vt ſuperiùs ex Beato Laurentio Iuſtiniano colligebamus; ſed quid poſt hæc ſequitur? *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte*; ſcilicet ex quo monte Sion Chriſtus habitauit, & in eo diuina corporis, ſanguinóíſque ſui myſteria celebrauit, tunc plures colles ſurrexere, dulcedine referti, ij nimirum, quibus euchariſtici ſacramenti tradita miniſtratio eſt, & diſtributio; à probo, licèt Anonymo, auctore res eſt, qui huic menti ſubſignans aiebat: *Ex quo in monte Sion habitauit Dei verbum homo factus, in eóque monte* SVI CORPORIS, SANGVINISQVE MYSTERIA CELEBRAVIT, *montes multi erecti ſunt, non ſuperbia tumidi, atque adeò ſteriles, ſed ſanctitate ſublimes, & bonorum operum melle, lactéque referti.*

B.Laur.Iuſt. *Plures mõtes ſanctitate inſignes erecti ob diuina Euchariſtiæ myſteria.*

Anon.

Montes vocati euchariſtici ſacrificij miniſtros obuium in ſanctorum Patrum monumentis eſt, & verus ille fuit, qui dixit: *Præditi ſacerdotio* MYSTICS APPELLANTVR MONTES, *hi montes verò Ioui ſacri, virtutibus vt cedris ſublimibus coronati, ſunt numinis ſacraria, diuerſoria ſempiternæ maieſtatis, quæ illorum familiaritate, commerciòque lætatur.* Pergit, & rem firmat: *Et verò ita hoc proprium ſacerdotij nomen eſt, vt qui primus in antiqua lege ad aræ cultum, & ſacrificium diuino iudicio fuit delectus, mons fuerit; nam Græcus ſeptuaginta ſcholiaſtes id Dauidis pronuntiatum exponens: Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius, Aaron, inquit, eſt ὄρος δυνάμεως, mons virtutis*; hunc titulum habuit qui ſacrificia illa oblaturus erat, qui vmbra nuda noſtrorum erat, cur non iuſtiùs hoc donentur titulo nouæ legis Sacerdotes, qui euchariſticum ſacrificium offerunt? Sacrificiorum maior ſanctitas maiorem ſacrificantium ſanctitatem exigit, vt qui ſanctiora, verioráque ſacrificia Deo litant, veriori, ſolidiorique ſanctitate polleant. 1051.

Montes Sacerdotes ſunt. Luc. Creſc. lib.1.cap.13. *Primus Sacerdos à mõte nomen ſumpſit.*

EXCVRSVS LXXIV.

Felix nauigatio Euchariſtiæ ope; aliaque notatu digna de euchariſtico pane.

Euchariſtiam nauigantes *ſecum deferebant.*

Secundo vento *nauigat euchariſtici panis eſu.*

Protegunt *nos ſacra myſteria inter ſæculi fluctus vt in littore hoſtes aquis ſepultos videamus.*

Veteris vitæ exuuias *exuat euchariſticæ menſæ particeps.*

In euchariſtica menſa Chriſti, & Sanctorum mores *moribus exprimendi.*

Abſtinentia *carnem domat; in Euchariſtia perfectiùs* domat, *qui ab ea non abſtinet.*

Tabernaculum Euchariſtiæ, *ſub quo caro ſubijcitur ſpiritui.*

ὀφθαλμὸς *magiſtratus dicebatur, qui ea* inſpiceret, *quæ fiebant in conuiuijs.*

Chriſtus in euchariſtica menſa totus oculus.

Fimbriam veſtimenti *figura euchariſticarum ſpecierum.*

Sub euchariſticis inuolucris Chriſtus grandi affectu adorandus.

Ex pannis *quibus inuolutus Chriſtus, facta ſunt emplaſtra naturæ.*

Velet ſe, *& ſua qui Euchariſtiam accipit.*

Chymica arte *vtiliter vtitur, qui charitate plumbea opera reddit aurea.*

Euchariſtici panis vſu plumbeæ actiones *aurea fiunt.*

Opera imperfecta cordi Ieſu *offerenda, vt perficiantur.*

Cùm Chriſtus pectus noſtrum ſubijt, nos & noſtra offeramus illi, *vt nos meliores reddamur, reddantur & noſtra perfectiora.*

1052. *Euchariſtiã nauigantes ſecum deferebant.* Bar. *Secundo vẽto nauigat euchariſtici panis eſu.* B. Aloyſ. Bel.

OLim fideles mari ſe committentes Euchariſtiam ferre ſecum conſueuerant, quod ootatum ab aiiis etiam, & præſertim ab eruditiſſimo Baronio tom. a. annalium Eccleſiaſticorum; ablatus hîc io maiorem reuerentiam huius ſacramenti;& verò extra aquas in perfectionis via feiiciter, & ſecundo vento nauigar, qui hanc meoſam frequentat. Beati Aloyſij Beltrandi hæc mens etat, his ferè verbis concepta, vt habetur io eius vitæ cap. 17. *Serui Dei euchariſtici cibi ſumptione* NAVIGANT, *non ſecus ac nauis vento ſecundo acta*; & quidem inter vitæ hoius fluctus æſtus ita nos ducit, vt in lirrore nos ſtatuit, boſtiúmque noſtrotum vires fractas videamus, demerſas aries, Pharaones noſtros, vt ira dicam, ſuffocatos, vt qood Iudæis accidit, ab Ægypto abeuntes feliciùs contingit nobis. Feſtioè Aoooymus auctor, & ineditus, quem noo ſemel produximus, tract. 5. de euchariſtico ſactificio, ait: *Protegent te ſancta myſteria, & inter medios ſeculi fluctus ante myſtici Pharaonis faciem gradieris illaſus; illum vtique in* INTELLECTVALI PELAGO SVFFOCATVM *aſpicies conſtitutus in littore*; feliciot mentis noſtræ nauis eſt, ſi pane iſto ſit munita, quàm ilia Salomoois, quæ facta eſt vt nauis inſtitotis de longo portans panem ſuum; deuictis fluctibus hoſtium, & pugnatis qui in huius vitæ mari nauigantibus inſidiantur, ſecuti ad Paradiſi littus perueniemus, euchariſtico hoc pane muniri; ſed alia quoque adiiciamus, quia non omnia, quæ de auguſtiſſima Euchariſtia nobis notata ſuot, ſub certis titulis coërceri potuerunt, licuit nobis aliqua capita erigere, ad quæ varia, & promiſcua, nullóque inter ſe ordine niſi communis argumenti vinculo colligata, reuocari abſque vlla vi, aut coactione poſſint; quod & alibi feci, & hîc ruſus hoc capite præſtabo, in quo ita varia coaceruo de euchariſticis deliciis, vt quo minori inter ſe nexu copulantor, eò latiùs vtilitatis ſuæ commodum ſpargant monita, quæ afferuntur.

Protegunt nos ſacra myſteria inter ſeculi fluctus, vt in littore hoſtes aquis ſepultos videamus. Anon.

1053. *Veteris vitæ exuuias exuat euchariſticæ menſæ particeps.* Ioan. 13. 14. Gab. Biel.

Qui euchariſticæ menſæ particeps eſt, veteris vitæ exuuia debet deponere, ad meliora trãſire, ac perfectiora, in cujus rei ſignũ & Chriſtus in iſtius Sacramẽti iuſtitutione veſtimẽta poſuit, & linteo ſe præcinxit, Ioan. 13. v. 14. quod ad mentem ſic expendebat Biel ſerm. 3. in cœna Domini, dum ait: *Surgens à cœna veſtimenta deponit, & ſic Euchariſtiam dedit, quo facto veluti exemplo docuit, vt acceſſioni prius* VESTIMENTA VETERIS CONVERSATIONIS DEPONAMVS. Eodem ſpectabat & ſerm. 5. *Surgere debemus à veteri cœna, ac veſtimenta deponere vetuſtatis; ad quod nos hortatur Apoſtolus Coloſſ. 3.* EXPOLIANTES NOS VETEREM HOMINEM *cum artibus ſuis.*

In euchariſtica menſa Chriſti, & Sanctorũ mores moribus exprimendi. P. Io. Pi. in cap. 15. Eccl.

Qui euchariſticæ menſæ adſidet, & Chriſti vitam, moréſque moribus referat, & vitã, Sanctorúmque virtutes imitetur, hoc rectè voluit Chriſtus, cùm ſacramentom Euchariſtiæ inſtitoens diſcipulos ſuos comites habuit. Pulchrè ille auctor: *Non ſolus accumbit menſæ Chriſtus, cùm Euchariſtiam inſtituit, verùm ſimul cum Apoſtolis, vt doceat accedentes non ſolùm meditari myſteria, quæ ad Chriſtum pertinent; verùm etiam ea, quæ ad* SANCTORVM ATTINENT EXEMPLA. *Vnde ſæpius in Miſſa Sanctorum patrocinia imploramus, & in Apocalypſi vidit Ioannes animas interfectorum ſubtus altare; quia meditatio eorum, quæ ſancti viri geſſerunt, vtilis admodum eſt ad dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem.*

Abſtinentia carnẽ domat, in Euchariſtia perfectius domat, qui ab ea non abſtinet. *Tabernaculũ Euchariſtia, ſub caro ſubijcitur ſpiritui* Ioſ. 18.

Ieiuniis & abſtinentia frangi luxutiantis carnis vires ſolent, ac premi, ne adeo ſæuiar, & intumeſcat; contrà in euchariſtico cibo accidit, hic enim frequens eſus coërcet carnem, & domat, quòd quis plus iuſto abſtineat caro inſoleſcit, nec regi facilè ſe ſinit. Pulchre ille: ABSTINENTIA *ſolemus domare carnem; at ſi vis perfectè domare, hunc panem dignè manduca*, feruet ſi abſtineat, ſubiicitur caro ſpiritu, vbi euchariſtica apparet menſa. Huc flecto illud Ioſuë 18. *Fixerunt in Silo tabernaculum teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta*; tabernaculum Euchariſtiæ figura erat; vbi ergo figitur hoc tabernaculum, ibi carnis terræ ſpiritui ſubiicitur; à probo calamo res eſt: *Si vis ergo vt terra carnis ibi* SVBIECTA SIT, *ſi vis habere pacem interiùs, accede ad tabernaculum, ſacram ſcilicet Euchariſtiam.*

ὀφθαλμὸς, oculos Athenis dicebatur magiſtratus, qui ea inſpiceret, quæ fiebant in conuiuiis, 1054.
qui dicebatur etiam οἰνόπτης, vt habet Athenæus lib. 10. cap. 7. in euchariſtico conuiuio epulum ipſum, quod offertur edendum, oculum refert, qui acutiſſimè videt qoid à qooque fiat, quid in hanc menſam committator.

Ὀφθαλμὸς magiſtratus dicebatur, qui ea inquireret, quæ fiebant in conuiuijs. Athen. *Chriſtus in euchariſtica menſa totus oculus.* S. Pet. Chryſ.

Cùm tangendus eſt Chriſtus, totus oculus eſſe videtor. Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 34. expendit illud, quod de muliere ſanguinum fluxum patiente ait Euangeliſta Matthæus cap. 9. 20. *Acceſſit retro*; ſic enim hanc rem expendebat ſerm. 34. *Acceſſit retro, tetigit fimbriam veſtimenti eius; ſed vbi? Retro nil erat: ibi faciem quam declinauit inuenit: erat in Chriſto corpus multiplex, ſed erat deitas ſimplex, erat totus* OCVLVS, *qui poſt ſe ſupplicem ſic videbat.* Argus quidam videtur Chriſtus eſſe, totus oculos eſt; ſed eſt præcipuè cùm tangendus in fimbria veſtimenti eſt, ſcilicet in Euchariſtia, quæ minima & poſtrema eſt veſtis pars; fimbriæ quippe, vt aliqui voluere euchariſticarum ſpecierum figuram quondam repræſentabat, non ergo mirum ſi totus oculus eſt Chriſtus, cùm de Euchariſtiæ contactu agitur.

Fimbriã veſtimenti figura euchariſticarum ſpecierum.

Cùm Chriſtos pãnis inuolutus in præſepio iaceret, ſtella ad præſepe iuit cœlorum nuncia, *quaſi*, vt ait ſanctus Athanaſius orat. in Aſcenſ. *ante tempus* COELVM MATVRARET *complecti eum, qui in ſpelunca latebat, ſed & diſpoſitionis opportunitatem ſeruare oportebat.* Cœli qui Chriſtum excepturi poſt multos annos erant, ſuam venerationem eidem paroulo feſtinant per ſtellam impendere, & tanquam legatum ad eum mittoot, quò ſe ad eius ſuſceptionem pararent, & ſtatim proderent ſe auidè eius in cœlum aduentum præſtulaturos; tacitè eorum ſegnitiem arguunt, atque ſocordiam, qui Chriſtum ſuſcepturi non ſe paraot, neque diſponunt.

Sub euchariſticis inuolucris Chriſtus grandi affectu adorandus. S. Athan.

Chriſtus pannis infantiæ videtur iterũ inuolotus, cùm euchariſticis ſpeciebus obuoluitur; cœli igitur exemplo, quia & Magorum, pergendum nobis eſt ad eum ad oraodum; obſequiom illi noſtrum exhibeamus, deferamus & myſtica dona, & quod magis eſt, ſiſtamus noſioetipſos; de pannis infantiæ ita ſentiebat Beatus Auguſtious ſerm. 21. de tempore, qui eſt 17. de die oatali: *Veneramur Chriſtum in præſepi, qui quadrifarium mundum repleuit in fide. Adoremus* PANNOS INFANTIÆ, *ex quibus facta ſunt emplaſtra naturæ. Honorate paſtores, qui primi ab Angelo myſterium didicerunt*; quæ ad euchariſticas 1055.

Ex pannis quibus inuolutus Chriſtus facta sũt emplaſtra naturæ. S. August.

euchariſticas etiam ſpecies transferre iuſtè poſſumus.

Velet ſe, & ſua qui Euchariſtiam accipit. Gen 3. Anon.

Poſt vetiti pomi eſum conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata parentes primi, & facie Dei ſui ſe abſcondere nitebantur, Gen. 3. Fatui delirique, qui à Dei omnia videntis oculis ſubducere ſe poſſe putauerunt. In eſu melioris fructus, & magis ſalutaris, nimirum euchariſtici quærenda perizomata, quærenda velamina, quibus nos & noſtra, non à Dei, ſed ab hominum oculis, quantum fieri poteſt, ſubducamus. Pulchrè ille: *Qui* VELATVM, *ſpeciebúſque obductum Deum accipit,* VELET *ſe, velet & ſua, ab humaniſque oculis eximat, humanæ gloriæ contemptu, humanæ laudis fuga.*

Chymica arte vtiliter vtitur qui charitate plumbea opera reddit aurea. B.Laur. Iuſt.

Chymicam artem qui vtiliter vult exercere, charitatem habeat, cuius conſortio plumbea opera aurea redduntur; pulchrè Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de charitate cap. 2. *Charitas comparatur auro inter metalla. Nam opera de genere bonorum* PLVMBEA; *nulliúſque valoris ſunt ſine charitate. Non enim numeroſitas operum, non diuturnitas temporum, ſed aurea charitas auget meritum. Omne quod patet, & quod latet in diuinis codicibus, tenet qui charitatem ſeruat in moribus. De qua dicitur in Apocalypſi: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias.*

Euchariſtici panis vſu plūbea actiones aurea fiunt. P.Hier.Nu.

Id etiam præſtat amoris ſinu exceptus euchariſticus panis, euehit actiones noſtras, adeóque nobilitat, vt quæ plumbea videbantur, aurea euchariſtici Sacramenti nexu fieri videantur; egregiè auctor ille: *Hoc quoque boni ab euchariſtici epuli ſumptione conſequimur, vt nitorem, pulchritudinem, pondus,* PRETIVMQVE *opera, quæ præſtamus acquirant, &* QVÆ ALIOQVIN PLVMBEA, REDDANTVR AVREA.

1056. *Opera imperfecta cordi Ieſu offerēda, vt perficiantur* Bloſ.

Imperfecta, & maculis adſperſa ſint opera, quæ præſtamus, Chriſti cordi ſunt offerenda, vt perficiantur, à probo calamo hoc monitum habes; Ludouicus Bloſius in regula tyronis ſpiritualis §. 5. num. 2. ita loquitur: *Opera, atque exercitia ſua* DIVINO CORDI *Chriſti emendanda, perficiendaque commendet, & illa eidem Domino Ieſu, aut Deo Patri offerat in laudem æternam, ad ſalutem totius Eccleſiæ, in vnione ſanctiſſimorum operum, & exercitiorum ipſius Chriſti Ieſu. Si enim hoc fecerit, ipſa eadem opera, & exercitia ſua, quæ ex ſe vilia atque imperfecta ſunt, nobiliſſima, Deóque acceptiſſima erunt. Nam ex operibus, & exercitijs Chriſti quibus coniungentur, atque vnientur, ineffabilem dignitatem accipient, quemadmodum gutta aquæ miſſa in vinum, & vino vnita, excellentem ipſius vini colorem, ſaporémque recipit; itidem omnia quæ ipſum grauant, & affligunt (ſiue parua, ſiue magna, ſiue externa, ſiue interna ſint) offerat Deo in laudem æternam, ad ſalutem omnium hominum, in vnione paſſionis, ac dolorum Chriſti; vt ex eiſdem paſſionibus, & doloribus Domini Ieſu, quibus vnientur, diuinam charitatem aſſumant.* Vtile iſtuc, & dignum, quo exeat in opus; ſed hoc maximè fieri poteſt, non ſub Euchariſtiæ velamine Chriſtum pectoris noſtri ſinu excipimus. Præclarè alius auctor: *Cùm pectus tuum Chriſtus ſubierit in Euchariſtia, dona illi te ipſum, offer illi tua, vt* MELIOR *tu fias,* MELIORA *fiant & tua ſanctiora, perfectiora*; tetigit Chriſtus crucem, & crucem reddidit ſanctam, omníque veneratione dignam, quæ antea abominabilis erat, & infamis, tetigit clauos, & ſanctitatem illis quandam affricauit, tetigit alia paſſionis ſuæ inſtrumenta, & nobilitatem illis ſolo contactu tribuit, vt tamen veneratione ſint digna; affricet ſe cordi noſtro,

Cùm Chriſtus pectus noſtrum ſubijt, nos & noſtra offeramus illi, vt nos meliores reddamur, reddantur & noſtra perfectiora. Anon.

& purius fiet; tangat & opera, quæ præſtamus, & ſanctiora euadent, ac perfectiora.

EXCVRSVS LXXV.

Aduerſis frangi non debet qui euchariſticis epulis paſcitur, & tribulationum, & iniuriarum hiemes ferre, qui euchariſticum triticum excipit.

Ab euchariſticis ſpeciebus quî diſcamus aduerſis non frangi.

Iobi exemplo ad omnem fortunam *æquo animo ferendam informamur.*

Sed magis exemplo *Chriſti.*

Patiens, mitis, & omni aduerſitate ſit maior, *qui euchariſticæ menſæ eſt particeps.*

Dum foris flagellat, *intus Deus* viuificat.

Ad flagellorum *perpeſsionem nos triticum vocat, vocat nos vua.*

Aduerſa omnia *tanquam Dei dona & munera excipienda.*

Trituram *non defugiat qui euchariſticum triticum edit.*

Tentationum tribulis *purgamur.*

Qui à Dæmone tribulatur, *granum maneat, ne concidatur.*

Tribulationis tribula *non nocet frumenti ſoliditatem habenti.*

Triticum, cuius vſus in Euchariſtia ad tribulationum patientiam *nos vocat, & Chriſti flagella cogitanda.*

Vtiles pœnæ, *&* flagella *etiam Paulo.*

Malorum iniuriæ *à bonis ferendæ.*

Qui agnum edit, patientiam *ferre ſecum debet.*

A Chriſto in Euchariſtia diſcimus iniurias *condonandas.*

Iniuriæ *tunc maximè* ignoſcendæ, *cùm euchariſticæ menſæ interſumus.*

Qui læſus *lædit, Chriſti membrum ſe minimè eſſe probat.*

Dum homo nos lædit, *in Deum, non in hominem oculus conijciendus.*

Iniuriarum *remiſsio lectum ſacrificium & grata Deo hoſtia.*

Qui illatas ignoſcit iniurias *Deo ſimilis fit.*

Diuinum quidpiam *iniurias non vlciſci.*

Virtutis corona *inimicorum amor.*

Dominum agnoſcere Phariſæi poterant ex diuina potentia.

Inſignis Chriſti mititas *in Iudam poſt Euchariſtiam.*

Sub euchariſticis ſpeciebus latens Chriſtus rectè inclamat nullius mentem qui huius conuiuij particeps ſit, aduerſis frangendum eſſe; quia nec ipſe Chriſtus frangitur, licèt hoſtia ipſa frangatur. Par eſt in hoc nos ei pares eſſe, quem edimus, vt fractis rebus non frangamur, non frangamur 1057.

Ab euchariſticis epulis qui diſcamus aduerſis non frangi. Phi. Di. conc. 2. in feſt. corp. Chriſt.

gamur aduerſis; ſcitè ille: *Fracta hoſtia* NON FRANGITVR CHRISTVS *iuſtorum vita*, SIC NEC SVSCIPIENTES ILLVM ADVERSIS NON DEBENT FRANGI; *ſolet namque diuinum hoc ſacramentum ſumentibus illud tantam vim, tantámque fortitudinem communicare, vt tanquam leones ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus facti diabolo terribiles.* Pergit & rem Martyrum exemplo firmat in hunc modum: *Vnde ſanctus Cyprianus quandam Eccleſiæ perſecutionem imminere videns Chriſtianum populum in Eccleſiam conuocauit, quos armauit, muniuitque non armis, non lanceis, non gladijs, ſed vt ſanctam reciperent communionem eos exhortans, qua fortitudinem, vimque reciperent, ne à fide deficerent, neque* IMPATIENTIA FRANGERENTVR.

Iobi exemplo ad omnẽ fortunam æquo animo ferendam informamur.
S.Iſid.Peluſ.

Iobi exemplo ad omnem fortunam æquo animo ferendam nos informabat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib.5.epiſt.71.his verbis: *Viri præſtantiſſimi pura, & ſancta mente rerum omnium naturam quoad eius fieri poteſt contemplari, moderatè omnes earum viciſſitudines ferunt. Vt enim egregij tragœdi quancumque perſonam cum admiratione, & plauſu ſuſtinent, ita etiam cordati homines, velut Athletæ in hac vita arena conſtituti, prout quidque ſe ſe dederit, ita decenter ſe inet accommodant. Conſidera mihi celebrem illum Iob, qui in diuitijs laudabilis, in inopia magnus claruit, qui cùm in illis fuiſſet admirationi, in hac multo magis exſtitit admirandus. In diuitijs enim indecorè, in paupertate verò decenter viui poteſt. At homines mente deſtituti, cùm malorum radicem inueſtigare non poſſint, hos, qui nullo, aut exiguo admodum dolore affliguntur, in felicibus adnumerent. Cùm enim propriam animi mollitiem accuſare deberent, res ipſas damnant.* Nos non ſolùm tantum habemus, quem in rebus aduerſis ferendis imitemur, habemus Chriſtum, qui tot pro nobis tulit, præcipuè illo tempore, quo ſe in cibum ſuis exhibuit, vt ab ipſo animos armaremus, ſumeremus & vires.

Sed magis exẽplo Chriſti.

1058. Mitis eſſe debet, & omnibus aduerſitatibus maior, fortiórque qui eucharisticæ menſæ particeps eſt; ídque Chriſti ſui exemplo, qui tot indigna ſuſtinuit, & tempore, quo ſacramentum iſtud inſtituit, cuius manſuetudinem, vt efferret Ioannes, ait cap.13. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*; quæ verba ſic expendebat Seraphinus à Porrecta, nobilis huius Euangeliſtæ interpres, hîc concl.2. *Chriſtus poterat, & quidem faciliter, tum vt Deus, tum vt homo, facere de illis atrociſſimis hoſtibus ſuis quicquid ſibi ipſi placuiſſet, puta morte repentinæ illos percutere, in inſaniam, brutorum more, vertere, totaliter perdere, &c. Vnde Euangeliſta per hoc quod Chriſtum ſcire dixit ſe habere omnia in manu, voluit ſubindicare nobis* INEFFABILEM IPSIVS MITITATEM, MANSVETVDINEM, PATIENTIAM, *&c. quatenus cùm poſtea videremus, ipſum tam potentem nihil horum* CONTRA TANTOS INIMICOS *exercuiſſe, immo nec attentaſſe, cognoſcere cogeremur inde Chriſti & mititatem, & manſuetudinem, & patientiam.*

Patiẽs, mitis, & omni aduerſitate ſit maior, qui eucharistica mẽſa eſt particeps.
Ioan.13.
Seraph.Porrect.

Multis calamitatibus premebatur Dauid, aduerſitatem ictibus petebatur, & tamen dixit; *Oratio Deo vitæ meæ*; Pſalm.41.10.quæ ſic explicat Vgo Victorinus cap.51. in hunc Pſalmum: *Deo vitæ meæ, quia dum me ferit flagellando mortificat, intus viuificando aſpirat*; ioſtiùs id dicat, qui eucharistico pane paſcitur; vita illi Deus eſt, quia licèt foris duris prematur, intus illum habet, quo dura quæque forti, lætóque animo ferre poſſumus,

Dum foris flagellat, intus Deus viuificat.
Pſalm 41.10.
Vgo Vict.

Ad flagellorum perpeſſionem nos triticum vocat, à quo paleæ ictibus & flagellis ſeparantur, vocat nos vt vua, quæ calcibus premitur, vt vinum inde effluat; optime hîc cadunt, quæ habet ſanctus Gregorius hom.15.in Euangelia, dum ait: *Si* VVA *calcibus tunditur, & in vini ſaporem liquatur: ſic oliua contuſionibus expreſſa, amurcam ſuam deſerit, & in olei liquorem pingueſcit; ſic per trituram areæ, à paleis grana ſeparantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quiſquis ergo appetit plenè vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ* FLAGELLA *tolerare*; vt oon mirum ſi & vuæ fructus, & triticum in eucharistico ſacramento adhibeantur, vt ſcilicet cadamus animo, cùm premimur, & calcamur, nec frangamur aduerſis, cùm aduerſa petimur.

Ad flagellorũ perpeſſionem nos triticum vocat, vocat nos vua.
S.Greg.

1059. Aduerſa omnia tanquam Dei munera, & dona à Deo excipieoda ſunt, à quocumque alio nobis videantur eſſe. Pulchrè Bloſius in paradiſo animæ cap.9. num.2. *Omnia aduerſa amanter ſuſcipe, tanquam pretioſiſſima* XENIA *tibi à Deo tranſmiſſa; ſiue è cœlo, ſiue ab elementis, ſiue à Diabolo, ſiue ab aduerſarijs, ſiue à ſatanicæ artis miniſtro, ſiue à feris ea emerſerint. Non exiſtimes aliquid aliunde tibi euenire, quàm de diuinâ prouidentiâ, atque diſpenſatione: niſi enim Dominus permitteret, nihil acerbi vnquam patereris.*

Aduerſa omnia tanquam Dei dona & munera excipienda.
Bloſ.

Frumentum, quod ad eucharisticum panem conficiendum adhibetur, nos rectè admonet, vt aduerſitates omnes fortiter feramus. Cadit hîc optimè quod auctor ſub nomine Chryſoſtomi habet hom.3.in Matthæum: *Hîc triturandi ſumus, hîc ventilandi, ſicut enim* GRANVM TRITICI *incluſum in palea foras non egreditur, niſi fuerit trituratum; ſic & homo de impedimentis mundialibus, & de rebus carnalibus, quaſi in palea inuolutus difficilè egreditur, niſi fuerit aliqua tribulatione vexatus.* Paulo aliter rem verſat, ſed eòdem ſpectans, ſanctus Auguſtinus in Pſalm.55. dum ait: *Vt palea trituretur intrent tritura, intrent tribula tentationum: tu purgaris, illa comminuitur*, & in Pſalm.10.explicans quomodo nos ſatanas cribret, & vexet ſicut triticum, ait: *Quid eſt vexare ſicut triticum? Quomodo ab homine triticum non manducatur, niſi primò attritum, vt panem faciat, ſic neminem manducat Diabolus, niſi primò per tribulationem euerterit, conterit vt manducet. Tu autem quando tribularis, ſi maneas granum, non conturberis: nihil tibi contingit. Quando boues triturant, nunquid in ſolum triticum intrant? ſimul mittuntur cum tribula in aream. Sed nunquid timendum eſt tritico? abſit. Non conciditur niſi palea à tritico.*

Trituram non defugiat, qui eucharisticũ triticum edit.
Auct. ſub nom. Chryſ.

S.Aug.
Tentationum tribulis purgamur.

Qui à Dæmone tribulatur granum maneat, ne concidatur.
S.Aug.

Tribulationis tribula nihil nobis nocebit ſi frumenti ſoliditatem habeamus. Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus hom.11. in Matth. *Si*, inquit, *in* FRVMENTI *ſoliditate permanſeris, etiamſi tribulatio irruat, nihil dabit incommodi, ſiquidem in area iacens frumentum, rapida etiam curruum rotæ nihil comminuent prorſus; ſi verò in infirmitatem deciderit palear, & hîc intoleranda patierit, à cunctis omnino conciſus, & ibi immortale ſupplicium ſuſtinebit.*

Tribulationis tribula non nocet frumẽti ſoliditatem habenti.
S.Chryſ.

1060. Tritieom ipſum, quo Eucharistia conficitur, nos ad laborũ, & tribulationum perpeſſionem vocat, vocat ad Chriſti tormina, flagelláque cogitanda; quis neſcit per frigora, per hiemes, pérque inclementiam cœli, Soliſque ardorem tranſire triticum, vt vernet, vt adoleſcat, vt perficiatur? idem cogitet qui ad Eucharistiam accedit. Benè bonus ille auctor ad illa Oſeæ verba ex cap.14. *Viuent tritico*, ait enim ex Chriſti mente: *Quemadmodum*

Triticum cuius vſus in Eucharistia ad tribulationum patientiam nos vocat, & Chriſti flagella cogitanda.
Hier.Guad.
Lui.

TRITICVM

TRITICVM *frigora perferet hiemis, & ardorem Solis; ſic ego multa, & acerbiſſima pertuli pro hominibus, dum agonem crucis ſuſtinui, eáque omnia repræſentantur in hoc ſacramento conferente vitam hominibus.*

Vtiles pœnæ, & flagella etiam. aulo. 1.Cor.15.10.

Vtiles pœnæ, vtilia flagella ſunt, quæ nos Deo noſtro ſacrant, immolántque. Paulus plus omnibus ſe laboraſſe ſcribit 1. Cor. 15. 10. & quia ſcribit, verè laborauit; vnde iſtuc? An quia cæteri Apoſtoli vocati verbis ad apoſtolatus apicem fuere, Paulus minis, cæcitate, pœnis? Sancti Auguſtini hæc ſunt verba epiſt. 57. *Mirum eſt, quomodo ille, qui* POENA CORPORIS *coactus intrauit, plus illis omnibus, qui ſolo verbo vocati ſunt, in Euangelio laborauit.*

S. Auguſt.

Malorum iniuria à bonis ferenda.

S. Laur. Iuſt.

Et terra cui triticum committitur, & vitis, cuius palmites, vt fructum plus ferat, amputantur, tacitè inclamant, ferendas à bonis malorum iniurias eſſe, ferendam ſæuitiem, vt vberiores emittant fructus. Pulchrè rem verſat Beatus Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 5. dum ait: *Semper bonorum conuerſatio malorum perſecutiones pertulit.* TRITVRATVR *terra, & vomere ſcinditur, vt germinet: vniuerſa putantur arbores, vt fœcunditate ſua alimoniam hominibus ſubminiſtrent, in vites vtiles purgantur racemi, vt vberiorem fructum exhibeant. Sic ab aduerſariys veritatis iuſti opprimuntur, & tacent: temporalium damna patiuntur, & diligunt, calumniantur, & obſequia impendunt, benefaciunt odientibus, pro perſecutoribus orant, ſe corporis Chriſti membra eſſe fatentur, conſortéſque Sanctorum, qui malam perferendo coronam gloriæ perceperunt. Non enim hoſtibus ſuis irrogando mala, ſed æquanimiter patiendo aduerſa, de huius ſæculi ſtadio triumphaliter diſceſſere.*

1061. Qui agnum edit, patientiam ferre ſecum debet, & hoc eſt pellem pro pelle exhibere; egregiè Petrus Cellenſis lib. de panibus, cap. 1. *Carnem ergo pro carne repone, pro ſancta ſanctificatam, pro caſta caſtigatam, & caſtificatam, pro integra impollutam; ſanguinem quoque pro ſanguine, ſcilicet profuſo in arca crucis, effuſum in rubore confeſſionis, pro puro, impurum, pro bono, malum, pro quieto, turbidum. Pellem etiam pro pelle, ſicut Iob ait, id eſt,* PATIENTIAM, ET IMITATIONEM *manſuetudinis Agni incontaminati Ieſu Chriſti rependere debemus.*

Qui agnum edit, patientiam ferre ſecum debet.

Petr. Cell.

A Chriſto in Euchariſtia diſcimus iniurias condonandas.

Qui iniuriis afficitur, inferentibus ignoſcat, ſciátque Chriſtum pro ſumma in eo illatam iniuriam Euchariſtiam exhibuiſſe, ſanguis ille, qui à Chriſti latere fluxit, cum lancea ictus eſt, Euchariſtiæ figura fuit, vt nobiles aliqui interpretes notauere; dum igitur ei latus vulneratur ſacramenta, & præcipuè quod præcipuum Euchariſtiam exhibuit in ſignum, quia tunc omnium maxima iniuria affectus fuerat, cui omnium maximo beneficio reſpondet, tunc vt hinc diſceremus non noſtris meritis tribuendam Euchariſtiæ inſtitutionem, ſed ſoli diuinæ bonitati, ferendáſque eſſe Chriſti exemplo omnes iniurias, quæ nobis inferuntur, & donis, ac muneribus magnis compenſandas. Boni auctoris hæc ſunt verba, hæc mens: Ioan. 19. 34. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua: ſcilicet ſacrãmentum Euchariſtiæ ex latere eius exiuit, in quo vinum temperatur aqua. Hæc aqua, & ſanguis, quæ de Chriſti corpore profluit, nempè Euchariſtia, in qua vinum aqua permixtum tranſit in ſanguinem Chriſti. Cæterùm, quid eſt, quòd dum latus Chriſti vulneratur, Euchariſtiam fundit? ſanè hæc fuit maxima Chriſto illata iniuria, hoc maximum crimen in Chriſtum commiſſum, nam reliqua mala hoc egerunt, vt eum neci darent; aſt vulnus inflictum fecit demortuo iam corpori, quod quidem magna fuit inimicorum ſæuitia, & maxima in Chriſtum iniuria collata. Euchariſtia autem omnium diuinorum beneficiorum eſt maximum. Hoc autem donorum eximium rependit Chriſtus propter ſummam iniuriam: quo oſtendit, tantum eſſe Euchariſtiæ ſacramentum, vt nulla ratione illud potuerint homines promereri. Equidem ſi Chriſtus hominibus Euchariſtiam contuliſſet intuitu alicuius pij operis, fortè in animum induxiſſent, ſe aliqua ratione attingere potuiſſe tantum illud beneficium, & ſui adeptos meritis, ſuiſque viribus adſcriberent. Cæterùm, cùm illud exhibet, dum ſummam patitur iniuriam, vident ſe nullo modo tantam gratiam ſuis attigiſſe meritis, & ſupra omnia merita hominum datam Eccleſiæ. Quod videtur mihi notaſſe Paulus expendens, quo tempore hoc ſacramentum effecerit Chriſtus, 1. Cor. 11. 23. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. ſcilicet ipſa nocte, in qua per dedecus ſummum excipiendus erat ab hominibus; in qua diſcipulus prodit, Sacerdotes accuſant, Prætor damnat, Apoſtoli diffugiunt, milites coronam plectunt, carnifices cruci affigunt, &c. Ne quis putaret ex aliquorum merito hoc immenſum beneficium promanaſſe; ſed ex Dei libera, & ſola voluntate ſine alicuius merito.* Sic ille, quæ licèt multa fuerant, mihi tamen integrum vix fuit non integrum locum hîc inſerere.

P. Io. Pi. et. 423.

Ioan. 19.

Iniuriæ tunc maximè ignoſcendæ cùm euchariſticæ menſæ facti ſumus participes, iuit in exemplum Chriſtus, qui poſt celebratam euchariſticam menſam publicè crucifixoribus ignouit. Optimè pius ille auctor: *Diſtulit Chriſtus verbis* INIVRIAS INIMICIS CONDONARE, *& publicè pro eis orare, vſque in crucem; quia in Euchariſtia myſterium crucis repræſentandum erat. Ergo Chriſtus eſt in Euchariſtia, vt pendens in cruce, & pro inimicis exorans. Cur hoc? Nempe vt ius huius ſacrificij euchariſtici palam fiat. ſcilicet, repræſentatur Chriſtus Patri in Euchariſtia, acceptas iniurias donans, & hoſtes ſuos Patri commendans: vt vel inde Pater diſcat, acceptas iniurias obliuioni mandare, neque acceptas referre.* 1062.

Iniuria tunc maximè ignoſcenda cùm euchariſticæ menſæ interſumus.

P. Io. Pi. in cap. 13. Eccl.

Qui læſus lædit, & in ſæuientem ſæuit, Chriſti membrum ſe minimè eſſe probat, nam ſi membrum in corpore aliud membrum lædat, non ſe vindicat læſum, nec ictui ictibus reſpondet, ſed patienter fert; idem fiat cùm ab aliò iniuria aliqua affeceris, cogita vnius, eiuſdémque cum illo corporis te eſſe membrum; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus de charit. cap. 17. *Cùm vnum membrum ab alio* LÆDITVR, *non ſe vindicat; ſic debet eſſe inter fideles, ſicut ſcriptum eſt, nulli malum pro malo reddentes.*

Qui læſus lædit, Chriſti membrum ſe minimè eſſe probat.

B. Laur. Iuſt.

Dum lædit nos homo, in Deum oculus conijciendus, ipséque tanquam diuinæ iuſtitiæ ſatellites exiſtimandus eſt, ita loquitur Bloſius in animæ paradiſo cap. 9. num. 5. *Non indigneris hominibus qui te lædunt; ſed eos diuinæ diſpenſationis* SATELLITES *eſſe agnoſce, eos dilige, & Deo gratias age. Oculus cordis tui illum reſpiciat, qui moleſtijs exerceri ſe ſinit, magis quàm eos, qui tibi moleſti ſunt. Quod dum præſtare adniteris, ſi tua infirmitas aduerſum te luctari, & odium in perſecutores ſuggerere cœperit, ne ceſſeris; ſed perſiſte, & precare Altiſſimum, vt vincere poſſis;* leuiores nobis illatæ eſſent iniuriæ, ſi cùm inferuntur non inferentes homines reſpiceremus, ſed Deum.

Dum homo nos lædit, in Deum, non in homin. oculus conijciendus.

Bloſ.

Pingue ſacrificium, lecta hoſtia eſt, cùm iniuriæ remittuntur; ſic aliqui explicant illa verba

Iniuriarũ remiſſio lectum ſacrificiũ, & grata Deo hoſtia.

Geneſis

Gen 43.16. Geneſis cap.43.16. *Occide victimas, & inſtrue conuiuium*; victimæ ad aras, & ad ſacrificia quæruntur, & parantur, cùm ad menſas, cùm ad conuiuia; cur igitur Ioſeph iubens parari conuiuium victimarum meminit? an quia Ioſeph in clementiæ argumentum, & fraternæ charitatis conuiuium inſtruens ſacrificium offerre videbatur? Siſtenda

Sylu. à Petra ſancta. hîc probi auctoris verba; Syluester Petra ſancta metaph.73 hunc locum ediſſerens multis explicatibus adductis, addit: *Supereſt, vt dicamus igitur, tranſlatè hîc vſurpari nomen victimæ pro cibis huius conuiuij, in quo Ioſeph diu, & pridem offenſus à fratribus veluti Sacerdos magnus clementiæ, & charitatis operabatur eorum reconciliationi.* QVASI HOC EPVLVM FORET SACRIFICIVM, *& cibi eius victima pacifica Deo vtique accepta, qui profitetur ſe hanc miſericordiam velle, & non ea ſacrificia, in quibus offerat quis munus ſuum, & non reconcilietur antea fratri ſuo. Enim verò qui offenſas benigne condonat, atque eſt blandus, & pacificus ijs, quos expertus fuerat in ſe immites, ac feros, huius animus Sacerdos eſt, charitas ignis holocauſti, ipſum beneficium. Quod rependitur loco iniuriæ, eſt ſacrificium, & eiuſmodi oblatio aſcendit proculdubio in odorem ſuauitatis.* Addit ſtatim, & rem adhuc luculentiùs vrget; *ſed & quia hoſtia illa (quemadmodum indicat vocabuli origo) victima propriè vocabatur quæ manu victrice, poſt rem in bello feliciter geſtam immolari ſolebat, ſic enim canit poeta,*

Victima quæ dextera cecidit victrice, vocatur:
Hoſtibus à domitis, Hoſtia nomen habet.

In hac victoria qua ſe ipſum, & animum ſuum vicit Ioſeph, & quæ & omnium difficillima, atque pulcherrima, obtinetúrque profligando deſideria vlciſcendi fraternas iniurias, quaſi acies aduerſas, & repugnantes menti, & charitati, in hac, inquam, victoria ſui, Ioſeph, veluti manu victrice, victimas occidit, dum cibos, & conuiuia fratribus, tanquam amicis, ac de ſe optimè meritis parauit, quibus vtpotè hoſtibus, & infenſis, ſupplicia potiùs, in ſumma illa præſertim poteſtate infligere potuiſſet.

1063. *Qui illatas ignoſcit iniurias Deo ſimilis fit.* Idem. Non hîc ſiſtit, aliud adiicit, quod maius: *Poſſumus de eo aliquid maius in hac laude aſſerere, nempè quia* VICTIMÆ, *atque* HOSTIÆ *tibi Deorum exiſtimantur, ipſum Ioſeph in eo conuiuio viſum fuiſſe, non veluti hominem, ſed quaſi Deum accumbere: & vt ibi comederet, victimas pro cibo ei appoſitas, tanquam numini fuiſſe. Qui enim iniurias illatas, lenis, mitis, & exorabilis condonat, hunc etiam ego cum hominibus comparo: ſed ſimillimum Deo indico.*

Diuinũ quidpiam iniurias non vlciſci. S. Iſid. Peluſ. *Virtutis corona inimicorũ amor.* Plusquam homo eſſe videtur, qui homini parcit, à quo affectus iniuriis eſt, & contumeliis; diuinum id opus ſi quiſpiam dixerit, habebit ſecum ſentientem ſanctum Iſidorum Peluſiotam lib. 5. epiſt. 232. *Qui læſus iniuriâ ſit, eam non vlciſci* DIVINVM ID OPVS EXISTIMO; & vniuerſi inimicorum amorem virtutis coronam vocabat Euthym. Euthymios in cap. 5. Matth. dum ait, *Amor inimicorum omnis eſt virtutis corona, & vertex.*

Dominum agnoſcere Phariſæi poterant ex diuina patientia. Tertull. Vt nullo alio argumento, nullo alio miraculo cognoſci potuerit Chriſtum Deum verum fuiſſe, hoc plusquam humana iniuriarum patientia pleniſſimè probabat, & Deum eſſe oſtendebat, quæ talia paſſus, tanta ferre æquitate, & fortitudine potuit. Benè Tertullianus lib. de patientia cap. 3. *Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis,* PATIENTIAM HVIVSMODI *nemo hominum perpetraret*; pluſquam homo fuit qui tanta patientia tulit.

Inſignis Chriſti mititas in Iudam poſt Euchariſtiã. Diuinam hanc patientiam, mititatémque maximè Chriſtus exercuit, cùm Euchariſtiam inſtituit, vt oſtenderet tunc maximè & à nobis exercendum, cùm ad eucharisticam menſam accedimus; hinc Iudæ tradenti occurrens mitiſſimis illis verbis alloquitur: *Iuda oſculo filium hominis tradis?* nihil durum, nihil aſperum, mitem animum intus latentem hæc verba produnt, in miſericordiam pronum, non in vindictam; hæc verba ſic expendebat ſanctus Ioannes Chryſoſtomus hom. S. Chryſoſt. 21. in epiſt. ad Rom. *Neque dicebat, ô ſceleſte, ô perdite, ô proditor, hanc nobis pro tanto beneficio gratiam rependis? Sed quo modo? Iuda, inquit, proprium illius nomen ponens: id quod magis erat miſerantis, & reuocantis, quàm indignantis. Neque dixit præceptorem tuum, dominum tuum, benefactorem tuum, ſed filium hominis*; quid aliud exiret ab ore, quod Euchariſtiæ ſacramentum, adhuc, vt ita dicam, ſapiebat? hanc eandem mentem à Chriſto ſuo ebibat, qui Chriſti ſui ſanguinem bibit, & non indignè ſe acceſſiſſe iniuriarum illatarum obliuione prodat.

EXCVRSVS LXXVI.

Euchariſtica veſtis animæ nuditati operiendæ.

שׁרוּח *quid*; epularum *nexus*, & telæ.

Euchariſtico epulo veſtem *immortalitatis nobis teximus.*

Chriſtus, & hiſtoria Euangelica in veſtibus *texebantur.*

Quà vtilius *id præſtetur.*

Anima veſtis *caro eſt ne ſuperbiret.*

Quantæ dignitatis homini ſit Chriſto indui.

Chriſti moribus induendi, *vt terrori dæmonibus ſimus.*

Chriſtum induit, *qui virtutibus ſe veſtit.*

Induit *Chriſtum, qui non facilè illum deſerit.*

Corpus animæ veſtis.

Chriſtus ſuis & cibus, *&* veſtis.

Bonum operimentum *ieiunium.*

In ſpiritali conuiuio ieiunium noxium, & ſpiritalis nuditatis *cauſa.*

Stolam, *&* veſtem *refert Chriſti caro.*

Stola *in Euchariſtia caro Chriſti, quæ nuditatem noſtram operit, noſtra peccata.*

Bona ſtola *Chriſti caro, quæ omnium peccata operit.*

Inſignis Dei miſericodia cùm poſt lapſum primos parentes veſtiuit.

Euchariſtica veſte *indui quàm eximium donum.*

Vna Euchariſtia & cibum *nobis exhibet, &* veſtem.

Ob Euchariſtiæ figuram Iudæorum veſtimenta *in deſerto non ſunt attrita.*

Eliæ pallium *quantæ virtutis.*

Nobilius nobis pallium *reliquit Dei filius cùm ſuam nobis carnem dedit.*

Chriſti corpore tanquam pallio *huius ſæculi aquas tranſire poſſumus.*

Chriſti induat mores, *qui euchariſtica veſte operire ſe vult.*

Principum

Principum moribus populi veſtiuntur.
Euchariſticam veſtem *vt quis induat veteris hominis veſtem ſcindat.*
Veſtiendi corporis *cura homini quàm noxia.*
Qui Chriſtum in Euchariſtia induit, *nimia aliorum veſtium cura haud tangatur.*
Imago Dominicæ paſſionis veſtibus.
Pulchra veſtis *Chriſti Domini paſſio.*
Noxium indumentum *propria voluntas.*
Veſtium *luxus quas vires habeat.*
Veſtium *vilitas nobiles reddit, & magnarum effectorem, qui eas geſtat.*
Quæ pretioſis veſtibus *vtuntur, veſtibus ſuis viliores fiunt.*
Veſtium luxum *defugiat qui flammas corpori ſuo non morituras timet.*

שתוה quid epularum nexus & tela. Euchariſtico epulo veſtem immortalitatis nobis teximus.

1064. VEſtis, & conoiuij aliqua cohærentia eſt, telæ, & epularum; in Hebræo שתוה *ſathah* conuioium ſignificar, & etiam filum, quo pannis texitur ſtamen; ſi de corporeo conuiuio ſit ſermo, iodicatur nobis diuerſarum harum eiuſdem nominis notione ad filom ſubtegmini, vt in prouerbio eſt, redigi qui conuiuia ſectatur epuláſque ſi de ſpirituali & euchariſtico ſanctiratis, & gloriæ veſtem ſibi veluti contexere, qua anima operiatur, qui frequens ad illud accedit; etiam apud Chaldæos nomen שתא *conuiuium* ſignificat, & verbum ipſum, & verbum שתא *texere.*

Chriſtus & hiſtoria Euãgelica in veſtibus texebantur.
S. Aſter.

Olim in veſtibus Chriſtum ipſum com ſuis diſcipulis intexebant, hiſtoriáſque euangelicas; meminit huius moris ſanctus Aſteraus hom. de diuite, & Lazaro: *Qui autem, queve de diuitibus illis religioſiores, argumenta textoribus ex* HISTORIA EVANGELICA *collecta ſubminiſtrant, ipſum, inquam,* CHRISTVM *noſtrum cum diſcipulis omnibus, ac miracula quæque quemadmodum ibi narrantur. Videbis nuptias Galileæ, & hydrias, paralyticum lectum baiulantem, cæcum qui luto curatur, mulierem quæ ſanguinis profluuio laborabat, fimbriam prehendentem, peccatricem ad pedes Ieſu accedentem, ac Lazarum è ſepulchro rediuiuum, & hæc dum faciunt piè ſe ſe facere, & veſtimenta Deo grata induere arbitrantur*; hunc morem in ſanctiorem, vtilioremque vertendum appoſitiſſimè ibi docet ſãctus Doctor, & inter alia hæc habet: *Nec peccatricem ad genua Domini prolapſam tam diligenter contuere, ſed ſuorum aſpectu peccatorum contritus, lachrymas vberes emitte. Pro effigie Lazari reſurgentis idoneam, in tua tempus reſurrectionis apologiam para. cæcum veſtibus depictum circumferre noli, ſed cæcum viuentem beneficijs ſolare: non reliquiarum cophinos pinge, ſed eſurientes paſce: ne hydrias in veſtibus geſta, quas in Cana Galileæ repleuerunt, ſed ſitienti potum præbe. Noli pingere Chriſtum in veſtimentis, ſed potius horum ſumptus pauperibus eroga, ſufficit enim ei vna incorporationis humilitas*; quæ verba citantur etiam à VII. Synodo OEcumenica art. 6. Nos veſtem habemus, in qua abſque vlla leuiratis nota intextus eſt Chtiſtus, hæc eſt Euchatiſtia.

Quî vtilius id præſtetur.
Idem.

Anima veſtis caro eſt ne ſuperbiret.
B. Laur. Iuſt.

1065. Animæ veſtis caro eſt, quæ ne ſuperbiret luteo indumento veſtitut; hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani de diſc. monaſt. conuerſ. cap. 4. *Duplici itaque ratione Dei ſapientia rationalem ſpiritum fragili, atque paſſibili copulauit naturæ, vt qui luteo amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum cæteris poſitus animantibus æquanimior eſſet, ac humiliter præſtolaretur tẽpus, quo de hac traheretur peregrinatione. Præterea vt ex aſſidua conſideratione corporeæ fragilitatis occaſionem caperet conſeruandi eximia dona ſua ipſius ſpiritualis naturæ, quia propalatæ diuitiæ facilè deprædantur; quæ verò latent, cuſtodiuntur ſine labore, propter quod Dei ſapientia ſub carnis velamine munera ſpiritus celare diſpoſuit. Nam poſt lapſum & præuaricationem veſtiti, Adam cum omni ſua poſteritate tunica & carne corruptibili, & mortali contexit, atque in hac miſeriarum valle collocauit peregrinaturum, vt ex qualitate exterioris hominis diſcat non elatè præferre ſe cæteris, ſed ex continuis punctionibus, quas indeſinenter propter infirmitates, & neceſſitates carnis patitur, ſpiritus materiam ſumat ſe in humilitate cuſtodiendi, & omni circumquaque ſe muniens diligentia cum ſumma alacritate cordis, & animi deſiderio ad Patrem, qui in cœlis eſt, repatriare feſtinet.* hactenus ille, ſed nobiliorem nobis veſtem parauit Deus, vt ſcilicet Chriſto indui poſſimus.

Quanta dignitatis homini ſit Chriſti.
Gal 3 27.
S. Anſelm.

Magna Dei noſtri dignatio, magna dignitas noſtra, vt Chriſto veſtiri Chriſti graria mereamur, Apoſtoli verba ſunt: *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, Gal. 3. 27. ad quæ verba ait ſanctus Anſelmus lib. decem medit. qui nouiſſimè prodiir, medir. 5. cap. 4. *Se ipſo veſtit te, munit, & ornat, Angelus Dei ſummum gaudium eſt Chriſtum contemplari, & ecce immenſa dignatione ſua ſe tibi tam inclinat, vt ſe ipſo te velit* VESTIRI; non legimus Angelos Chriſto amictos, non legimus cœleſtes ſpirirus Chriſtum induiſſe, datum hoc homini eſt, ſed ſi tantum eſt Chtiſtum induere, quid erit Chriſtum comedere, inque noſtra viſcera traiicere.

Chriſti moribus induendi. vt terrori dæmonibus ſimus.
S. Chryſ.

Chriſti igitut moribus indoendi ſumus, vt terrori ſimos Dæmonibos. Pulchtè ſanctus Chryſoſtomus hom. 10. in epiſt. ad Coloſſ. vbi hæc habet ad hanc mentem: *Si Chriſto induaris, ipſi te formidabunt Dæmones: ſin autem auro, etiam homines irridebunt, ſi* CHRISTO INOVARIS, *etiam te reuerebuntur homines.* 1066.

Chriſtum induit qui virtutibus ſe veſtit.
Sedul.

Ille Chriſtum induit, qui vitia exuit, induit virtutes. Sedulius in cap. 13. epiſt. ad Romanos ad illud Apoſtoli: *Sed induite vos Dominum Ieſum Chriſtum*, hæc habet ad hanc mentem: *Frequenter diximus Chriſtum ſapientiam eſſe, & iuſtitiam, & ſanctificationem, & veritatem, & omnes ſimul virtutes, quas vtique qui aſſumpſerit,* CHRISTVM OICITVR INOVISSE: *ſi enim habet omnia Chriſtus, neceſſariò qui hæc habet, habet & Chriſtum.*

Induat Chriſtum, qui non facilè illum deſerit.
S. Chryſ.

Induendus nobis eſt Chriſtus, ne facilè illum deſeramus, deſeramur ab ipſo. Audiendus hîc ſanctus Chryſoſtomus, qui homil. 24. in epiſt. ad Rom. expendeos hanc phraſim, ait: *Chriſtum induamur, cúmque illo perpetuò ſimus, quandoquidem iſtud demum eſt* INOVTVM ESSE, *nunquam ab ipſo deſeri.*

Corpus animæ veſtis.
S. Auguſt.
Chriſtus ſuis & cibus, & veſtis.
Petr. Cell.
Tilm.

Voiuerſè corpus animæ veſtis eſt, à qua infotmatur, hinc illud ſancti Auguſtini in Pſalm. 101. *Veſtimentum animæ corpus*; ſed corpus Chriſti animarum noſtrarum veſtis eſt, quas non informat, ſed ornat, perficitque; corpus Chriſti veſtem quoque nobis exhibere ne dum cibum, ibi veſtem, quia cibum; ſic teſtabatut etiam Petrus Abbas Cellenſis lib. 1. de panibus: In hoc Dominus conoiuio ſanguinem, carnem, pellem, adipem, inteſtina, caput, cum pedibus punit, vt redemprio in ſanguine, refectio in carne, veſtis in pelle præbeatur, ſuis euchariſticus agnus & cibus eſt, & veſtis, hinc & Tilmannus in Allegoriis: *Chriſtus datus eſt nobis ad* INOVENOVM, *ſicut alimentum, ſicut* INOVMENTVM.

Bonum operimentum ieiunium.

1067. Si de corporeo agatur cibo, abſtinentia animam operit, & veſtit, ab eſu plerunque nuditas, præſertim ſi ferculorum multitudine corpus prematur, aut contra Dei legem manducatio ſit; nam & parentes primi poſt vetiti pomi eſum cognouerunt ſe eſſe nudos, vt hinc colligeremus à gula nuditatem eſſe, abſtinentiam verò animam operire, vnde & Dauid dixit operuiſſe ſe in ieiunio animam ſuam, Pſalm. 68. 11. Appoſitè rem verſat ſanctus Ambroſius de Elia, & ieiunio cap. 4. vbi ita de Adamo agens loquitur: *Circumſpice diligenter, nudum te aſpicis, quem* VESTITVM *putabas. Gula ergo nudos facit,* IEIVNIA OPERIVNT ETIAM EXVTOS. *Vnde Dauid ait, Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur.* Contrà accidit in ſpirituali, eucharisticóque cibo, nam hic abſtinentia animam nudat, eſus veſtit animam, cùm cibus ipſe animæ ſit veſtis. Elegantiſſimè Anonymus auctor. *A corporali cibo laudabilis abſtinentia eſt,* VT ANIMÆ INDVMENTVM IEIVNIVM SIT, *in ſpirituali vita noxium ieiunium nimium eſt ab eucharisticis epulis animáque; diuturna abſtinentia adeò non operitur, vt multorum bonorum veſte ſpolietur, ac nuda remaneat, quia ieiuna.*

Pſalm 68. 11.
S. Ambroſ.
In ſpirituali cibo, aio ieiunium noxiū, & ſpiritualis nuditatis cauſa.
Anon.

Stolā, & veſtem refert Chriſti caro.
Gen. 49. 11.
Tertull.
Nouat.

Stolam, & veſtem refert caro Chriſti, qua ſcilicet indutum Dei Verbum eſt Gen. 49. 11. *Lauabit in vino ſtolam ſuam; & in ſanguine vuæ pallium ſuum*; Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 40. *Stolam, & amictum carnem demonſtrans, & vinum ſanguinem*; & Nouatianus lib. de Trinitate cap. 16. *Si ſtola in Chriſto caro eſt, & amictum ipſum corpus eſt; requiratur quiſquis eſt ille cuius corpus amictum eſt, & ſtola caro; nobis enim manifeſtum eſt carnem ſtolam, & corpus amictum Verbi fuiſſe*; ſed in Euchariſtia & Verbum, & Verbi caro animæ noſtræ veſtis eſt; ſcitè ille auctor: *Stola eſt caro Chriſti; optimè autem* EVCHARISTIA CVM VESTE COMPONITVR, *quia operit noſtra crimina, neque eam togam dixit, quæ breuior eſt veſtis, ſed ſtola quæ ad talos vſque dimittitur. Stola enim Euchariſtia nihil intectum relinquit, ſed totum hominem munit, defendit, & armat.* Hæc vocari poteſt etiam ſanctus Ambroſius, qui lib. de benedictionibus Patriarcharum cap 4. ait: *Bona ſtola eſt caro Chriſti, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta ſuſcepit, omnium errores texit, bona ſtola, quæ vniuerſos induit veſte iucunditatis*; quod maximè verum cùm eucharistica veſte nos tegit, cui vera iucunditas, lætitia vera annexa eſt.

Stola in Euchariſtia caro Chriſti, quæ nuditatem noſtrā operit, noſtra peccata.
P. Io. Pi. eth. 472.
Bona ſtola Chriſti caro quæ omnium peccata operit.
S. Ambr.

1068. Inſignis miſericordia, inſignis conſignatio fuit, quòd poſt lapſum veſtibus induere primos parentes Deus voluerit; ſic enim habetur Gen. 3. 21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*; ad quæ verba ait Abulenſis; *Fecit tunicas pelliceas, id eſt, pelle factas. Hic ponitur miſericordia Dei cum Adam, & Eua, quia licèt puniat, ſemper tamen miſeretur*; miſericordiæ noſtra fuit veſtes pelliceas ex animalium pellibus factas exhibere, quàm magnum miſericordiæ ſignum erit, carnem ſuam Chriſtum offerre, qua veſtis in morem tegamur, & foueamur.

Inſignis Dei miſericordia eum poſt lapſum primos parentes veſtiuit.
Gen. 3. 21.
Abul.
Euchariſtica veſte indui quàm eximiū donum.

Vna nobis Euchariſtia & veſtem exhibet, & cibum, hinc eſt, quòd in oratione Dominica panem tantùm iubemur poſtulare; Luc. 11. 3. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*; de veſtitu nulla fit mentio, quia panis nomine omnia neceſſaria ſignificantur, ſed ſi de eucharistico pane ſit ſermo, vt aliqui Patres voluere; ſatis erat ſolius panis mentionem fieri, quia panis eucharisticus & cibum ſuis exhibet, & veſtis ſuis eſt. Præclarè ille auctor: *Non modò cibo eget homo, ſed & veſtitu, cibo quidem, quo labentem naturam fulcire poſſimus: veſtimenta verò quo nuda membra contegamus; vtroque enim egent viri, etiam moderati, & pij: vtrumque connumerat Paulus, cùm dicit: habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Quid ergo eſt quod Chriſtus Dominus non veſtem, ſed panem tantummodo in medium attulit; neque veſtem, ſed cibos nos petere docet illis verbis, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Auguſtinus ſerm. 9. ex varijs, ideò de veſtimento ſubticuiſſe putat: quia de Euchariſtia ſermo eſt; eadem autem Euchariſtia alimentum eſt, & veſtimentum; eſum præbet, & hominem contegit; vires donat, & peccatorum nuditatem abijcit, atque adeò non opus erat, & de veſtimento inferre ſermonem, quandoquidem ſub cibo continebatur; Euchariſtia enim & famem repellit, & nuditatem: ſicut enim cibus ille, quem Adam contra ius, & fas decerpſit, eſuriem induxit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Gen. 3. 19. tum etiam & nuditatem attulit: cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, Gen. 3. 7. Ita etiam Euchariſtiam vtrumque malum abigit, & famem pellit, & veſtimenta induit. Vtrumque coniunxit pater ille, qui filium excepit, poſtquam patrimonium dilapidauerat, Lucæ 15. 22. Dixit autem ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. Vide, quánam ratione & ornamenta corporis, & alimenta coniunxit; quia vtrumque nobis præſtat Euchariſtia; ſcilicet, famem ſedat, & nuditatem operit.*

Vna Euchariſtia & cibū nobis exhibet, & veſtem.
Luc. 11. 3.
P. Io Pi. eth. 464.

Addit ſtatim: *Hinc fortè eſt, quòd eo tempore, quo filij Iſrael ſuauiſſimo manna paſti ſunt in deſerto, eorum veſtimenta non ſunt attrita: quod ipſe Moyſes abiecit, Deut. 29. 5. Adduxi vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra: vel calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt: panem non comediſtis; vinum, & ſiceram non bibiſtis. Etenim cibus ille, qui Euchariſtiæ figuram referebat, non modò famem depulit, ſed & veſtitum, & calceamentorum vetuſtatem abegit: vt nouerimus & cibum, & veſtem Euchariſtiam daturam.*

Ob Euchariſtiæ figuram Iudæorū veſtimenta in deſerto non ſunt attrita.
Idem.

In cœlum abiit Chriſtus, & ſui corporis veſtem, palliúmque nobis reliquit felicius, quàm Eliſæo pallium reliquerit Elias. Quantæ virtutis fuerit hoc Eliæ palliū, ſic expendebat S. Chryſoſt. hom. 24. in Geneſim illud regiæ purpuræ præferēs; *Beatus Elias melotem tantùm habuit, & purpurâ veſtitus Achab illius melote indigebat. Vidiſti Achab inopiam? Elia autem diuitias! Vide & quantum poteſtate diſtent: melote huius cœlum clauſit, pluuiarum deſcenſum ſiſtit, & lingua Prophetæ frænum fuit cœlo, purpurâ autem amictus, & diademate circumibat quærens Prophetam, & nihil lucri ex ſua poteſtate habebat.* 1069.

Eliæ pallium quanta virtutis.
S. Chryſ.

Nobiliorem nobis veſtem, nobilius pallium in cœlum abiens Dei filius reliquit in terris, cùm ſuum corpus exhibuit, ſuum ſanguinē; id quod in hunc modum expēdebat S. Chryſoſtomus hom. 2. ad populum Antiochenum in calce: *Helias* MELOTEM *diſcipulo reliquit, filius autem Dei aſcendens* SVAM NOBIS CARNEM DIMISIT; *ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit.*

Nobilius nobis palliū reliquit Dei filius cùm ſuā nobis carnem dedit.
Idem.
Chriſti corpore tanquam pallio huius ſæculi aquas tranſire poſſumus.
Did. Lo. v. Euch.

Porrò hoc pallio donatus Eliſæus Iordanes tranſiuit; nobis eucharisticum pallium hoc commodi confert, mundi huius aquas citra diſcrimen,

vndarúmque

vudatúmque æſtum tranſire poſſimus; ſcitè ille: *Eliſæus vt tranſiret aquas Iordanis, leuauit* PALLIVM *Eliæ, & tu ſi vis tranſire aquas huius ſæculi immunis,* VESTEM CHRISTI SVSCIPE, *id eſt, corpus, & ſanguinem eius.*

Chriſti induat mores, qui euchariſtica veſte operire ſe vult. Principū moribus populi veſtiuntur. Caſſiod.

Chriſti induat mores, qui euchariſtica hac veſte animam ſuam operire deſiderat. Pulchrè ille: *Prius Chriſtus induendus eſt corde, quàm ore ſuſcipiatur;* ſubditorum eſt Principis moribus veſtiri; hinc illud Theodorici Regis apud Caſſiodurum lib. 1. var. num. 25. *Quid eſt enim quod nos melius prædicet, quàm quietus populus, concors ſenatus, totaque reſpublica morum noſtrorum honeſtate* VESTITA? Itaque pulchras, nobiléſque morũ veſtes circumferre Princeps debet, vt benè & cæteri veſtiantur. Pretioſiſſimas veſtes omnis generis ſanctitatis nos induemus ſi Principis noſtri mores moribus referamus.

Euchariſticā veſtē vt quis induat veteris hominis veſtem ſcindat. Fe. Sa.

1070. Indue euchariſticam veſtem, tua priùs ſciſſa, quæ veteris hominis formam refert; corpus tuum mortificationis ictu ita cadat, vt perire videatur integrum corpus Chriſti, veſtimentum appareat, & niteat; ſcitè ille: *Terram corpus feri, & mortificationis vulnere ſige, vt mortuum cadat, & Chriſti deinceps corpus in Euchariſtia ſacramento* INDVES.

Veſtiēdi corporis cura homini quàm noxia.

Qui euchariſtica veſte donatur, euchariſticum indumentum edit, de cute veſtienda non amplius anxiè cogitet, de indumentis non ſit adeò ſollicitus, vt animam vnam negligat. Errauit poſt lapſum primus homo, dum animum ad nuditatem ſuam aperiendum ſtatim appulit, debebat priùs de reparanda ſalute cogitare, potiùs ad lachrymas, ad pœnitentiam eundum illi erat; ſed dum de corpore induendo fuit ſollicitus, animam ſuam neglexit; cognouerunt poſt lapſum ſe eſſe nudos corpore, nudi pietate, prudentiáque fuere, dum ad corporis nuditatem mentem flectunt, mentis nuditatem non cogitantes. Eximiè ad noſtrum ſenſum S. Baſilius hom. quòd Deus non eſt auctor malorum, vbi hæc habet: *Conſequuta eſt ad eſum non ſolùm inobedientia mandati, ſed etiam cognitio nuditatis. Comederunt enim, ait, & aperti ſunt oculi ipſorum, & agnouerunt, quòd nudi eſſent. Oportebat autem non agnoſcere nuditatem, vt ne mens hominis diſtraheretur ad id, quod deeſt, explendum, &* TEGVMENTA *ſibi ipſi, & nuditatis ſolatia excogitaret, & omnino per carnis curam ab intentione ad Deum abſtraheretur;* non leuior erit culpa, ſi euchariſticum panem, qui cibus nobis eſt, & veſtis accepturi, de corporis veſtibus erimus ſoliciti, non de animæ.

S. Baſil.

Qui Chriſtū in Euchariſtia induit, nimia aliarū veſtium cura haud tangatur.

Imago Dominicæ paſſionis veſtibus. Syn. VII.

Imago Dominicæ paſſionis in veſtibus, & ſindonibus ponebatur; in Synodo VII. art. 4. vbi de Domini paſſione eſt ſermo, hæc habentur: *Nos paſſim in Eccleſijs, in domibus, in foro, in picturis, in ſindonibus, in promptuarijs* VESTIBVS *hanc figuram ponimus;* in veſtibus paſſio ſit, vt veſtis ipſa ſit.

Pulchra veſtis Chriſti Domini paſſio B. Laur. Iuſt.

Pulchra, nobiliſque veſtis noſtri Saluatoris eſt paſſio, quam induere debemus. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba, hæc mens eſt, tract. de incendio diuini amoris, qui nuper luci commiſſus eſt, cap. 2. *Scio quid faciam, Dei mei intrabo vulnera, & in eius dolores, & opprobria transformabor, quantum potero. Eius paſſione opprobrijſſima induar tanquam veſtimentum regale, & nihil requiram niſi quæ ſunt conformia huic paſſioni; cætera verò abijciam quaſi ſtercus. Quis autem creaturarum poſt me amplius audeat clamitare, ſi fuero* HAC VESTE INDVTVS?
1071. *Tam Chriſti paſſio pro me, ſi neceſſe fuerit, contra omnia militabit.*

Noxiū indumentum propria voluntas. B. Laur. Iuſt.

Noxium indumentum praua voluntas eſt, quod exuendum eſſe monebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 4. *Huius igitur*

draconis quiſquis cupit conterere caput, reiecto PRAVÆ VOLVNTATIS INDVMENTO, *efficiatur bonus, bonum diligat, ſectetur bonitatem cordis, cuſtodiat innocentiam, quatenus maligni fraude calcata propheticum illud præ ſu(a)uitatis abundantia valeat decantare, Quam bonus Iſrael Deus ijs, qui recto ſunt corde.*

Veſtiū luxus quas vires habeat. Tertull.

Quid poſſit veſtium luxus, eleganter explicat Tertullianus lib. de Pallio cap. 4. *Vicerat Medicam gentem, & victus eſt medica veſte, triumphalem cataphractem amolitus, in captiua Sarabara deceſſit; non erat ſatis animi tumens Macedo, niſi illum etiam veſtis inflatior delectaſſet.*

Veſtium vilitas nobiles reddit, & magnarū rerum effectorem, qui eas geſtat. S. Pett. Dam.

Veſtis vilis vilem non reddit apud Deum qui eam geſtat, ſed nobilem, ſed magnum, magnarúmque rerum effectorem; quod Regis Niniue, & Ezechiæ exemplo ita confirmat ſanctus Petrus Damianus opuſc. 12. cap. 16 *Rex Niniue* PVRPVRA *indutus propriæ ciuitatis excidium meruit: coopertus* SACCO *diuini furoris motum contriti cordis humilitate placuit. Ezechias quoque cultu regio decoratus, terribiles Regis Aſſyriorum minas tremefactus audiuit; ſed mox vt ipſe cilicio tegitur, cilicioque contectos ad Prophetam mittere nuncios non erubuit, propinqua diuina victoria, & optata proſperitatis oraculum reportauit.*

Quæ pretioſis veſtibus vtūtur, veſtibus ſuis viliores ſunt Clem. Alex.

Pulchris, & pretioſis ſe veſtibus induentes mulieres hoc efficiunt, vt ipſæ ſuis ipſis indumentis ſint inferiores, pretiique viliores, ſic eas premebat Clemens Alex. 2. pædag. cap. 10. *Si corpus quidem earum, (mulierum) venundetur, nunquam mille drachmas atticas inuenerit, vnam autem veſtem mille talentis ementes, ſe eſſe* VESTIBVS *inutiliores, & viliores arguunt.*

Veſtium luxum defugiat qui flammas corpori ſuo nō morituras timet. S. Paulin.

Veſtium luxum defugiat, qui flammas non morituras corpori ſuo timet; occinat ſibi quiſque illud Beati Paulini panegyr. de Celſo puero,

Nolo mihi Tyrio modo ſerica muriee veſtis
Ardeat arſuri corporis inuidia.
Ne poſt purpureos me flamma perennis amictus
Ambiat, & pretium VESTIS *in igne luam.*

EXCVRSVS LXXVII.

Euchariſtia cœlorum regnum, cœlúmque dicta.

Regnum cœlorum *cur dictum eſt Euchariſtiæ ſacramentum.*

Regnum, *& panis Chriſtus.*

Diuinos, *& cœleſtes nos efficit Euchariſtiæ ſacramentum.*

Etiam præſepe cœlum *dictum, quia in eo Chriſtus.*

Manna *cur panis cæli dicta.*

Manna *cur panis Angelorum.*

Panis Angelorum *manna, quia deſcendit ex habitatione Angelorum.*

Reges, & Principes in diuinis litteris cœli *dicti.*

Tributa, *vt vapores qui in pluuiam conuertantur accipienda.*

Suorum tantùm vtilitatem *ſpectare Principes debent vt cæli terræ.*

Regit *nos, &* paſcit *Chriſtus.*

Regnum Dei vt eſca, *&* potus *ſit.*

Lucris *non inhiet, cui cæleſte regnum in Euchariſtia exhibetur.*

Qui Chriſti regnum *accipit, in ſe ipſo regnet.*

Mores noſtri clament regnum noſtrum *de hoc mundo non eſſe.*

In cœlum ferri *debet futurus Euchariſtiæ particeps.*

Terræ non hæreat *qui euchariſticis delitijs fruitur.*

In terreno conuiuio ad cœleſte *mens erigenda.*

Cœleſtem *agat* vitam *qui euchariſticum ſanguinem bibit.*

Ex Chriſti in cœlum *aſcenſu nobis fiducia magna occaſio.*

Euchariſtia ad deſtructionem gehennæ *valet.*

1072. *Regnum cœlorum cur dictum eſt Euchariſtiæ ſacramentum.*

REgnum de Euchariſtia dici, ſuperiùs addoctis bonorum auctorum ſententiis euici, addo hîc regnum cœlorum appellari iure poſſe, quia per hoc ſacramentum ille nobis exhibetur, qui in cœlorum regno ſuos beat. Boni auctoris hæc ſunt verba: *Euchariſtiæ ſacramentum rectiſſimè dicitur* REGNVM COELORVM, *iuxta id Domini in Euangelio Luc. cap. 22. 18. Non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat; quod plures ſancti Patres de Euchariſtiæ ſacramento exponunt, & benè, quia in hoc ſacramento idem communicatur Deus qui in regno cœlorum cœleſtis impertitur dulcedinis copia maxima, & donum exhibetur immortalitatis, quod eius regni eſt proprium.*

Luc 22. M.Gh. c. 18. n.46.

Regnum, & panis Chriſtus. S.Paulin. P.Io.P.

Regnum Euchariſtia eſt, quo nos nutrimur; hinc illud ſancti Paulini epiſt. 9. *Chriſtus idem & panis, & regnum eſt, quo nos ſaginamur*; ergo, vt alius auctor habet, *Sub euchariſtico ſacramento regnum cœlorũ ebibimus, & ipſum* REGNVM *intra nos continemus.*

Diuinos, & cœleſtes nos efficit Euchariſtiæ ſacramentum. Salm.

Cœlum hoc ſacramentum, quod cœleſtes efficit, quos paſcit; ſcitè Salmeron tom. 5. tract. 50. *Verè eſt ſuperſubſtantialis, qui non mutatur in noſtram ſubſtantiam, ſed potiùs nos in ſuam conuertit, diuinóſque efficit, &* COELESTSS; huius ſacramenti virtutem non ſentit, qui adhuc terrenus, adhuc terrenis inhiat, inhiat perituris.

Etiam præſepe cœlum dictum, quia in eo Chriſtus. S.Epiph.

Et cur non cœlum Euchariſtia, ſub qua latet Chriſtus? etiam præſepe cœlum dictum eſt, quia viſus in illo cœli rex, & conditor; hinc illud ſancti Epiphanij de laudibus Beatæ Virginis Mariæ: *Quapropter vbi cognouerunt omnes, rurſum apparet ſtella magis donec veniſſet ſupra infantem in ſtabulo, vel potiùs in cœlo (vbi enim Chriſtus, ibi & cœlum) nam ſtabulum viſum eſt eſſe* COELVM *in terra*; hoc titulo iuſtius inſigniri Euchariſtiæ ſacramentum debet, in quo Chriſtus ſanctiori, nobilioríque ratione adeſt, quàm in præſepe.

Manna cur panis cœli dicta. Pſal. 77. 24.

Manna quoque panis cœli dicta eſt; Pſalm. 77. 24. *Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis*; quia, vt ait Agellius, non in terris ſatus, nec excultus, ſed in cœlis coactus, & compaſtus; addit ſtatim regius Propheta; *Panem Angelorum manducauit homo*; Angeli miniſterio confectum, ac in terram demiſſum, vt Græcus quidam auctor explicauit. Addit, alius interpres Græcus apud Agellium: *Non quòd de cœlo eſſet, panis cœli dictus eſt, ſed quòd ex aere ros erat, in eam formam diuina, efficacique virtute mutatus, cæterùm quod cœleſtem illum panem præfigurabat, panis cœli, & panis Angelorum dictus eſt. Alium explicatum adycit & ipſe Agellius: Ex quibus verbis intelligimus alio quoque ſenſu poſſe panem Angelorum dici, non quòd eo veſcantur Angeli, ſed quod verbi illius, & panis diuini, quo veſcuntur dum illum contemplantur, & intelligunt Angeli figuram, typum præ ſe ferret*; quem panem verum eſſe Dominus in Euangelio profitetur: *Ego*, inquit, *ſum panis qui de cœlo deſcendi.* Denique panis Angelorum, eſt etiam dictus, quia ab Angelorum habitatione deſcendit, nam in fonte eſt לחם אבירים *panem robuſtorum*, vel panem qui deſcendit de cœlis, hi enim à robore אבירים dicuntur, Targum, *cibum qui deſcendit ex habitatione Angelorum.*

Auct. Græc.

Manna cur panis Angelorum. Agell.

Panis Angelorũ manna, quia deſcendit ex habitatione Angelorum. Chald.

1073. *Reges, & Principes in diuinis litteris cœli dicti. Tributa vt vapores qui in pluuiã cõuertantur accipienda.* Deut. 32. 1. *Suorum tantùm vtilitatem ſpectare Principes debent vt cœli terra.*

Euchariſtiæ ſacramento tanquam Regis præſentia mortales regi, & in officio contineri alibi dixi; quid ergo mirum ſi etiam cœli nomine ſint inſignita cùm Reges, Principes cœli in diuinis litteris dicantur, vt Principum vita cæterorum vitam excellere tantum debeat, quantum cœlum terræ præfertur, & ſicut terra à cœlo accipit quicquid habet decoris, & pulchritudinis, ita & populi quicquid boni habent à Principibus accipere debent, quorum eſt in ſubditos influere, non emungere à ſubditis quod ſubditi habent; quod ſi neceſſitate aliqua vrgente id fiat, totum iterum in ſubditorum vtilitatem reſiliat ſtatim, vt accidit cùm cœlum vaporem à terra ad ſe trahit, quos in pluuia conuerſos terræ reſtituit, vt fertilem eam, fœcundámque efficiat. Moyſes quoque omnes alloquens aiebat in ſuo Cantico: *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei*, Deut. 32. 1. cœlorum principes, & ſuperiores intelligens, per terram verò populi multitudinem; non debent hîc deſiderari, quæ circa hæc verba habet noſter Agellius in huius cantici commẽtario; & ſunt iſta: *Neque verò putandum eſt illum cum cœlo ac terra tanquam anima, ſenſúque præditis loqui, ſed quia populi ſeniores, ac principes conuocarat, illos figuratè cœlos appellat, terram contrà, plebem ac reliquum vulgus, quod ſicut cœlum longè terra ſublimius eſt ac nobilius, ſic principes cætero populo præſtent: ſicut è cœlo terra quid pulchritudinis, ac decoris habet accipit, ſic ab illis ordo plebi, modúſque tribuitur. Iſaias quoque hanc figuram loquendi tenuit. Nam cùm de excidio Nabuchodonoſor verba faceret, Super hoc, inquit, cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem furoris eius. Principum namque ruinam cœlorum commotioni comparauit; plebis excidium, terra contremiſcenti.*

Regit nos, & paſcit Chriſtus Pſalm 22. Vgo.

Regit nos, & nos paſcit, imò verè regit, quia verè paſcit non alio cibo, quàm ſe ipſo; Pſalm. 22. *Dominus regit me*, addit Vgo, *ne oberrem*, alij legunt, *Dominus paſcit me*, nimirum, vt idem auctor adiicit, *corpore & ſanguine ſuo*; cohærent hæ duæ lectiones; paſcit, & regit, & regit quia paſcit.

1074. *Regnum Dei vt eſca & potus ſit.* Rom. 14.

De cibo, qui perit, dixit Paulus Rom. 14. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus*, vbi Primatius, *non per eſcam iuſtificamur, & non dixit ieiunium, & ſobrietas, ſed eſca, & potus*; ſi de cibo euchariſtico ſit ſermo, aliter ſe res habet, in hoc præcipuè ſitum Dei regnũ eſt; eximiè Anonymus auctor: *De terreno cibo verum eſt, quod Paulus ait, Regnum Dei non eſt eſca & potus, nam aliter verè regnum Dei eſt eſca euchariſtici corporis, potus euchariſtici ſanguinis.* Anon.

Lucris nõ inhiet, cui cœleſte regnum in Euchariſtia exhibetur. S. Auguſt.

Qui cœlum, cœleſtéque regnum in Euchariſtia accipit, quid eſt, cur deinceps ſæculi rebus inhiet, & perituris, nam, vt ait S. Aug. ſerm. 248. de tempore: *Non decet Chriſtianum ſæculi lucris inhiare, cui promiſſum eſt* REGNVM COELESTE; magis quodammodo indecens inhiare in hac menſa, in qua cœlum non promittitur tantùm, ſed etiam exhibetur.

Præterea

Qui Chriſti regnum accipit, in ſe ipſo regnet. S. Ambr.

Præterea qui Chriſti regnum accipit, regnet in ſe ipſo, ſe ipſum regat, membrorum vitiis expugnatis, tanquam hoſtibus; huc flectere illud poſſumus, quod habet ſanctus Ambroſius ſerm. 15. qui eſt in natali Domini; ait enim: *Expugnemus membrorum vitia, vt virtutum pramia conſequamur. Priùs enim ipſi regnare debemus in nobis, vt regnum poſſimus deripere Saluatoris.* Regnum ipſum quod in nobis ſumimus, ad hanc vitiorum expugnationem plurimum proderit, dabitque nobis, quod à nobis exigit.

1075. *Mores noſtri clament regnum noſtrũ de hoc mundo non eſſe.* Petr. Gerl.

Qualis eſſe vita noſtra debeat, quales mores, paucis, ſed plenè, docebat pius auctor Petrus Gerlacus in ſuo ignito ſoliloquio cap. 1. *Sic me*, inquit, *exercebo ab intra, & exhibebo ad extra, ac ſi omnes mores mei, motus, & conuerſatio clamarent, & teſtarentur, quòd* REGNVM MEVM NON SIT DE HOC MVNDO; *nec hic mihi ſit conſolatio*; & cap. 19. *Sic conuerſari, ac ſi omnes motus, mores, & opera noſtra clamarent: Regnum noſtrum non eſt de hoc mundo.* Reſpicit ad Saluatoris verba, quibus Ioan. 18. dixit ſuum regnum de hoc mundo non eſſe; id verò ſignatè dicendum cùm Euchariſtiam accipimus, quæ regnum quoddam cœleſte eſt, & ſuos cultores à mundo auocat, cœlo inſerit.

Ioan. 18.

In cœlũ ferri debet futurus Euchariſtia particeps. Ioan. 6.

In cœlum ferri debet à terra, à terrenis abiungi, qui futurus euchariſticæ menſæ particeps eſt, quin & qui intelligere hoc myſterium debet; hinc Chriſtus Ioan. 6. cùm dixiſſet daturum ſe carnem ſuam in cibum, & ſanguinem in potum, & aliqui humi iacentes inclamarent: *Durus eſt hic ſermo*, adiecit ſtatim: *Quid ſi videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius?* rectus nexus, nec myſterio viduus; indicare voluit ad euchariſtici conuiuij notitiam per mentis quandam aſcenſionem eundum, vt terræ non hæreat qui huius ſacramenti ſublimitatem aliqua ex parte intelligere deſiderat.

Terræ non hæreat qui euchariſticis delitijs fruitur. Phi. Lu. conc. 1.

In cœlum rapi ſe ſinat, mente in cœleſtia feratur, qui euchariſticis delitiis fruitur; terræ non hæreat, non hæreat terrenis, nec diu hîc manere deſideret; hoc videtur voluiſſe Chriſtus, dum in hoc ſacramento ſub humana, & naturali ſpecie videri voluit, ne ſcilicet eius viſio nos hîc mentem retineret, néve cum Beato Petro diceremus: *Bonum eſt nos hîc eſſe, faciamus hîc tria tabernacula*; firmemus hîc manſionem noſtram, aliud non quæramus, tanto bono diuites; afferenda hîc boni auctoris verba, qui nobis ſuccinens aiebat: *Si vita, & bonum noſtrum Chriſtus, in forma viſibili, & glorioſa nobiſcum manſiſſet, ita vt proprijs oculis illum cernere liceret, tanto gaudio, tantáque afferentur lætitia, vt vix vnquam a ſæculo hoc vellemus exire; nam ſi beatus Petrus viſo Domino transfigurato humana redemptionis oblitus ait: Domine, bonum eſt nos hîc eſſe; quid nos miſeri, & imperfecti faceremus, cùm ſanctus Apoſtolus præſenti lætitia alienatus generis humani redemptionis oblitus fuit; ne ergo huiuſmodi lætitia obliuiſceremur patriæ cœleſtis, ideo Dominus ſic velatus, & occultus nobiſcum manere voluit*; quid hîc illi, qui cœli, cœleſtiúmque obliuiſcuntur abſque eo quòd glorioſam Chriſti faciem ſpectant, & tali adſpectu beentur, ſolo rerum terrenarum amore, cœleſtis patriæ deſiderio auocantur?

1076. *In terreno cõuiuio ad cœleſte mẽs erigenda.* B. Laur. Iuſt.

In terreno conuiuio ad cœleſte cogitandum, quique terrenis epulis veſcitur, mentem flectere ad cœleſtes debet, vt harum auiditate captus, illas vix ſumere dignetur, monitum iſtuc eſt Beati Laurentij Iuſtiniani de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 20. *Euntes ad hoc carnale conuiuium vocari ſe ad* ÆTERNVM *arbitrentur, & in illud tota ſuſpendantur mente: conſiderent namque conuiuantium numeroſitatem, reſidentium vnitatem, delitiarum affluentiam, ciborum vniformitatem, cœnaculi immenſitatem, & bonorum omnium opulentiſſimam ſatietatem. In his etenim euecta mens, & ſpiritualibus dapibus ſaginata, vix corpori neceſſaria indulgere valebit.* Quòd ſi in terreno conuiuio erigenda ad cœlum mens eſt, cur non iuſtiùs erigatur in ſpiritali, in diuino, ac cœleſti.

Cœleſtẽ agat vitã qui euchariſticum ſanguinẽ bibit.

Qui euchariſticum ſanguinem bibit, cœleſtem agere vitam debet, Angelique non brutis animantibus ſimiles, hac enim de cauſa qui in lege veteri mortem interminatus eſt, qui ex animalium ſanguine biberet, in noua verò vitam ei qui ſanguinem ſuum bibiſſet, quod ad hanc mentem bonus ille auctor hiſce verbis expendebat: *Res notatu digniſſima eſt, in Leuitico Dominum dixiſſe: Sanguinem omnis animalis non ſumetis in cibo. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. In hodierna verò lectione Euangelica non ſolùm Deus permittit ſanguinem ſuum à nobis bibi, ſed infrà ſubdit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Res mira, quòd in lege antiqua, ne ſanguis comederetur, ſub mortis ſupplicio præcipiebatur, nunc verò ſub eadem, vt bibatur, præcipitur. Quid hoc myſterij? Reſpondeo, id in lege antiqua Deum inhibuiſſe, vt doceret homines beſtialem vitam fugere, ſanguis enim vt à Philoſophis dicitur, ſedes eſt animæ, ſeu vita, & cùm noluit Deus ſanguinem beſtiarum bibi, ne beſtiarum mores in omnibus reſiderent, prohibuit. Nunc verò ſanguinem ſuum vult, vt bibamus, vt vitam cœleſtem ſua vita ſimilem agamus.*

1077. *Ex Chriſti in cœlum aſcẽſu nobis fiducia magna occaſio.* 2. Reg. 15. 25.

A Chriſti in cœlum aſcenſu magna nobis fiduciæ occaſio, magna ſpei; indicat iſtuc exemplo ſuo Dauid qui Abſalonem defugiens, qui arma in eum ſumpſerat, cùm multæ ad fugam viæ illi offerrentur, omnibus aliis repudiatis per montem oliuetum tranſiuit, 2. Reg. 15. 25. ac ſi mentem in Chriſtum flecteret, qui ab illo monte in cœlum aſſumptus eſt, in illiúſque auxilio confideret. Acutè hoc flexit ſanctus Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſi 2. in hæc verba: *Porrò cùm Abſalon aduerſiùs illum (Dauidem) arma cœpit, quamuis multa illi ad fugam viæ paterent, per montes tamen oliuarum fugere maluit, fermè inuocans mente liberationem illam, qui vt hinc cœlos erat aſcenſurus*; fiduciam quoque maximam ingenerare nobis debet dum videmus in euchariſtico cœlo Chriſtum ad nos venire.

S. Cyr. Ieroſ.

Euchariſtia ad deſtructionem gehennæ.

Denique adeò cum cœlo cohæret Euchariſtia, vt gehennam, quæ cum cœlo, vt poteſt, pugnat, homines cœlo notos ad ſuos carceres trahens, deſtruat quodammodo euchariſticus iſte cibus, cœlóque nos inſerat, hæredes Chriſti faciat, æternæque vitæ poſſeſſores; hinc ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 1. *Corpus Chriſti eſt fructus vitæ, valens ad* DESTRVCTIONEM GEHENNÆ, *& acquiſitionem vitæ æternæ*; illis omnibus gehenna deſtruitur qui Euchariſtiæ virtute feruntur ad cœlum. O detur nobis, lector, augere hunc numerum, vt cœlo inſerti apertiùs videamur, quid Euchariſtiæ debeamus, quæ regnum cœlorum ita eſt, vt etiam ad cœlorum regnum conuiuas ſuos ducat, æterna beatitate fruituros. O quando?

S. Thom.

EXCVRSVS LXXVIII.

Vt omnia miſericordiæ opera in Chriſtum exerceat, qui Chriſtum ſub Euchariſtia latentem cordis ſui ſinu excipit.

Omnia miſericordiæ opera *vno ſacra communionis opere in Chriſtum exercentur.*

Epiſtola *Beati Andreæ Auellini ipſiſſimis eius verbis de hac re peritè philoſophantis.*

Chriſtus quanta fame *teneatur noſtrorum cordium.*

Cibat *Chriſtum, qui cor illi exhibet.*

Lachrymas noſtras ſitit *Chriſtus.*

Lachryma vinum Angelorum, *cor Dei.*

Chriſtus vt hoſpes *recipietur in ſacra Euchariſtia.*

Nudus, *aut* ſeminudus *Chriſtus vt veſtiatur à nobis.*

In ſacra communione eum viſitamus, *qui languet amore.*

A carcere *quodammodo liberamus Chriſtum, dum eius corpus accipimus in Euchariſtia.*

Cogitationibus puris, & pura mente paſcitur *Chriſtus.*

Paſcitur *Chriſtus dum nos paſcit.*

Videtur Deus accipere *beneficium dum illud* exhibet.

Accidentium carcere *vt Chriſtus teneatur.*

Non ritè in carcere *viſitat Chriſtum, qui atro impuri cordis carceri eum mancipat.*

Quàm vtile nobis hoſpitio *recipere Chriſtum.*

De cordis hoſpitio *ſpurcitia omnes eliminentur.*

1078. *Omnia miſericordiæ opera vno ſacra communionis opere in Chriſtum exercētur.* B. Andreas Auell.

Miſericordiæ opera in Chriſtum ipſum ratione aliqua exerceri cùm in Euchariſtia excipitur, nouum alicui, inſolénſque videri poterit; viam tamen ad hanc mentem nobis, aditúmque aperit probi auctoris, & in amoris ſchola peritiſſimi auctoritas, qui calculum ſuum adiiciens ab omni difficultatis, & inſolentiæ nubilo nos ſubducit; is eſt Beatus Andreas Auellinus Ordinis noſtri decus, cuius memoria in benedictione eſt. Beatus iſte Pater cùm viraginem quandam Veronenſem per litteras ad ſacram communionem cohortaretur, vtitur hac ratione, futurum ſcilicet, vt ſeptem miſericordiæ operum vno ferme momēto vnóque opere in Chriſtum ipſum exerceat, ſi Chriſtum ſub Euchariſtiæ velamine latentē ſuſcipiat; exſtat inter ſacra eius lipſana hæc epiſtola, quæ ipſiſſima eius manu exarata ad manus meas delata, & digna eſt, quæ hic quoque pro lectore ſiſtatur, vt plenè huius Beati Patris mentem illius verbis aſſequamur; ſic igitur vernacula lingua loquitur poſt quædam, quæ præfatus fuerat:

Epiſtola huius Beati ipſiſſimis eius verbis.

E per dar principio à quel che mi occorre circa queſto particolare le dico, che hauendo io inteſo da piu parti, che V. S porta non ſolo bene; ma ottimamente nell' opere della miſericordia circa il proſſimo, per queſto mi ſon reſſoluto di moſtrarle breuemente in che modo poſſa vſare tutte l'opere della miſericordia circa la propria perſona di Chriſto, è queſto faciliſſimamente, con molto guſto, ſenza ſpeſa alcuna, ſenza fatica, & ſenza hauer biſogno di molto tempo; ma di vn ſolo momemo. Si communichi donque Signora mia, è ſpeſſo; per che ogni volta, che V. S. ſicibera di queſto pane, cuius repletio eſt optima, *verrà ſicuramēte ad eſſercitare tutte l'opere della miſericordia con l'iſteſſo Chriſto; ma vegniamo alla proua La prima opera adonque di miſericordia* eſt cibare eſurientem, *e che facciamo noi quando ci communichiamo, altro che porre, quaſi col cocchiarino i noſtri cuori nella bocca di queſto noſtro buono Dio? de quali hà tāta fame; che mi ricordo à queſto propoſito d'hauer letto nella vita d'vna gran ſancta, come era ſolita di dire con pena incredibile al Sacerdote, che ſtaua in atto di communicarſi, e con l'hoſtia in mano; mà fra ſe ſteſſa però, preſto padre, preſto; mandola giu al cuore, perche di queſto cibo ſi paſſe Chriſto. La ſeconda opera, Signora mia,* eſt potare ſitientem, *e quando diamo qualche lacrimeta à Dio; ò almeno quando i noſtri occhi hano piu voglia di darnela, che nella communione, che anco queſta buona volunta è baſtante à cauarli in parte la ſete: ne creda V. S. che ſia picciola la ſete, che hà Chriſto delle noſtre lachrime: le quali ſe piacciono tanto à gl' Angeli, che S. Bernardo hebbe à chiamarle* vinum Angelorum; *per ogni ragione piaceranno tanto piu à Dio, che ſi potranno dimandare giuſtamente non ſolo liquore di Dio, mà quaſi cuore di Dio; è dico cuore, perche coſi ſogliano cōmunemente chiamare alcuna coſa, la quale ci ſia cara ſopra tutte l'altre coſe da noi amate. Segue la terza opera, la quale* eſt colligere hoſpitem, *come sà meglio di me. hora, che Chriſto ſia foreſtiero, non hà dubbio, poi che egli hà detto di bocca propria,* non ſum de hoc mundo; *ò quando lo riceuiamo veramento in caſa noſtra, ſe non quando ci communichiamo? E che ſia vero, non dice V. S. ſtando per communicharſi,* Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, *cioe nella caſa mia? è veriſſimo certo. La quarta opera poi* eſt operire nudū; *ignudo Signora mia, ò quaſi ignudo ſtá Chriſto nelle mani del Sacerdote, quando ſtiamo per communicharſi, non hauendo altro in doſſo, che quel velo ſottiliſſimo de gli accidenti; onde vegniamo noi chol communicharſi, à veſtirlo d'vna veſte la piu amoroſa del mundo, che ſono le noſtre proprie carni. La quinta opera, come sà,* eſt viſitare infirmum. *E quando, di gratia, viſitiamo piu dolcemento e piu famigliarmente queſto Chriſto, il qualo* languet amore, *che nella communione? E perche ſo, che V. S. non è per negarmi queſto, paſſo all' vltima, poiche ſecondo ſan Mattheo non ne habbiamo ſe non ſei; ſeben la chieſa ne pone ſette. L'vltima dunque è* viſitare eum, qui eſt in carcere. *hora chi mi può negare, che Chriſto non ſtia quaſi in carcere, & anco ſotto chiaue dentro del Tabernacolo? ninno per certo, eccetto qualche ſcropoloſo, che voleſſe diſputarla meco teologicamente, & eſſendo coſi, que facciamo in particolare communicandoſi, ſe non liberarlo da quella carcere coſi fatta; la qua coſa importa vn poco piu, che ſe lo veſtiſſimo ſolamente, Signora mia, io ſo à chi ſcriuo, e però non ſcriuo da ſeuero teologo, ma da piaceuole ſpiritualo, ben che io non ſia tale. Si potrà V. S. ſeruire di queſte poche, è breui conſiderationi, prima della communione, & anco dipoi, ma in queſto modo però, ſe le parerà. Imaginiſi dunque V. S. dopo l'eſſerſi communicata, che Chriſto benedetto la vadi con dolce modo ringratiando delle ſudette opere à vna per vna, come per eſſempio, io ti ringratio anima, è di cuore veramente, poiche hauendo io quella fame, che tu ſai molto bene, del tuo cuore; con tanta prontezza me l'hai voluto quaſi imboccare. E queſto baſti per eſſempio degl'altri cinque punti;*

&

& anco per fine di queſta lettera, la qual ſe bene contro il mio ſolito è pur troppo longa; nondimeno per eſſer ſcritta à perſona a chi molto deuo, non ſara mai, che io me ne penſa, come ne anco ſonò mai per pentirmi della riſolutione, che hò fatta di pregare ogni giorno per lei Dio benedetto, col quale ſara contenta fare il medeſimo per me. Da Napoli 5. Nouembre 1593.

Di V. S. Illuſtre

Seruo nel Signore affettuoſiſſimo

D. ANDREA *Chierico Regolare.*

Hæc Beatus iſte auctor, à quibus elidere nihil volui, nihil debui; ſed vt huius rei notitia etiam ad illos perueniat, qui Italicam non callent linguam, veſtita hæc omnia Romanæ linguæ indumento omnibus offero; ſic igitur producta verba Latinè ſonant: *Et vt illud aggrediar, quod circa iſtuc habeo, dico ex varijs partibus ad me perlatum dominationem tuam miſericordiæ opera non benè tantùm, ſed optimè erga proximum exercere, hac de cauſa in animum induxi breuiter tibi oſtendere quà omnia miſericordiæ opera erga propriam Chriſti perſonam valeas exercere; & facilè ſuauitate multa, abſque vllis ſumptibus, ſine labore, & abſque eo quòd multo tempore ad hoc indigeas, cùm vnum huic rei momentum ſufficiat. Sume igitur, Domina, & quidem ſæpè Chriſti corpus, quia quotieſcumque te hoc pane cibabis, cuius repletio eſt optima, toties omnia miſericordiæ opera exercebis in ipſum Chriſtum. Sed rem probemus. Primũ inter miſericordiæ opus eſt cibare eſurientem; & quid aliud agimus, cùm Euchariſtiam ſumimus, quàm corda noſtra veluti quodam cochleari in Dei optimi os ponere, quorum tanta fame tenetur? vt recolam me accommodatè in rem præſentem legiſſe in actis cuiuſdam Sanctæ ſolitam fuiſſe incredibili pœna apud ſe, vt nullus alius exaudiret dicere Sacerdoti, qui in manu tenens hoſtiam eam ſumpturus erat, citò, Pater, citò in cor hoſtiam demitte, quia hoc* CIBO CHRISTVS VESCITVR. *Secundum inter miſericordiæ opera opus eſt, Domina, potare ſitientem, & quando lachrymulam aliquam Deo offerimus, aut quando oculi noſtri in lacrymarum deſiderium magis feruntur, quàm in communionem, nam & hac ſola voluntas ſufficit aliqua ex parte eius* EXTINGVERE SITIM; *nec credat dominatio veſtra, quòd exigua ſit ſitis, qua Chriſtus corripitur, noſtrarum lachrymarum, quæ ſi adeò Angelis placent, vt eas ſanctus Bernardus vocauerit, Vinum Angelorum, iuſtiùs Deo plus placebunt, vt iuſtè dici poſſint, non Dei tantùm liquor, ſed ferè cor Dei. cor, inquam, quia hoc titulo inſignire ſolemus quicquid ſupra alia, quæ diligimus, charum nobis eſt. Sequitur tertium opus miſericordiæ, quod eſt, vt probè ſcis, colligere hoſpitem; nulli autem dubium eſt quin Chriſtus ſit hoſpes, cùm ipſe ore proprio dixerit, Non ſum de hoc mundo; & quando illum verè in domo noſtra recipimus, quàm in ſacra communione? Et quod id verum ſit, non dicis Chriſti corpus ſumptura: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum? id eſt, in domum meam; & quidem verè. Quartum deinde opus eſt, operire nudum; nudus, Domina, & aut ferè nudus ſtat Chriſtus in Sacerdotis manibus, quando communicaturi ſumus, cùm nulla alia re cooperiatur, quàm ſubtiliſſimo illo accidentium velo; hinc nos illum in nobis excipientes amabiliſſima* VESTE DONAMVS, *nimirum noſtris proprijs carnibus. Quintum opus eſt, vt probè ſcis, infirmum viſitare; & quando quaſò dulcius, ac familiarius Chriſtum ipſum* VISITAMVS, *qui languet amore, quàm in ſacra communione? & quia ſcio, quòd dominatio tua mihi hoc non ſit negatura, ad vltimum opus tranſeo, nam iuxta ſanctum Matthæum, ſex tantùm miſericordiæ opera habemus, licèt ſeptem numeret Eccleſia. Poſtremum igitur eſt, viſitare eum, qui eſt in carcere. Porro quis mihi negare poteſt, quin Chriſtus carceri quodammodo non ſit addictus, quin & ſub clauibus in tabernaculo clauſus? Nullus certè; niſi aliquis quam nimia religio corripiat, qui vellet mecum rigore Theologico agere; quòd cùm ita ſit, quid aliud præcipuè agimus cùm illum excipimus, quam illum ab eiuſmodi* CARCERE *liberare, quòd magis eſt, quàm ſi illum nudè veſtiremus. Scio, Domina, cui ſcribam, atque adeò non tanquam ſeuerus Theologus ſcribo, ſed tanquam mitis, placidúſque ſpiritualis, licèt verè talis ego non ſim. Poterit dominatio tua paucis his, ac breuibus conſiderationibus vti, & ante ſacram communionem, & poſt ipſam; hac tamen ratione, ſi ita tibi videbitur. Poſt ſacram communionem obijcies tuæ imaginationi Chriſtum benedictum, qui dulci, & ſuaui quodam modo tibi propter ſupradicta opera gratias agat, vt, exempli gratiâ: Gratias tibi ex toto corde ago, ô anima, quòd cùm tanta fame, vt probè ſcis, tenear tui cordis, tanta promptitudine voluiſti illud mihi velut in os ingerere, & hoc in quinque aliorum; exemplum ſatis ſit, & ad huius epiſtolæ finem, quæ licèt præter meum morem longior ſit, attamen cùm perſonæ ſcripta ſit, cui ego multum debeo, nunquam efficiet, vt me huius longitudinis pœniteat, ſicut nec vnquam me pœnitebit propoſiti, quo ſtatui, quotidie pro te preces ad Deum benedictum ſoluere, cum quo velim vt idem viciſſim pro me præſtes. Neapoli 5. Nouembris 1593.*

Chriſtus quãta fame teneatur noſtrorum cordium.

Cibat Chriſtum qui cor illi exhibet.

Lachrymas noſtras ſitit Chriſtus.

Lachryma vinũ Angelorum, cor Dei.

Chriſtus vt hoſpes recipitur in ſacra Euchariſtia.

Nudus, aut ſeminudus Chriſtus vt veſtiatur à nobis.

In ſacra communione eum viſitamus, qui languet amore.

A carcere quodammodo liberamus Chriſtum dũ eius corpus accipimus in Euchariſtia.

Illuſtris Dominationis tuæ in Domino addictiſſimus

D. ANDREAS *Clericus Regularis.*

Vix poterat aliquid cohærentius dici fœndæ 1079.
æquitati magis opportunum, & commendandæ ſacræ communioni aptius. Sed quia hîc ſumus, aliquid nobis liceat in dictorum firmationem, illuſtrationémque adijcere. Et in primis illud noto priùs cogitationibus, ſinceráque mente paſci Chriſtum; S. Ambroſius in Pſalm. 118. oct. 8. ad illa verba Cantici Canticorum: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, cap. 1. 6. aliqui de ſacra Euchariſtia expoſuere, in qua dum ſuos paſcit Chriſtus, etiam paſcitur, hæc habet: *Meridies eſt ei, cui ſol iuſtitiæ refulget, & cuius opere bono, vel cogitationibus innoxijs, & pura mente, atque ſincera* PASCITVR CHRISTVS.

Cogitationibus puris, & pura mente paſcitur Chriſtus. Cant 1. 6. S. Ambr.

Præterea paſcitur Chriſtus dum nos paſcit, quia tanto gaudio perfunditur, cùm ſe ſuis exhibet, vt collatum ſibi beneficium putet, quod ipſe aliis confert, quod vt in omnibus eius donis locum habet, tamen præcipuè in illo quod præcipuum in ſacra Euchariſtiâ; ſic exponenda ſunt illa verba in amoris Cantico cap. 2. *Qui paſcitur inter lilia*, paſcitur nimirum quia alios paſcit, nimirum accipere Deus videtur beneficium dum confert, quod ſic explicabat, & aliis locis confirmabat bonus quidam auctor in hæc verba: *Phraſis eſt ſacræ Scripturæ, cùm de aliquo beneficio hominibus à Deo collato agit, quia illo delectatur, & illud conferre iuuat dicere illud Deum accipere, quemadmodum per Iſaiam dixit: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum? Nunquid veniente Domino ad iuſtum defeſſus, aut fatigatus venit? Quare ergo dicit ſe requieſcere ſuper illum? Non vtique defatigatus venit Deus, veruntamen, quia per ſuum aduentum requieſcit iuſtus, & hoc tantùm placet Deo, ac ſi ipſe requiem illam reciperet, ideo ſuper illum requieſcere dicitur. Et in Apocalypſi, Si quis aperuerit mihi ianuam, intreibo ad illum, & cœnabo cum ipſo. Intrante Domino in animam non cœnat. Cæterùm quia ipſe dat animæ cœnam ſuam, ſcilicet, gratiam, adeóque hoc illi*

Paſcitur Chriſtus dum nos paſcit.

Videtur Deus accipere beneficium dum illud exhibet.

placet, ac ſi ipſe cænaret, ideo ſe cænaturum cum ipſa promittit. Hic ſimiliter, quia delectat ſponſum dilectum paſcere, TANQVAM SI AE IPSVM PASCERET, *ait, Qui paſcitur. Et quibus paſcit illum? Vnus ex præcipuis, quibus animas paſcit, eſt corpus ſuum ſacratiſſimum, quod in hoc altiſſimo ſacramento altaris offertur, & hic paſcit animam inter lilia, ſcilicet inter Angelorum millia, qui adſunt hic Dominum Deum ſuum adorantes.*

Accidentium carcere vt Chriſtus tenеatur. Anon.

1080. Quod de Christo in carcere viſitando dixit Beatus Andreas, aliter etiam accipere poſſumus, & explicare, vt dicamus in carcere viſitari, cùm ſub eucharisticarum ſpecierum anguſtia latentem adimus, adoramus, ſumimus; & non carcere quodam anguſto eucharisticarum ſpecierum anguſtia tenetur amoris noſtri cauſa noſter Amor? tenetur, vt verus ille fuerit, qui ita cenſuit, ita aſſeruit: *Anguſto accidentium gyro velut carcere coercetur Chriſtus.*

Non ritè in carcere viſitat Chriſtum, qui atro impuri cordis carceri eum mancipat. S. Auguſt.

Non ritè in carcere viſitat Chriſtum, cujus cor carcer quidam eſt alicuius ſceleris ſqualore, & præcipuè odij, liuoriſque. Huc facit quod habet ſanctus Auguſtinus lib. homil. hom. 40. *Qui odit fratrem ſuum, ambulat, exit, intrat, procedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere incluſus: reatu tamen ligatus eſt. Noli illum putare* SINE CARCERE ESSE. *Carcer cor eius eſt*; non ex pietatis affectu viſitat in carcere Chriſtum in Euchariſtia, qui teтriori illum ſui cordis carceri adiicit, quod vertit in carcerem, dum odio in eos fertur, quos proſequi debet amore.

Quàm vtile nobis hoſpitio recipere Chriſtum. Ioan. 6. Vgo Car.

Denique in eucharistico ſacramento tanquam hoſpes recipitur Chriſtus, qui eum ditat, eum beat, à quo recipitur hoſpitio; Hugo Carenſis in cap. 6. Ioannis explicans illa Chriſti verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*; ait; *in me manet tanquam membrum in corpore, & ego in illo ſicut Dominus* IN HOSPITIO, *Sacerdos in templo, ſicut ſponſus in thalamo; & nota quòd vtile eſt talem hoſpitem recipere honeſtè in domum ſuam, quia ſoluit omnes expenſas totius familiæ, & dat ſingulis munera; Sap. 7. 6. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*; ſingula quæque potenti aliquo munere ditantur, quæ huic hoſpitio obſequium exhibuerit; diues ſic hoſpes eſt, & cum diuitiis iunctam liberalitatem habet; neſcit a paupertate veſtra vinci, hoc plura nobis impartitur, quo plura eius gratiâ ei exhibemus, plura in eius guſtum, gratiámque præſtamus.

Sap. 7.

De cordis hoſpitio ſpurcitia omnes eliminentur. S. Petr. Dam.

Cordis noſtri hoſpitio recipiatur Chriſtus, ſed priùs variis virtutum floribus vitiorum ſpurcitiis eliminatis exornatur. Pulchrè ſanctus Petrus Damianus ſerm. 21. vbi hæc habet: *Eliminemus omnes ſpurcitias de* NOSTRI CORDIS HOSPITIO, *& quibus poſſumus, variis virtutum floribus aſpergamus. Delectetur Deus nitidum noſtri pectoris tabernaculum ingredi, & ſuauibus in eo bonorum operum delitiis epulari*; omni quidem tempore purum, & ab omnibus ſpurcitiis liberum par eſt cordis noſtri hoſpitium eſſe, ſed tunc præcipuè, cùm puritatis auctor in ipſo Euchariſtiæ ſacramento ſubire cor noſtrum debet. Da, Amor, nobis eam puritatem, quam à nobis exigis, vt puri puritatis fonti occurramus, & puriores reddamur dum occurrimus.

EXCVRSVS LXXIX.

Euchariſtia Eccleſiæ anima, & illorum, qui dignè illam excipiunt.

Vita animæ *Deus eſt, vt anima corporis.*
Eccleſiæ perfectio, & anima *Chriſti caro.*
Quod anima *corpori, hoc* Chriſtus animæ *in Euchariſtiæ ſacramento.*
Princeps *vinculum, &* vitalis ſpiritus *Reipublicæ.*
De Euchariſtia *id iuſtiùs aſſeratur.*
Eccleſia per Euchariſtiam tanquam per animam *viuit.*
Per euchariſticam menſam augetur *Eccleſia.*
Corpus animæ nomine *ſignificatur, quia ab anima debet regi.*
Euchariſtia vt anima *nos regit, nos coërcet.*
Euchariſtia corpus ligat, *ne in noxia diffluat.*
An vnius generis *eſca in arca fuerit importata.*
Euchariſtia paſſionum feras *cicurat, & manſuetas reddit.*
Præſules tanquam ſuorum anima *ſuos præſentia ſua non priuent.*
Chriſti exemplum *in hac re regens Eccleſiam in Euchariſtia præſens.*
Abſentes *præſules ægrè vocare ad vitam mortuos poſſunt.*
Chriſtus non legitur quempiam ſuſcitaſſe abſentem.
Plerique mortui *iacent, quia præſules & corpore, & ſæpiùs animo* abſunt.
Eccleſiaſtici viri tanquam aliorum anima *eſſe debent.*
Sacerdos *cæteris ſanctitate debet antiſtare, vt* anima *antiſtat corpori.*
Qui Euchariſtiam frequentat, vnum cor, animam *vnam cum Chriſto habeat.*

ANimæ noſtræ vita Deus; Deo ſuo ſi anima deſtituatur, vidua vera vita eſt, viuit ſi Deo vniatur; hinc illud ſancti Auguſtini ſerm. 6. de verbis Domini cap. 1. *Sicut anima eſt vita corporis, ſic vita animæ Deus, Deus amiſſus mors animæ, anima amiſſa mors corporis.* 1081.

Vita animæ Deus eſt, vt anima corporis. S. Auguſt.

Eccleſiæ pulchritudo, perfectio, vita, animáque Chriſti caro eſt, melius quàm corporis noſtri noſtra anima; ſcitè Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſtiæ: *Qui ergo hanc noſtræ animæ potentiam præbuit, vt vna, eadémque & indiuiſa in ſingulis quibuſque partibus ſui corporis eodem tempore tota conſiſtat; quare ſuæ propriæ carni id dignitatis ſi vult dare (Deus) non valeat? & ipſa in diuerſis ſui cuiuſdam corporis, quod eſt Eccleſia, partibus, tota ſimul, & indiuiſa poſſit haberi, cùm ſicut anima noſtra vita eſt corporis; ita ſit Eccleſiæ (imò multo meliùs per Dei gratiam) vita caro Saluatoris.*

Eccleſiæ perfectio & anima Chriſti caro. Guitmund.

Quod corpori anima præſtat, pleniùs animæ præſtat Chriſtus ſub euchariſtico velamine animæ hærens,

Quod anima corpori, hoc

Chriſtus anima in Euchariſtia ſacramento.
Phi.D.cõc.2.

hærens, vites illi tribuit, pulchritudinem, decorem, melius quam corpoti anima, quod informat; ſcite ille, & vete: *O rem æternis laudibus efferendam, & quæ beatos, & igniſos Seraphicos in magnam rapit admirationem, quia per hoc diuinum Sacramentum ita ſe anima in Deum transformat tam cæleſti vnione, vt Dominus, ac Redemptor noſter nullam omnino adinuenerit vnionem, cui eam comparare poſſet, ac illi vnioni ineffabili, quæ inter ipſum, & Patrem eſt. Hæc eſt vna ex præcipuis, & maxime rebus mirabilibus, quæ de anima adhuc in carne mortali viuenti dici poſſunt. O felices illos, qui ad tantam dignitatem peruenerunt: ſi anima rationalis cùm ſit creatura tam exigua, corpori quod informat, eſſe tam pulchrum tribuit, ſcilicet oculis perſpicationem, cultui elegantiam, denique vniuerſo operi fortitudinem, & ſenſum, quale eſſe, dicite mihi fratres, erit illud, quod Ieſus Chriſtus verus Deus dabit homini interiori in hoc ſacramento ſumptus? Quam intellectui viuacitatem tribuet, quos affectus, & ſancta deſideria in voluntate generabit? quantam pulchritudinem in toto rationali ſpiritu efficiet*; quicquid pulchrum, quicquid viuidum, ac vitale in anima iuſti eſt, ab hoc præcipuè fonte, ab euchariſtica anima eſt.

Princeps vinculum, & vitalis ſpiritus Reipublicæ.
Clem.

1082. Chriſtus pet Euchariſtiã vinculũ Eccleſiæ ſuæ eſt, & velut vitalis quidam ſpiritus, quem omnes trahunt vt viuant. Vniuerſè de Principe ait Seneca 1. de Clem. 4. *Ille eſt vinculum per quod Reſpublica cohæret, ille* SPIRITVS VITALIS, *quem hæc tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur.* Verius, pleniúſque hoc munus in Chriſtiana republica exercet Chriſtus ſub euchariſticis ſpeciebus dum ſe omnibus exhibet, vt omnes vniat, vinciat, omnibus vitam inhalet. Verus Anonymus auctor, & plenè ad hanc mentem: *Chriſtus in Euchariſtia Eccleſiæ vinculum, nec vinculum tantùm, ſed anima, &* VITALIS SPIRITVS, *quo exoruetur, quo viuit, quo ſtabilis, & firma perſeuerat.*

De Euchariſtia id inſtiùs aſſeratur.
Anon.

Eccleſia per Euchariſtiã tanquam per animam viuit.
Guitm.

Verè Eccleſiæ anima Euchariſtia, vt enim corpus anima informatum viuit, ita & Eccleſia Euchariſtiâ. Pulchrè Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſt. *Sicut*, inquit, ANIMA *noſtra vita eſt corporis, ita ſit Eccleſiæ, imò multo meliùs per Dei gratiam vita* CARO SALVATORIS; *per animam quippè fit, vt corpus vtrumque temporaliter viuat, per carnem verò Saluatoris agitur, vt Eccleſia non quomodocumque, ſed beatè in æternum viuat.*

Per euchariſticam menſã augetur Eccleſia.
Tim.

Hoc à corporeo cibo corpus conſequitur vt in dies creſcat, augeatur, per hunc ſpiritalem ſpiritualiter augetur Eccleſia; hinc illud Timothei Presbyteri Ieroſolymitani orat. de Simeone: *Per diuinam hanc menſam* ECCLESIA AVGETVR, augetur Eccleſiæ perfectio, ſanctitáſque.

Corpus animæ nomine ſignificatur, quia ab anima debet regi.

Animæ eſt corpus regere, eiúſque habenas tenere, ne in noxia ruat, in nimium noctura, & ſe præcipitet, & præcipitem etiam animam, à qua regitur, agat, adeò animæ nexum hoc corporis regimen, vt in diuinis literis non ratò animæ nomine etiam corpus, quod anima regitur, ſignificetur, id quod notabat etiam Euthymios in Pſalm. 14. ad illud: *Cuſtodi animam meam*, ait enim, *Per animam corpus ſimul intellige, ea enim eſt, quæ corpus moderatur*; vt quod corpus præſtat animæ tanquam rectori tribuatur. Hic quoque Euchariſtia animæ munus exercet, corpus enim regit, moderatur, coërcet, ne in noxia diffluat.

Pſalm 14.
Euthym.
Euchariſtia vt anima nos regit, nos coërcet.
Euchariſtia corpus ligat, ne in noxia diffluat.
Gen 49. 11.

Nihil adeò corpus coërcet, ne in noxia diffluat, quàm euchariſticus cibus; huc flectere illud poſſumus, quod ſub quadam vmbra habetur Gen. 49. 11. *Ligans ad vineam pullum ſuum*; & cur non ad firmiorem arborem? cur non potiùs ad robur? vinea facile frangitur, auelliturque. Et verè in vinea ad euchariſticum vinum mentem flecte, & habes nihil carnis noſtræ laſciuiam, motúſque brutales melius coërcere, quàm euchariſticam vitem. Bene bonos ille auctor? *Aſinus, id eſt, peccator ad vitem alligatur, quia per Euchariſtiam continetur, ne in mala, & peccata* DIFFLVAT, *eſt enim Euchariſtia veluti vinculum, quo peccator in officio continetur*; aſinus caro noſtra eſt, quæ ad vitem alligatur, Euchariſtiæque virtute ita coërcetur, vt in præceps vix queat ruere; nemo, opinor, eſt, qui in plura, quam labatur ſcelera laberetur, niſi Euchariſtiæ ſacramento veluti iniecto fune impediretur.

Cum dixiſſet Deus Noë, vt in arca ipſe cum ſuis, & omnium generum animantibus ingrederetur, ſubdidit: *Tolles ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt*, Gen. 7. Putant aliqui vnius eſcæ apparatu hominibus, & brutis prouidiſſe Noë, ſicque factum vt pacem inter ſe inirent, nec ſe inuicem læderent; ſed hoc non ferunt illa verba, *ex omnibus eſcis*, quod notabat etiam Abulenſis hîc, vbi ait: *Ex omnibus eſcis, & ſic excluditur ratio dicentium, quòd Noe inquiſiuit vnam eſcam, in qua omnia animalia, & homines conuenirent, quia hic mandatur de omnibus eſcis.* Poterat Deus vnius eſcæ vſu omnium indigentiæ conſulere, ſed non fuit neceſſe hoc præſtare, cùm ſine nouo miraculo alia via effici id poſſet. 1083.

An vnius generis eſca in arca fuerit importata.
Gen. 7.
Abul.

Vis hæc, hæc virtus euchariſticæ eſcæ quadam ratione ſeruabatur, hæc vna, & homines alit, & feras etiam paſſionum, non vt nutriat, & ferociores fiant, ſed vt demulceat, &, vt ita dicam, cicuret, veluti obiecta offâ bruta ipſa, quæ alia ratione donari vix poterant. Pulchrè ille: *Euchariſtica offa obiectu* EFFERARVM PASSIONVM *ita deliniuntur, vt non adeò ſæuiant, non adeò mordeant*; verè ita eſt, quod menſæ huius conuiua paſſionum rabiem non ita ſentiat referri Euchariſtiæ debet, quæ hac quoque virtute pollet, vt paſſionum feras demulceat, & cicuret.

Euchariſtia paſſionum feras cicurat, & manſuetas reddit.
Hier. No.

Principes ciuitatis animas eſſe alibi dixi, alibi probaui; morúmque anima ſunt præſules, adeò vt ſicut informare, regere, ac viuificare corpus anima non poteſt, ſi abſens ſit, ſic nec Præſules ſi ſuos corporali præſentia deſerant; hinc & Chriſtus in cœlum iturus, ſe in euchariſtico ſacramento reliquit, vt præſens præſentea regeret, néve aliquis errandi ſumeret occaſionem, licere ſibi à ſuis abeſſe, & ſuos bene regere, ſuis vitam tribuere; hac eadem de cauſa cùm hîc apud nos Chriſtus degeret, & aliquos ad vitam reuocaret, id præſens præſtitit, nunquam abſens mortuos ſuſcitauit, licèt id æquè ac abſens potuerit, cùm vbique maieſtate, & potentia præſens ſit, ne aliqui ſibi blandirentur, & crederent poſſe ſe Chriſti auxilio ſpirituali morte defunctos ad ſpiritalem vitam donare longè ab illis corporali contra diſſitos, rem appoſitè vrget, expenditque ad hanc mentem Vgo Carenſis in cap. 5. Prouerb. huc Eliſæi factum referens, qui præſens præſentem puerum, qui iam obierat, ſuſcitauit: *Mirum eſt*, inquit Vgo, *de quibuſdam qui remoti volunt mortuos ſuos ſuſcitare, cùm etiam* DOMINVS NEMINEM SVSCITASSE LEGATVR, NISI PRÆSENS. *Vnde non ſufficit Heliſæo miſiſſe Gieſi ad puerum ſuſcitandum, imò & ipſe ſtatim ſubſecutus eſt, & præſens puerum ſuſcitauit*, 4. *Regum* 4. Mortui nunc difficilè

Præſules tanquam ſuorũ animæ ſues præſentia ſua non priuent.

Chriſti exemplum in hac re regens Eccleſiã in Euchariſtia præſens.
Abſentes Præſules ægrè vocare ad vitã mortuos poſſunt.
Vgo Car.
4. Reg. 4.

Plerique mortui iacent, quia præſules, & corpore, & ſæpius animo abſunt.

difficilè ſuſcitantur, quia præſules exemplo, vita, monitis adeſſe ſuis plerumque non curant, plures ſpiritali vita functos plangimus, quam plangeremus, quia verè animæ munus præſules non exercent in ſuos, quia plerumque à ſuis corporali præſentia exulant, ſed frequentiùs ſpirituali ſtudio, ſcilicet quærendæ aliorum ſalutis, & omnium virtutum exhibitione, cæteriſque inſtrumentis quibus quæri aliena ſalus poteſt.

1084. *Eccleſiaſtici viri tanquã aliorũ anima eſſe debent.*

Viri Eccleſiaſtici adeò ſuper cæteros debent eminere, vt ſint veluti anima, cæteri corpus; ab hac cauſa Sacerdotes Euchariſtiæ ſacramentum ſub gemina ſpecie ſumunt, Chriſtum etiam ſub vini ſpecie bibunt, illi verò, qui non Sacerdotes, ſub ſpecie tantùm panis, vt hac diuerſitate indicetur, Eccleſiæ miniſtros animæ vicem ſubire, populum verò corporis; ſcitè Albertus Patauinus ſermone 246. quæſt. 5. *Quare*, inquit, *fidelibus non miniſtratur ſanguis? Reſpondeo, iſtud videtur omitti ob euerſionis periculum; congruit etiam inter miniſtros Eccleſiæ, & populum eſſe differentiam, populo ſufficit eſſe de corpore Chriſti, ſed miniſtro Eccleſiæ oportet* ESSE QVASI ANIMAM CORPORIS, *dirigendo populum ſubditum; ideo illi corpus tantùm, iſti etiam ſanguis, in quo animas vniunt.* Proh quàm Eccleſiæ noxium, cùm ordo iſte euertitur, quod fit ſi accidat, quod Deus auertat, vt vir quiſpiam Eccleſiaſticus totus in carnem, in corpus abit, & ex alia parte vir ſæcularis ſpiritus totus fit. (Alb. Pat.)

Sacerdos cæteris ſanctitate debet antiſtare, vt anima antiſtat corpori.

Animam referat, qui ſanguinem bibit, nam, vt ait idem auctor eodem loco: *Panis ad corpus refertur, vinum autem ad* ANIMAM, *quia vinum operatur ſanguinem, in quo Philoſophi dicunt eſſe animæ ſedem.* Igitur rerum ſpiritualium affectu nudam efferet animam Sacerdos, nulla carnis cura tangatur, adeóque vitâ, & moribus aliis antiſtet, vt anima antiſtat corpori.

Qui Euchariſtiam frequentat, vnũ cor, animam vnam cum Chriſto habeat. B. Laur. Iuſt.

Denique vt hoc etiam adiiciam, hæc vis eſt huius ſacramenti, vt poſt illud vnum cor, animam vnam cum Chriſto habeant, quod primis fidelibus legitur in Apoſtolorum actibus, qui dignè illud frequentant. Inſerenda hîc verba, quæ amore æſtuans euomit Beatus Laurentius Iuſtinianus tractatu qui nouiſſimè emiſſus in lucem eſt, de incendio diuini amoris cap. 5. vbi Ieſum ſuum alloquens, ait: *O quàm mirabilis eſt dilectio tua Domine Ieſu; qui antequam aſcenderes in cælum, dimiſiſti homini poteſtatem, vt te qui velit habeat in Altari, & tuo corpori taliter nos incorporare voluiſti, & ſanguine potare pretioſo, vt ſic tuo inebriati amore, tecum* VNVM COR, ET VNAM ANIMAM *haberemus inſeparabiliter colligatam.* Diuino amore ebrius vnum cor habet cum Chriſto, animam vnam, & dum Amori ſuo vnitur in Euchariſtia, aliud infra ipſum quærere dedignatur, aliud amare extra ipſum. Felix qui talis eſt, vt augere numerum poſſit, & amanti ſponſo ita hærere, vt vnum cum illo ſit.

EXCVRSVS LXXX.

Euchariſtia amantis Chriſti rete, laqueúſque, & hamus, vt ad vitam animam capiat, ad vitam trahat.

Vt nos capiat, vitiorum, & voluptatum eſcam *nobis offert Diabolus.*
Piſces hamo *capiuntur, homines intemperantia.*
Voluptas malorum eſca.
Diabolus Chriſti carne ineſcatus, *& captus.*
Sua carnis eſca *depreſſit Chriſtus Diabolum, nos erexit.*
Satanas Euchariſtiæ hamo *capitur.*
Hamum *in euchariſtica menſa reperit, qui indignus accedit.*
Retia *expandit Diabolus vt nos capiat.*
Superbia Diaboli rete.
Tanquam auis retibus *terrenorum affectu tenetur humana mens.*
Euchariſtico rete *nos Chriſtus capit.*
Inimicorum inſultus timendi, vt laquei *nobis non ſint, ne in laqueum incidamus.*
Laquei *vbique latent in hac vita.*
Laqueos *comedimus, & bibimus ad mortem.*
In menſa laqueum *reperiunt Iudæi.*
Euchariſtica menſa nobis laqueus *ad vitam.*
Laqueum *in euchariſtica menſa reperit ad mortem qui indignus accedit.*
Princeps probis morſibus homines venatur.
Venationem *in Euchariſtia exercet Chriſtus.*

VItiorum, & voluptatum nobis eſcam offert Diabolus, vt homo capiat; hinc illud ſancti Ambroſij in Pſalm. 118. art. 14. *Quid tibi homo cum delitijs, ac voluptatibus? Non capit laqueus, niſi antè eſca te ceperit. Dum prædam petis, laqueo ipſo te nectis. Eſca laquei auaritia eſt: eſca Diaboli luxuries eſt, quibus nos vult* INESCARE, *non* PASCERE. *Et ideò clamabat Apoſtolus ad Coloſſ. 20. Ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo vſu. Noli ergo attaminare luxuriam, & illa te contaminare non poterit, noli guſtare auaritiæ corruptelam, & eris immunis à laqueo.* 1085.

Vt nos capiat, vitiorum, & voluptatum eſcam nobis offert Diabolus. S. Ambr.

Sub corporearum epularum delitiis latet, quo capitur, qui earum capitur amore; hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani tract. de ſobrietate cap. 2. ad calcem: *Sicut piſces capiuntur hamo, & aues comprehenduntur laqueo; ſic* ILLAQVEANTVR, *atque* CAPIVNTVR *non habentes ſobrietatem refectionis tempore*; etiam ſub euchariſticis delitiis latet laqueus, latet hamus, ſed ad vitam, non ad mortem.

Piſces hamo capiũtur, homines intemperantia. B. Laur. Iuſt.

Plato, quemadmodum in Catone maiore teſtatur Cicero, voluptatem, *malorum* ESCAM dixit, quòd ea ſic homines capiantur, vt hamo piſces.

Voluptas malorum eſca. Cic.

Carne ineſcatus eſt Diabolus, carnis eſca captus, carnem Dei filius induens, ea tanquam eſca deceptus eſt Dæmon, vt qui fefellerat falleretur; hinc ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 39. in ſancta lumina, vbi huc ſpectans ait: *Quoniam enim*

Diabolus Chriſti carne ineſcatus, & captus. S. Greg. Naz.

enim ille (Diabolus) vitij parens, & effector, ideo ſe inuicto quodam robore præditum eſſe exiſtimabat, quia nos diuinitatis ſpe obiecta tanquam illecebra quadam in fraudem induxerat, eâ de causâ ipſe quoque PRÆTEXTV CARNIS INESCATVR, *vt dum quaſi in Adamum impetum facit, in Deum incurrat, atque ita nouus Adamus priſtinæ ſaluti, atque incolumitati veterem afferat, ſententiáque aduerſus carnem pronunciata reſcindatur, morte nimirum à carne oppreſsâ, atque extincta.*

Sua carnis eſca depreſſit Chriſtus Diabolũ, nos erexit
Nic Epiſc.

1086. Suæ carnis eſca captum Dæmonem depreſſit, nos verò preſſos erexit Chriſtus. Pulchrè Nicolaus Epiſcopus Methonenſis orat. de corpore, & ſanguine Chriſti, vbi ait: *Carnem ſuam quaſi eſcam* HAMO *circumponens diuina virtute ſerpentem quidem deprimit, nos autem erigit*; in Euchariſtia ſcilicet.

Satanas Euchariſtia hamo capitur.

Euchariſtiæ hamo ſatana capitur, dum in nos fertur velut in electiſſimam eſcam. Pulchrè ille: *Sicut ille, qui piſcibus inſidias parat, hamum occultat ſub eſca, quam piſcis auidè captat, vt dum eſca ſit præda piſcis, ipſe piſcis fiat* PRÆDA PISCATORIS: *non aliter Deus diuinitatem ſuam ſub eſca corporis noſtri occultauit, vt dum Diabolus ad corpus noſtrum tanquam ad eſcam ſibi gratiſſimam ſciat, capiatur, & teneatur, & præda fiat, qui ad prædam inhiabat.*

Hamum in euchariſtica menſa reperit, qui indignus accedit.
Salm.

Qui impurus ad Euchariſtiam accedit, caueat ne in cibo hamum reperiat, quo trahatur ad mortem; Apoſtoli verba ſunt; iudicium ſibi manducare qui hunc panem manducat indignè; rectè vſus manducandi verbo; nam, vt ait Salmeron lib. 4. in epiſt. Pauli diſp 19. *Non ſecus atque* PISCIS DEVORANS ESCAM CVM HAMO *vita iacturam facit*; vt iure inclamarit Apoſtolus, *qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit*, tanquam hamum ſub eſca latentem; ſed retis, & laquei ſimilitudinem excutiamos.

Retia expandit Diabolus vt nos capiat.
B. Laur. Iuſt.

Retia expandit olim Diabolus cùm primos parentes deciperet, & deceptos caperet, dum illis diuinitate, & ſcientia boni, & mali vetiti pomi eſu ſubdolè promiſit; hanc fraudem notabat ſanctus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris c. 10. *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, dolosè ſatis tentationum retiacula tetendit.*

Superbia Diaboli rete.
B Albert.

Superbiam *rete Diaboli* indigitabat Beatus Albertus ſerm. de Beato Petro Apoſtolo in hæc verba: *Superbia* RETE *eſt Diaboli, per quam tamen ipſe primùm cecidit, & licèt per eam ceciderit, tamen adhuc per ipſam trahit in ſublimi reſidentes.* Superbiam reti comparabat etiam ſanctus Nilus, cuius hæc ſunt verba: *Ante lapſum, quoad eius fieri poteſt, da operam, vt ſuperbiæ* RETIA *effugias.* Sic ille orat. de ſuperbia.

S. Nilus.

Tanquã auis retibus terrenorum affectu tenetur humana mens.
B. Laur. Iuſt.

1087. Auis retibus tenetur, terrenorum affectu mens humana; hinc S. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 16. *Nunquam auicula* RETI, *vel compede aſtricta, libero, celerique volatu alta petunt: ſeu frondoſas perluſtrant nemorum arbores, niſi diruptis vinculis. Ligatur auis fune viſibili: humana verò mens inuiſibili. Habet quidem ſua mens vincula, quæ eleuantem deprimunt. Magnum prorſus vinculum terrenæ ſunt facultates, & temporalium negotia: quæ (velit nolit) mentem præpediunt.*

Euchariſtico rete nos Chriſtus capit.

Rete aliud parauit Deus, quo nos ad vitam caperet, ſcilicet euchariſticam menſam; de qua ita ſcribit Anonymus auctor: *Huc illuc volantes euchariſtico rete capit Chriſtus, vt illius ſimus, illique viuamus*; felix qui hoc rete tenetur, hoc rete capitur, ne à mundo deiiciatur.

Inimicorum inſultus ti- *mendi vt laquei nobis nõ ſunt, ne in laqueum incidamus.*
Pſalm. 90.
S. Auguſt.

Inimicorum noſtrorum inſultus, & aſperorum verborum retia, laqueóſque non eſſe timendos, ne dum illis teneamur, incurramus in illos; ſcitè explicat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 90. Auium ſimilitudine; ſic ille ſcribit ad illud, *Liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero: Nunquid nihil tibi facturus eſt* LAQVEVS, *quo te compellit inimicus per verbum aſperum? Quomodo retia plerunque tenduntur, ad caput ſepis tenduntur auibus, & lapides mittuntur in ſepem, lapides illi nihil ſunt facturi auibus; timens autem auis inanem ſonum cadit in retia; ſic homines timentes inſultatorum verba, & inania, & erubeſcentes, conuitijs ſuperfluis cadunt in laqueos venantium, & capiuntur à Diabolo.*

Laquei vbique latent in hac vita.
S. Paulin.

De huius vitæ laqueis ita loquitur ſanctus Paulinus epiſt. de gazophylacio. *Vbique prætenti latent* LAQVEI, *vbique ſtricti ſunt gladij. Inter inſidias, & pugnas vita tranſigitur, & per ignes doloſo cineri ſuppoſitos ambulamus.*

Laqueos comedimus, & bibimus ad mortem.

Nos laqueum ad vitam edimus, laqueos bibimus, nimirum cùm ad ſacram Euchariſtiam accedimus; laqueos comedimus ad mortem, quidni comedamus & ad vitam; laqueos bibimus nocituros, bibamus etiam profuturos; de illis ita loquebatur Guigo Carthuſianus cap. 5. meditationum: LAQVEOS COMEDIS, *bibis, veſtis, dormis, omnia* LAQVEVS; & Propheta regius de Iudæis: *fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum*, Pſalm. 68. 23. vbi Muis: *Videtur*, inquit, *alludere ad infelices aues, quæ victum quærentes ſæpè incidunt in plagas, &* RETIA; nos laqueos meliores in meliori habemus menſa; laqueus nobis euchariſtica menſa eſt facta, facta eſt rete, vt verus ille fuerit, qui dixit: *Iudæis menſa in laqueum ad mortem facta eſt, Chriſtianis* AD VITAM LAQVEVS EVCHARISTIÆ MENSA EST FACTA, *qua ita capiuntur, vt æternùm ſint victuri*; cauendum verùm eſt ne noſtro vitio ad mortem laqueus nobis non ſit, quod inſtitutum ad vitam fuit, nam, & Iudas poſt euchariſticam menſam, ad quam indignus acceſſerat, ad laqueum iuit, quo ſe ſuſpendit, vt viſus ſit laqueos comediſſe; vide ne eadem veſtigia premas: ſine te ad vitam capi, non ad mortem. 1088.

Guigo Carthuſ.
In menſa laqueum reperiunt Iudæi.
Pſal. 68 23.
Sim. Muis.
Euchariſtica menſa nobis laqueus ad vitam.
Hier. No.
Laqueum in euchariſtica menſa reperit ad mortem qui indignus accedit.

Princeps probis moribus homines venatur.
Caſſiod.
Venationem in Euchariſtia exercet Chriſtus.

Princeps, & qui ſuper alios, bonos venari debet, vt ea ſollicitudine ſit inſignitus, quæ bonæ conuerſationis venatrix dicatur; Caſſiod. lib. 6. var. formul. 16. *Sed quoniam te probatis moribus inſtitutum* VENATRIX BONÆ CONVERSATIONIS SOLLICITVDO *noſtra reſpexit, ab illa indictione notarium te eſſe noſtrum cenſemus*; feliciora eſſent regna ſi huic venationi vacarent Principes, non ferarum, non vitiorum, non opum; venetur nos & Chriſtus, hócque munus præcipuè exercet, vt alibi dicemus in Euchariſtia; Venatoris huius, huius aucupis præda quiſque ſit, qui liber aliò auolat, aliò fugit, ſatanici venatoris præda fiet.

EXCVRSVS LXXXI.

Euchariſtica nubes quàm nobis ſalutaris.

Nubes *euchariſtica ad cælum nos ducit, quin & portat.*

Nubis, *&* ignis columna *iudicium ignis, & aquæ ſignificabat.*

Fides columna *quæ nos per mundi deſertum ducit.*

Iudicium

Iudicium *in Euchariſtia timendum.*

Nubes *eſt charitas.*

Mala nubes *gulæ vitium.*

Noxia nubes *iniuriarum memoria.*

A nobis tanquam à nubibus *lachrymarum imber cadat.*

Columna *nobis Chriſti figura.*

Ignis columna *& nubis vt fuerit Chriſtus.*

Nubis columna *crucis myſterium adumbrauit.*

Chriſti corpus ad modum nubis *formatum.*

Nubis columna *nubem euchariſticam præfigurauit.*

Euchariſtia columna nubis.

Euchariſtica nubes *bonorum cœleſtium imbrem in cordis noſtri terram demittit.*

Supplicium in euchariſtica nube *timendum.*

Euchariſtica nubes *orationem non impedit, ſed vim ei addit.*

Totus auris *Chriſtus, præſertim in Euchariſtia.*

1089. *Nubes euchariſtica ad cœlum nos ducit, quin & portat.*

NVbi comparo Euchariſtiæ ſacramentum, ſi vel oculis credas. non aliena hæc comparata, non coacta, nubeculam quandam referunt ſpecies ipſæ panis euchariſtici; dux nobis hæc nubes felicius, quàm nobis columna fuerit Hebræorum populi, nam terram illos illa duxit, nos noſtra ad cœlum ducit, nec ducit tantùm, ſed etiam euehit, & portat.

Nubis, & ignis columna iudiciũ ignis, & aqua ſignificabat.

Nubis, igniſque columna magiſtra potuit eſſe Iudæorum populo, & cathedræ vice fungi, in qua ad pietatem informaretur, nam Dei iudicium referebat, cuius cogitatio inhalare ſanctitatis ſpiritum poterat, ignem referens, indicium quod eſt futurum ſignificabat nubem, illud aquæ, quod fuit diluuij tempore, vt his exemplis ad Dei timorem allicerentur, auocarentur à Deo offenſa; opportunè ſanctus Zeno ſerm. 5. de Exodo: *Quod duplicem nubis, & ignis imaginem gerit* COLVMNA, *indicia duo deſignat, vnũ aquæ, quod geſtũ eſt, ignis alterũ, quod futurum.* Euchariſtica columna pro igne amoris flammam habet, pro aqua Spiritus ſancti fluenta.

S.Zeno.

Fides columna quæ nos per mũdi deſertum ducit.
B Laur.Iuſt.

Proba columna, quæ nos per mundi huius deſertum ad cœlum dirigit, fides ipſa eſt, de qua ita ſcribit Beatus Laurentius Iuſtinianus de ligno vitæ cap. 5. de fide: *Fides eſt viua, fida, & ſalutaris* COLVMNA, *deducens per deſertum mundi huius, oſtendens ipſum eſſe plenum malitia, vbi ſunt omnia vitioſa, omnia lubrica, cuncta operta tenebris, & obiecta laqueis*; iure columnæ vicem fidelem populum docentis ſubeat & Euchariſtia, qua nutritur fides, & errorum deuia illius ductu vitantur.

Iudicium in Euchariſtia timendum.

Præterea ignis columna eſt Euchariſtia, atque etiam nubis, quia vt bonis nubes eſt, bonorum cœleſtium imbrem illis depluens, ita & ignis columna eſt malis, iudicium illis, & pœnam parturiens, imber vt expectandus à nube, flamma timenda ſic ab igne, & quædam bonorum deſiſideratio.

1090. *Nubes eſt charitas.*
B.Laur. Iuſt.

Nubes eſt etiam charitas, hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani lib. de incendio diuini amoris cap 8. *Charitas eſt nubecula, quæ ad preces Heliæ magnam exercuit pluuiam. Cùm enim aliquis ex toto corde Deum diligere incipit, non ſolùm ad amicos, ſed etiam ad inimicos beneuolentiæ ſtillicidia, & gratiæ fluenta diffundit*; & cur non iuſtiùs nubes Euchariſtia, quæ charitatis auctorem continet.

Mala nubes gulæ vitium.
S.Nilus.

Mala nubes nobis gulæ vitium eſt, quod Dei ſapientiam à nobis ſubducit, vt nubes lunæ adſpectum; ſcitè ſanctus Nilus orat. de Gula: *Vt* NVBES *lunæ proſpectum eripit, ſic* GVLA *Dei ſapientiam nobis occultat,* quibus affinia ſunt quæ ibidem adiicit: *Vt* NVBES *Solis radios obſcurat, ſic ſi craſſus vapor ex cibis emergens menti obſcuritatem affert*; alium cibum reperit Deus, qui non ſolùm nobis vitium eximeret, ſed aptiores redderet ſuperis Solis cõſpectui. is eſt euchariſticus, qui mentis oculos purgat, & mundum vt figere in diuina, quantum nobis hîc licet, poſſimus obtutum.

Noxia nubes iniuriarum memoria.
S.Nilus.

Noxia nubes iniuriarum memoria eſt, quæ rationis lumen nobis intercipit vt nubes Solis radios. Voluit hoc idem Sanctus Nilus orat. 4. de Ira, dum ait: *Solis radios* NVBES *intercipit, & hominis rationem memoria impedit iniuriarum*; Euchariſtica nubes adeò ab hac nota aliena eſt, vt Chriſti, qui ſub illa latet, exemplo, nos ad iniuriarum omnium condonationem non vocet, ſepeliendas iniurias omnes doceat, omnes facilè deuorandas.

A nobis tanquam à nubibus lachrymarum imber cadat.
S. Anſelm.

Nubibus pares eſſe debemus, à quibus lacrymarum nubes cadant, peccatorum flammis extinguendis; huc ſpectabat Sanctus Anſelmus in lib. exhortationum, qui nouiſſimè prodiit: *Eſto velut* NVBES *ad proferendam pluuiam lachrymarum, vt poſſis extinguere flammas peccatorum*; ſed iterum ad columnam illam nubis redeamus, quæ populum Hebræum ita duxit, vt Euchariſtiæ figuram quandam exhibuerit.

1091. *Columna nobis Chriſti figura.*
B.Laur.Iuſt.

Et quidem vniuersè columna illa, quæ populum per deſertum ducebat, Chriſti figura fuit, qui humanæ naturæ nube indutus in huius vitæ peregrinatione ducem ſe nobis exhibuit, nam niſi hanc nubem induiſſet, videri à nobis minimè poterat. Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap 2. *Porrò hæc diuina lex præfigurata fuit in exitu Iſrael de Ægypto. Præcedat enim, (vt legitur) Dei populum peregrinantem in eremo, & ad repromiſſionis terram pergentem rutilans columna ignis, quæ ex ſuo radiante fulgore depellebat tenebras, inſidias detegebat, & intuentium animos in fide roborabat. Quis ſapiens, & intelligit hæc? Sacramentum hoc magnum eſt. Chriſti dico, & Eccleſiæ, Verbi, & animæ. Nemo illud capit (niſi ſapientia illuſtretur) niſi in lumine Verbi: altitudinem autem Verbi quis niſi in ſplendore percipiet ſapientiæ? tenuiter tamen, quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Excellentiam quoque huius almæ lucis quis inueſtigabit? Inacceſſibilis nempè eſt propter ſuam claritatem, propter ſimplicitatem, propter munditiam. In ſua etenim diuinitatis eſſentia tanta eſt ſublimitatis lux hæc, quòd mens de illa cogitans deficit, quum ſit incomprehenſibilis. Senſus eam non capit, quum ſit inuiſibilis, lingua ipſam non explicat, quum ſit ineffabilis, tempus illam non metitur, cùm ſit interminabilis, locus eam non capit, cùm ſit incircumſcriptibilis, ſcriptura ipſam non declarat, quum ſit inæſtimabilis, virtus illam non attingit; cùm ſit inacceſſibilis, deſideria, & vota tranſgreditur, quum ſit incomparabilis: veruntamen vt intelligibile fieret Verbum, & diuina lux hæc conſpicua efficeretur hominibus, humanum aſſumere naturam Dei ſapientia voluit, eâque tanquam nube obumbrari dignata eſt. Nam per humanitatis formam, ad diuinitatis gloriam aſcenſus componitur, ideo Propheta ſanctus ait: Qui ponis nubem aſcenſum tuum.*

Ignis colũna & nubis vt fuerit Chriſtus.
Drogô.

De ignis, & nubis columna ita philoſophatur Drogo Hoſtienſis Epiſcopus, ſerm. 1. de ſacramento

Dominicæ

Dominicæ paſſionis ad illa verba Luc. 24. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis*, ait enim: *Ardebat intus* COLVMNA, *quia foris columna nubis loquebatur ad eos. Sed vbi tandem cognouerunt eum? in fractione panis.*

Nubis columna crucis myſterium adumbrauit. S. Chryſ.

In nubis columna crucis munimen, & protectionem notabat ſanctus Chyſoſtomus ſerm. de Ioſeph continentia, vbi ait: *Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id temporis abibis. nam ſicut* COLVMNA *nubis figura noſtræ crucis Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali Ægyptijs pateret; ita crux ante oculos viſa, ſtatim abigit malam voluptatem.*

1092. *Chriſti corpus ad modũ nubis formatum.* Richard à S. Laur.

Chriſti corpus nubes eſt, & ad modum nubis formatum, quod ſic explicabat Richardus à ſancto Laurentio lib. 12. de laudibus Virginis: *Pulchrè autem corpus Dominicum dicitur* NVBES, *quod de puriſſimis ſanguinibus beatæ Virginis formatum, quos ſcilicet ſanguinis, tanquam nutritiuos cœleſtis ſuæ caliditatis, id eſt, charitatis humores, ad nutrimentum ſui, de Oceano huius ſæculi, traxit ad ſe radius Solis iuſtitiæ, id eſt, benignitatis, pietatis ſupernæ.*

Nubis columna nubem eucharisticam præfigurauit. Drogo.

Sed rem preſſiùs tractemus, verſemúſque, nubes illa, quæ populum per deſertum ducebat, Chriſti corpus figurabat, quod ſub ſpecierum nubeculis nos ad patriam ducit; optimè, & opportunè Drogo ſerm. de ſacramento Dominicæ paſſionis, vbi ait: *Quæ eſt* NVBES, *quæ præcedit veros Iſraelitas, niſi veriſſimum, & ſanctiſſimum corpus tuum, quod in altari ſumimus, in quo velatur nobis altitudo diei, immenſitas maieſtatis tuæ, cuius & calorem, & ſplendorem mortalis infirmitas ſuſtinere non poſſet, niſi mediatrix nubes interpoſita & ardorem temperaret deſuper, & tutam ſubtus ſe viam præmonſtraret? Hanc* NVBAM *totus exercitus tuus ſequitur Domine Rex Sabaoth, qui autem non ſequitur eam, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat.*

Euchariſtia columna nubis.

Quod columna nubis populo Hebræo eſt per deſertum ambulanti, hoc nobis Euchariſtiæ ſacramentum eſt, quod nobis cœli viam oſtendit, ad cœlum ducit; vt verus ille fuerit qui dixit: *Euchariſtia in* COLVMNA *nubis fuit adumbrata*; ſed diligentiùs excutiamus.

1093. *Euchariſtica nubes bonorũ cœleſtiũ imbrem in corda noſtri terram demittit.*

Nubes Euchariſtia eſt, quæ cœleſtium donorum imbrem nobis è cœlo depluit nubis columna, quæ populum ad terram promiſſionis ducebat, Euchariſtiæ figura erat, quæ ad cœlum promiſſum fideles ducit. Præclarè de hac nube philoſophatur bonus ille auctor, cuius verba non ſemel produximus, ſic ille ſcribit expendens illud Dauidis: *& eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis*, Pſalm. 77. 16. *Si hiſtoriam quæras, de* COLVMNA *illa ſermo eſt, quæ plebem Dei per deſertum duxit, lucem inter denſiſſimas noctis tenebras, & vmbram offerens inter ardores diei. Si verò ſenſum moralem quæras, de Euchariſtia locus exponendus. Cùm multa contulerit Deus filijs Iſrael, cùm eos de Ægyptiaca captiuitate extraxit; inter omnia columnæ mentionem fecit, & huic rem totam attribuit; vnde dicit: Deduxit eos in nube diei, &c. Etenim huic columnæ Angelus inſidebat, penes quem erat illius populi cura, & qui vices Dei gerebat. Quapropter ſignum haud obſcurũ obtulit Euchariſtia, cui Chriſtus ipſe inſidet. Ego, ſicut per columnam Hebræorum populum de Ægyptiaco ergaſtulo tranſtulit in terram promiſſionis: non aliter per Euchariſtiam homines abduxit à peccatis, & in beatitudinem traduxit.*

Pſalm 77. 16. P. lo. Pi. in cap. 15. Eccl.

Supplicium in euchariſtica nube timendum. Idem.

Pergit, & explicat qui *nubes diei* columna illa dicta ſit, & *in illuminatione ignis* omnia ad Euchariſtiam flectens, quæ beneficiorum imbrem nobis ita demittit, vt ſimul ignem, ac pœnam, indignè ſumentibus pariat; ait igitur: *Cæterum quid eſt, quod dicit: In* NVBE DIEI, *& in illuminatione ignis? Nubes illa diei ſignificat beneficia, quæ Deus contulit his, qui dignè ad Euchariſtiam accedunt, per nubium enim miniſterium imbrem immittit, terram rigat, ſegetes, & omnes fructus producit, ardores ſolarium radiorum temperat. Benè ergo per nubem diei beneficia intelligenda ſunt, quæ Deus ſuſcipientibus Euchariſtiam confert. Addit in illuminatione ignis, ſenſus moralis, ſupplicium notat, quo Deus afficere non rarò ſolet eos, qui audent impurè tantum ſacramentum attrectare. Ergo Deus remunerat piè accedentes, & conuenientes indignè ad Euchariſtiam ſupplicio territat, homines à peccatorum tenebris abductos ſyderibus infert.*

Euchariſtica nubes orationem non impedit, ſed vim ei addit.

In hac nube locum ſententia illa non habet, qua vſus eſt Ioannes Thren. 3. 44. *Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio*; nam euchariſticam tibi nubem oppoſuit, vt faciliùs oratio tranſiret.

Thren. 3. 34. Pſalm. 39. 7. *Totus auris Chriſtus præſertim in Euchariſtia.* Anon.

Orationes noſtras facilis, promprúſque exaudit, ſub euchariſtica nube latet Chriſtus, adeò vt ob id totus auris videatur; huc aliqui vocant Pſalm. 39. 7. *Aures autem perfeciſti mihi*; nimirum, *cùm de Euchariſtia agitur*, boni auctoris hæc ſunt verba; *totum corpus Chriſti dicitur* AVRES, *quia omnino intentus eſt ibidem Chriſtus ad excipiendas noſtras orationes, adeò vt totus eſſe auris videatur, vnde non oculos, non manus, non pedes poſuit, ſed aures*; appoſuit ergo hîc nubem, vt oratio tranſiret dum ſub euchariſtica nube deliteſcit Chriſtus.

EXCVRSVS LXXXII.

Pluſquam mellea Euchariſtiæ dulcedo.

Mel *cur à ſacrificijs exularet.*
Puritas *in ſacris.*
Lex melli *cur comparata.*
Infirmis amara *Dei eloquia,* dulcia *ſanis.*
Dulcia *Dei eloquia, ea* cuſtodientibus.
Mel humilitas, *quia omnia condit.*
Qui mel *fabricat ſuper opera ſua euolet.*
Vitia facilè amaritudinem *ſuam virtutibus affricant, mellis exemplo id explicatur.*
Mel *Kalendis Ianuarijs boni ominis cauſa dabatur.*
Felicia omnia vbi euchariſticum mel.
Promiſſionis terra quæ melle, *& lacte fluebat, Chriſti figura.*
Chriſtus tanquam apis mel *habet, non habet aculeum.*
Sacramenta latentes *Eccleſiæ* delitiæ.
Mel *vino mixtum in die cœnæ exhiberi ab aliquibus ſolitum.*
Mel *tritico mixtum vt columbas ad reditum allicerent.*
Ad Chriſti dulcedinem, *præſertim in Euchariſtia, res flectitur.*
Mel *ob dulcedinem ſacra Euchariſtia.*
Mentem hoc mel *illuminat.*
Puriſſimæ delitiæ *quæ in Euchariſtia deliteſcunt.*

Amaritudo omnis in euchariſtico melle *conditur , & dulcis fit.*

Dei bonitas vt & mellis *dulcedo, experientia potius ſentitur, quàm verbis exprimi poßit.*

Inexplicabilis Euchariſtiæ dulcedo , & ſuauitas.

Euchariſtiæ deliciæ *inexplicabiles.*

Aduerſitatis tempore maximè ad euchariſticum mel *accurrendum.*

1094. SOlent, quæ dulcia, quæ ſuauia melli comparari, mellea dici ; cùm de Euchariſtia nobis ſit ſermo, quæ ipſum totius dulcedinis, ac ſuauitatis fontem continet, quî poteram non de eius dulcedine aliqua non libare; tetigi non ſemel in hoc opere hoc argumentum, ſed tetigi tantùm, hîc diutiùs immorandum eſt, ita tamen vt de eius ſuauitate aliqua dixerimus; nihil ea putentur quæ dicta, ſi rem, vt res eſt, penſemus; melli compono Euchariſtiæ ſacramentum, ſed antequam reio aggrediar, aliqua dicenda de melle ipſo, aut quæ cum melle cognationem aliquam habeor, ſteroenda nobis ſunt, quæ penitus ab argumento non ſint aliena, aut ſi ſint, flecti ad ea non leui brachio poſſint, quæ hîc tractantur, certè non inutilia exhibebunt monita, quidni plura huc conoebamus, cùm melle coodire omnia ſoleant? ſed ad rem.

Mel cur à ſacrificijs exularet. Theod. *Puritas in ſacris.*

Mel Dei præcepto à ſacrificiis exulabat, quia nimirum, vt aliqui voluere, etiam in locis impuris ſedeant apes, & ex omnibus conficiendi mellis occaſionem accipiant; Theodoretus quæſt. 1. in Leuit. *Prohibet quoque afferri* MEL AD ALTARE, *eo quòd apis, vt quidam ferunt, in locis impuris ſedeat, & vndecũque conficiẽdi mellis occaſiones coacernet;* contrà apis, quæ euchariſticum mel conficit, pura loca frequentat, puris cordibus inſidet, puritatẽ amat.

Lex melli cur comparata. S. Chryſ.

Legem melli comparabat Beatus Chryſoſtomus, quia vt hoc natura dulce ægrotis eſt amarum, ita diuina lex pleriſque videtur oneroſa, non ſui conditione, ſed noſtra deſidia, hæc illius verba hom. 8. de pœnitentia: MEL *natura dulcedinem habet, atque eandem iucundiſſimam, ſed ægrotis amarum quid atque illibitum eſt, non propria, ſed illorum ægritudinis natura: ſic & lex tametſi videtur oneroſa, non ſua* Pſalm. 18. *natura, ſed noſtra ſit pigritia.* Hoc Dauidis exemplo egregiè confirmat idem ſanctus Doctor Prologo in Euangelium Ioannis, vbi ait: *Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper* MEL, *& fauum, ſed benè valentibus tantùm; quamobrem ſubdidit: Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea. Et alio in loco cùm ſuauia dixiſſet, addidit, faucibus meis. Quàm ſuauia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Et iterum vt eorum ſignificaret excellentiam: Super mel, inquit, & fauum ori meo, cùm in bona eſſet valetudine.* Eadem mente ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 18. ad illud: *Dulciora ſuper mel, & fauum;* addit enim: *Dulciora ſuper* MEL, *& fauum; ſed hoc aduerſum eſt erranti, mel amarum eſt febrienti, dulce tamen, & acceptabile ſanato, quia charum eſt ſanitati;* ſic eloquia Dei grata, & dulciora ſanis, ægris diſpliceot, & amara videntur.

Infirmis amara Dei eloquia, dulcia ſanis S. Auguſt.

Dulcia Dei eloquia ea cuſtodientibus. Pſalm. 18. S. Auguſt.

Dulcia fuere Dei ſeruo eloquia Dei, non quia de illis loqueretur; ſed quia illa cuſtodiret; addit enim ſtatim: *Nam & ſeruus tuus cuſtodit ea;* vbi ſanctus Auguſtinus: *Quàm dulcia iſta ſint cuſtodiendo, probat ſeruus tuus, non loquendo.*

Mel humilitas, quia omnia condit. Vgo Vict.

Quâ humilitas mel referat, ſcitè explicat Vgo Vict. inſtit. monaſt. in 2. de clauſtro animæ cap. 8. *Sicut* MEL *concordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuerſitatibus ſpecierum, ſic & humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera virtutum.*

1095. Mel fabricat apis, ſed ne melli hæreat, alas à Deo habet, vt hoc exemplo nos quoque doceremur nobis ſuper opera noſtra euolandum; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba epiſt. 113. *Laxatis curis mutabilium rerum bona ſtabilia, & certa quæramus;* SVPERVOLEMVS *terrenis operibus noſtris, nã in mellis copia nõ fruſtrà pẽnas habet apicula, necãt enim hærẽtẽ.*

Qui mel fabricat, ſuper opera ſua volet. S. Auguſt.

Vitia facilè amaritudinẽ ſuam virtutibus affricant, mellis exemplo id explicatur. S. Greg. Naz.

Vitia facilius amaritudinem ſuam virtutibus affricare, quàm vitiis virtutes; ſuam dulcedinem mellis, & abſynthij comparatione explicabat ſanctus Gregorius Nazianzenus Apolog. 1. ſic enim ibi ſcribit: *Citius enim exiguum vitium vberrimè, largiſſiméque cuipiam impertiri queat quàm vel copioſiſſima virtus parcè communicari. Nam & exiguum abſynthium amatorem ſuum* MELLI *celerrime impertierit: mel contrà ne duplo quidem maius dulcedinem ſuam abſynthio infuderit: ac paruo quidem lapide ſubmoto, flumen totum in pronum trahitur, eiuſdem autem impetus firmiſſimo etiam agere cobiberi, reprimique vix poteſt.*

Mel Kalendis Ianuarÿs boni ominis cauſa dabatur. Ouid.

Mel, vt hoc quoque adiiciam, dabatur Kalendis Ianuariis in albis cordis; ſed cur, inquies? An boni ominis cauſa? Indicat Ouidius 1. Faſtorum,

Quid vult palma ſibi, rugoſaque carica, dixi,
Et data ſub niueo condita MELLE *cado.*
Omen, ait, cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur,
Et peragat [illegible] [illegible] *vt annus iter.*

Felicia omnia vbi euchariſticum mel.

Hæc Gentilium commenta, hæ tenebræ; verè boni ominis eſt mel quod nobis Chriſtus exhibet, dum ſe offert, felix ab hoc melle annus initium ſumit, felix totus decurret, euchariſtici mellis eſu, vſúque.

Promiſſionis terra quæ melle, & lacte fluebat Chriſti figura.

Promiſſionis terram efferre cùm vellet, vbertatémque eius explicare, lac & mel producturam dicebat; vt terra lacte, & melle manans terræ promiſſionis eſſet veluti circumſcripio; nobiliorem, fœcundiorémque terram nos habemus, Chriſtum ſcilicet, qui terrâ illâ ſignificabatur, quod in hunc modum notabat etiam B. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 5 poſt medium: *Incarnatio per myſterium eſt illa* REPROMISSIONIS TERRA, QVÆ LAC, ET MEL FLVERE DICITVR, *lac enim de carne fluit, mel de ſuperioribus venit, quia igitur in vno mediatore Dei, & hominum, & humanitatis lac, & mel diuinitatis ineſſe cognoſcitur, rectam per terram lacte, & melle manantem Incarnationis eius myſterium figuratur;* ſed præcipuè mel habemus in euchariſtico conuiuio, quod omnem dulcedinem exhibet, omnem ſuauitatem.

S. Petr. Dam.

1096. Cœleſtis è cœlo apis ad nos Dei filius venit, mel ſecum tulit, ſed ita mellis dulcedinem habuit, vt aculei non habuerit amaritudinem, totus melleus, totus miſericors, totus ſuauis; præiuit B. Bernardus ſerm. 2. de Aduentu, cuius hæc ſunt verba: *Apis habet* MELLIS *dulcedinem, habet & aculei punctionem; attamen ad nos veniens ſolum mel attulit, & non aculeum, miſericordiam, & non iudicium, nam filius hominis non venit vt iudicet, ſed vt ſaluet.*

Chriſtus tanquam apis mel habet, nõ habet aculeum. S. Bern.

Sacramenta latente. Eccleſiæ delitia. Anon.

Vniuersè ſacramenta latentes ſunt Eccleſiæ delitiæ, quas benè intelligere, benè guſtare nemo poteſt, niſi det ille, qui illa inſtituit; præclarè de hac re diſſerit Anonymus noſter auctor tract. 2. de præpar. Miſſ. vbi ita ſentit, ita ſcribit: *Nempe quemadmodum nemo ad perceptionem æternorum gaudiorum, dapiúmque cœleſtium, niſi per Chriſtum ingreditur, ita neque ad intelligendum, atque guſtandum ſacramenta Eccleſiaſtica, quæ fidelium ſunt latentes delitiæ, & in Eccleſiæ triclinio inſtituta miniſtrantur. Audi ipſum Dominum vtrumque dicentem: Ego, inquit, ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Ingreditur, & paſcua inueniet. Ingreditur vtique in*

Eccleſia

Digitized by Google

Eccleſia per me, credendo me eſſe Dei filium Patris verbum ſine initio genitum, per quod facta ſunt omnia, & à quo iuſtificantur, quotquot ſaluandi ſunt virtute ſacramentorum, & fide: & vi ipſis ſpiritualia inueniene paſcua. Porrò in ipſis ſacramentis, quemadmodum latent diuina opera; ita & delectationes immẽſæ, præcelſa dona, virtutes innumeræ communicantur, purè credentibus, accedẽtibus non fusè, ardenter diligentibus, ac deuotè ſumẽtibus; ſed propiùs ad euchatiſticũ mel accedamus.

Mel vino mixtũ in die cœnæ exhiberi ab aliquibus ſolitum.
S. Petr. Ven.

Apud nonnullus cùm mel vino miſcete intetdicetetut cum aliis ſpeciebus, id tamen licebat in die cœnæ Dominicæ. Sic ſetuabatut apud Cluniacenſes, vt ſctibit S. Petrus Venerabilis in ſtatutis congtegationis Cluniacenſis ſtat. 11. vbi ait: *Statutum eſt, vt ab omni* MELLIS, *ac* SPACIERVM *cum vino confectione, quod vulgari nomine pigmẽtum vocatur, cœna Domini tantùm excepta, qua die mel abſque ſpeciebus vino mixtum antiquitas permiſit, omnes Cluniacenſis Ordinis fratres abſtineant*; cohæret cum hoc die mel, vt indicio eſſet, melleam in euchatiſtico vino eſſe dulcedinem, quod patatum hoc die fuit.

1097. *Mel tritico mixtum vt columbas ad reditum alliceret.*
Dauid de Aug.

Totus melleus, totus mel Chriſtus, qui aliquando vbetiùs dulcedinis ſuæ ſuauitate ſuos obtuit, vt in tentationis amaritudine illius memoria citiùs ad illum tedeamus, firmiùs ſtemus; id columbæ exemplo, quibus triticum melle mixtum exhibebatur, vt aliò auolantes cibi dulcedine allectæ redirent, explicat Dauid de Auguſta de ſeptem ptoceſſibus religioſi ſtatus cap. 3. vbi ttansfigurationem Chriſti huc flectens, ait: *Columba longiùs emittenda prius nutriuntur* TRITICO CVM MELLE, *& quantumcumque longè emiſſa fuerint, ſemper illuc redire contendant, vbi delicatè ſe paſtas eſſe meminerint. Sic Petrus prius in montem excelſum ſeorſum ducitur, vbi gloriam transfigurationis videat, & poſtea à ſatana expetitus, vt cribraret eum, in tentatione recoleret priorem dulcedinem ſuam, quam expertus erat, & rediret ad Dominum.* Nos in Euchariſtiæ ſactamento & mel habemus, & triricum, imò triticum ipſum euchariſticum mel tefett ob ſuauitatem, quam putæ animæ puro palato affett.

Ad Chriſti dulcedinem præſertim in Euchariſtia rei flectitur.
Mel ob dulcedinem ſacra Euchariſtia.
S. Thom.
Mentem hoc mel illuminat.

Mel ob dulcedinem eſt ſacta Euchariſtia, ſed ceram ſimul exhibet ad lumen; S. Thomas opuſc. 58. cap. 1 huc vocat illud Salomonis Prou. 24. *Comede fili mi mel, quia bonum eſt; Mel,* inquit, *corpus Chriſti dulce ſignificat, hoc bonum eſt, quia tenebras mentis illuminat.*

Puriſſima delicia, quæ in Euchariſtia deliteſcunt.
Bloſ.

Putiſſimas delitias, quibus anima afficitur, quæ per Euchatiſtiam ſponſo ſuo vnitur; ſic ipſe Chriſtus efferebat Beatam Gettrudem alloquens, vt refert Bloſius in animæ conclaui cap. 6. n. 4. *Quando me tibi communico in ſacramento altaris, blandior tibi per amplexus, & oſcula: atque hæc delectatio incomparabiliter maior eſt, quam ſint omnes delectationes, quas vnquam aliqui potuerunt experiri in amplexibus, & oſculis humanis. Nam delectatio amplexuum, & oſculorum humanorum vilis eſt, atque cum tempore tranſit: ſuauitas verò vnionis illius mihi in ſacramento altaris, nobiliſſima, atque puriſſima eſt, nec vnquam deficit, aut tepeſcit; ſed quanto ſapiùs renouatur, tanto efficaciùs viget in æternum.*

1098. *Amaritudo omnis in eucharistico melle cõditur, & dulcis fit.*

Hoc habet mel peculiare, vt quicquid in illud iniicitur, acerbitatem, & amatitudinem, ſi quam habet, exuat, dulcedinémque, qua mel ptæditum tefetat; nihil ferè adeò à dulcedine alienum, quod dulcedinem illi non affricet mel, ſi intta mellis ſinum aliquo tempore fuerit; idem & perfectius de euchariſtico melle cenſe, nec abettabis; nihil adeò amarum quod hîc non dulceſcat, nihil aſperum, quod non fiat molle, nihil adeò immaturum, & crudum, quod hîc matutum non fiat, & perficiatur, Chriſtus ipſe moriturus hoc ſacramentum inſtituit, vt hoc omnes ſuos cruciatus, paſſioniſque ſuæ amarirudines veluti conditet, dulcéſque & ſuaues ad nos petuenirent; & non ſuauiſſima, dulciſſimáque fuere Martyribus tormenta, non leues laniationes, non mollia quæcunque aſpera? fuere; & vnde iſtuc? ab euchariſtico melle præcipuè, quo omnia condiuntur; verus ille: *Nihil adeò amarum, quod in Euchariſtia ſacramento* VELVTI MELLE NON FIAT MELLEVM; verè ita eſt, dulcis omnis amatitudo eſt, hoc melle adſperſa, ac, vt ita dicam, condita.

Anon.

Dei bonitas vt & mellis dulcedo experientia potius ſentitur, quã verbis exprimi poſſit.
S. Baſil.

Vt mellis dulcedo melius guſtu ſentitur, quàm ſermone declaretur, ita & Dei bonitas, ſuauitáſque experientia potius petcipitur, quàm verbis, quam docuimus; S. Baſilij hæc ſunt vetba hom. 9. in Pſal. 33. *Quemadmodum* MELLIS NATVRA, *non in tantum ſermone declarare inexpertis poteſt, quantum in ipſo guſtus ſenſu. Sic neque bonitas cœleſtis verbi clarè doctrinis tradi poteſt, ſi non veritatis dogmatibus diutius examinatis per propriã experiẽtiam bonitatem Domini apprehendere potuimus.* idem de Euchatiſtia aſſetendũ eſt, cuius ſuauitas, & dulcedo exprimi verbis nequit.

Inexplicabilis euchariſtici cibi dulcedo.
Gen. 2. 9.

Inexplicabilis euchatiſtici cibi ſuauitas, ineffabilis dulcedo eſt; hîc indiſcuſſum non debet abire, quod habetur Gen. 2. 9. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.* Audis arborum pulchtitudinem à Moyſe efferri? efferri fructuum ſuauitatem? Pergit ſtatim: *Lignum etiam vita in medio Paradiſi*; ligni ſolius mentio fit, non fit eius pulchritudinis, non fit ſuauitatis; cur ita? An quia vtrumque colligebatur ex eo quod de omnibus arbotibus dictum etat. An quia lignum vitæ Euchariſtiæ figura etat, vt inter alios aſſerit S. Paſchaſius Ratbertus, cuius verba alibi produxi, & quia euchariſtici fructus dulcedo, ac ſuauitas verbis exptimi non poteſt, idcirco nec ligni vitæ pulchtitudo, ac dulcedo explicata à Moyſe verbis eſt.

S. Paſch.

Euchariſtia delitia inexplicabiles
P. Hier. No.

Non caſu factum vt nullibi in Euangelio euchariſti cibi dulcedo, ſuauitáſque qua puras animas afficit, explicetur; mannæ ſapores, dulcedinemque commendauit mellis, extulit & illius aquæ, quæ à petra fluxit, vt melli ob id compatauerit; *eduxit mel de petra*, de euchariſtico conuiuio, quod omnium ferculorum ſuauitatem, deliciaſque ſupetat, nihil nobis edixit; cur ita? An quia inexplicabiles hæ delitiæ, hæ ineffabilis illius dulcedo, illius ſuauitas? Verè, & verus ille fuit, qui dixit: *De ipſius Euchariſtia dulcedine nihil in ſacro Euangelio ſcriptum reperimus*, QVIA VERBIS EXPLICARI NON POTEST ILLIVS DVLCEDO, ATQVE SVAVITAS; ſi nudæ vmbræ, ac figuræ tantam ſuauitatem, ac dulcedinem habuere, quid habere ipſam veritatem putandum eſt? Satis eſt eiuſmodi dulcedinis, & ſuauitatis omnis fontem in aqua à nobis excipi.

Aduerſitatũ tempore maximè ad euchariſticum mel accurrẽdum.

Qui verò ad Euchatiſtiam ire, qui apud illam manere debeamus, & quando, apes ipſæ nos docent, nam apes cùm fututas explotant imbtes, neque facilè à fauis recedunt, cùm imber terræ imminet; in euchatiſtico fauo idem à nobis fiat, cùm nubila ſunt tempora, vrgemur aduerſis, frequentiùs ad euchatiſticum fauum accurramus, diutiúſque apud illud immoremur; ſcite ille: APES *à fauis non recedunt, dum imminet imber, quod quidem ſignificat nos frequentius ad* EVCHARISTIAM *accedere debere, dum* TEMPORA SVNT NVBILA, *& difficultatibus vrgemur*, minus nobis aduerſa nocerent; plus iuuarent, leniora eſſent, quæ videntur grauia, meliora, quæ dura, ſi ad euchariſticum mel in rebus turbidis, &

diſcriminibus refertis accurreremus, & diu apud illud maneremus.

EXCVRSVS LXXXIII.

Euchariſticum manna quî colligi, quî edi debeat.

Cur quotidie *manna Hebræis eſſet colligendũ.*

Spiritualia ſemper quærenda, *nec in inuentis ſiſtere debemus.*

Nemo ſibi theſaurizet *ſuper terram.*

Sacræ Scripturæ manna ſatietatem *habet, quæ proficit, non quæ nocet.*

Non noxia, *ſed* vtili dulcedine *prædita Euchariſtia.*

Hebræis tanquam infirmis *mannæ teneritudo exhibita, nobis tanquam firmis cæleſtis panis.*

In ſacra hoſtia ſanctitatis, *non* magnitudinis *habetur ratio.*

Sapidior cœleſtis dulcedo *poſt tribulationis amaritudinem.*

A veteri vita *egrediatur Euchariſticum manna collecturus.*

Qui terrenas voluptates *deſerunt, cæleſtibus recreantur.*

Ægyptiaca fercula *non cogitet euchariſticum manna editurus.*

Euchariſticum manna *faſtidit, qui torpet, nec in Dei obſequio proficere curat.*

Ægrè regi *populus poteſt, cùm* cœleſtia faſtidit, *& præcipuè manna euchariſticum.*

Manna faſtidiuit *populus Hebræus, quæſierunt cepas, & allia cùm Barabbam Chriſto prætulerunt.*

Non eſſe propter hanc vitam theſaurizandum *vt manna docuerit.*

Spiritus ſancti vento *anima mundanda, quæ manna euchariſticum debet excipere.*

Sub panis ſpecie nobis Chriſtus exhibetur, ne hunc cibum faſtidiremus, *vt Hebræi manna.*

Legis obſeruatio *cum euchariſtico manna.*

Diuinæ legis amicus, *qui Euchariſtiã tãgit.*

Legis diuinæ cognati *quodãmodo Sacerdotes.*

1099. VT multa paſſim ex manna, quæ expreſſa Euchariſtiæ noſtræ figura fuit, ad Euchariſtiam paſſim in hoc opere tranſtulerim, adhuc tamen ſuperſunt alia, quæ prætetire non debeo, nec ſilentio inuoluere, quum vtilium monitorum ſint grauida, & euchariſticum ſacramentum efferant, & commendent; de manna pleraque attuli in primo ſacrorum electorum libro, hîc aliqua ibi indicta pio lectori offero.

Cur quotidie manna Hebræis eſſet colligendum. *Rabb.*

Cur quotidie manna colligere deberent Hebræi, Hebræi quærunt? Reſpondéntque id factum vt quotidiano beneficio moniti corda ad Deum diſponerent; in Sanhedrin c. 9. hæc ferè habentur, quod refert Ioan. Cocc. in excerp. Gemar. Sanhedrin cap. 5. *Quæſitum erat, quare Deus in deſerto potius quotidie, quam ſemel in anno* MANNA *voluerit dare? Reſpondetur, ſi filio in ſingulos dies victus ſtatutus ſit, neceſſe eſt, vt patrem adeat quotidie. Ita Iſraelitas quotidiano beneficio, vt corda ad Deum diſponerent, admonitos fuiſſe.*

Spiritualia ſemper quærenda, nec in inuentis ſiſtere debemus. *B. Laur. Iuſt.*

Quotidie manna colligendum erat, qua re tacitè moneremur, ſpiritalem cibum ſemper quæreremus inuentis, acceptis nunquam contenti; opportunè Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de obedientia cap. 14. *Et* MANNA *quamuis de cœlo daretur, ſingulis tamen diebus opus erat vt colligeretur: quatenus tacitè peregrinantibus in hoc ſæculo, tanquam in deſerto ambulantibus inſinuaretur, vt ſine intermiſſione cibum, potúmque ſpiritualem quærerent, nequaquam de priori, ac ſumpto contenti. Quamuis enim guſtata deuotio, & ſapientia aqua potata interiorem nutriant hominem, & à carnalibus voluptatibus alienum faciant, non valent tamen ita ſufficientiam præſtare famelico, vt denuò non eſurire, ac ſitire cogatur.*

Nemo ſibi theſaurizet ſuper terram. *S. Chryſoſt.*

Iſtuc etiam mirum in manna accidiſſe legimus; vt ille qui plus colligeret, nihil haberet ampliùs, quàm qui minus; qua re docere Deus populum ſuum voluit, ne ſibi theſaurizaret ſuper terram, paucíſque eſſet contentus, licèt monitum iſtuc, vt & alia perficere populus iſte contempſerit; noſtrum eſt illud opere complere, quibus cœlum, cœleſtiáque ſunt promiſſa; alioquin non vermis ſenſibilis ebulliet, ſed iuſtitiæ; id quod notabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 23. in epiſt. ad Epheſios, vbi hæc habet verba: *Illic in* MANNA *dicit, & in ſolitudine. Qui multum, non plus habuit: & qui parum, non minus. Hoc quoque nobis eſt præceptum, ne theſaurizemus ſuper terram. Sin autem theſaurizemus, non amplius corrumpit, & perdit vermis ſenſibilis ſicut in manna, ſed vermis iuſtitia. Omnia ergo conficiamus, ne vermi paremus alimentum.*

1100. *Sacra Scriptura manna ſatietatẽ habet quæ proficit, non quæ nocet.* *B. Beda.* *Nõ noxia, ſed vtili dulcedine prædita Euchariſtia.*

Saporem omnem habet euchariſticum manna præter eum, qui carnem ſapiat, peccatum nutriat, culpam foueat; Beda explicans, quî potuerint filij Iſraël in deſerto carnes petere, carnes deſiderare, cùm manna illis è cœlo plueret, quæ omnem referebat ſaporem, nodum ita ſoluit ad ſacram Scripturam rem coërcens: *Cur filij Iſraël carnem deſiderauerunt, habentes manna: quod ita ſoluitur, quia manna omnis cibi ſimilitudinem habuit præter carnes. Sic & ſancta Scriptura omnem ſatietatem, quæ proficit, habet præter voluntatem peccatricem. Dominus quoque idcirco dedit carnes ne modica poteſtatis putaretur.* Idem ſentiendum eſt de Euchariſtia, cuius manna fuit figura, carnis ſaporem non habet, quia ſatietatem illam habet, quæ proficiat, non quæ ſit noxia, quæ peccatum deſtruat, non foueat.

Hebræis tanquam infirmis mannæ teneritudo exhibita nobis tãquam firmis cæleſtis panis. *S. Zeno.*

Hebræis tanquam infirmis, languidis, imbecillibus manna exhibitum eſt, quia nimirum ſolido cœleſtis panis cibo indigni erant, & eius eſui inepti exhibendum eſt Chriſtianis tanquam fortioribus; hinc illud ſancti Zenonis ſerm. 33. *Infirmis, ac languidis Iudæis* MANNÆ TENERITVDINEM *irrorauit. Non enim erant idonei, aut digni, qui cæleſtis panis perpetua ſoliditate fruerentur.*

1101. *In ſacra hoſtia ſanctitatis, nõ magnitudinis habetur ratio.* *B. Rupert.*

Sicut Adam punitus eſt, excidítque à iuſtitia originalia, non quia magnum quid pomi deuorauit, ſed quia contra obedientiam pomum momordit, ita etiam hîc non pro quantitate euchariſticarum ſpecierum, vita exhibetur, ſed minimum quid ſufficit, ſicque exiguæ in Eccleſia hoſtiæ adhibentur. Huc verba transferam, quæ habet Beatus Rupertus lib. 3. comment. in Exodum cap. 17. vbi quod de manna aſſerit Moſes, ad Euchariſtiam flectit in hunc modum: *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, repetit minus, &c. Hoc pro virtute cibi, & ſpiritualis potus, id eſt, corporis, & ſanguinis Chriſti, ſciendum*

&

& firmiter tenendum eſt, quia non pro quantitate portionis, quam ore percipit, ſecundùm viſibilem ſpeciem panis, & vini, alius plus, alius minus conſequitur de gratia ſpiritus viuificantis, ſed ſinguli iuxta id quod poſſint edere congregant, id eſt, quod poſſunt credere, remiſſionem peccatorum percipiunt, & vitam æternam. Sicut enim pater noſter qui primus peccauit, cuius nos iniquitatem portauimus, non pro quantitate morſus ſui, ſiue pomi, quod momordit, ſententiam, vel damnationem iuſtam accepit, tantúmque illi valuit pomum vnum momordiſſe, quantum quicquid pomorum in arbore illa fuit deuoraſſet, ad conſummationem infidelitatis, & inobedientiæ: ſic è contrario quiſque noſtrûm, non pro quantitate portiunculæ viuifici panis, quæ frangitur illi, quam ore ſumit, aut dentibus ferit, gratiam, vel vitam accipit, ſed tantum illi valet ad conſecutionem iuſtitiæ exiguum quid percepiſſe, quantum valeret, ſi totum quod oblatum eſt, proprio ſolus perciperet ore. Rectè ergo ſancta Chriſti Eccleſia, panes non valdè grandes, ſed exiguos ad conſiſendum corpus Chriſti componit ſimiles, & valdè tenues, neque vini multum, ſed exiguum quid infundit, quia (ſicut iam dictum eſt) nec qui plus colliget, habebit amplius, nec qui minus parauerit, reperiet minus.

Sapidior cœleſtis dulcedo poſt tribulationis amaritudinem.

Priùs peouria Hebræorum populum exercuit, deinde manna exhibuit, Deut. 8. v. 3. *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna*; vt ſapidior cibus poſt afflictionem eſſet, hæc verba ad orationem, orationíſque apparatum in hunc modum flectit Beatus Laurentius Iuſtinianus tractato de oratione cap. 5. *Afflictio ſimiliter, ac tribulatio patienter accepta, non mediocriter mentem ad orationem diſponit. De hoc legitur in Deuteronomio: Afflixi te penuria, & dedi tibi cibum manna. Nam prius exurit cordis rubiginem triſtitia, & tribulatio: & caligo vitiorum detergitur: deinde raptim, & abundè incircumpſcripto lumine mens illuſtratur: atque in gaudio cuiuſdam ſecuritatis abſorbetur, & quaſi poſt defectum præſentis vitæ vltra ſe rapta in quandam nouitatem recreatur.*

1102. Populus manna collecturus egredi iuſſus eſt, ſic enim habes Exod. 16. v. 4. *Egrediatur populus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies*; egreſſus iſte nos vocat, & vrget, nimirum veteri homine exuto vitam nooam debet inſtituere, qui eucharíſticum manna mentis ſuæ ſinu collecturus eſt; ſeitè Rupertus lib. 3. io Exod. cap. 11. *Profectò & nobis ſpiritualiter* EGRSDIENDVM EST, *vt colligamus, quantum ſufficere poteſt. Vnde egrediemur? de priſtina conuerſatione, de vetuſtate vitæ; nondum enim depoſito vetere homine non eſt nobis hoc* MANNA COLLIGERE, *non eſt nobis hunc panem Dominicum manducare.*

A veteri vita egrediatur euchariſticũ manna collecturus.
Exod. 16.
Rup.

Qui terrenas voluptates deſerunt, cœleſtibus recreantur.
B. Laur. Iuſt.

Eos qui terrenas voluptates, ſæculum, ſæculíque delitias deſerunt, Dei prouidentia ſpiritualibus refici, ac recreari, vt deficiat in via, ex manna, quæ de cœlo pluit Hebræorum populo, poſtquam ab Ægypto diſceſſerat, ita colligebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſat. cap. 8. *Sacra tradunt hiſtoria, quòd Dominus Ieſus poſtquam Hebræorum populum in ſignis, & portentis mirabilibus de Ægyptiaca liberaſſet ſeruitute, atque ſubmerſo in mari rubro Pharaone cum omni ſuo exercitu, duxiſſet in deſertum: quum terrena conſumpſiſſent cibaria, illis cœleſtia præſtitit alimenta. Nam manna illis de cœlo pluit ad manducandum, vt cœlico ſatiati pane, eſcas, quas in Ægypto reliquerant, rurſus non appeterent; cuncta ipſi populo carnali, ac rudi in figura contingebant. Re autem vera ad eruditionem noſtri ſcripta ſunt. Indicauit tunc in illis diuinus ſermo poſteris, quòd ſicut qui de Ægypto educti fuere, cœleſti neceſſe fuit vt paſcerentur cibo, ne iterum corpore, & deſiderio reuerterentur ad illam, de qua redempti fuerant, ſeruitutem, ſi nimia fatigarentur inedia: ita & qui de voluptuoſa, ac fœtida ſæculi huius conuerſatione exeunt, & in ſpiritualem ſolitudinem monaſticæ aſperitatis introducuntur, omnino ne defluant ad illa, quæ deſeruerunt, & ad vomitum redeant, oportet vt ſuper cœleſti paſcantur refectione, & ſpirituali reficiantur alimonia. Humana etenim mens temporalibus aſſueta delitijs, nequaquam illis priuari patitur, niſi ſpiritualia vtcunque degustet.*

1103. Non eſſe Ægyptiaca fercula cogitanda cùm euchariſticum manna ad ſacrum altare edere debemus, inſigni hoc exemplo firmari poteſt, quod narrat ſanctus Petrus Damianus opuſc. 20. cap. 4. *Epiſcopus quidam Naupredam ſibi parari præceperat, qui paulo pòſt dum inter ipſa Miſſarum ſolemnia ſacris altaribus deuotus aſſiſteret, ecce Naupradæ memoria illecebroſi guſtus eum tentauit affectu. Ille, vt erat inſignis animi, talia ſe pati poſſe in obtutibus occulti, & omnipotentis inſpectoris erubuit, expletiſque regreſſus officijs, febreticum animæ piſcem pauperi tradendum eſſe mandauit. Sic profectò canicula voluptatis, quæ ſub menſa corporis, vtrumque potuiſſet viuere, ad Sancta Sanctorum impudenter irrumpens, pœnitentiæ fuſte mactata, meruit interire.*

Ægyptiaca ferculanõ cogitet euchariſticũ manna editurus.
S. Petr. Dam.

Torporem omnem excutiat, qui euchariſticum panem vult colligere, vult edere, accedat, eliminet, nec cœleſtem iſtum panem incipiat faſtidire; etiam populus Hebraicus à torpore, & deſidia ad mannæ faſtidium iuit; Num. 21. hæc habentur. *Tædere cœpit populum itineris, ac laboris*; vide hîc torporis ſpeciem, & laboris nauſeam, ſequitur: *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*; quæ verba ſic Anonymus auctor vertebat: *Nauſeat populus manna,* QVIA IAM TORPVERAT, *& acedia correptus vlteriùs ire nolebat; vbi pro torpore proficere in ſpirituali itinere quis negligit, neque vlteriùs pergere curat, tunc & Euchariſtiæ faſtidium obrepit*; ſicut & viciſſim mannæ faſtidium torporis cauſa eſt, meoriſque ad perfectiora ire detrectantis.

Euchariſticũ manna faſtidit, qui torpet, nec in Dei obſequio proficere curat.
Num. 21.
Anon.

Ægrè regi populus poteſt, cùm cœleſtia faſtidit, terrena quærit; & intolerabilis eſt ponderis eos ferre, qui euchariſticum maona faſtidiunt, carnes quærunt; Num. 11. 14. Moyſem hæc dixiſſe verba legimus: *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi*; non facili alibi reperias importabile regendi populi onus dixiſſe; cur nunc exertè fatetur, & conqueritor? quia, vt ille ait, *dixerat populus: Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man*; & illud: *Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, cepe, & allia: nimirum* TVNC MAXIME SENTITVR ONVS, *& grauis ſubditorum cura fit, cùm cœleſtia faſtidit, & euchariſticas delicias ſæculi voluptatibus poſtponit.*

Ægrè regi populus poteſt, cùm cœleſtia faſtidit, & præcipuè manna euchariſticum.
Num. 11. 14.
Anon.

Manna, vt hoc adiiciam, tunc faſtidiuit Hebraicus populus, cepas, & allia poſtulauit, cùm apud Pilatum Barabbam dimitti voluerunt, non Chriſtum; ſanctus Proſper parte 2. de promiſſionibus cap. 7. ita ſentiebat, cùm dixit: *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Nonne manna ſanctum repudiauerunt, quando Pilato volenti Ieſum dimittere, dixerunt: Noli ipſum dimittere, ſed Barabbam: Barabbas autem fuit inſignis latro, quem ſibi demitti poſcentes, velut porros, cepas, allium, aſperas*

Manna faſtidiuit populus Hebræus, quæſierunt cepas, & allia, cum Barabbam Chriſto prætulerunt.
S. Proſper.

lachrymas, abſque Ægyptijs eſcis ex latronis ſceleribus deſideraſſe profeſſi ſunt.

Non eſſe propter hanc vitam theſaurizandum vt māna docueris. *S. Aug.*

Non propter præſentem vitam theſaurizandum nobis eſt, ſed propter futuram, iſtiúſque amore omnia præſtanda, ex manna, quæ in alterum diem ſeruata computreſcebat, niſi dies ille eſſet Sabbati, ita colligebat ſanctus Auguſtinus ſermone 91. de tempore: *Seruauerunt*, inquit, *de manna, & ebullierunt ex eo vermes, & computruit. Illud autem, quod pro die Sabbati reponebatur, non eſt corruptum, neque vermes ebullierunt in eo, ſed permanſit integrum. Et tu ergo ſi propter præſentem vitam tantummodo, & propter amorem ſæculi theſaurizes, continuò vermes ebulliunt. Denique audi de peccatoribus, & ijs qui præſens ſæculum diligunt, quid Propheta dicat; Vermes, inquit, eorum non morientur.*

Spiritus ſancti vento anima mundanda, quæ manna euchariſticum debet excipere. Abul.

1104. Notat Abulenſis in cap. 16. Exodi, antequam manna plueret Hebræis, Deum præmittere ſolitum ventum gracilem, qui terram exſiccatam mundaret; quæ res rectè ſignificabat, animæ noſtræ terram Spiritus ſancti admiratione ſuſpiriis, doloris artibus, amoríſque prius parandam antequam euchariſticum manna ſuo ſinu excipiat.

Sub panis ſpecie nobis Chriſtus exhibetur, ne hunc cibum faſtidiremus, vt Hebræi manna. Gab. Biel.

Sub panis ſpecie nobis Chriſti corpus exhibitum eſt, ne ſcilicet illud Hebræorum more qui manna faſtidierunt, faſtidiremus, licèt aſſiduè illo nutriremur, nam nec panem, licèt quotidianus ſit eius eſus, faſtidimus; huc ſpectabat Biel ſermone 4. in cœna Domini: *Panis confirmat cor hominis, nec aliquando, licèt quotidianus ſit, faſtiditur; ſic per* EVCHARISTIAM *diuiniſſimam in gratia, quæ eſt vita ſpiritualis, fouemur, nutrimur, & augmentamur, nec aliquando faſtidimus, cùm ipſe ſit panis de cælo præſtitus, omne delectamentum in ſe habens, & omnem ſaporem ſuauitatis.*

Legis obſeruatio cū euchariſtico manna. Eucher.

Manna cum lege erat, vt à nexu colligeremus euchariſtici cibi condimentum eſſe diuinæ legis obſeruantiam, & conſiliorum, quæ Chriſtus exhibuit in Euangelio: *Optimum condimentum*, inquit Eucher. *ad edendum Chriſtum* OBSERVANTIA LEGIS, *& conſiliorum Euangelicorum*; hoc ſuauius ſentitur mentis palatui euchariſticus cibus, quò diligentiùs iſto condimento veluti præparatur.

Diuinæ legis amicus qui Euchariſtiā tangit.

Legis diuinæ amicus ſit, qui ritè ſacerdotio debet fungi, & Euchariſtiam tangere; non caſo accidit Aaronem Moyſis legiſlatoris fratrem fuiſſe, ſuiſſe & Sacerdotem, nimirum vt hoc innueretur, quod tetigi; pulchrè Albertus Patauinus ſerm. 64. *Pontifex frater Moyſi, id eſt, legis dicitur, quia* DIVINÆ LEGI *tanto ſtudio, & amore adhærere debet, vt germana ei videatur cognatione coniungi*; cognationem iſtam violant, & quantum in ipſis eſt tollunt illi Sacerdotes, qui diuinorum præceptorum temeratores, diuinam legem impugnant, & calcant, & cùm eam tueri deberent, aliorum ludibrio quodammodo exponunt, alióſque ad illios contemptum vocant, dum contemnunt; non legis diuinæ cognati, ſed hoſtes ſæuiſſimi, & hoc ipſo in legem ſæuiores, quò ſuæ dignitatis titulo, magis legi propinqui, ſautores, tutoréſque eſſe debuerant.

Alb. Pat. *Legis diuinæ cognati quodammodo Sacerdotes.*

EXCVRSVS LXXXIV.

Euchariſticum ſacramentum cœleſte ſemen, quod animæ humo commiſſum bona multa producit.

Principum dona ſemina *quædam ſunt.*
Vbique pullulare *Principis beneficia debent.*
Serit *beneficia Princeps, dum largitur.*
Chriſti beneficia multa *licèt* vnum *videatur.*
Omnia bona *Chriſtus.*
Carnalium concupiſcentiarum herbæ euellendæ, *ne euchariſtici frumenti fructus impediant.*
Lingua exprimi bona *non poſſunt, quæ euchariſticum ſemen affert.*
Commoda, *atque* vtilitates *euchariſtici* ſeminis.
Euchariſticum ſemen *eo plures fructus producit, quo anima magis exculta committitur.*
Bonis ineffabilibus *animam explet Euchariſtia.*
Beneficium auget Chriſtus, dum in ſpinas iaci *ſe ſinit.*
Vinum malorum metropolis, *ſed euchariſticum bonorum.*
Euellendæ diſciplinæ *oratio ſentes vt euchariſticum ſemen animæ committatur.*
Qui euchariſticum triticum ſeminat, *videat ne ſpinas metat.*
Triticum, *non paleas quiſque offerat, dum Euchariſtiam accipit.*

PRincipum, & Regum dona ſemina quædam ſunt, quæ in populum ſparſa in ſegetem ſurgunt, pereunt ſi in vnum collecta negantur omnibus, adeò vt quæſtum liberalis Princeps putet, quòd ſuis ſua largitur; hac mente loquebatur ille apud Caſſiodorum lib. 3. variarum form. 19. *Quis neſciat noſtrum eſſe commodum ſupplicantis ad quæſtum? & illud bonis Principibus creſcere, quod benigna poſſunt largitate præſtare? Hæc ſunt enim regia dona, quòd* SEMINA SPARSA, *in ſegetem coaleſcunt: in vnum coacta, deperiunt. Optamus ergo munera multis collata diuidere vt poſſint vbique noſtra beneficia pullulare.* 1105.

Principum dona ſemina quædam ſunt.

Caſſiod. *Vbique pullulare Principis beneficia debent.*

Serit Princeps beneficia dum largitur, vt iure agricolæ comparetur; hinc illud Agapiti Diaconi: *Vnum Regis, & agricolæ ſtudium vna cura eſt congregare; hic quidem* SERIT FRVMENTVM, ILLE VERO BENEFICIA SERIT, quæ illi multiplicantur, dum communicat multis; hac ferè mente ſanctus Ambroſius lib. de Naboth cap. 7. *Bonorum fructus munerum in eos ipſos, qui contulerint, reuertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem boni operis redit.*

Serit beneficia Princeps, dum largitur. Agap. S. Ambr.

Serit præcipuè Chriſtus ſua beneficia, vt multiplicentur, dum conferuntur, vnum bonum, donum vnum videatur nobis Chriſtus exhibere, exhibet multa, ſunt enim eius dona quædam ſemina, quæ dum ſparguntur multiplicantur; hinc illud 1106.

Chriſti beneficia multa licèt vnum videatur.

Iſa. 52. 7. Rom. 10. 15.

illud Iſaiæ cap. 52. 7. *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantis bonum*; Paulus citans ad Romanos 10. 15. legit: *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona*; nimirum ſub vno bona multa nobis exhibet bona; & *quia*, vt ait Origenes præfat. in Ioannem, *non ſolùm vnum bonum Ieſus, ſed omnia bona*; multa bona in vno bono, & præcipuè in illo quod præcipuum, in euchariſtico bono, quod tanquam ſemen cordi commiſſum niſi ſentes impediant, & noxiæ herbæ, quæ fructum ſuffocant, multa bona producat.

Orig. Omnia bona Chriſtus.

Carnalium concupiſcentiarum herbæ euellendæ, ne euchariſtici frumenti fructus impediant. S.Chryſ.

Vbi euchariſticum ſemen in cordis noſtri terra iniectum eſt, cauendum nobis eſt, ne carnalium concupiſcentiarum herbæ illud ſuffocent; vt quod de diſciplina dicebat auctor ſub nomine Chryſoſtomi hom. 8. in Matthæum: *Sicut herba ſuffocant* TRITICVM, *ſic & concupiſcentia carnales ſuffocant diſciplinam*; nos euchariſtico frumento eadem ratione aſſetamus.

Lingua exprimi bona nō poſſunt, quæ euchariſticū ſemen affert. Bloſ.

Lingua exprimi non poſſe bona, quæ in euchariſtico hoc cibo latet, fatetur etiam Bloſius in animæ conclaui cap. 12. §. 1. n. 3. *Si dignè, vel congruè percipis venerabile, & adorandum hoc ſacramentum, multum confirmaris, ſtabiliuſque in bono, & aduersùs peccata remedium ſingulare accipis: Deo item viciniùs iungeris, intimiuſque copularis, & vniris. Denique efficeris excellenter particeps omnium meritorum Chriſti, omniumque virtutum, quas ille in vita & paſſione ſua exercuit, ditariſque gratia ineffabili. Nulla prorſus lingua exprimere, nullum cor comprehendere poteſt, quàm ingentia bona homini perueniant ex pia perceptione huius ſacramenti. Glorifica Dominum tuum, qui largiſſima bonitate ſua tam magnum theſaurum Eccleſiæ ſuæ in miſero hoc exilio reliquit, & donauit.*

1107. Commoda, & vtilitates, quas ille conſequitur, qui euchariſticam menſam frequentat, explicare nullus plenè poteſt, aliqua curſim recenſet Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſat. cap. 19. in hæc verba: *Ex ipſo quippe Dominici corporis ſacramento dignè ſumentes maximum conſequuntur ſpiritualem profectum. Nam viuificantur interiùs, corpori Chriſti incorporantur, ſpiritualiter reficiuntur, deuotione augmentantur, dulcedine nutriuntur, charitatis ſcilicet ad Deum, & dilectionis ad proximum, & ſuauitatis in ſe ipſos. Fit quoque ex ipſa ſumptione in illis fomitis mitigatio, gratiæ collatio, virtutum roboratio, peccatorum remiſſio, contra Diabolum armatio, ſpei eleuatio, amoris excitatio, fidei commendatio, Angelica continuatio, regni cæleſtis largitio, intellectus illuminatio, & omnium bonorum participatio*; quot in vno bono bona ſunt, quot ab vno ſemine fructus; verè ſemen cæleſte eſt Euchariſtiæ ſacramentum, quod cordis terræ iniectum eo vberiores producit fructus, quò terram meliùs ſubactam, & cultam inuenerit. Benè ille: *Euchariſtia ex tritico fit, vt ſtatim cogitemus, quòd ſicut triticum probè aratro ſciſſa terra, & optimè exculta commiſſum in vberiorem ſegetem exurgit, ita & qui Euchariſtiam in animam diligenti cultura paratam inijcit, plures inde fructus colligit, cæleſtiumque bonorum copioſiorem ſegetem*; qui hoc ſemine excepto copioſam bonorum ſegetem non demittit in terra, quæ non eſt exculta, probéque à ſentibus purgata, cauſam reijciat non in ſemen, quod terræ committitur.

Commoda, atque vtilitates euchariſtici ſeminis. B Laur Iuſt.

Euchariſticū ſemen eo plures fructus producit, quo anima magis exculta committitur. Anon.

Bonis ineffabilibus animam explet Euchariſtia. Luc. 1.

Bonum vnum videatur Euchariſtia, multa tamen bona continet, vt *bonorum* nomine circumſcriptum ſit. certè illa Mariæ verba: *Eſurientes impleuit bonis*; Luc. 1. de Euchariſtia aliqui interpretantur, & ſignatè dictum, *Eſurientes impleuit bonis*; ne quis ſcilicet putaret huius menſæ participes bonis tantùm affici, aut irritari, non impleri, nec explicat quibus bonis, quia explicari verbis nequit, quot, & quanta bona ſub euchariſtico pane lateant. Pulchrè Biel ad vtrumque reſpiciens ſerm. 1. in feſto corporis Chriſti; *Nunc ad bona, quibus ſacroſancta replet eſurientes Euchariſtia, mentis oculum reflectamus; hæc nec efficaciùs, nec breuiùs, nec pleniùs exprimi poterant, quàm verbis iam ſæpiùs repetitis, Eſurientes impleuit bonis. Cùm enim tanti ſunt fructus euchariſticæ, quantus ipſe, qui ſumitur. Enumeret fructus eius, & effectus, qui poteſt comprehendere incomprehenſibilem, ineffabilem eloqui, atque ſub numero concludere menſura, & pondere infinitum. Innumerabiles itaque fructus in particulari, pulchrè Regis ſuperni filia diuinorum ſecretorum, ſuper omnes creaturas in vnionem ſuppoſiti diuini non aſſumptas conſcia in vniuerſali bonitatis nomine conglomerauit, cùm eſurientes non affici, non tangi, ſed impleri bonis dixit. Quibus bonis? omnibus nimirum, quia vniuerſali bono omnia includente, ſcilicet Chriſto Domino totius ſcaturagine bonitatis.*

Gab. Biel.

Hoc quoque Euchariſtico huic ſemini debemus, quòd ſinit ſe & in ſpinas iaci. Beneficium ipſum auget, quòd non iuſtis tantùm ſe exhibuit, ſed ſinit ſe, & à peccatoribus ſumi, vt qui ſemel à Iuda traditus eſt, à Iudæ imitatoribus toties tradatur, quoties ſumitur indignè. Grauiter rem vrgebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24. *Non à ſolis bonis, & iuſtis, ſed etiam ab iniuſtis, ſceleratiſque peccatoribus, quorum vita in luxuriæ fœtore ducitur, in ſæculi voluptatibus nutritur, in ludis, comeſſationibus, ebrietatibus, fraudulentijs, rixis, contentionibus, æmulationibus, obſcœniſque conſumitur artibus, ſe permittat tractari manibus, laniari dentibus, & ore contingi? Nam ſi hoc Sanctis concederet, magnum vtique foret; quid autem ſi hoc etiam tribuit à quibus blaſphematur indeſinenter? Semel pretio traditus eſt in carne, ſed millies in ſacramento, die vna ſua pertulit ludibria paſſionis, quotidie verò ab infidelibus miniſtris ſuper menſam altaris, ſemel in cruce pendens expirauit, quotidie autem quoties per myſterium immolatur. Hæc (inquit Verbum) quotieſcumque feceritis, in mei commemorationem facietis.* 1108.

Beneficiū auges Chriſtus dum in ſpinas iaci ſe permittit. B. Laur. Iuſt.

Vinum aliqui putabant omnium malorum μητρόπολιν, metropolim eſſe, vt ex Plutarcho refert Athenæus, vinum Euchariſticum contrà omnium bonorum fons, & origo eſt.

Vinum malorum metropolis, ſed euchariſticum bonorum

Euellendæ diſciplinæ aratro ſentes, ac paſſionum ſpinæ, vt euchariſticum ſemen animæ humo committatur, vt quod de perfectionis acquiſitione aſſerebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſationis cap. 4. hoc in euchariſtici ſeminis, vt ita dicam, receptione, fiat, hæc huius Beati Patris verba: *Sic doctus agricola primùm vomere radicitus euellit ſentes, & poſtmodum in terræ ſulcos ſpargit ſemina. Prudenter namque intelligit, quòd ad maturitatem non valet ſpica coaleſcere, quæ fuerit ſentibus præfocata. Hos vſus antè cæleſtis medicus, & doctiſſimus agricola noſter Dominus Ieſus mandauit fidelibus ſuis, ad perfectionis culmen attingere anhelantibus: priuſquam ſe imbuendos traderent diſciplinis, vt abdicarent à ſe temporalium rerum, & propinquorum ſuorum, ac carnis propria inordinatos affectus: quatenus habiliores fierent ad ſui dilectionis plenitudinem capeſſendam.*

Euellendæ diſciplinæ aratro ſentes vt euchariſticū ſemen animæ committatur. B. Laur. Iuſt.

Euchariſticum ſemen excepturus à cordis humo ſpinas omnes euellat, noxios omnes affectus, vt vberes in nobis fructus producat, in lætámque ſegetem germinet, caueamúſque ne Dominus 1109.

Qui euchariſticum triticum ſeminat, videat ne ſpinas metat.

Ier. 12. 13.

nobis poſſit illud in nos iacere, quod iecit in populum ſuum apud Ieremiam cap. 12. 13. *Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt*; & virtutum, ac ſanctitatis auctorem recipiens vitiorum tribulos non producat.

Triticum, non paleas quiſque offerat dū Euchariſtiā accipit. S. Bern.

Denique à tritico diſcamus ne paleas offeramus pro granis, ſibi quiſque illud occinat, quod dicebat ſibi ſanctus Bernardus ſerm. 55. in Canticum Canticorum: *In bonis de me humiliter ſentiam, & iuxta præceptum Domini ſeruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui, tantùm feci. Dabo operam, nec lollia pro granis, nec paleas cum granis offerre.* Leuior palea eſt, qui pro grano quod recipit paleam nudam offert; rerum inutilium amore diues, & eò pauperior, quia paleis diues.

CAPVT CXX.

Cur ſub adeò exigua quantitate Chriſtus totus deliteſcat.

Etiam in minimis *Deus magnus.*

Sapientia ſuæ magnitudinem *oſtendit Deus ſub tam* exigua *quantitate deliteſcens.*

Spiritus ſanctus cur dicatur ſubtilis.

Spiritus ſancti opus *euchariſticus panis.*

In minimis *maximè Dei ſapientia, & potentia admiranda.*

In minimarum rerum *molitione laudem ſibi maximam aliqui artifices peperere.*

In Euchariſtia inſtitutione quo anguſtiores ſunt limites *quantitatis, hoc latiores ſunt termini potentiæ.*

Sub exiguâ quantitate *Chriſtus deliteſcens potentiæ ſuæ magnitudinem.*

Dei potentia, ſapientia, & bonitas in huius panis exiguitate *apparet.*

Deus tunc maximè magnus *cùm* puſillus *homini apparet.*

Magnus *Deus dicitur, maximè in* monte Sion, *quia hîc ſui corporis, & ſanguinis perfecit myſteria.*

In rebus ſacris ſanctitatis *habetur ratio, non* magnitudinis.

Fidelium pietas in puluere *ſacrorum locorum colle.*

In Euchariſtia ſanctitatis *habetur ratio, non* quantitatis.

Hoc ſacramentum non ſatietati *inſtitutum, ſed* ſanctimoniæ.

In exigua quantitate *Chriſtus ſumendus.*

Res ab extima mole *non æſtimanda, ſed ab* intima virtute.

Quàm diues theſaurus chymicæ artis, ſed diuinæ *virtute ſub Euchariſtia lateat.*

Magni fructus à re tantilla, *quia Chriſtus auctor, & Spiritus ſanctus.*

Ab euchariſtica vinea etiam leues lapſus *abeſſe debent.*

Euchariſtici vini ſaporem etiam leuia peccata *inficiunt.*

Chriſti in nos amor, *dum ſe in has* anguſtias *coërcet in Euchariſtia ſacramento.*

Sibi quiſque ſit paruus *vt in Euchariſtia recipiat Chriſtum.*

1110.

Etiam in minimis Deus magnus. Bloſ.

VBIQVE Deus ſibi par, & in minimis maximus eſt. Benè Bloſius in paradiſo animæ cap. 28. n. 4. *Nulla tam exigua, vel, vt ita dicam, tam vilis creaturula eſt, in qua non reluceant hæc tria Dei inuiſibilia, potentia, ſapientia, & bonitas*; ſed præcipuè hæc relucent in Euchariſtiæ ſacramento, quo totus Chriſtus ſub exiguo fragmento & viſum fugiente deliteſcit.

Sapientiæ ſuæ magnitudinē oſtendit Deus ſub tam exigua quantitate deliteſcens. S. Thom.

Tam magnus ſub tantilla quantitate deliteſcit, vt hinc Spiritus ſancti ſapientiam colligeremus, nam opificis peritia maximè eluceſcit, ſi in exigua materia imaginem quampiam incidant, aut excudant; id appoſitiſſimè proſequitur ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 13. vbi ita ſcribit: *Hic dicendum eſt de tribus mirabilibus, quæ fiunt virtute, & perfectione conſecrationis, & attenduntur in eiuſdem poſſeſſione, & poſt conſecrationem adhuc nobiſcum habemus. Primum mirabile ſignum quòd in poſſeſſione Dominici corporis magna res, ſcilicet corpus Domini continetur, ſub tam parua ſpecie panis; cuius aſſignatur triplex ratio. Prima ratio eſt demonſtratio magnitudinis. Sapientia artificis tantæ rei, ſcilicet Spiritus ſancti.*

Spiritus ſanctus cur dicatur ſubtilis.

Videmus enim quòd artifices quanto ſunt in arte ſculpendi periciores, tanto ſculpunt imagines ſubtiliores. Vnde ſi artificibus oſtenditur gemma, vel metalli materia valde parua, & rogatur in ea imago fieri ſubtiliſſima, minus ſubtilis artifex reſpondebit quòd eam facere non poſſit, quod maximè ſubtilis in arte facilè facit. Sic ad demonſtrandum ſapientiam Spiritus ſancti, ſub minima ſpecie ſacramenti facilè eſſe facit totum corpus Chriſti. Hinc Sap. 6. Spiritus ſanctus dicitur eſſe ſubtilis. Non enim poteſt ei tam ſubtilem partem panis proponere in altari, quia ſcit, & poſſit eam in verum corpus Chriſti conuertere. Damaſc. Quomodo fiet hoc, ait Virgo, quoniam virum non cognoſco. Reſpondit, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Et tu quæris quomodo panis fiat corpus Chriſti? Et ego dico tibi, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & ipſe faciet hæc quæ ſuper naturam ſunt, & ſuper intelligentiam.

Sap. 6. *Spiritus ſancti opus euchariſticus panis.*

In minimis maximè Dei ſapientia, & potentia admiranda. S. Auguſt.

Etiam minimis creaturis non minus potentiam, ſapientiámque ſtupemus, quàm in magnis. Hinc illud ſancti Auguſtini de Geneſ. ad litt. lib. 3. cap. 14. *Minima corpore ſenſu animantia, vt maiore attentione ſtupeamus agilitatem muſcæ volantis, quàm magnitudinem iumenti gradientis; ampliúſque miremur opera formicarum, quàm onera camelorum*; cur nam admirationem in ſtuporem vertat, cùm ſub tantilla re tam eximium opus perfecerit in Euchariſtiæ ſacramento.

1111.

In minimarū rerum molitione laudem ſibi maximā aliqui artifices peperere.

Pleriſque à minimarum rerum molitione eam ſibi laudem, gloriámque peperere, quam fruſtrà à magnarum expectaſſent: Apellis linea viſum oculorum fugiens in Protogenis linea maximæ ſeruitutis ducat; Apellem prodidit, & ad poſteros eius nauem præ aliis eius operibus tranſmiſit. In hac re inſignis fuit etiā Myrmecides, qui quadrigam ex ebore, quam muſca integerit alis, & nauem, quam apicula pennis abſconderet, ſtruxit, & à rebus tantillis magnam ſibi laudem peperit; alia quoque innumerā ſuâ paruitate non paruum ſuis auctoribus honorem, famámque attulere. Deus quoque peritiam ſuam oſtendere voluit, nobiſque probare euchariſticum ſacramentum ſub tantillis fragmentis inſtituens, quæ benè

ſub

Digitized by Google

In Euchariſtia inſtitutione quò anguſtiores ſunt limites quãtitatis, hoc latiores ſunt termini potentia.
Anon.
Sub exigua quantitate Chriſtus deliteſcens potētia ſua magnitudinem prodit.
S.Thom.

ſub oculorum acie ſe ſubducunt, nimirum, vt ille ait, Quo anguſtiores quantitatis hîc ſunt limites, hoc latiores ſunt termini ſapientiæ, ac virtutis.

Sub adeò exigua quantitate ſe Chriſtus abſcondit, ne abſcondita eius potentia eſſet; quod ſic explicat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 13. vbi diuerſas rationes reddens, cur magnus Chriſtus ſub paruæ quantitatis velamine deliteſcat, poſt primam, ſecundam adducit in hæc verba. *Secunda ratio ad idem eſt ſimilitudo potentia Chriſti, cum potentia Dei. Quicquid enim poteſt Dei filius per naturam, hoc poteſt filius hominis propter perſona vnitatem. Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas,* &c. Ambroſius ſuper illud, *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Non Ioannes erit magnus, quòd ante partum Virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiam, quam Dei filius ante tempora naturaliter habuit, hic erit ex tempore accepturus, quia ſicut in vnam perſonam, ita in vnam potentiam conueniunt Dei filius, & hominis. Sed Dei filius Verbum Patris illam habuit potentiam, quòd minima parte corporis opere Spiritus ſancti de virtute ſeparatè ſe veſtiuit, & ille ſe incluſit ſecundum illud, Verbum caro factum eſt. Ergo ſimilem poteſtatem dedit homini Chriſto. Scilicet vt poſſit facere corpus ſuum eſſe ſub bina panis ſpecie. Pſalm. 98. Dominus in Sion magnus, Sion interpretatur ſpeculum, vt dicit Papias, & Auguſt. & dubium non eſt, quòd magna imago tam expreſſè, tam integrè apparet in paruo ſpeculo ſicut in magno. Magnus ergo Dominus in Sion, id eſt, in ſpeculo eſſe dicitur, quia verum corpus Chriſti tam integraliter eſſe ſub parua ſpecie panis, ſicut ſub magna, rectè creditur.*

Dei potentia, ſapientia, & bonitas in huius panis exiguitate apparet.
Bloſ.

1112. In minutula panis ſpecie latet Deus, ſed eò extendit magis potentiæ ſuæ limites, ſapientiæ ſuæ, bonitatis ſuæ terminos, quò ſe intra maiores panis anguſtias conclauauit; ſcitè Bloſius in Margarito ſpirituali cap. 1. num. 10. vbi ita inclamat: *O prædicanda potentia Dei, qua ſub ſpecie* PANIS EXIGVI *ſublimem diuinitatem ſuam, perfectum corpus, ſanctámque animam ſuam hominibus vniuerſis integrè præbere potuit in cibum, qui ab vnoquoque totus ſumitur, & tamen in ſe ipſo integer, & incorruptus perſeuerat! O ſtupenda ſapientia Dei quahunc ſubtilem, & ſalutarem mundum pro ſalute noſtra inſtituit! O incomprehenſibilis bonitas Dei, qua tam ſublime charitatis opus noſtræ ſalutis cauſa perfecit.*

Deus tunc maximè magnus cùm puſillus homini apparet.
Tertull.

Ad exigui panis anguſtias redactus videatur Chriſtus, non idcirco tamen deſinit eſſe magnus; quia tum maximè magnus eſt, cùm humanis oculis non videtur; cadit hîc opportunè quod de Deo dicebat Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 2. *Et ita Deus tunc maximè magnus cùm homini puſillus*; ex hac enim paruitate, qua ſe pro nobis, vt ita dicam, coërcuit, amoris, & bonitatis magnitudo proditur, & declaratur.

Magnus Deus dicitur maximè in mõte Sion, quia hic ſui corporis, & ſanguinis perfecit myſteria.
Pſalm. 98. 2.
Elychius.

Nullibi magis & dulcius ſuam magnitudinem Chriſtus oſtendit, quàm cùm ſub tam exigua quantitate ſe nobis in cibum exhibuit, & in potum. Huc voco illud Dauidis Pſalm. 98. v. 2. *Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos*; ſignatè in Sion, quia in hoc monte Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit; hîc igitur qui vbique magnus, præcipuè magnus, eo quia quò ſe minorem fecit ſub Euchariſtiæ ſacramento, hoc ſe maiorem potentia probauit; amore, ſuauitate Dominus in Sion magnus, nam in monte Sion, ait hîc Græcus auctor Elychius, *perfecit myſteria, nimirum ſui corporis ac ſanguinis.*

In rebus ſacris ſanctitatis habetur ratio, non magnitudinis.
Fidelium pietas in puluere ſacrorum locorum colligenda.
S.Paul.

1113. In rebus quæ ſacræ, quæ ſanctæ, ſanctitatis habetur ratio, non magnitudinis; hinc fidelium pietas maxima muneris loco habebat, vel exiguo puluere ditari, ex illis locis, in quibus paſſus eſt Chriſtus, reſurrexit, aut cœlum conſcendit, grande donum, vel minimum quid Dominicæ crucis apud ſe habere; ſancti Paulini hæc notantur verba epiſt. ad Maccarium: *Si ergo religioſa cupiditas eſt loca videre in quibus Chriſtus ingreſſus, & paſſus eſt & reſurrexit, & vnde conſcendit, & aut de ipſis locis* EXIGVVM PVLVEREM, *aut de ipſo crucis ligno aliquid ſaltem feſtuca, ſimile ſumere, & habere, benedictio eſt.* hanc pietatem ad Euchariſtiam transferamus, in qua exiguitas quantitatis nullum ſacramento, nullum ſacramenti virtuti facit præiudicium.

In Euchariſtia ſanctitatis habetur ratio, non quantitatis.
S.Thom.

Sub exiguis particulis, & particularum fragmentis totus eſt Chriſtus; nec quantitatis habetur ratio, ſed virtutis. Pulchre Beatus Thomas opuſc. 58. cap. 13. qui mannæ exemplum adducens ait: *Tertia ratio ad idem eſt ſufficiens cauſa ad finem ſacramenti. Finis ſacramenti eſt animam fidelem ſpiritualiter cibare, & contra malum, & ad bonum confortare. Cauſa huius efficiens eſt corpus Chriſti, & id poteſt tam plenè eſſe* SVB SPECIE PANIS PARVA, *ſicut ſub magna; quia ſub vtraque æqualiter vnitum eſt Deo, ex quo fluit omnis virtus in ſacramento. Quantacumque enim parua ſit ſpecies illa panis, ibi eſt totum corpus Chriſti per conuerſionem, ſanguis per connexionem, anima per coniunctionem, & diuinitas integra per vnionem, vnde certum eſt, quod habet plenam rationem cibandi ſpiritualiter, & confortandi animam, Exod. 16. c. Qui minus collegerat, non repetit minus de manna, quàm qui plus collegerat. Hilarius. Vbi pars corporis; id eſt, minima pars ſacramenti, ibi eſt & totum corpus; eadem enim ratio eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur; Qui plus colligit, non habet amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus, non enim æſtimanda eſt quantitas in hoc viſibilis, ſed virtus ſpiritualis: vnde qui multum, vel magnum panem conſecrat, non habet amplius, quàm verum corpus Chriſti ad ſalutem ſuam.*

Hoc ſacramentum non ſatietati inſtitutum, ſed ſanctimoniæ.
Conc. Nic.

1114. Quòd ſub exigua ſpecie totus Chriſtus fidelibus exhibeatur, non eſt myſterio viduum, ſub paruis particulis porrigitur, vt ſolius ſanctitatis ratio habeatur, & ſtatim cõſtet hoc ſacramentum non ſatietati inſtitutum, ſed ſanctimoniæ. Hîc nequeo præterire verba Concilij Niceni primi, lib. 3. cap... *De diuina menſa, ac de eo quod in ipſa eſt myſterio corporis, & ſanguinis Chriſti*; ſic enim habet Concilium: *Iterum etiam hîc in diuina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem, & poculum, ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illâ menſâ agnum illum Dei tollentem peccata mundi; incruentè à Sacerdotibus immolatum, & pretioſum ipſius corpus, & ſanguinem nos verè ſumentes; credere hæc eſſe noſtra reſurrectionis ſymbola, propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, vt ſciamus,* QVOD NON SATIETATI, SED SANCTIMONIÆ SVMIMVS.

In exigua quantitate Chriſtus ſumendus.
1. Cor. 11. 21.
Alb. Pat.

In exigua quantitate ſumendus euchariſticus cibus, non in magna, nam hoc damnare videtur Apoſtolus illis verbis epiſt. 1. ad Cor. c. 11. 21. *Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt*; ſic enim hæc verba exponit Albertus Parauinus ſer. 144. *Reprehendit*, inquit, *cot ex ſubtractione communionis, & alius quidem eſurit, quia bobus ſubtrahentibus oblata nihil ſumit. Præterea reprehendit* IMMODERATAM SACRAMENTORVM QVANTITATEM, *alius quidem ebrius eſt, vſque enim ad ſaturitatem corporalem ſumebant Euchariſtiam, quod fieri non debet, ſed medica quantitatis debet eſſe.*

Digitized by Google

places, ac ſi ipſe cœnaret, ideo ſe cœnaturum cum ipſa promittit. Hic ſimiliter, quia delectat ſponſum dilectum paſcere, TANQVAM SI SE IPSVM PASCERET, *ait, Qui paſcitur. Et quibus paſcit illum? Vnus ex præcipuis, quibus animas paſcit, eſt corpus ſuum ſacratiſſimum, quod in hoc altiſſimo ſacramento altaris offertur, & hic paſcit animam inter lilia, ſcilicet inter Angelorum millia, qui adſunt hic Dominum Deum ſuum adorantes.*

1080. *Accidentium carcere vt Chriſtus tenetur.* Auon.

Quod de Chriſto in carcere viſitando dixit Beatus Andreas, aliter etiam accipere poſſumus, & explicare, vt dicamus in carcere viſitari, cùm ſub euchariſticarum ſpecierum anguſtia latentem adimus, adoramus, ſumimus; & non carcere quodam anguſto euchariſticarum ſpecierum anguſtia tenetur amoris noſtri cauſa noſter Amor? tenetur, vt verus ille fuerit, qui ita cenſuit, ita aſſeruit: *Anguſto accidentium gyro velut carcere coercetur Chriſtus.*

Non ritè in carcere viſitat Chriſtum, qui atro impuri cordis carceri eum mancipat. S. Auguſt.

Non ritè in carcere viſitat Chriſtum, cujus cor carcer quidam eſt alicuius ſceleris ſqualore, & præcipuè odij, liuoriſque. Huc facit quod habet ſanctus Auguſtinus lib. homil. hom. 40. *Qui odit fratrem ſuum, ambulat, exit, intrat, procedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere incluſus: reatu tamen ligatus eſt. Noli illum putare* SINE CARCERE ESSE. *Carcer cor eius eſt*; non ex pietatis affectu viſitat in carcere Chriſtum in Euchariſtia, qui teteriori illum ſui cordis carceri adiicit, quod vertit in carcerem, dum odio in eos fertur, quos proſequi debet amore.

Quàm vtile nobis hoſpitio recipere Chriſtum. Ioan. 6. Vgo Car.

Denique in euchariſtico ſacramento tanquam hoſpes recipitur Chriſtus, qui eum ditat, eum beat, à quo recipitur hoſpitio; Hugo Carenſis in cap. 6. Ioannis explicans illa Chriſti verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*; ait; *in me manet tanquam membrum in corpore, & ego in illo ſicut Dominus* IN HOSPITIO, *Sacerdos in templo, ſicut ſponſus in thalamo; & nota quòd vtile eſt talem hoſpitem recipere honeſtè in domum ſuam, quia ſoluit omnes expenſas totius familiæ, & dat ſingulis munera*; Sap. 7. 6. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*; ſingula quæque potenti aliquo munere ditantur, quæ huic hoſpitio obſequium exhibuerit; diues ſic hoſpes eſt, & cum diuitiis iunctam liberalitatem habet; neſcit a paupertate veſtra vinci, hoc plura nobis impartitur, quo plura eius gratiâ ei exhibemus, plura in eius guſtum, gratiámque præſtamus.

Sap. 7.

De cordis hoſpitio ſpurcitia omnes eliminentur. S. Petr. Dam.

Cordis noſtri hoſpitio recipiatur Chriſtus, ſed priùs variis virtutum floribus vitiorum ſpurcitiis eliminatis exornatur. Pulchrè ſanctus Petrus Damianus ſerm. 11. vbi hæc habet: *Eliminemus omnes ſpurcitias de* NOSTRI CORDIS HOSPITIO, *& quibus poſſumus, variis virtutum floribus aſpergamus. Delectetur Deus nitidum noſtri pectoris tabernaculum ingredi, & ſaluibus in eo bonorum operum delitiis epulari*; omni quidem tempore purum, & ab omnibus ſpurcitiis liberum par eſt cordis noſtri hoſpitium eſſe, ſed tunc præcipuè, cùm puritatis auctor in ipſo Euchariſtiæ ſacramento ſubire cor noſtrum debet. Da, Amor, nobis eam puritatem, quam à nobis exigis, vt puri puritatis fonti occurramus, & puriores reddamur dum occurrimus.

EXCVRSVS LXXIX.

Euchariſtia Eccleſiæ anima, & illorum, qui dignè illam excipiunt.

Vita animæ *Deus eſt, vt anima corporis.*
Eccleſia perfectio, & anima *Chriſti caro.*
Quod anima *corpori, hoc* Chriſtus animæ *in Euchariſtiæ ſacramento.*
Princeps *vinculum, &* vitalis ſpiritus *Reipublicæ.*
De Euchariſtia *id iuſtiùs aſſeratur.*
Eccleſia per Euchariſtiam tanquam per animam *viuit.*
Per euchariſticam menſam augetur *Eccleſia.*
Corpus animæ nomine *ſignificatur, quia ab anima debet regi.*
Euchariſtia vt anima *nos regit, nos coërcet.*
Euchariſtia corpus ligat, *ne in noxia diffluat.*
An vnius generis *eſca in arca fuerit importata.*
Euchariſtia paſſionum feras *cicurat, & manſuetas reddit.*
Præſules tanquam ſuorum anima *ſuos præſentia ſua non priuent.*
Chriſti exemplum *in hac re regens Eccleſiam in Euchariſtia præſens.*
Abſentes *præſules ægrè vocare ad vitam mortuos poſſunt.*
Chriſtus non legitur quempiam ſuſcitaſſe abſentem.
Plerique mortui *iacent, quia præſules & corpore, & ſæpiùs animo* abſunt.
Eccleſiaſtici viri tanquam aliorum anima *eſſe debent.*
Sacerdos *cæteris ſanctitate debet antiſtare, vt* anima *antiſtat corpori.*
Qui Euchariſtiam frequentat, vnum cor, animam *vnam cum Chriſto habeat.*

ANimæ noſtræ vita Deus; Deo ſuo ſi anima deſtituatur, vidua vera vita eſt, viuit ſi Deo vniatur; hinc illud ſancti Auguſtini ſerm. 6. de verbis Domini cap. 1. *Sicut anima eſt vita corporis, ſic vita animæ Deus, Deus amiſſus mors animæ, anima emiſſa mors corporis.* 1081.

Vita animæ Deus eſt, vt anima corporis. S. Auguſt.

Eccleſiæ pulchritudo, perfectio, vita, animáque Chriſti caro eſt, melius quàm corporis noſtri noſtra anima; ſcitè Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſtiæ: *Qui ergo hanc noſtræ animæ potentiam præbuit, vt vna, eadémque & indiuiſa in ſingulis quibuſque partibus ſui corporis eodem tempore tota conſiſtat; quare ſuæ propriæ carni id dignitatis ſi vult dare (Deus) non valeat? & ipſa in diuerſis ſui cuiuſdam corporis, quod eſt Eccleſia, partibus, tota ſimul, & indiuiſa poſſit haberi, cùm ſicut anima noſtra vita eſt corporis; ita ſit Eccleſia (imò multo meliùs per Dei gratiam) vita caro Saluatoris.*

Eccleſia perfectio & anima Chriſti caro. Guitmund.

Quod corpori anima præſtat, pleniùs animæ præſtat Chriſtus ſub euchariſtico velamine animæ

Quod anima corpori, hoc

hærens,

Chriſtus anima in Euchariſtia ſacramento.
Phi.D.cõc 2.

hærens, vires illi tribuit, pulchritudinem, decorem, melius quam corpori anima, quod informat; ſcite ille, & vere: *O rem æternis laudibus efferendam, & quæ beatos, & ignitos Seraphicos in magnam rapit admirationem, quia per hoc diuinum Sacramentum ita ſe anima in Deum transformat tam cœleſti vnione, vt Dominus, ac Redemptor noſter nullam omnino adinuenerit vnionem, cui eam comparare poſſet, ac illi vnioni ineffabili, quæ inter ipſum, & Patrem eſt. Hæc eſt vna ex præcipuis, & maximè rebus mirabilibus, quæ de anima adhuc in carne mortali viuenti dici poſſunt. O felices illos, qui ad tantam dignitatem peruenerunt: ſi anima rationalis cùm ſit creatura tam exigua, corpori quod informat, eſſe tam pulchrum tribuit, ſcilicet oculis perſpicationem, cultui elegantiam, denique vniuerſo operi fortitudinem, & ſenſum, quale eſſe, dicite mihi fratres, erit illud, quod Ieſus Chriſtus verus Deus dabit homini interiori in hoc ſacramento ſumptus? Quam intellectui viuacitatem tribuet, quos affectus, & ſancta deſideria in voluntate generabit? quamam pulchritudinem in toto rationali ſpiritu efficiet*; quicquid pulchrum, quicquid viuidum, ac vitale in anima iuſti eſt, ab hoc præcipuè fonte, ab euchariſtica anima eſt.

Princeps vinculum, & vitalis ſpiritus Reipublicæ.
Clem.

1082. Chriſtus per Euchariſtiã vinculũ Eccleſiæ ſuæ eſt, & velut vitalis quidam ſpiritus, quem omnes trahunt vt viuant. Vniuersè de Principe ait Seneca 1. de Clem. 4. *Ille eſt vinculum per quod Reſpublica cohæret, ille* SPIRITVS VITALIS, *quem hæc tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur.* Verius, pleniúſque hoc munus in Chriſtiana republica exercet Chriſtus ſub euchariſticis ſpeciebus dum ſe omnibus exhibet, vt omnes vniat, vinciat, omnibus vitam inhalet. Vetus Anonymus auctor, & plenè ad hanc mentem: *Chriſtus in Euchariſtia Eccleſiæ vinculum, nec vinculum tantùm, ſed anima, &* VITALIS SPIRITVS, *quo exoritur, quo viuit, quo ſtabilis, & firma perſeuerat.*

De Euchariſtia id iuſtiùs aſſeratur.
Anon.

Eccleſia per Euchariſtiã tanquam per animam viuit.
Guim.

Verè Eccleſiæ anima Euchariſtia, vt enim corpus anima informatum viuit, ita & Eccleſia Euchariſtiâ. Pulchrè Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 1. de veritate Euchariſt. *Sicut*, inquit, ANIMA *noſtra vita eſt corporis, ita ſit Eccleſia, imò multo meliùs per Dei gratiam vita* CARO SALVATORIS; *per animam quippè fit, vt corpus vtrumque temporaliter viuat, per carnem verò Saluatoris agitur, vt Eccleſia non quomodocumque, ſed beatè in æternum viuat.*

Per euchariſticam menſã augetur Eccleſia.
Tim.

Hoc à corporeo cibo corpus conſequitur vt in dies creſcat, augeatur, per hunc ſpiritalem ſpiritualiter augetur Eccleſia; hinc illud Timothei Preſbyteri Ieroſolymitani orat. de Simeone: *Per diuinam hanc menſam* ECCLESIA AVGETVR, augetur Eccleſiæ perfectio, ſanctitáſque.

Corpus animæ nomine ſignificatur, quia ab anima debet regi.

Animæ eſt corpus regere, eiúſque habenas tenere, ne in noxia ruat, in nimium nocitura, & ſe præcipitet, & præcipitem etiam animam, à qua regitur, agat, adeò animæ nexum hoc corporis regimen, vt in diuinis literis non rarò animæ nomine etiam corpus, quod anima regitur, ſignificetur, id quod notabat etiam Euthymius in Pſalm. 24. ad illud: *Cuſtodi animam meam*, ait enim, *Per animam corpus ſimul intellige, ea enim eſt, quæ corpus moderatur*; vt quod corpus præſtat animæ tanquam rectori tribuatur. Hic quoque Euchariſtia animæ munus exercet, corpus enim regit, moderatur, coërcet, ne in noxia diffluat.

Pſalm 24.
Euthym.
Euchariſtia vt anima nos regit, nos coërcet.
Euchariſtia corpus ligat, ne in noxia diffluat.
Gen 49.11.

Nihil adeò corpus coërcet, ne in noxia diffluat, quàm euchariſticus cibus; huc flectere illud poſſumus, quod ſub quadam vmbra habetur Gen. 49. 11. *Ligans ad vineam pullum ſuum*; & cur non ad firmiorem arborem? cur non potiùs ad robur? vinea facile frangitur, auellitúrque. Et verè in vinea ad euchariſticum vinum mentem flecte, & habes nihil carnis noſtræ laſciuiam, motúſque brutales melius coërcere, quam euchariſticam vitem. Bene bonus ille auctor? *Aſinus, id eſt, peccator ad vitem alligatur, quia per Euchariſtiam continetur, ne in mala, & peccata* DIFFLVAT, *eſt enim Euchariſtia veluti vinculum, quo peccator in officio continetur*; aſinus caro noſtra eſt, quæ ad vitem alligatur, Euchariſtiæque virtute ita coërcetur, vt in præceps vix queat ruere; nemo, opinor, eſt, qui in plura, quàm labatur ſcelera laberetur, niſi Euchariſtiæ ſacramento veluti iniectu fune impediretur.

An vnius generis eſca in arca fuerit importata.
Gen. 7.
Abul.

Cùm dixiſſet Deus Noë, vt in arca ipſe cum ſuis, & omnium generum animantibus ingrederetur, ſubdidit: *Tolles ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt*, Gen. 7. Putant aliqui vnius eſcæ apparatu hominibus, & brutis prouidiſſe Noë, ſicque factum vt pacem inter ſe inirent, nec ſe inuicem læderent; ſed hoc non ferunt illa verba, *ex omnibus eſcis*, quod notabat etiam Abulenſis hîc, vbi ait: *Ex omnibus eſcis, & ſic excluditur ratio dicentium, quòd Noe inquiſiuit vnam eſcam, in qua omnia animalia, & homines conuenirent, quia hîc mandatur de omnibus eſcis.* Poterat Deus vnius eſcæ vſu omnium indigentiæ conſulere, ſed non fuit neceſſe hoc præſtare, cùm ſine nouo miraculo alia via effici id poſſet. 1083.

Euchariſtia paſſionum feras cicurat, & manſuetas reddit.
Hier. No.

Vis hæc, hæc virtus euchariſticæ eſcæ quadam ratione ſeruabatur, hæc vna, & homines alit, & feras etiam paſſionum, non vt nutriat, & ferociores fiant, ſed vt demolceat, &, vt ita dicam, cicuret, veluti obiecta offâ bruta ipſa, quæ alia ratione donari vix poterant. Pulchrè ille: *Euchariſtica offa obiectu* EFFERARVM PASSIONVM *ita deliniuntur, vt non adeò ſæuiant, non adeò mordeant*; verè ita eſt, quod menſæ huius conuiua paſſionum rabiem non ita ſentiat referri Euchariſtiæ debet, quæ hac quoque virtute pollet, vt paſſionum feras demulceat, & cicuret.

Præſules tanquam ſuorũ animæ ſuos præſentia ſua non priuent.

Principes ciuitatis animas eſſe alibi dixi, alibi probaui; morúmque anima ſunt præſules, adeò vt ſicut informare, regere, ac viuificare corpus anima non poteſt, ſi abſens ſit, ſic nec Præſules ſi ſuos corporali præſentia deſerant; hinc & Chriſtus in cœlum iturus, ſe in euchariſtico ſacramento reliquit, vt præſens præſentes regeret, néve aliquis errandi ſumeret occaſionem, licere ſibi à ſuis abeſſe, & ſuos bene regere, ſuis vitam tribuere; hac eadem de cauſa cùm hîc apud nos Chriſtus degeret, & aliquos ad vitam reuocaret, id præſens præſtitit, nunquam abſens mortuos ſuſcitauit, licèt id æquè ac abſens potuerit, cùm vbique maieſtate, & potentia præſens ſit, ne aliqui ſibi blandirentur, & crederent poſſe ſe Chriſti auxilio ſpirituali morte defunctos ad ſpiritalem vitam donare longè ab illis corporali contra diſſitos, rem appoſitè vrget, expenditque ad hanc mentem Vgo Carenſis in cap. 5. Prouerb. hoc Eliſæi factum referens, qui præſens præſentem puerum, qui iam obierat, ſuſcitauit: *Mirum eſt*, inquit Vgo, *de quibuſdam qui remoti volunt mortuos ſuos ſuſcitare, cùm etiam* DOMINVS NEMINEM SVSCITASSE LEGATVR, NISI PRÆSENS. *Vnde non ſufficit Heliſæo miſiſſe Gieſi ad puerum ſuſcitandum, imò & ipſe ſtatim ſubſecutus eſt, & præſens puerum ſuſcitauit*, 4. *Regum* 4. Mortui nunc difficilè

Chriſti exẽplum in hac re regens Eccleſiã in Euchariſtia præſens.
Abſẽtes Præſules ægrè vocare ad vitã mortuos poſſunt.
Vgo Car.
4. Reg 4.

Digitized by Google

Plerique mortui iacent. gula præſules, & corpore, & ſæpius animo abſunt.

difficilè ſuſcitantur, quia præſules exemplo, vita, monitis adeſſe ſuis plerumque non curant, plures ſpiritali vita functos plaogimus, quam plangeremus, quia verè animæ munus præſules non exercent in ſuos, quia plerumque à ſuis corpotali præſeutia exulant, ſed frequentiùs ſpirituali ſtudio, ſcilicet quærendæ aliorum ſaluris, & omnium virtutum exhibitione, cæteriſque inſtumentis quibus quæri aliena ſalus poteſt.

Eccleſiaſtici viri tanquã aliorũ anima eſſe debent.

1084. Viti Eccleſiaſtiei adeò ſupet cætetos debent eminere, vt ſint veluti anima, cæteri corpus; ab hac cauſa Sacerdotes Eucharistiæ ſactamentum ſub gemina ſpecie ſumunt, Chriſtum etiam ſub vini ſpecie bibunt, illi verò, qui non Saeerdotes, ſub ſpecie tantùm panis, vt hac diuerſitáte indicetut, Eccleſiæ miniſtros animæ vicem ſubire, populum verò corporis; ſcitè Albertus Patauinus ſetmone 246. quæſt. 5. *Quare*, inquit, *fidelibus non miniſtratur ſanguis? Reſpondeo, iſtud videtur omitti ob euerſionis periculum; congruit etiam inter miniſtros Eccleſia, & populum eſſe differentiam, populo ſufficit eſſe de corpore Chriſti, ſed miniſtro Eccleſiæ oportet* ESSE QVASI ANIMAM CORPORIS, *dirigendo populum ſubditum; ideo illi corpus tantùm, iſti etiam ſanguis, in quo animas vniunt.* Proh quàm Eccleſiæ noxium, cùm ordo iſte euettitur, quod fit ſi accidat, quod Deus auertat, vt vir qoiſpiam Eccleſiaſticus totus in earuem, io eorpus abit, & ex alia parte vir ſæcularis ſpiritus totus fit.

Alb.Pat.

Sacerdos corporis ſanctitate debet antiſtare, vt anima antiſtat corpori.

Animam referat, qui ſanguinem bibit, nam, vt ait idem auctor eodem loco: *Panis ad corpus refertur, vinum autem ad* ANIMAM, *quia vinum operatur ſanguinem, in quo Philoſophi dicunt eſſe animæ ſedem.* Igitur rerum ſpiritualium affectu nodam efferet animam Sacerdos, nulla earnis cura tangatur, adeóque vitâ, & moribus aliis antiſtet, vt anima antiſtat corpori.

Qui Euchariſtiam frequentat, vnũ cor, animam vnam cum Chriſto habeat.

Denique vt hoe etiam adiiciam, hæc vis eſt huius ſacramenri, vt poſt illud vnum cor, animam vnam cum Chriſto habeant, quod primis fidelibus legitur in Apoſtolorum actibus, qui dignè illud frequentant. Inſereoda hîc verba, quæ amore æſtuans euomit Beatus Laurentius Iuſtiniaous tractatu qui nouiſſimè emiſſus in lucem eſt, de ineendio diuini amoris cap. 5. vbi Ieſum ſuum alloqueos, ait: *O quàm mirabilis eſt dilectio tua Domine Ieſu; qui antequam aſcenderes in cælum, dimiſiſti homini poteſtatem, vt te qui velit habeat in Altari, & tuo corpori taliter nos incorporare voluiſti, & ſanguine potare pretioſo, vt ſic tuo inebriati amore, tecum* VNVM COR, ET VNAM ANIMAM *haberemus inſeparabiliter colligatam.* Diuino amore ebrius vnum cor habet cum Chriſto, animam vnam, & dum Amori ſuo vnitur in Euchariſtia, aliud infra ipſum quærere dedignatur, aliud amare extra ipſum. Felix qui talis eſt, vt augere numerum poſſit, & amanti ſponſo ita hæiere, vt vnum cum illo ſit.

B.Laur.Iuſt.

EXCVRSVS LXXX.

Euchariſtia amantis Chriſti rete, laqueúſque, & hamus, vt ad vitam animam capiat, ad vitam trahat.

Vt nos capiat, vitiorum, & voluptatum eſcam *nobis offert Diabolus.*

Piſces hamo *capiuntur, homines intemperantia.*

Voluptas malorum eſca.

Diabolus Chriſti carne ineſcatus, *& captus.*

Sua carnis eſca *depreſſit Chriſtus Diabolum, nos erexit.*

Satanas Euchariſtia hamo *capitur.*

Hamum *in euchariſtiea menſa reperit, qui indignus aeeedit.*

Retia *expandit Diabolus vt nos capiat.*

Superbia Diaboli rete.

Tanquam auis retibus *terrenorum affectu tenetur humana mens.*

Euchariſtico rete *nos Chriſtus capit.*

Inimicorum inſultus timendi, vt laquei *nobis non ſint, ne in laqueum incidamus.*

Laquei *vbique latent in hac vita.*

Laqueos *comedimus, & bibimus ad mortem.*

In menſa laqueum *reperiunt Iudæi.*

Euchariſtica menſa nobis laqueus *ad vitam.*

Laqueum *in euchariſtiea menſa reperit ad mortem qui indignus aeeedit.*

Princeps probis moribus homines venatur.

Venationem *in Euchariſtia exercet Chriſtus.*

Vitiorum, & voluptatum nobis eſcam offert Diabolus, vt homo capiat; hioc illud ſancti Ambroſij in Pſalm. 118. art. 14. *Quid tibi homo cum delitijs, ac voluptatibus? Non capit laqueus, niſi antè eſca te cœperit. Dum prædam petis, laqueo ipſo ſe nectis. Eſca laquei auaritia eſt: eſca Diaboli luxuries eſt, quibus nos vult* INESCARE, *non* PASCERE. *Et ideò clamabat Apoſtolus ad Coloſſ. 2. Ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo vſu. Noli ergo attaminare luxuriam, & illa te contaminare non poterit, noli guſtare auaritiæ corruptelam, & eris immunis à laqueo.* 1085.

Vt nos capiat, vitiorum, & voluptatum eſcam nobis offert Diabolus.

S.Ambr.

Sub corporearum epularum delitiis latet, quo capitur, qui earum capitur amore; hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani tract. de ſobrietate cap. 2. ad calcem: *Sicut piſces capiuntur hamo, & aues comprehenduntur laqueo; ſic* ILLAQVEANTVR, *atque* CAPIVNTVR *non habentes ſobrietatem refectionis tempore*; etiam ſub euchariſtieis delitiis latet laqueus, latet hamus, ſed ad vitam, non ad mortem.

Piſces homo capiũtur, homines intemperantia.

B.Laur.Iuſt.

Plato, qoemadmodum in Catone maiore teſtatur Cicero, voluptatem, *malorum* ESCAM dixit, quòd ea ſic homines capiantur, vt hamo piſces.

Voluptas malorum eſca.

Cic.

Carne ineſcatus eſt Diabolus, carnis eſca captus, carnem Dei filius induens, ea tanquam eſca deceptus eſt Dæmon, vt qui fefellerat falleretur; hinc ſanctus Gregorius Nazianzenus orat. 39. in ſancta lumina, vbi huc ſpectans ait: *Quoniam*

Diabolus Chriſti carne ineſcatus, & captus.

S.Greg Naz.

enim

enim ille (Diabolus) vitij parens, & effector, ideo ſe inuicto quodam robore præditum eſſe exiſtimabat, quia nos diuinitatis ſpe obiecta tanquam illecebra quadam in fraudem induxerat, eâ de cauſâ ipſe quoque PRÆTEXTV CARNIS INESCATVR, *vt dum quaſi in Adamum impetum facit, in Deum incurrat, atque ita nouus Adamus priſtinæ ſaluti, atque incolumitati veterem afferat, ſententiáque aduerſus carnem pronunciata reſcindatur, morte nimirum à carne oppreſſâ, atque extincta.*

Sua carnis eſca depreſſit Chriſtus Diabolū, nos erexit
Nic Epiſc.

1086. Suæ carnis eſca captum Dæmonem depreſſit, nos verò preſſos erexit Chriſtus. Pulchrè Nicolaus Epiſcopus Methonenſis orat. de corpore, & ſanguine Chriſti, vbi ait: *Carnem ſuam quaſi eſcam* HAMO *circumponens diuina virtute ſerpentem quidem deprimit, nos autem erigit*; in Euchariſtia ſcilicet.

Satanas Euchariſtia hamo capitur.

Euchariſtiæ hamo ſatana capitur, dum in nos fertur velut in electiſſimam eſcam. Pulchrè ille: *Sicut ille, qui piſcibus inſidias parat, hamum occultat ſub eſca, quam piſcis auidè capiat, vt dum eſca fit præda piſcis, ipſe piſcis fiat* PRÆDA PISCATORIS: *non aliter Deus diuinitatem ſuam ſub eſca corporis noſtri occultauit, vt dum Diabolus ad corpus noſtrum tanquam ad eſcam ſibi gratiſſimam ſciat, capiatur, & teneatur, & præda fiat, qui ad prædam inhiabat.*

Hamum in euchariſtica mēſa reperit, qui indignus accedit.
Salm.

Qui impurus ad Euchariſtiam accedit, caueat ne in cibo hamum reperiat, quo trahatur ad mortem; Apoſtoli verba ſunt; iudicium ſibi manducate qui hunc panem manducat indignè; rectè vſus manducandi verbo; nam, vt ait Salmeron lib. 4. in epiſt. Pauli diſp 19. *Non ſecus atque* PISCIS DEVORANS ESCAM CVM HAMO *vitæ iacturam facit*; vt iure inclamarit Apoſtolus, *qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit*, tanquam hamum ſub eſca latentem; ſed retis, & laquei ſimilitudinem excutiamus.

Retia expandit Diabolus vt nos capiat.
B. Laur. Iuſt.

Retia expandit olim Diabolus cùm primos parentes deciperet, & deceptos caperet, dum illis diuinitate, & ſcientia boni, & mali vetiti pomi eſu ſubdolè promiſit; hanc fraudem notabat ſanctus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris c. 10. *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, doloſè ſatis tentationum retiacula tetendit.*

Superbia Diaboli rete.
B Albert.

Superbiam *rete Diaboli* indigitabat Beatus Albertus ſerm. de Beato Petro Apoſtolo in hæc verba: *Superbia* RETE *eſt Diaboli, per quam tamen ipſe primùm cecidit, & licèt per eam ceciderit, tamen adhuc per ipſam trahit in ſublimi reſidentes.* Superbiam reti comparabat etiam ſanctus Nilus, cuius hæc ſunt verba:

S. Nilus.

Ante lapſum, quoad eius fieri poteſt, da operam, vt ſuperbiæ RETIA *effugias.* Sic ille orat. de ſuperbia.

Tanquā auis retibus terrenorum affectu tenetur humana mens.
B. Laur. Iuſt.

1087. Auis retibus tenetur, terrenorum affectu mens humana; hinc S. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 16. *Nunquam auicula* RETI, *vel compede aſtricta, libero, celerique volatu alta petunt: ſeu frondoſas perluſtrant nemorum arbores, niſi diruptis vinculis. Ligatur auis fune viſibili: humana verò mens inuiſibili. Habet quidem ſua mens vincula, quæ eleuantem deprimunt. Magnum prorſus vinculum terrenæ ſunt facultates, & temporalium negotia: quæ (velit nolit) mentem præpediunt.*

Euchariſtico rete nos Chriſtus capit.

Rete aliud parauit Deus, quo nos ad vitam caperet, ſcilicet euchariſticam menſam; de qua ita ſcribit Anonymus auctor: *Huc illuc volantes euchariſtico rete capit Chriſtus, vt illius ſimus, illíque viuamus*; felix qui hoc rete tenetur, hoc rete capitur, ne à mundo deiiciatur.

Inimicorum inſultus ti- *mendi vt laquei nobis nō ſint, ne in laqueum incidamus.*
Pſalm. 90.
S. Auguſt.

Inimicorum noſtrorum inſultus, & aſperorum verborum retia, laqueóſque non eſſe timendos, ne dum illis teneamur, incurramus in illos; ſcitè explicat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 90. Auium ſimilitudine; ſic ille ſcribit ad illud, *Liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero: Numquid nihil tibi foditurus eſt* LAQVEVS, *quo te compellit inimicus per verbum aſperum? Quomodo retia plerumque tenduntur, ad caput ſepis tenduntur auibus, & lapides mittuntur in ſepem, lapides illi nihil ſunt facturi auibus; timens autem auis inanem ſonum cadit in retia; ſic homines timentes inſultatorum verba, & inania, & erubeſcentes, conuitijs ſuperfluis cadunt in laqueos venantium, & capiuntur à Diabolo.*

Laquei vbique latent in hac vita.
S. Paulin.

De huius vitæ laqueis ita loquitur ſanctus Paulinus epiſt. de gazophylacio. *Vbique prætenti latent* LAQVEI, *vbique ſtricti ſunt gladij. Inter inſidias, & pugnas vita tranſigitur, & per ignes doloſo cineri ſuppoſitos ambulamus.*

Laqueos comedimus, & bibimus ad mortem.

Nos laqueum ad vitam edimus, laqueos bibimus, nimirum cùm ad ſacram Euchariſtiam accedimus; laqueos comedimus ad mortem, quidni comedamus & ad vitam; laqueos bibimus nociturōs, bibamus etiam profuturos; de illis ita loquebatur Guigo Carthuſianus cap. 5. meditationum: LAQVEOS COMEDIS, *bibis, veſtis, dormis, omnia* LAQVEVS; & Propheta regius de Iudæis: *fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum*, Pſalm. 68. 23. vbi Muis: *Videtur*, inquit, *alludere ad infelices aues, quæ victum quærentes ſæpè incidunt in plagas, &* RETIA; nos laqueos meliores in meliori habemus menſa; laqueus nobis euchariſtica menſa eſt facta, facta eſt rete, vt verus ille fuerit, qui dixit: *Iudæis menſa in laqueum ad mortem facta eſt, Chriſtianis* AD VITAM LAQVEVS EVCHARISTIÆ MENSA EST FACTA, *quæ ita capiuntur, vt æternùm ſint victuri*; cauendum verùm eſt ne noſtro vitio ad mortem laqueus nobis non ſit, quod inſtitutum ad vitam fuit, nam, & Iudas poſt euchariſticam menſam, ad quam indignus acceſſerat, ad laqueum iuit, quo ſe ſuſpendit, vt viſus ſit laqueos comediſſe; vide ne eadem veſtigia premas: ſine te ad vitam capi, non ad mortem.

1088.

Guigo Carthuſ.
In menſa laqueum reperiunt Iudæi.
Pſal. 68 23.
Sim. Muis.
Euchariſtica menſa nobis laqueus ad vitam.
Hier. No.
Laqueum in euchariſtica menſa reperit ad mortem qui indignus accedit.

Princeps probis moribus homines venatur.
Caſſiod.
Venationem in Euchariſtia exercet Chriſtus.

Princeps, & qui ſuper alios, bonos venari debet, vt ea ſollicitudine ſit inſignitus, quæ bonæ conuerſationis venatrix dicatur; Caſſiod. lib. 6. var. formul. 16. *Sed quoniam te probatis moribus inſtitutum* VENATRIX BONÆ CONVERSATIONIS SOLLICITVDO *noſtra reſpexit, ab illa indictione notarium te eſſe noſtrum cenſemus*; feliciora eſſent regna ſi huic venationi vacarent Principes, non ferarum, non vitiorum, non opum; venatur nos & Chriſtus, hócque munus præcipuè exercet, vt alibi dicemus in Euchariſtia; Venatoris huius, huius aucupis præda quiſque ſit, qui liber aliò auolat, aliò fugit, ſatanici venatoris præda fiet.

EXCVRSVS LXXXI.

Euchariſtica nubes quàm nobis ſalutaris.

Nubes *euchariſtica ad cælum nos ducit, quin & portat.*

Nubis, *&* ignis columna *indicium ignis, & aquæ ſignificabat.*

Fides columna *quæ nos per mundi deſertum ducit.*

Iudicium

Iudicium *in Euchariſtia timendum.*
Nubes *eſt charitas.*
Mala nubes *gulæ vitium.*
Noxia nubes *iniuriarum memoria.*
A nobis tanquam à nubibus *lachrymarum imber cadat.*
Columna *nobis Chriſti figura.*
Ignis columna *& nubis vt fuerit Chriſtus.*
Nubis columna *crucis myſterium adumbrauit.*
Chriſti corpus ad modum nubis *formatum.*
Nubis columna *nubem euchariſticam præfigurauit.*
Euchariſtia columna nubis.
Euchariſtica nubes *bonorum cæleſtium imbrem in cordis noſtri terram demittit.*
Supplicium in euchariſtica nube *timendum.*
Euchariſtica nubes *orationem non impedit, ſed vim ei addit.*
Totus auris *Chriſtus, præſertim in Euchariſtia.*

1089. NVbi compato Euchariſtiæ ſactamentum, ſi vel oculis credas. non aliena hæc comparata, non coacta, nubeculam quandam referunt ſpecies ipſæ panis euchatiſtici; dux nobis hæc nubes felicius, quàm nobis columna fuerit Hebræorum populi, nam terram illos illa duxit, nos noſtra ad cœlum ducit, nec ducit tantùm, ſed etiam euehit, & portat.

Nubes euchariſtica ad cœlum nos ducit, quin & portat.

Nubis, ignìſque columna magiſtra potuit eſſe Iudæorum populo, & cathedræ vice fungi, in qua ad pietatem informaretur, nam Dei iudicium referebat, cuius cogitatio inhalare ſanctitatis ſpiritum poterat, ignem tefetens, iudicium qood eſt futurum ſignificabat nubem, illud aquæ, quod fuit diluuij tempore, vt bis exemplis ad Dei timorem allicerentur, aoocarentur à Deo offenſa; opportonè ſanctus Zeno ſerm. 5. de Exodo: *Quod duplicem nubis, & ignis imaginem gerit* COLVMNA, *iudicia duo deſignat, vnũ aquæ, quod geſtũ eſt, ignis alterũ, quod futurum.* Euchariſtica columna pro igne amoris flammam habet, pro aqua Spititus ſancti fluenta.

Nubis, & ignis columna iudiciũ ignis, & aquæ ſignificabat.
S. Zeno.

Proba columna, quæ nos per mundi huius deſertum ad cœlum dirigit, fides ipſa eſt, de qua ita ſctibit Beatus Lautentius Iuſtinianus de ligno vitæ cap. 5. de fide: *Fides eſt viua, fida, & ſalutaris* COLVMNA, *deducens per deſertum mundi huius, oſtendens ipſum eſſe plenum malitia, vbi ſunt omnia vitioſa, omnia lubrica, cuncta operta tenebris, & obiecta laqueis*; inte columnæ vicem fidelem populum docentis ſubeat & Euchariſtia, qua nutritur fides, & errotum deuia illius ductu vitantur.

Fides columna quæ nos per mũdi deſertum ducit.
B. Laur. Iuſt.

Præterea ignis columna eſt Euchariſtia, atque etiam nubis, quia vt bonis nubes eſt, bonorum cœleſtium imbrem illis depluens, ita & ignis columna eſt malis, iudicium illis, & pœnam parturiens, imbet vt expectandus à nube, flamma timenda ſit ab igne, & quædam bonotum deſideratio.

Iudicium in Euchariſtia timendum.

1090. Nubes eſt etiam charitas, hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani lib. de incendio diuini amoris cap 8. *Charitas eſt nubecula, quæ ad preces Heliæ magnam exercuit pluuiam. Cùm enim aliquis ex toto corde Deum diligere incipit, non ſolùm ad amicos, ſed etiam ad inimicos beneuolentiæ ſtillicidia, & gratiæ fluenta diffundit*; & cur oon iuſtiùs nubes Euchariſtia, quæ charitatis auctorem continet.

Nubes eſt charitas.
B. Laur. Iuſt.

Mala nubes nobis gulæ vitiom eſt, quod Dei ſapientiam à oobis ſubducit, vt nubes lunæ adſpectum; ſcitè ſanctus Nilus otat. de Gula: *Vt* NVBES *lunæ proſpectum erigit, ſic* GVLA *Dei ſapientiam nobis occultat*, quibus affinia ſunt quæ ibidem adiicit: *Vt* NVBES *Solis radios obſcurat, ſic ſi craſſus vapor ex cibis emergens menti obſcuritatem affert*; alium cibum teperit Deus, qui oon ſolùm nobis vicum eximeret, ſed aptiores redderet ſuperis Solis cõſpectui. is eſt euchatiſticus, qui mentis oculos purgat, & mundum vt figere in diuina, quantum nobis hîc licet, poſſimus obtutum.

Mala nubes gulæ vitium.
S. Nilus.

Noxia nubes iniuriarum memoria eſt, quæ tationis lumen oobis intercipit vt nubes Solis tadios. Voluit hoc idem Sanctus Nilus orat. 4. de Ira, dum ait: *Solis radios* NVBES *intercipit, & hominis rationem memoria impedit iniuriarum*; Euchariſtica nubes adeò ab hac nota aliena eſt, vt Chtiſti, qui ſub illa latet, exemplo, nos ad iniuriatum omnium condonationem non vocet, ſepeliendas iniurias omnes doceat, omoes facilè deootandas.

Noxia nubes iniuriarum memoria.
S. Nilus.

Nubibus pares eſſe debemus, à quibus lactymarum nubes cadant, peccarorum flammis extinguendis; huc ſpectabat Sanctus Anſelmus in lib. exhortationum, qui nouiſſimè prodiit: *Eſto velut* NVBES *ad proferendam pluuiam lachrymarum, vt poſſis extinguere flammas peccatorum*; ſed iterum ad columnam illam nubis tedeamus, quæ populum Hebræum ita duxit, vt Euchariſtiæ figuram quandam exbibuerit.

A nobis tanquam à nubibus lachrymarum imber cadat.
S. Anſelm.

1091. Et quidem vniuerſè columna illa, quæ populum per deſertum ducebat, Chriſti figuta fuit, qui humanæ narotæ nube indutus in huius vitæ peregrinatione ducem ſe nobis exhibuit, nam niſi hanc nnbem induiſſet, videri à nobis minimè poterat. Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 2. *Porrò hæc diuina lex præfigurata fuit in exitu Iſrael de Ægypto. Præcedat enim, (vt legitur) Dei populum peregrinantem in eremo, & ad repromiſſionis terram pergentem rutilans columna ignis, quæ ex ſuo radiante fulgore depellebat tenebras, inſidias detegebat, & intuentium animos in fide roborabat. Quis ſapiens, & intelligit hæc? Sacramentum hoc magnum eſt. Chriſti dico, & Eccleſiæ, Verbi, & animæ. Nemo illud capit (niſi ſapientia illuſtretur) niſi in lumine Verbi: altitudinem autem Verbi quis niſi in ſplendore percipiet ſapientiæ? tenuiter tamen, quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Excellentiam quoque huius almæ lucis quis inueſtigabit? Inacceſſibilis nempè eſt propter ſuam claritatem, propter ſimplicitatem, propter munditiam. In ſua etenim diuinitatis eſſentia tanta eſt ſublimitatis lux hæc, quòd mens de illa cogitans deficit, quum ſit incomprehenſibilis. Senſus eam non capit, quum ſit inuiſibilis, lingua ipſam non explicat, quum ſit ineffabilis, tempus illam non metitur, cùm ſit interminabilis, locus eam non capit, cùm ſit incircumſcriptibilis, ſcriptura ipſam non declarat, quum ſit inæſtimabilis, virtus illam non attingit; cùm ſit inacceſſibilis, deſideria, & vota tranſgreditur, quum ſit incomparabilis: veruntamen vt intelligibile fieret Verbum, & diuina lux hæc conſpicua efficeretur hominibus, humanam aſſumere naturam Dei ſapientia voluit, eâque tanquam nube obumbrari dignata eſt. Nam per humanitatis formam, ad diuinitatis gloriam aſcenſus componitur, ideo Propheta ſanctus ait: Qui ponis nubem aſcenſum tuum.*

Columna nobis Chriſti figura.
B. Laur. Iuſt.
Ignis colũna & nubis vt fuerit Chriſtus.

De ignis, & nubis columna ita philoſophatur Drogo Hoſtienſis Epiſcopus, ſerm. 1. de ſacramento

Drogo.

Dominicæ

Domiuicæ paſſionis ad illa verba Luc. 24. *Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis*, ait enim: *Ardebat intus* COLVMNA, *quia foris columna nubis loquebatur ad eos. Sed vbi tandem cognouerunt eum? in fractione panis.*

Nubis columna crucis myſterium adumbrauit. S. Chryſ.

In nubis columna crucis munimen, & protectionem ootabat ſaoctus Chyſoſtomus ſerm. de Ioſeph continentia, vbi ait: *Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus a peccatis per id temporis abibis, nam ſicut* COLVMNA *nubis figura noſtra crucis Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali Ægyptijs pateret; ita crux ante oculos viſa, ſtatim abigit malam voluptatem.*

1092. *Chriſti corpus ad modũ nubis formatum.* Richard à S. Laur.

Chriſti corpus nubes eſt, & ad modum nobis formatum, quod ſic eaplicabat Richardus à ſancto Laurentio lib. 12. de laudibus Virginis: *Pulchrè autem corpus Dominicum dicitur* NVBES, *quod de puriſſimis ſanguinibus beatæ Virginis formatum, quos ſcilicet ſanguinis, tanquam nutritiuos cœleſtis ſuæ caliditatis, id eſt, charitatis humores, ad nutrimentum ſui, de Oceano huius ſæculi, traxit ad ſe radius Solis iuſtitiæ, id eſt, benignitatis, pietatis ſupernæ.*

Nubis columnæ nubem eucharisticam præfigurauit. Drogo.

Sed rem pteſſiùs tractemus, verſemúſqoe, nubes illa, quæ populum per deſertum ducebat, Chriſti curpus figurabat, quod ſub ſpecierum nubeculis nos ad pattiam ducit; optimè, & oppottunè Drogo ſerm. de ſacramento Domioicæ paſſionis, vbi ait: *Quæ eſt* NVBES, *quæ præcedit veros Iſraëlitas, niſi veriſſimum, & ſanctiſſimum corpus tuum, quod in altari ſumimus, in quo velatur nobis altitudo diei, immenſitas maieſtatis tuæ, cuius & calorem, & ſplendorem mortalis infirmitas ſuſtinere non poſſet, niſi mediatrix nubes interpoſita & ardorem temperaret deſuper, & tutam ſubtus te viam præmonſtraret? Hanc* NVBEM *totus exercitus tuus ſequitur Domine Rex Sabaoth, qui autem non ſequitur eam, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat.*

Euchariſtia columna nubis.

Quod columna nubis populo Hebtæo eſt per deſertum ambulanti, hoc nobis Euchariſtiæ ſacramentum eſt, quod nobis cœli viam oſtendit, ad cœlum ducit; vt verus ille fuerit qui dixit: *Euchariſtia in* COLVMNA *nubis fuit adumbrata*; ſed diligentiùs excutiamus.

1093. *Euchariſtia nubes bonorũ cœleſtiũ imbrem in cordis noſtri terram demittit.*

Nubes Euchariſtia eſt, qua cœleſtium donorum imbrem nobis è cœlo depluit nubis columna, quæ populum ad terram promiſſionis ducebat, Euchatiſtiæ figura erat, quæ ad cœlom promiſſum fideles ducit. Præclarè de hac nube philoſophatur bonus ille auctot, cuius verba non ſemel produximus, ſic ille ſcribit expendens illud Dauidis: *& eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis*, Pſalm. 77. 16. *Si hiſtoriam quæras, de* COLVMNA *illa ſermo eſt, quæ plebem Dei per deſertum ductauit, lucem inter denſiſſimas noctis tenebras, & vmbram offerens inter ardores diei. Si verò ſenſum moralem quæras, de Euchariſtia locus exponendus. Cùm multa contulerit Deus filijs Iſrael, cùm eos de Ægyptiaca captiuitate extraxit; inter omnia columnæ mentionem fecit, & huic rem totam attribuit; vnde dicit: Deduxit eos in nube diei, &c. Etenim huic columnæ Angelus inſidebat, penes quem erat illius populi cura, & qui vices Dei gerebat. Quapropter ſignum haud obſcurũ obtulit Euchariſtia, cui Chriſtus ipſe inſidet. Ego, ſicut per columnam Hebræorum populum de Ægyptiaco ergaſtulo tranſtulit in terram promiſſionis: non aliter per Euchariſtiam homines abduxit à peccatis, & in beatitudinem traduxit.*

Pſalm 77. 16. P. 1o. Pi. in cap. 15. Eccl.

Supplicium in euchariſtica nube timendum. Idem.

Pergit, & explicat quî *nubes diei* columna illa dicta ſit, & *in illuminatione ignis* omnia ad Euchariſtiam flectens, quæ beneficiorum imbrem nobis ita demittit, vt ſimul ignem, ac pœnam, indignè ſumentibus pariat; ait igitur: *Cæterùm quid eſt, quod dicit: In* NVBE DIEI, *& in illuminatione ignis? Nubes illa diei ſignificat beneficia, quæ Deus contulit his, qui dignè ad Euchariſtiam accedunt, per nubium enim miniſterium imbrem immittit, terram rigat, ſegetes, & omnes fructus producit, ardores ſolarium radiorum temperat. Benè ergo per nubem diei beneficia intelligenda ſunt, quæ Deus ſuſcipientibus Euchariſtiam confert. Addit in illuminatione ignis, ſenſus moralis, ſupplicium notat, quo Deus afficere non rarò ſolet eos, qui audent impuri tantum ſacramentum attrectare Ergo Deus remunerat piè accedentes, & conuenientes indignè ad Euchariſtiam ſupplicio territat, homines à peccatorum tenebris abductos ſyderibus infert.*

Euchariſtiæ nubes orationem non impedit, ſed vim ei addit. Thren. 3. 34.

In hac nube locum ſenteoria illa non habet, qua vſus eſt Ioannes Thren. 3. 44. *Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio*; nam euchariſticam tibi oubem oppoſuit, vt faciliùs oratio tranſiret.

Pſalm. 39. 7. *Totus auris Chriſtus præſertim in Euchariſtia.* Anon.

Oratiooes ooſtras facilis, promptúſque exaudit, ſob eochariſtica nube latet Chriſtus, adeò vt ob id totus auris videatur; hæc aliqui vocant Pſalm. 39. 7. *Aures autem perfeciſti mihi*; nimirum, *cùm de Euchariſtia agitur*, boni auctoris hæc ſunt verba; *totum corpus Chriſti dicitur* AVRAS, *quia omnino intentus eſt ibidem Chriſtus ad excipiendas noſtras orationes, adeò vt totus eſſe auris videatur, vnde non oculos, non manus, non pedes poſuit, ſed aures*; appoſuit ergo hic nubem, vt oratio tranſiret dum ſub euchariſtica nobe delltеſcit Chriſtus.

EXCVRSVS LXXXII.

Pluſquam mellea Euchariſtiæ dulcedo.

Mel *cur à ſacrificijs exularet.*
Putitas *in ſacris.*
Lex melli *cur comparata.*
Infirmis amara *Dei eloquia*, dulcia *ſanis.*
Dulcia *Dei eloquia, ea* cuſtodientibus.
Mel humilitas, *quia omnia condit.*
Qui mel *fabricat ſuper opera ſua euolet.*
Vitia facilè amaritudinem *ſuam virtutibus affricant, mellis exemplo id explicatur.*
Mel *Kalendis Ianuarijs boni ominis cauſa dabatur.*
Felicia omnia vbi euchariſticum mel.
Promiſſionis terra quæ melle, *& lacte fluebat, Chriſti figura.*
Chriſtus tanquam apis mel *habet, non habet aculeum.*
Sacramenta latentes *Eccleſiæ* delitiæ.
Mel *vino mixtum in die cœnæ exhiberi ab aliquibus ſolitum.*
Mel *tritico mixtum vt columbas ad reditum allicerent.*
Ad Chriſti dulcedinem, *præſertim in Euchariſtia, res flectitur.*
Mel *ob dulcedinem ſacra Euchariſtia.*
Mentem hoc mel *illuminat.*
Puriſſimæ delitiæ *quæ in Euchariſtia deliteſcunt.*

Amaritudo omnis in euchariſtico melle *conditur, & dulcis fit.*

Dei bonitas vt & mellis *dulcedo, experientia potius ſentitur, quàm verbis exprimi poſſit.*

Inexplicabilis Euchariſtiæ dulcedo, *&* ſuauitas.

Euchariſtia deliciæ *inexplicabiles.*

Aduerſitatis tempore maximè ad euchariſticum mel *accurrendum.*

1094. SOlent, quæ dulcia, quæ ſuauia melli comparati, mellea dici; cùm de Euchariſtia nobis ſit ſermo, quæ ipſum totius dulcedinis, ac ſuauitatis fontem continet, qui poteram non de eius dulcedine aliqua non libare; tetigi non ſemel in hoc opere hoc argumentum, ſed tetigi tantùm, hic diutiùs immorandum eſt, ita tamen vt de eius ſuauitate aliqua dixerimus; nihil ea putentur quæ dicta, ſi rem, vt res eſt, penſemus; melli compono Euchariſtiæ ſacramentum, ſed antequam rem aggrediar, aliqua dicenda de melle ipſo, aut quæ cum melle cognationem aliquam habent, ſternenda nobis ſunt, quæ penitus ab argumento non ſint aliena, aut ſi ſint, flecti ad ea non leui brachio poſſint. quæ hic tractantur, certè non inutilia exhibebunt monita, quidni plura huc conuehamus, cùm melle coodire omnia ſoleant? ſed ad rem.

Mel cur à ſacrificijs exularet. Theod. *Puritas in ſacris.*

Mel Dei præcepto à ſacrificiis exulabat, quia nimirum, vt aliqui voluere, etiam in locis impuris ſedeant apes, & ex omnibus conficiendi mellis occaſionem accipiant; Theodoretus quæſt. 1. in Leuit. *Prohibet quoque afferri* MEL AD ALTARE, *eo quòd apis, vt quidam ferunt, in locis impuris ſedeat, & vndecũque conficiẽdi mellis occaſiones concernet*; contrà apis, quæ euchariſticum mel conficit, puta loca frequentat, puris cordibus inſidet, puritaté amat.

Lex melli cur comparata. S. Chryſ.

Legem melli comparabat Beatus Chryſoſtomus, quia vt hoc natura dulce ægrotis eſt amarum, ita diuina lex pleriſque videtur onetoſa, non ſui conditione, ſed noſtra deſidia, hæc illius verba hom. 8. de pœnitentia: MEL *natura dulcedinem habet, atque eandem iucundiſſimam, ſed ægrotis amarum quid atque illibitum eſt, non propria, ſed illorum ægritudinis natura: ſic & lex tametſi videtur oneroſa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigritia.* Hoc Danidis exemplo egregiè confirmat idem ſanctus Doctor Prologo in Euangelium Ioannis, vbi ait: *Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper* MEL, *& fauum, ſed benè valentibus tantùm; quamobrem ſubdidit: Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea. Et alio in loco cùm ſuauia dixiſſet, addidit, faucibus meis. Quàm ſuauia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Et iterum vt eorum ſignificaret excellentiam: Super mel, inquit, & fauum ori meo, cùm in bona eſſet valetudine.* Eadem mente ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 18. ad illud: *Dulciora ſuper mel, & fauum*; addit enim: *Dulciora ſuper* MEL, *& fauum; ſed hoc aduerſum eſt erranti, mel amarum eſt febrienti, dulce tamen, & acceptabile ſanato, quia charum eſt ſanitati*; ſic eloquia Dei grata, & dulciora ſanis, ægris diſplicent, & amara videntur.

Pſalm. 18.

Infirmis amara Dei eloquia, dulcia ſanis. S. Auguſt.

Dulcia Dei eloquia ea cuſtodientibus. Pſalm 18. S. Auguſt.

Dulcia fuere Dei ſeruo eloquia Dei, non quia de illis loqueretur; ſed quia illa cuſtodiret; addit enim ſtatim: *Nam & ſeruus tuus cuſtodit ea*; vbi ſanctus Auguſtinus: *Quàm dulcia iſta ſint cuſtodiendo, probat ſeruus tuus, non loquendo.*

Mel humilitas, quia omnia condit. Vgo Vict.

Quã humilitas mel referat, ſcitè explicat Vgo Vict. inſtit. monaſt. in 2. de clauſtro animæ cap. 8. *Sicut* MEL *concordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuerſitatibus ſpecierum, ſic & humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera virtutum.*

Mel fabricat apis, ſed ne melli hæreat, alas à Deo habet, vt hoc exemplo nos quoque doceremur nobis ſuper opera noſtra euolandum; ſancti Auguſtini hæc ſunt verba epiſt. 113. *Laxatis curis mutabilium rerum bona ſtabilia, & certa quæramus;* SVPERVOLEMVS *terrenis operibus noſtris, nã in mellis copia nõ fruſtra pẽnas habet apicula, necſtis enim hærẽt.* 1095.

Qui mel fabricat, ſuper opera ſua volet. S. Auguſt.

Vitia facilius amaritudinem ſuam virtutibus affricare, quàm vitiis virtutes; ſuam dulcedinem mellis, & abſynthij comparatione explicabat ſanctus Gregorius Nazianzenus Apolog. 1. ſic enim ibi ſcribit: *Citius enim exiguum vitium vberrimè, largiſſiméque cuipiam impertiri queat quàm vel copioſiſſima virtus parcè communicari. Nam & exiguum abſynthium amatorem ſuum* MELLI *celerrime impertierit: mel contrà ne duplo quidem maius dulcedinem ſuam abſynthio infuderit: ac paruo quidem lapide ſubmoto, flumen totum in pronum trahitur, eiuſdem autem impetus firmiſſimo etiam agere cohiberi, reprimique vix poteſt.*

Vitia faciliꝰ amaritudinẽ ſuam virtutibus affricant, mellis exemplo id explicatur. S. Greg. Naz.

Mel, vt hoc quoque adiiciam, dabatur Kalendis Ianuariis in albis cordis; ſed cur, inquies? An boni ominis cauſa? Indicat Ouidius 1. Faſtorum,

Quid vult palma ſibi, rugoſaque carica, dixi,
Et data ſub niueo condita MELLE *cado.*
Omen, ait, cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur,
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.

Mel Kalendis Ianuarys boni ominis cauſa dabatur. Ouid.

Hæc Gentilium commenta, hæ tenebræ; verè boni ominis eſt mel quod nobis Chriſtus exhibet, dum ſe offert, felix ab hoc melle annus initium ſumit, felix totus decurret, euchariſtici mellis eſu, vsúque.

Felicia omnia vbi euchariſticum mel.

Promiſſionis terram efferre cùm vellet, vbertatémque eius explicare, lac & mel producturam dicebat; vt terra lacte, & melle manans terræ promiſſionis eſſet veluti circumſcriptio; nobiliorem, fœcundiorémque terram nos habemus, Chriſtum ſcilicet, qui terrâ illâ ſignificabatur, quod in hunc modum notabat etiam B. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 5. poſt medium: *Incarnatio per myſterium eſt illa* REPROMISSIONIS TERRA, QVÆ LAC, ET MEL FLVERE DICITVR, *lac enim de carne fluit, mel de ſuperioribus venit, quia igitur in vno mediatore Dei, & hominum, & humanitatis lac, & mel diuinitatis ineſſe cognoſcitur, rectam per terram lacte, & melle manantem Incarnationis eius myſterium figuratur*; ſed præcipuè mel habemus in euchariſtico conuiuio, quod omnem dulcedinem exhibet, omnem ſuauitatem.

Promiſſionis terra quæ melle, & lacte fluebat Chriſti figura. S. Pet. Dam.

1096. Cœleſtis è cœlo apis ad nos Dei filius venit, mel ſecum tulit, ſed ita mellis dulcedinem habuit, vt aculei non haberet amaritudinem, totus melleus, totus miſericors, totus ſuauis; prælOit B. Bernardus ſerm. 2. de Aduentu, cuius hæc ſunt verba: *Apis habet* MELLIS *dulcedinem, habet & aculei punctionem; attamen ad nos veniens ſolum mel attulit, & non aculeum, miſericordiam, & non iudicium, nam filius hominis non venit vt iudicet, ſed vt ſaluet.*

Chriſtus tanquam apis mel habet, nõ habet aculeum. S. Bern.

Vniuersè ſacramenta latentes ſunt Eccleſiæ delitiæ, quas benè intelligere, benè guſtare nemo poteſt, niſi det ille, qui illa inſtituit; præclarè de hac re diſſerit Anonymus noſter auctor tract. 2. de præpar. Miſſ. vbi ita ſentit, ita ſcribit: *Nempe quemadmodum nemo ad perceptionem æternorum gaudiorum, dapiúmque cœleſtium, niſi per Chriſtum ingreditur, ita neque ad intelligendum, atque guſtandum ſacramenta Eccleſiaſtica, quæ fidelium ſunt latentes delitiæ, & in Eccleſiæ triclinio inſtituta miniſtrantur. Audi ipſum Dominum vtrumque dicentem: Ego, inquit, ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Ingreditur, & paſcua inueniet. Ingreditur vtique in*

Sacramenta latentes Eccleſiæ delitiæ. Anon.

Eccleſia

Eccleſia per me, credendo me eſſe Dei filium Patris verbum ſine initio genitum, per quod facta ſunt omnia, & à quo iuſtificantur, quotquot ſaluandi ſunt virtute ſacramentorum, & fide: & vi ipſis ſpiritualia inuenient paſcua. Porrò in ipſis ſacramentis, quemadmodum latent diuina opera; ita & delectationes immẽſæ, præcelſa dona, virtutes innumera communicantur, purè credentibus accedẽtibus non fusè, ardenter diligentibus, ac deuotè ſumẽtibus; ſed propiùs ad euchariſticũ mel accedamus.

Mel vino mixtũ in die cœnæ exhiberi ab aliquibus ſolitum. S.Petr.Ven.

Apud nonnullos cùm mel vino miſcere interdiceretur cum aliis ſpeciebus, id tamen licebat in die cœnæ Dominicæ. Sic ſeruabatur apud Cluniacenſes, vt ſcribit S. Petrus Venerabilis in ſtatutis congregationis Cluniacenſis ſtat. 11. vbi ait: *Statutum eſt, vt ab omni* MELLIS, *ac* SPECIERVM *cum vino confectione, quod vulgari nomine pigmẽtum vocatur, cœna Domini tantùm excepta, qua die mel abſque ſpeciebus vino mixtum antiquitas permiſit, omnes Cluniacenſis Ordinis fratres abſtineant*; cohæret cum hoc die mel, vt indicio eſſet, melleam in euchariſtico vino eſſe dulcedinem, quod paratum hoc die fuit.

1097. *Mel tritico mixtum vt columbas ad reditum allicerent.* Dauid de Aug.

Totus melleus, totus mel Chriſtus, qui aliquando vberiùs dulcedinis ſuæ ſuauitate ſuos obruit, vt in tentationis amaritudine illius memoria citiùs ad illum redeamus, firmiùs ſtemus; id columbæ exemplo, quibus triticum melle mixtum exhibebatur, vt altò auolantes cibi dulcedine allectæ redirent, explicat Dauid de Auguſta de ſeptem proceſſibus religioſi ſtatus cap. 3. vbi transfigurationem Chriſti huc flectens, ait: *Columba longiùs emittenda priùs nutriuntur* TRITICO CVM MELLE, *& quantumcumque longè emiſſa fuerint, ſemper illuc redire contendant, vbi delicatè ſe paſtas eſſe meminerint. Sic Petrus priùs in montem excelſum ſeorſum ducitur, vbi gloriam transfigurationis videat, & poſtea à ſatana expetitus, vt cribraret eum, in tentatione recoleret priorem dulcedinem ſuam, quam expertus erat, & rediret ad Dominum.* Nos in Euchariſtiæ ſacramento & mel habemus, & triticum, imò triticum ipſum euchariſticum mel refert ob ſuauitatem, quam puræ animæ puro palato affert.

Ad Chriſti dulcedinem præſertim in Euchariſtia res flectitur. Mel ob dulcedinem ſacra Euchariſtia. S.Thom. *Mentem hoc mel illuminat.*

Mel ob dulcedinem eſt ſacra Euchariſtia, ſed cetam ſimul exhibet ad lumen; S.Thomas opuſc. 58. cap. 1 huc vocat illud Salomonis Prou. 24. *Comede fili mi mel, quia bonum eſt*; *Mel*, inquit, *corpus Chriſti dulce ſignificat, hoc bonum eſt, quia tenebras mentis illuminat.*

Puriſſima delicia, quæ in Euchariſtia deliteſcunt. Bloſ.

Potiſſimas delitias, quibus anima afficitur, quæ per Euchariſtiam ſponſo ſuo vnitur; ſic ipſe Chriſtus efferebat Beatam Gertrudem alloquens, vt refert Bloſius in animæ conclaui cap. 6. n. 4. *Quando me tibi communico in ſacramento altaris, blandior tibi per amplexus, & oſcula: atque hæc delectatio incomparabiliter maior eſt, quam ſint omnes delectationes, quas vnquam aliqui potuerunt experiri in amplexibus, & oſculis humanis. Nam delectatio amplexuum, & oſculorum humanorum vilis eſt, atque cum tempore tranſit: ſuauitas verò vnionis illius mihi in ſacramento altaris, nobiliſſima, atque puriſſima eſt, nec vnquam deficit, aut teſceſcit; ſed quanto ſæpiùs renouatur, tanto efficaciùs viget in æternum.*

1098. *Amaritudo omnis in euchariſtico melle eliditur, & dulcis fit.*

Hoc habet mel peculiare, vt quicquid in illud inicitur, acerbitatem, & amaritudinem, ſi quam habet, exuat, dulcedinémque, qua mel præditum refetat; nihil ferè adeò à dulcedine alienum, quod dulcedinem illi non affricet mel, ſi intra mellis ſinum aliquo tempore fuerit; idem & perfectius de euchariſtico melle cenſe, nec aberrabis; nihil adeò amarum quod hìc non dulceſcat, nihil aſperum, quod non fiat molle, nihil adeò immaturum, & crudum, quod hìc maturum non fiat, & perficiatur, Chriſtus ipſe moriturus hoc ſacramentum inſtituit, vt hoc omnes ſuos cruciatus, paſſioniſque ſuæ amaritudines veluti condiret, dulcéſque & ſuaues ad nos peruenirent; & non ſuauiſſima, dulciſſimáque fuere Martyribus tormenta, non leues laniationes, non mollia quæcunque aſpera? fuere; & vnde iſtuc? ab euchariſtico melle præcipuè, quo omnia condiuntur; vetus ille: *Nihil adeò amarum, quod in Euchariſtia ſacramento* VELVTI MELLE NON FIAT MELLEVM; verè ita eſt, dulcis omnis amaritudo eſt, hoc melle adſperſa, ac, vt ita dicam, condita.

Anon.

Dei bonitas vt & mellis dulcedo experientia potius ſentitur, quã verbis exprimi poſſit. S.Baſil.

Vt mellis dulcedo melius guſtu ſentitur, quàm ſermone declaretur, ita & Dei bonitas, ſuauitáſque experientia potius percipitur, quàm verbis, quam docuimus; S.Baſilij hæc ſunt verba hom. 9. in Pſal. 33. *Quemadmodum* MELLIS NATVRA, *non in tantum ſermone declarare inexpertus poteſt, quantum in ipſo guſtus ſenſu. Sic neque bonitas cœleſtis verbis lare doctrinæ tradi poteſt, ſi non veritatis dogmatibus diutius examinatis per propriã experiẽtiam bonitatem Domini apprehendere potuimus.* idem de Euchariſtia aſſerendũ eſt, cuius ſuauitas, & dulcedo exprimi verbis nequit.

Inexplicabilis euchariſtici cibi dulcedo. Gen. 2. 9.

Inexplicabilis euchariſtici cibi ſuauitas, ineffabilis dulcedo eſt; hìc indiſcuſſum non debet abire, quod habetur Gen. 2. 9. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.* Audis arborum pulchritudinem à Moyſe efferri? efferri fructuum ſuauitatem? Pergit ſtatim: *Lignum etiam vitæ in medio Paradiſi*; ligni ſolius mentio fit, non fit eius pulchritudinis, non fit ſuauitatis; cur ita? An quia vtrumque colligebatur ex eo quod de omnibus arboribus dictum erat. An quia lignum vitæ Euchariſtiæ figura erat, vt inter alios aſſerit S. Paſchaſius Ratbertus, cuius verba alibi produxi, & quia euchariſtici fructus dulcedo, ac ſuauitas verbis exprimi non poteſt, idcirco nec ligni vitæ pulchritudo, ac dulcedo explicata à Moyſe verbis eſt.

S.Paſch.

Euchariſtiæ delitiæ inexplicabiles P.Hier. No.

Non caſu factum vt nullibi in Euangelio euchariſti cibi dulcedo, ſuauitáſque qua putas animam afficit, explicetur; mannæ ſapores, dulcedinémque commendauit mellis, extulit & illius aquæ, quæ à petra fluxit, vt melli ob id compararetur; *eduxit mel de petra*, de euchariſtico conuiuio, quod omnium ferculorum ſuauitatem, deliciáſque ſuperat, nihil nobis edixit; cur ita? An quia inexplicabiles hæ delitiæ, hæ ineffabilis illius dulcedo, illius ſuauitas? Verè, & verus ille fuit, qui dixit: *De ipſius Euchariſtia dulcedine nihil in ſacro Euangelio ſcriptum reperimus*, QVIA VERBIS EXPLICARI NON POTEST ILLIVS DVLCEDO, ATQVE SVAVITAS; ſi nudæ vmbræ, ac figuræ tantam ſuauitatem, ac dulcedinem habuere, quid habere ipſam veritatem putandum eſt? Satis eſt eiuſmodi dulcedinis, & ſuauitatis omnis fontem in aqua à nobis excipi.

Aduerſitatũ tempore maximè ad euchariſticum mel accurrẽdum.

Qui verò ad Euchariſtiam ire, qui apud illam manere debeamus, & quando, apes ipſæ nos docent, itam apes cùm futuras explorant imbres, neque facilè à fauis recedunt, cùm imber terræ imminet; in euchariſtico fauo idem à nobis fiat, cùm nubila ſunt tempora, vrgemur aduerſis, frequentiùs ad euchariſticum fauum accurramus, diutiúſque apud illud immoremur; ſcite ille: APES *à fauis non recedunt, dum imminet imber, quod quidem ſignificat nos frequentiùs ad* EVCHARISTIAM *accedere debere, dum* TEMPORA SVNT NVBILA, *& difficultatibus vrgemur.* minus nobis aduerſa nocerent; plus iuuarent, leuiora eſſent, quæ videntur grauia, meliora, quæ dura, ſi ad euchariſticum mel in rebus turbidis, &

diſcriminibus refertis accurreremus, & diu apud illud maneremus.

EXCVRSVS LXXXIII.

Euchariſticum manna quî colligi, quî edi debeat.

Cur quotidie *manna Hebræis eſſet colligendũ.*
Spiritualia ſemper quærenda, *nec in inuentis ſiſtere debemus.*
Nemo ſibi theſaurizet *ſuper terram.*
Sacra Scripturæ manna ſatietatem *habet, quæ proficit, non quæ nocet.*
Non noxia, *ſed* vtili dulcedine *prædita Euchariſtia.*
Hebræis tanquam infirmis *mannæ teneritudo exhibita, nobis tanquam firmis cœleſtis panis.*
In ſacra hoſtia ſanctitatis, *non* magnitudinis *habetur ratio.*
Sapidior cœleſtis dulcedo *poſt tribulationis amaritudinem.*
A veteri vita *egrediatur Euchariſticum manna collecturus.*
Qui terrenas voluptates *deſerunt, cœleſtibus recreantur.*
Ægyptiaca fercula *non cogitet euchariſticum manna editurus.*
Euchariſticum manna *faſtidit, qui torpet, nec in Dei obſequio proficere curat.*
Ægrè regi *populus poteſt, cùm* cœleſtia faſtidit, *& præcipuè manna euchariſticum.*
Manna faſtidiuit *populus Hebræus, quæſierunt cepas, & allia cùm Barabbam Chriſto prætulerunt.*
Non eſſe propter hanc vitam theſaurizandum *vt manna docuerit.*
Spiritus ſancti vento *anima mundanda, quæ manna euchariſticum debet excipere.*
Sub panis ſpecie nobis Chriſtus exhibetur, ne hunc cibum faſtidiremus, *vt Hebræi manna.*
Legis obſeruatio *cum euchariſtico manna.*
Diuinæ legis amicus, *qui Euchariſtiã tãgit.*
Legis diuinæ cognati *quodãmodo Sacerdotes.*

1099. VT multa paſſim ex manna, quæ expreſſa Euchariſtiæ noſtræ figura fuit, ad Euchariſtiam paſſim in hoc opere tranſtulerim, adhuc tamen ſuperſunt alia, quæ præterire non debeo, nec ſilentio inuoluere, quum vtilium monitorum ſint grauida, & euchariſticum ſacramentum eſſerant, & commendent; de manna pleraque attuli in primo ſacrorum electorum libro, hîc aliqua ibi indicta pio lectori offero.

Cur quotidie manna Hebræis eſſet colligendum. Rabb.

Cur quotidie manna colligere deberent Hebræi, Hebræi quærunt? Reſpondéntque id factum vt quotidiano beneficio moniti corda ad Deum diſponerent; in Sanhedrin c. 9. hæc ferè habentur, quod refert Ioan. Cocc. in excerp. Gemar. Sanhedrin cap. 5. *Quæſitum erat, quare Deus in deſerto potius quotidie, quàm ſemel in anno* MANNA *voluerit dare? Reſpondetur, ſi filio in ſingulos dies victus ſtatutus ſit, neceſſe eſt, vt patrem adeat quotidie. Ita Iſraëlitas quotidiano beneficio, vt corda ad Deum diſponerent, admonitos fuiſſe.*

Spiritualia ſemper quærenda, nec in inuentis ſiſtere debemus. B. Laur. Iuſt.

Quotidie manna colligendum erat, qua re tacitè moneremur, ſpiritalem cibum ſemper quæreremus inuentis, acceptis nunquam contenti; opportunè Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de obedientia cap. 14. *Et* MANNA *quamuis de cœlo daretur, ſingulis tamen diebus opus erat vt colligeretur: quatenus tacitè peregrinantibus in hoc ſæculo, tanquam in deſerto ambulantibus inſinuaretur, vt ſine intermiſſione cibum, potúmque ſpiritualem quærerent, nequaquam de priori, ac ſumpto contenti. Quamuis enim guſtata deuotio, & ſapientiæ aqua potata interiorem nutriant hominem, & à carnalibus voluptatibus alienum faciant, non valent tamen ita ſufficientiam præſtare famelico, vt demùm non eſurire, ac ſitire cogatur.*

Nemo ſibi theſaurizet ſuper terram.

Iſtud etiam mirum in manna accidiſſe legimus; vt ille qui plus colligeret, nihil haberet ampliùs, quàm qui minus; qua re docere Deus populum ſuum voluit, ne ſibi theſaurizaret ſuper terram, paucíſque eſſet contentus, licèt monitum iſtuc, vt & alia perficere populus iſte contempſerit; noſtrum eſt illud opere complere, quibus cœlum, cœleſtiáque ſunt promiſſa; alioquin non vermis ſenſibilis ebulliet, ſed iuſtitiæ; id quod notabat ſanctus Chryſoſtomus hom. 23. in epiſt. ad Epheſios, vbi hæc habet verba: *Illic in* MANNA *dicit, & in ſolitudine. Qui multum, non plus habuit: & qui parum, non minus. Hoc quoque nobis eſt præceptum, ne theſaurizemus ſuper terram. Sin autem theſaurizemus, non amplius corrumpit, & perdit vermis ſenſibilis ſicut in manna, ſed vermis iuſtitiæ. Omnia ergo conficiamus, ne vermi paremus alimentum.* S Chryſoſt.

Saporem omnem habet euchariſticum manna præter eum, qui carnem ſapiat, peccatum nutriat, culpam foueat; Beda explicans, quî potuerint filij Iſraël in deſerto carnes petere, carnes deſiderare, cùm manna illis è cœlo plueret, quæ omnem referebat ſaporem, nodum ita ſoluit ad ſacram Scripturam rem coërcens: *Cur filij Iſraël carnem deſiderauerunt, habentes manna: quod ita ſoluitur, quia manna omnis cibi ſimilitudinem habuit præter carnis. Sic & ſancta Scriptura omnem ſatietatem, quæ proficit, habet præter voluntatem peccatricem. Dominus quoque idcirco dedit carnes ne modicæ poteſtatis putaretur.* Idem ſentiendum eſt de Euchariſtia, cuius manna fuit figura, carnis ſaporem non habet, quia ſatietatem illam habet, quæ proficiat, non quæ ſit noxia, quæ peccatum deſtruat, non foueat. 1100.

Sacra Scriptura manna ſatietatẽ habet quæ proficit, non quæ nocet. B Beda. *Nõ noxia, ſed vtili dulcedine prædita Euchariſtia.*

Hebræis tanquam infirmis, languidis, imbecillibus manna exhibitum eſt, quia nimirum ſolido cœleſtis panis cibo indigni erant, & eius eſui inepti exhibendum eſt Chriſtianis tanquam fortioribus; hinc illud ſancti Zenonis ſerm. 53. *Infirmis, ac languidis Iudæis* MANNÆ TENERITVDINEM *irrorauit. Non enim erant idonei, aut digni, qui cœleſtis panis perpetua ſoliditate fruerentur.*

Hebræis tanquam infirmis manna teneritudo exhibita nobis tãquam firmis cœleſtis panis. S. Zeno.

Sicut Adam punitus eſt, excidítque à iuſtitia originali, non quia magnum quid pomi deuorauit, ſed quia contra obedientiam pomum momordit, ita etiam hîc non pro quantitate euchariſticarum ſpecierum, vita exhibetur, ſed minimum quid ſufficit, ſicque exiguæ in Eccleſia hoſtiæ adhibentur. Huc verba transferam, quæ habet Beatus Rupertus lib. 3. comment. in Exodum cap. 17. vbi quod de manna aſſerit Moſes, ad Euchariſtiam flectit in hunc modum: *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, &c. Hoc pro virtute cibi, & ſpiritualis potus, id eſt, corporis, & ſanguinis Chriſti, ſciendum* 1101.

In ſacra hoſtia ſanctitatis nõ magnitudinis habetur ratio. B. Rupert.

&

& firmiter tenendum eſt, quià non pro quantitate portionis, quam ore percipit, ſecundùm viſibilem ſpeciem panis, & vini, altus plus, alius minus conſequitur de gratia ſpiritus viuificantis, ſed ſinguli iuxta id quod poſſint edere congregant, id eſt, quod poſſunt credere, remiſſionem peccatorum percipiunt, & vitam æternam. Sicut enim pater noſter qui primus peccauit, cuius nos iniquitatem portauimus, non pro quantitate morſus ſui, ſiue pomi, quod momordit, ſententiam, vel damnationem iuſtam accepit, tantùmque illi valuit pomum vnum momordiſſe, quantum quicquid pomorum in arbore illa fuit deuoraſſet, ad conſummationem infidelitatis, & inobedientiæ: ſic è contrario quiſque noſtrùm, non pro quantitate portiunculæ viuifici panis, quæ frangitur illi, quam ore ſumit, aut dentibus ferit, gratiam, vel vitam accipit, ſed tantum illi valet ad conſecutionem iuſtitiæ exiguum quid percepiſſe, quantum valeret, ſi totum quod oblatum eſt, proprio ſolus perciperet ore. Rectè ergo ſancta Chriſti Eccleſia, panes non valdè grandes, ſed exiguos ad conficiendum corpus Chriſti componit ſimiles, & valdè tenues, neque vini multum, ſed exiguum quid infundit, quia (ſicut iam dictum eſt) nec qui plus colliget, habebit amplius, nec qui minus parauerit, reperiet minus.

Sapidior cœleſtis dulcedo poſt tribulationis amaritudinem. Priùs penuria Hebræorum populum exercuit, deinde manna exhibuit, Deut. 8. v.3. *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna*; vt ſapidior cibus poſt afflictionem eſſet, hæc verba ad orationem, orationiſque apparatum in hunc modum flectit Beatus Laurentius Iuſtinianus tractatu de oratione cap.5. *Afflictio ſimiliter, ac tribulatio patienter accepta, non mediocriter mentem ad orationem diſponit. De hoc legitur in Deuteronomio: Afflixi te penuria, & dedi tibi cibum manna. Nam priùs exurit cordis rubiginem triſtitia, & tribulatio: & caligo vitiorum detergitur: deinde raptim, & abundè incircumſcripto lumine mens illuſtratur: atque in gaudio cuiuſdam ſecuritatis abſorbetur, & quaſi poſt defectum præſentis vitæ vltra ſe rapta in quandam nouitatem recreatur.*

1102. *A veteri vita egrediatur euchariſticũ manna collecturus.* Exod. 16. Rup. Populus manna collecturus egredi iuſſus eſt, ſic enim habes Exod. 16. v.4. *Egrediatur populus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies*; egreſſus iſte nos vocat, & vrget, nimirum veteri homine exuto vitam nouam debet inſtituere, qui euchariſticum manna mentis ſuæ ſinu collecturus eſt; ſcitè Rupertus lib.3. in Exod. cap.11. *Profectò & nobis ſpiritualiter* EGREDIENDVM EST, *vt colligamus, quantum ſufficere poteſt. Vnde egrediemur? de priſtina conuerſatione, de vetuſtate vitæ; nondum enim depoſito vetere homine non eſt nobis hoc* MANNA COLLIGERE, *non eſt nobis hunc panem Dominicum manducare.*

Qui terrenas voluptates deſerunt, cœleſtibus recreantur. B. Laur. Iuſt. Eos qui terrenas voluptates, ſæculum, ſæculíque delitias deſerunt, Dei prouidentia ſpiritualibus refici, ac recreari, vt deficiat in via, ex manna, quæ de cœlo pluit Hebræorum populo, poſtquam ab Ægypto diſceſſerat, ita colligebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſat. cap.8. *Sacra tradunt hiſtoria, quòd Dominus Ieſus poſtquam Hebræorum populum in ſignis, & portentis mirabilibus de Ægyptiaca liberaſſet ſeruitute, atque ſubmerſo in mari rubro Pharaone cum omni ſuo exercitu, duxiſſet in deſertum: quum terrena conſumpſiſſent cibaria, illis cœleſtia præſtitit alimenta. Nam manna illis de cœlo pluit ad manducandum, vt cœlico ſatiati pane, eſcas, quas in Ægypto reliquerant, rurſus non appeterent; cuncta ipſi populo carnali, ac rudi in figura contingebant. Re autem vera ad eruditionem noſtri ſcripta ſunt. Indicauit tunc in illis diuinus ſermo poſteris, quòd ſicut qui de Ægypto educti fuere, cœleſti neceſſe fuit vt paſcerentur cibo, ne iterum corpore, & deſiderio reuerterentur ad illam, de qua redempti fuerant, ſeruitutem, ſi nimia fatigarentur inedia: ita & qui de voluptuoſa, ac fœtida ſæculi huius conuerſatione exeunt, & in ſpiritualem ſolitudinem monaſticæ aſperitatis introducuntur, omnino ne defluant ad illa, quæ deſeruerunt, & ad vomitum redeant, oportet vt ſuper cœleſti paſcantur refectione, & ſpirituali reficiantur alimonia. Humana etenim mens temporalibus aſſueta delitijs, nequaquam illis priuari patitur, niſi ſpiritualia vtcumque deguſtet.*

Non eſſe Ægyptiaca fercula cogitanda cùm euchariſticum manna ad ſacrum altare edere debemus, inſigni hoc exemplo firmari poteſt, quod narrat ſanctus Petrus Damianus opuſc. 20. cap.4. *Epiſcopus quidam Naupredam ſibi parari præceperat, qui paulo pòſt dum inter ipſa Miſſarum ſolemnia ſacris altaribus deuotus aſſiſteret, ecce Naupradæ memoria illecebroſi guſtus eum tentauit affectu. Ille, vt erat inſignis animi, talia ſe pati poſſe in obtutibus occulti, & omnipotentis inſpectoris erubuit, expletiſque regreſſus officijs, febreticum animæ piſcem pauperi tradendum eſſe mandauit. Sic profectò canicula voluptatis, quæ ſub menſa corporis, vtrumque potuiſſes viuere, ad Sancta Sanctorum impudenter irrumpens, pænitentiæ fuſte mactata, meruit interire.* 1103. *Ægyptiaca fercula nõ cogitet euchariſticũ manna editurus.* S. Petr. Dam.

Torporem omnem excutiat, qui euchariſticum panem vult colligere, vult edere, accedat, eliminet, nec cœleſtem iſtum panem incipiat faſtidire; etiam populus Hebraicus à torpore, & deſidia ad mannæ faſtidium iuit; Num.21. hæc habentur. *Tædere cœpit populum itineris, ac laboris*; vide hîc torporis ſpeciem, & laboris nauſeam, ſequitur: *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*; quæ verba ſic Anonymus auctor vertebat: *Nauſeat populus manna*, QVIA IAM TORPVERAT, *& acedia correptus vlteriùs ire nolebat; vbi pro torpore proficere in ſpirituali itinere quis negligit, neque vlteriùs pergere curat, tunc & Euchariſtiæ faſtidium obrepit*; ſicut & viciſſim mannæ faſtidium torporis cauſa eſt, mentiſque ad perfectiora ire detrectantis. *Euchariſticũ manna faſtidit, qui torpet, nec in Dei obſequijs proficere curat.* Num.21. Anon.

Ægrè regi populus poteſt, cùm cœleſtia faſtidit, terrena quærit; & intolerabilis eſt ponderis eos ferre, qui euchariſticum manna faſtidiunt, carnes quærunt; Num. 11. 14. Moyſem hæc dixiſſe verba legimus: *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi*; non facilè alibi reperias importabile regendi populi onus dixiſſe; cur nunc exertè fatetur, & conqueritur? quia, vt ille ait, *dixerat populus: Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man; & illud: Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, cepe, & allia: nimirum* TVNC MAXIME SENTITVR ONVS, *& grauis ſubditorum cura ſit, cùm cœleſtia faſtidit, & euchariſticas delicias ſæculi voluptatibus poſtponit.* *Ægrè regi populus poteſt, cùm cœleſtia faſtidit, & præcipuè manna euchariſticum.* Num.11.14. Anon.

Manna, vt hoc adiiciam, tunc faſtidiuit Hebraicus populus, cepas, & allia poſtulauit, cùm apud Pilatum Barabbam dimitti voluerunt, non Chriſtum; ſanctus Proſper parte 2. de promiſſionibus cap. 7. ita ſentiebat, cùm dixit: *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Nonne manna ſanctum repudiauerunt, quando Pilato volenti Ieſum dimittere, dixerunt: Noli ipſum dimittere, ſed Barabbam: Barabbas autem fuit inſignis latro, quem ſibi dimitti poſcentes, velut porros, cepas, allium, aſperas* *Manna faſtidiuit populus Hebræus, quæſierunt cepas, & allia, cum Barabbam Chriſto prætulerunt.* S. Proſper.

lachrymas, abſque Ægyptijs eſcis ex latronis ſceleribus deſideraſſe profeſſi ſunt.

Non eſſe propter hanc vitam theſaurizandum vt mãna docurrit.
S.Aug.

Non propter præſentem vitam theſautizandum nobis eſt, ſed propter futuram, iſtiúſque amore omnia præſtanda, ex manna, quæ in alterum diem ſeruata computreſcebat, niſi dies ille eſſet Sabbati, ita colligebat ſanctus Auguſtinus ſermone 91. de tempore: *Scaturierunt*, inquit, *de manna, & ebullierunt ex eo vermes, & computruit. Illud autem, quod pro die Sabbati reponebatur, non eſt corruptum, neque vermes ebullierunt in eo, ſed permanſit integrum. Et tu ergo ſi propter præſentem vitam tantummodo, & propter amorem ſæculi theſaurizes, continuò vermes ebulliunt. Denique audi de peccatoribus, & ijs qui præſens ſæculum diligunt, quid Propheta dicat; Vermes, inquit, eorum non morientur.*

1104. Notat Abulenſis in cap. 16. Exodi, antequam manna plueret Hebræis, Deum præmittere ſolitum ventum gracilem, qui terram exſiccatam mundaret; quæ res rectè ſignificabat, animæ noſtræ terram Spiritus ſancti admiratione ſuſpiriis, doloris artibus, amoriſque prius parandam antequam euchariſticum manna ſuo ſinu excipiat.

Spiritus ſancti vento anima mundanda, quæ manna euchariſticum debet excipere.
Abul.

Sub panis ſpecie nobis Chriſtus exhibetur, ne hunc cibum faſtidiremus, vt Hebræi manna.
Gab.Biel.

Sub panis ſpecie nobis Chriſti corpus exhibitum eſt, ne ſcilicet illud Hebræorum more qui manna faſtidierunt, faſtiditemus, licèt aſſiduè illo nutrirentur, nam nec panem, licèt quotidianus ſit eius eſus, faſtidimus; huc ſpectabat Biel ſermone 4. in cœna Domini: *Panis confirmat cor hominis, nec aliquando, licèt quotidianus ſit, faſtiditur; ſic per* EVCHARISTIAM *diuiniſſimam in gratia, quæ eſt vita ſpiritualis, fouemur, nutrimur, & augmentamur, nec aliquando faſtidimus, cùm ipſe ſit panis de cœlo præſtitus, omne delectamentum in ſe habens, & omnem ſaporem ſuauitatis.*

Legis obſeruatio cũ euchariſtico manna.
Eucher.

Manna cum lege erat, vt à nexu colligeremus euchariſtici cibi condimentum eſſe diuinæ legis obſeruantiam, & conſiliorum, quæ Chriſtus exhibuit in Euangelio: *Optimum condimentum*, inquit Euchet. *ad edendum Chriſtum* OBSERVANTIA LEGIS, *& conſiliorum Euangelicorum*; hoc ſuauius ſentitur mentis palatui euchariſticus cibus, quò diligentiùs iſto condimento veluti præparatur.

Diuinæ legis amicus qui Euchariſtiã tangit.
Alb.Pat.
Legis diuinæ cognati quodammodo Sacerdotes.

Legis diuinæ amicus ſit, qui ritè ſacerdotio debet fungi, & Euchariſtiam tangere; non caſu accidit Aaronem Moyſis legiſlatoris fratrem fuiſſe, fuiſſe & Sacerdotem, nimirum vt hoc innueretur, quod tetigi; pulchrè Albertus Patauinus ſerm. 64. *Pontifex frater Moyſi, id eſt, legis dicitur, quia* DIVINÆ LEGI *tanto ſtudio, & amore adhærere debet, vt germana ei videatur cognatione coniungi*; cognationem iſtam violant, & quantum in ipſis eſt tollunt illi Sacerdotes, qui diuinorum præceptorum temeratores, diuinam legem impugnant, & calcant, & cùm eam tueri deberent, aliorum ludibrio quodammodo exponunt, alióſque ad illius contemptum vocant, dum contemnunt; non legis diuinæ cognati, ſed hoſtes ſæuiſſimi, & hoc ipſo in legem ſæuiores, quò ſuæ dignitatis titulo, magis legi propinqui, fautores, tutoréſque eſſe debuerant.

EXCVRSVS LXXXIV.

Euchariſticum ſacramentum cœleſte ſemen, quod animæ humo commiſſum bona multa producit.

Principum dona ſemina *quædam ſunt.*
Vbique pullulare *Principis beneficia debent.*
Serit *beneficia Princeps, dum largitur.*
Chriſti beneficia multa *licèt* vnum *videatur.*
Omnia bona *Chriſtus.*
Carnalium concupiſcentiarum herbæ euellendæ, *ne euchariſtici frumenti fructus impediant.*
Lingua exprimi bona *non poſſunt, quæ euchariſticum ſemen affert.*
Commoda, *atque* vtilitates *euchariſtici* ſeminis.
Euchariſticum ſemen *eo plures fructus producit, quo anima magis exculta committitur.*
Bonis ineffabilibus *animam explet Euchariſtia.*
Beneficium auget Chriſtus, dum in ſpinas iaci *ſe ſinit.*
Vinum malorum metropolis, *ſed euchariſticum bonorum.*
Euellendæ diſciplinæ *oratio ſentes vt euchariſticum ſemen animæ committatur.*
Qui euchariſticum triticum ſeminat, *videat ne ſpinas metat.*
Triticum, *non paleas quiſque offerat, dum Euchariſtiam accipit.*

PRincipum, & Regum dona ſemina quædam 1105.
ſunt, quæ in populum ſparſa in ſegetem ſurgunt, pereunt ſi in vnum collecta negantur omnibus, adeò vt quæſtum liberalis Princeps putet, quòd ſuis ſua largitur; hac mente loquebatur ille apud Caſſiodorum lib. 3. variarum form. 29. *Quis neſciat noſtrum eſſe commodum ſupplicantis ad quæſtum? & illud bonis Principibus creſcere, quod benigna poſſunt largitate præſtare? Hæc ſunt enim regia dona, quòd* SEMINA SPARSA, *in ſegetem coaleſcunt: in vnum coacta, depereunt. Optamus ergo munera multis collata diuidere vt poſſint vbique noſtra beneficia pullulare.*

Principum dona ſemina quædam ſunt.
Caſſiod.
Vbique pullulare Principis beneficia debent.

Serit Princeps beneficia dum largitur, vt iure agricolæ comparetur; hinc illud Agapiti Diaconi: *Vnum Regis, & agricolæ ſtudium vna cura eſt congregare; hic quidem* SERIT FRVMENTVM, ILLE VERO BENEFICIA SERIT, quæ illi multiplicantur, dum communicat multis; hac ferè mente ſanctus Ambroſius lib. de Nabuth cap. 7. *Bonorum fructus munerum in eos ipſos, qui contulerint, reuertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem boni operis redit.*

Serit beneficia Princeps, dum largitur.
Agap.
S.Ambr.

Serit præcipuè Chriſtus ſua beneficia, vt mul- 1106.
tiplicentur, dum conferuntur, vnum bonum, donum vnum videatur nobis Chriſtus exhibere, exhibet multa, ſunt enim eius dona quædam ſemina, quæ dum ſparguntur multiplicantur; hinc illud

Chriſti beneficia multa licèt vnum videatur.

Iſa.52.7. Rom.10.15.

illud Iſaiæ cap.52.7. *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantis bonum*; Paulus citans ad Romanos 10.15. legit: *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona*; nimirum ſub vno bona multa nobis exhibet bona; & *quia*, vt ait Origenes præfat. in Ioannem, *non ſolùm vnum bonum Ieſus, ſed omnia bona*; multa bona in vno bono, & præcipuè in illo quod præcipuum, in euchariſtico bono, quod tanquam ſemen cordi commiſſum niſi ſentes impediant, & noxiæ herbæ, quæ fructum ſuffocant, multa bona producat.

Orig. *Omnia bona Chriſtus.*

Carnalium concupiſcentiarum herba euellenda, ne euchariſtici frumenti fructus impediant. S.Chryſ.

Vbi euchariſticum ſemen in cordis noſtri terra iniectum eſt, cauendum nobis eſt, ne carnalium concupiſcentiarum herbæ illud ſuffocent; vt quod de diſciplina dicebat auctor ſub nomine Chryſoſtomi hom. 8. in Matthæum: *Sicut herba ſuffocant* TRITICVM, *ſic & concupiſcentia carnales ſuffocant diſciplinam*; nos euchariſtico frumento eadem ratione aſſeramus.

Lingua exprimi bona nō poſſunt, quæ euchariſticū ſemen affert. Bloſ.

Lingua exprimi non poſſe bona, quæ in euchariſtico hoc cibo latet, fatetur etiam Bloſius in animæ conciaui cap.12.§.1.n.3. *Si dignè, vel congruè percipis venerabile, & adorandum hoc ſacramentum, multum confirmaris, ſtabiliriſque in bono, & aduersùs peccata remedium ſingulare accipis: Deo item viciniùs iungeris, intimiùſque copularis, & vniris. Denique efficeris excellenter particeps omnium meritorum Chriſti, omniúmque virtutum, quas ille in vita & paſſione ſua exercuit, ditariſque gratia ineffabili. Nulla prorſus lingua exprimere, nullum cor comprehendere poteſt, quàm ingentia bona homini perueniant ex pia perceptione huius ſacramenti. Glorifica Dominum tuum, qui largiſſima bonitate ſua tam magnum theſaurum Eccleſiæ ſuæ in miſero hoc exilio reliquit, & donauit.*

1107. *Commoda, atque vtilitates euchariſtici ſeminis.* B Laur Iuſt.

Commoda, & vtilitates, quas ille conſequitur, qui euchariſticam menſam frequentat, explicare nullus plenè poteſt, aliqua curſim recenſet Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſat.cap.19.in hæc verba: *Ex ipſo quippe Dominici corporis ſacramento dignè ſumentes maximum conſequuntur ſpiritualem profectum. Nam viuificantur interiùs, corpori Chriſti incorporantur, ſpiritualiter reficiuntur, deuotione augmentantur, dulcedine nutriuntur, charitatis ſcilicet ad Deum, & dilectionis ad proximum, & ſuauitatis in ſe ipſos. Fit quoque ex ipſa ſumptione in illis fomitis mitigatio, gratiæ collatio, virtutum roboratio, peccatorum remiſſio, contra Diabolum armatio, ſpei eleuatio, amoris excitatio, fidei commendatio, Angelica continuatio, regni cæleſtis largitio, intellectus illuminatio, & omnium bonorum participatio*; quot in vno bono bona ſunt, quot ab vno ſemine fructus; verè ſemen cæleſte eſt Euchariſtiæ ſacramentum, quod cordis terræ iniectum eo vberiores producit fructus, quò terram meliùs ſubactam, & cultam inuenerit. Benè ille: *Euchariſtia ex tritico fit, vt ſtatim cogitemus, quòd ſicut triticum probè aratro ſciſſa terra, & optimè exculta commiſſum in vberiorem ſegetem exurgit, ita & qui Euchariſtiam in animam diligenti cultura paratam inijcit, plures inde fructus colligit, cæleſtiúmque bonorum copioſiorem ſegetem*; qui hoc ſemine excepto copioſam bonorum ſegetem non demittit in terra, quæ non eſt exculta, probéque à ſentibus purgata, cauſam reiiciat non in ſemen, quod terræ committitur.

Euchariſticū ſemen eo plures fructus producit, quo animæ magis exculta committitur. Anon.

Boris ineffabilibus animam explet Euchariſtia. Luc.1.

Bonum vnum videatur Euchariſtia, multa tamen bona continet, vt *bonorum* nomine circumſcriptum ſit. certè illa Mariæ verba: *Eſurientes impleuit bonis*; Luc.1. de Euchariſtia aliqui interpretantur, & ſignatè dictum, *Eſurientes impleuit bonis*; ne quis ſcilicet putaret huius menſæ participes bonis tantùm affici, aut irritari, non impleri, nec explicat quibus bonis, quia explicari verbis nequit, quot, & quanta bona ſub euchariſtico pane lateant. Pulchrè Biel ad vtrumque reſpiciens ſerm.1. in feſto corporis Chriſti; *Nunc ad bona, quibus ſacroſancta replet eſurientes Euchariſtia, mentis oculum reflectamus; hæc nec efficaciùs, nec breuiùs, nec pleniùs exprimi poterant, quàm verbis iam ſæpius repetitis, Eſurientes impleuit bonis. Cùm enim tanti ſunt fructus euchariſtica, quantus ipſe, qui ſumitur. Enumeret fructus eius, & effectus, qui poteſt comprehendere incomprehenſibilem, ineffabilem eloqui, atque ſub numero concludere menſura, & pondere infinitum. Innumerabiles itaque fructus in particulari, pulchrè Regis ſuperni filia diuinorum ſecretorum, ſuper omnes creaturas in vnionem ſuppoſiti diuini non aſſumptas conſcia in vniuerſali bonitatis nomine conglomerauit, cùm eſurientes non affici, non tangi, ſed impleri bonis dixit. Quibus bonis? omnibus nimirum, quia vniuerſali bono omnia includente, ſcilicet Chriſto Domino totius ſcaturagine bonitatis.* Gab.Biel.

1108. *Beneficiū auget Chriſtus dum in ſpinas iaci ſe permittit.* B.Laur.Iuſt.

Hoc quoque Euchariſtico huic ſemini debemus, quòd ſinit ſe & in ſpinas iaci. Beneficium ipſum auget, quòd non iuſtis tantùm ſe exhibnit, ſed ſinit ſe, & à peccatoribus ſumi, vt qui ſemel à Iuda traditus eſt, à Iudæ imitatoribus toties tradatur, quoties ſumitur indignè. Grauiter rem vrgebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap.24. *Non à ſolis bonis, & iuſtis, ſed etiam ab iniuſtis, ſceleratiſque peccatoribus, quorum vita in luxuriæ fœtore ducitur, in ſæculi voluptatibus nutritur, in ludis, comeſſationibus, ebrieſatibus, fraudulentijs, rixis, contentionibus, æmulationibus, obſcœniſque conſumitur artibus, ſe permittat tractari manibus, laniari dentibus, & ore contingi? Nam ſi hoc Sanctis concederet, magnum vtique foret; quid autem ſi hoc etiam tribuit à quibus blaſphematur indeſinenter? Semel pretio traditus eſt in carne, ſed millies in ſacramento, die vna ſua pertulit ludibria paſſionis, quotidie verò ab infidelibus miniſtris ſuper menſam altaris, ſemel in cruce pendens expirauit, quotidie autem quoties per myſterium immolatur. Hæc (inquit Verbum) quotieſcumque feceritis, in mei commemorationem facietis.*

Vinum malorum metropolis, ſed euchariſticum bonorum

Vinum aliqui putabant omnium malorum μητρόπολιν, *metropolim* eſſe, vt ex Plutarcho refert Athenæus, vinum Euchariſticum contrà omnium bonorum fons, & origo eſt.

Euellenda diſciplinæ aratro ſentes vt euchariſticū ſemen animæ committatur. B.Laur.Iuſt.

Euellendæ diſciplinæ aratro ſentes, ac paſſionum ſpinæ, vt euchariſticum ſemen animæ humo committatur, vt quod de perfectionis acquiſitione aſſerebat Beatus Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſt. conuerſationis cap.4. hoc in euchariſtici ſeminis, vt ita dicam, receptione, fiat, hæc huius Beati Patris verba: *Sic doctus agricola primùm vomere radicitus euellit ſentes, & poſtmodum in terræ ſulcos ſpargit ſemina. Prudenter namque intelligit, quòd ad maturitatem non valet ſpica coaleſcere, quæ fuerit ſentibus præfocata. Hos vſus antè cæleſtis medicus, & doctiſſimus agricola noſter Dominus Ieſus mandauit fidelibus ſuis, ad perfectionis culmen attingere anhelantibus: priuſquam ſe imbuendos traderent diſciplinis, vt abdicarent à ſe temporalium rerum, & propinquorum ſuorum, ac carnis propriæ inordinatos affectus: quatenus habiliores fierent ad ſui dilectionis plenitudinem capeſſendam.* 1109.

Qui euchariſticum triticum ſeminat, videat ne ſpinas metat.

Euchariſticum ſemen excepturus à cordis humo ſpinas omnes euellat, noxios omnes affectus, vt vberes in nobis fructus producat, in lætámque ſegetem germinet, caueamúſque ne Dominus

In Euchariſtio inſtitutione quò anguſtiores ſunt limites quantitatis, hoc latiores ſunt termini potentiæ.
Anon.

ſub oculorum acie ſe ſubducunt, nimirum, vt ille ait, Quo anguſtiores quantitatis hîc ſunt limites, hoc latiores ſunt termini ſapientiæ, ac virtutis.

Sub exigua quantitate Chriſtus deliteſcens potẽtia ſua magnitudinem prodit.
S.Thom.

Sub adeò exigua quantitate ſe Chriſtus abſcondit, ne abſcondita eius potentia eſſet; quod ſic explicat ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 13. vbi diuerſas rationes reddens, cur magnus Chriſtus ſub paruæ quantitatis velamine deliteſcat, poſt primam, ſecundam adducit in hæc verba. *Secunda ratio ad idem eſt ſimilitudo potentiæ Chriſti, cum potentia Dei. Quicquid enim poteſt Dei filius per naturam, hoc poteſt filius hominis propter perſonæ vnitatem. Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas*, &c. Ambroſius ſuper illud, *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Non Ioannes erit magnus, quòd ante partum Virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiam, quam Dei filius ante tempora naturaliter habuit, hic erit ex tempore accepturus, quia ſicut in vnam perſonam, ita in vnam potentiam conueniunt Dei filius, & hominis. Sed Dei filius Verbum Patris illam habuit potentiam, quòd minima parte corporis opere Spiritus ſancti de virtute ſeparatè ſe veſtinit, & ille ſe incluſit ſecundum illud, Verbum caro factum eſt. Ergo ſimilem poteſtatem dedit homini Chriſto. Scilicet vt poſſit facere corpus ſuum eſſe ſub bina panis ſpecie. Pſalm. 98. Dominus in Sion magnus, Sion interpretatur ſpeculum, vt dicit Papias, & Auguſt. & dubium non eſt, quòd magna imago tam expreſſè, tam integrè apparet in paruo ſpeculo ſicut in magno. Magnus ergo Dominus in Sion, id eſt, in ſpeculo eſſe dicitur, quia verum corpus Chriſti tam integraliter eſſe ſub parua ſpecie panis, ſicut ſub magna, rectè creditur.*

1112.
Dei potentia, ſapientia, & bonitas in huius panis exiguitate apparet.
Bloſ.

In minutula panis ſpecie latet Deus, ſed eò extendit magis potentiæ ſuæ limites, ſapientiæ ſuæ, bonitatis ſuæ terminos, quò ſe intra maiores panis anguſtias conclauauit; ſcitè Bloſius in Margarito ſpirituali cap. 1. num. 10. vbi ita inclamat: *O prædicanda potentia Dei, quæ ſub ſpecie* PANIS EXIGVI *ſublimem diuinitatem ſuam, perfectum corpus, ſanctámque animam ſuam hominibus vniuerſis integrè præbere potuit in cibum, qui ab vnoquoque totus ſumitur, & tamen in ſe ipſo integer, & incorruptus perſeuerat! O ſtupenda ſapientia Dei quæ hunc ſubtilem, & ſalutarem mundum pro ſalute noſtra inſtituit! O incomprehenſibilis bonitas Dei, quæ tam ſublime charitatis opus noſtræ ſalutis cauſa perfecit.*

Deus tunc maximè magnus cùm puſillus homini apparet.
Tertull.

Ad exigui panis anguſtias redactus videatur Chriſtus, non idcirco tamen deſinit eſſe magnus; quia tum maximè magnus eſt, cùm humanis oculis non videtur; cadit hîc opportunè quod de Deo dicebat Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 2. *Et ita Deus tunc maximè magnus cùm homini puſillus*; ex hac enim paruitate, qua ſe pro nobis, vt ita dicam, coërcuit, amoris, & bonitatis magnitudo proditur, & declaratur.

Magnus Deus dicitur maximè in monte Sion, quia hic ſui corporis, & ſanguinis perfecit myſteria.
Pſalm. 98. 2.

Nullibi magis & dulcius ſuam magnitudinem Chriſtus oſtendit, quàm cùm ſub tam exigua quantitate ſe nobis in cibum exhibuit, & in potum. Huc voco illud Dauidis Pſalm. 98. v. 2. *Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos*; ſignatè in Sion, quia in hoc monte Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit; hîc igitur qui vbique magnus, præcipuè magnus, eo quia quò ſe minorem fecit ſub Euchariſtiæ ſacramento, hoc ſe maiorem potentia probauit; amore, ſuauitate Dominus in Sion magnus, nam in monte Sion, ait hîc Græcus auctor Elychius, *perfecit myſteria, nimirum ſui corporis ac ſanguinis.*

1113.
In rebus ſacris ſanctitatis habetur ratio, non magnitudinis.
Fidelium pietas in puluere ſacrorum locorum colligenda.
S.Paul.

In rebus quæ ſacræ, quæ ſanctæ, ſanctitatis habetur ratio, non magnitudinis; hinc fidelium pietas maxima muneris loco habebat, vel exiguo puluere ditari, ex illis locis, in quibus paſſus eſt Chriſtus, reſurrexit, ac cœlum conſcendit, grande donum, vel minimum quid Dominicæ crucis apud ſe habere; ſancti Paulini hæc notantur verba epiſt. ad Maccarium: *Si ergo religioſa cupiditas eſt loca videre in quibus Chriſtus ingreſſus, & paſſus eſt & reſurrexit, & vnde conſcendit, & aut de ipſis locis* EXIGVVM PVLVEREM, *aut de ipſo crucis ligno aliquid ſaltem feſtucæ ſimile ſumere, & habere, benedictio eſt.* hanc pietatem ad Euchariſtiam transferamus, in qua exiguitas quantitatis nullum ſacramento, nullum ſacramenti virtuti facit præiudicium.

In Euchariſtia ſanctitatis habetur ratio, non quantitatis.
S.Thom.

Sub exiguis particulis, & particularum fragmentis totus eſt Chriſtus; nec quantitatis habetur ratio, ſed virtutis. Pulchre Beatus Thomas opuſc. 58. cap. 13. qui mannæ exemplum adducens ait: *Tertia ratio ad idem eſt ſufficiens cauſa ad finem ſacramenti. Finis ſacramenti eſt animam fidelium ſpiritualiter cibare, & contra malum, & ad bonum confortare. Cauſa huius efficiens eſt corpus Chriſti, & id poteſt tam plenè eſſe* SVB SPECIE PANIS PARVA, *ſicut ſub magna; quia ſub vtraque æqualiter vnitum eſt Deo, ex quo fluit omnis virtus in ſacramento. Quantacumque enim parua ſit ſpecies illa panis, ibi eſt totum corpus Chriſti per conuerſionem, ſanguis per connexionem, anima per coniunctionem, & diuinitas integra per vnionem, vnde certum eſt, quod habet plenam rationem cibandi ſpiritualiter, & confortandi animam. Exod. 16. c. Qui minus collegerat, non repetit minus de manna, quàm qui plus collegerat. Hilarius. Vbi pars corporis; id eſt, minima pars ſacramenti, ibi eſt & totum corpus; eadem enim ratio eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur; Qui plus collegit, non habet amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus, non enim æſtimanda eſt quantitas in hoc viſibilis, ſed virtus ſpiritualis: vnde qui multum, vel magnum panem conſecrat, non habet amplius, quàm verum corpus Chriſti ad ſalutem ſuam.*

1114.
Hoc ſacramentum non ſatietati inſtitutum, ſed ſanctimoniæ.
Conc. Nic.

Quòd ſub exigua ſpecie totus Chriſtus fidelibus exhibeatur, non eſt myſterio viduum, ſub paruis particulis porrigitur, vt ſolius ſanctitatis ratio habeatur, & ſtatim cõſtet hoc ſacramentum non ſatietati inſtitutum, ſed ſanctimoniæ. Hîc nequeo præterire verba Concilij Niceni primi, lib. 3. cap... *De diuina menſa, ac de eo quod in ipſa eſt myſterio corporis, & ſanguinis Chriſti*; ſic enim habet Concilium: *Iterum etiam hîc in diuina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem, & poculum, ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illâ menſâ agnum illum Dei tollentem peccata mundi; incruentè à Sacerdotibus immolatum, & pretioſum ipſius corpus, & ſanguinem nos verè ſumentes; credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis ſymbola, propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, vt ſciamus,* QVOD NON SATIETATI, SED SANCTIMONIÆ SVMIMVS.

In exigua quantitate Chriſtus ſumendus.
1. Cor. 11. 21.
Alb. Pat.

In exigua quantitate ſumendus euchariſticus cibus, non in magna, nam hoc damnare videtur Apoſtolus illis verbis epiſt. 1. ad Cor. c. 11. 21. *Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt*; ſic enim hæc verba exponit Albertus Patauinus ſer. 244. *Reprehendit*, inquit, *eos ex ſubtractione communionis, & alius quidem eſurit, quia bobus ſubtrahentibus oblata nihil ſumit. Præterea reprehendit* IMMODERATAM SACRAMENTORVM QVANTITATEM, *alius quidem ebrius eſt, vſque enim ad ſaturitatem corporalem ſumebant Euchariſtiam; quod fieri non debet, ſed modicæ quantitatis debet eſſe.*

Res ab extima mole non æſtimãda, ſed ab intima virtute.

Res non ab extima mole æſtimanda, ſed ab intima virrute ſunt, idcitco ſub minimæ psrticulæ fragmento ille deliteſcit, qui immenſus eſt, ne externa rerum msgnitudine, aut pulchritudine ita afficeremur, vt eas res negligeremus, quarum tota virtus non in mole ſita, ſed in perfectione. quod de ſacratum Scripturarum lectione dixit ſanctus Chryſoſtomus hom. 1. ad populum Antiochenum, hoc de Euchariſtiæ exiguitate dicere poſſumus: *Si breue verbum, ſed multa virtus, quoniam & gemma* NON IN CORPORIS MOLE, SED NATVRÆ PVLCHRITVDINE PRETIVM HABENT, *ſic & Scripturarum lectio; externa verò doctrina multa iactans nugas, & multa detinens auditores loquacitate, vacuis remittit manibus, nullum lucratos emolumentum.* Iuſtiùs id de euchariſtici ſacramenti paruitate aſſeratur.

S. Chryſ.

1115. Sub exigua quantitate latet Chriſtus, ſed eo maiori virtute pollet, grandiorem inter ſe theſaurum claudit; Chymicæ artis miniſterio magnum auri pondus ad minimam quantitatem redigitur, quam *eſſentiam quintam* vocat; qua fit vt ferrum, & plumbum in aurum facili negotio conoertatur, meliùs id in euchariſtico ſacramento fit, *quod*, vt ille aiebat, *non liquore alchymico, quem cælorum aquam, vel* QVINTAM ESSENTIAM *vocant, ſed liquore diuino, & ignito animam liquante in Deum transformat*; felix, & verè diues, qui ſub exiguis ſpeciebos hunc theſaurum habet, quo in aurum conuertere etiam plumbum, etiam ferrum poteſt, ſi charitatis & amoris non deſit ignis, qui in hac chymica arte neceſſarius eſt, non minus quàm elementaris ignis in chymica arte,

Quàm diues theſaurus chymica artis, ſed diuina virtute ſub Euchariſtia lateat.

Pa. de Pat.

Magni fructus à re tãtilla, quia Chriſtus auctor, & ſpiritus ſanctus.

B Laur. Iuſt.

Magni ab hoc ſacramento ſub tantilla quantitate fructus proueniuot, ſed omnes Chriſtum per auctorem noſcunt, qui ſub illa deliteſcit, ſuperíque ſpiritus bonitatem. Pulchrè Beatus Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia: *Ex huius ſumptione deuota ceſſant odia, contentiones ſopiuntur, dirimunt lites, vitia diſplicent, diligitur pudicitia, terrena vileſcunt, efficitúrque homo alius, non per naturam, ſed per gratiam, mutatúrque totus in melius. Compeſcit linguam, amat ſilentium, orationi vacat, fraternitatis cuſtodit vnitatem, cordis ſectatur munditiam, & quicquid Deo placere cognoſcit; iſtiuſmodi ſpirituales profectus non aliunde proueniunt, quàm ex ſancti Spiritus bonitate, Chriſtique amabili præſentia, qui in ſui corporis ſacramento tam mirificè operatur, non tamen vniformiter, ſed iuxta diſpoſitionem vniuſcuiuſque ſumentis, ipſiuſque miſerentis Chriſti*; quídnam msgnum ſpectemus etiam à re non magna, ſi manum ſuam ille porrigat, qui adeò magnus, vt magnitudinis eius non ſit finis.

A ſpirituali vinea leues lapſus abeſſe debent.

Cant. 2.

Euchariſtici vini ſaporem retundunt, & inficiũt leuia peccata.

Sponſus in vinea ſua vulpes paruulas eſſe oon ſinebat; illius enim ſunt illæ voces: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas*, Cant. 2. in ſpirituali cultura à mioimis quoqoe maximè cauendum docens; qui à vinea vulpes paruulas amolitur, iuſtius id in euchariſtici vini potu exigat, ne miuimarum rerum ueglectus vini huius vim retundat, ſaporem inficiat, & ne à vini metaphora abeamus; quantum vini ſaporem, guſtúmque impedit, vel minuſculi animalis in illud lapſus, & mixtio.

1116. In tam magnas anguſtias ſe Chriſtus coëteuit, támque anguſtum, vel minimi fragmento elegit ſibi domicilium, vt amoris ſui ingentem proderet magnitudinem; nimirum eò latiores dilectionis limites porrexit, quo angoſtior domus eſt, quam in Euchariſtiæ ſacramento Amor inhabitat. cadit hîc optimè quod aliò ſpectans, alius cecinit,

Chriſti in nos amor dum ſe in tas anguſtias cõtrahit in Euchariſtia ſacramento.

Delphos vbi nunc tua eſt, vbi delphica Pytho?
Nempe amor IN PARVA TE IVBET ESSE CASA.

Tibul. lib. 2. Eleg. 3. de Phœbo.

Phœbus noſter qui cœli amplitudine capi non poteſt, tam anguſto domicilio clauditur, vt oculorum aliquaodo aciem penè effugiat.

Sibi quiſque ſit paruus, vt in Euchariſtia recipiat Chriſtum.

Da mihi amor, vt amori tanto reſpoodeam, amore totus ooo ardeam tantùm, ſed liqueſiam, in te totum totus immigrem, aliud noo capiam, quàm te, aliò fieri non feram niſi ad te veri amoris & fons, & magnes. Tu qui tam magnus hîc tam exiguum tibi domicilium elegiſti; quid deinceps erit tam exiguum, quod mihi propter te magnum non ſit; magnus ſub paruo velamine deliteſcit, vt me non magnum, non ſapientem inuenires, dum pectus ſubirem meum; adeò oon magnus eſſe nolo, vt nihil eſſe velim, vt tibi Ieſu reſpondeam, libentiùs ad me aduoles, quo minor ipſe mihi videbor, ſcilicet ſatis magnus tibi, qui ſibi nun magnus.

EXCVRSVS LXXXV.

Euchariſticarum ſpecierum exiguitas, quid tacitè doceat, tacitè inclamet.

Per humilitatem, ſuíque demiſſionem contrahatur, *qui Euchariſtiam accipit.*

Perſtricti qui ob Euchariſtiæ frequentiam intumeſcunt.

Magna minimis *indigere voluit Chriſtus, vt ab arrogantia nos eximeret.*

Arrogantia, *tumor & faſtus Euchariſtia frangitur, vt arena maris fluctus.*

Hoſtiæ paruitas *contrà ſuperbiam.*

Humilitas *Chriſti exemplo euchariſtica menſa præmittenda.*

Diſcipulorum pedes ablaens Chriſtus alterius miniſterio *minimè vſus.*

Charitatis ignis cum humilitatis einere *cohæret maximè.*

Res ad Euchariſtiam *flectitur.*

Sub tanta accidentium modicitate *latet totus Chriſtus, vt ſacramenti fructus Chriſti vero corpori tribuantur.*

Etiam in minutiſſimis *Deus maximi faciendus.*

Mens Chriſto dedita, etiam minima *multa debet extimare.*

Minima *quæque magni facienda, quæ maioris gratiæ obicem tollunt.*

In minimorum *vitatione B. Mac. exemplum.*

Exigua *maximi facienda.*

In re parua *magnum obedientiæ meritum.*

Grata Deo minima *quæque obſequia.*

In minimis *ſibi vim inferre maximi meriti.*

Venia videtur indiguus, qui minima *peccata facilè committit.*

In exiguâ quantitate *latens Chriſtus docet terrena omnia contemnenda.*

Sub

1117. SVb ſpecierum anguſtia, & fragmeororum exiguitate larens Chriſtus mulra, & vtilia monita nobis exhibet, quæ latere uos noo voluit; quorum aliqua hîc pro lectore ira offeremus, vt aliorum eliciendorum occaſionem præbeamus.

Per humilitatem, ſui que demiſſionem contrahatur qui Euchariſtiam accipit.

Qui Chtiſto ſuo voitur, in Euchatiſtiæ ſacramento ſuperbite non deber, oon inrumeſcere, ſed ſe intra ſe cootinere, ac magis, magiſque concitari, vt illum anima æmuletur, quem ſumir, cui vnirur; Chriſtus in Euchariſtia quantus eſt, ſed non eſt in ea, vr Theologi loquuntut, quantitatiuè, aut extenſiuè; idem ſuo modo homo præſtet, præſtabit ſi non inflctur, ſed per humilitatem contrahatut. Audiendus hîc Biel ſerm. 2. in feſto corporis Chriſti, vbi ita de hac re philoſophatur: *Ecce* QVANTVS *vnitur anima, ſed tamen non eſt in ſacramento* QVANTITATIVE, *quantitatiuè eſt in aliquo, quod extenditur, & per partes foris diſtenditur: ſic non eſt de anima, quoniam per hac magna dona, qua percipit, ſeu participat, nequaquam foris diſtenditur. inflatur, aut ſenſibus homo magnus apparet, ſed è conuerſo in ſe* CONTRAHITVR, PER HVMILITATEM, *& quanti maieratur virtutibus, tanto humiliatur moribus, cognoſcens ſe nihil eſſe in omnibus apud ſe, ſed omnia gratuitè à Deo per hanc ſacram communionem immerita recepiſſe, & apud proximum in exteriori ſubiectione, quod optimè in Virgine glorioſa ſignatar, qua iam ſublimata gloria inaudita dixit, Ecce Ancilla Domini. Et exurgens abyt in montana cum feſtinatione ſua Conata ſeni miniſtratura.* Abeunt ab hac mente qui grandiores ſe faciunt, quàm verè ſint, & populari aurâ pleni tumidiores euadunt, ſuperioréſque qui ſe intra continere debebant, ſe conttahete, ſuúmque oihil agnoſcere.

Gab. Biel.

Perſtricti qui ob Euchariſtia frequentiam intumeſcunt.

1118. Magna minimis indigere, pendete à minimis Deus voluit, in arrogantiæ remedium, & tumoris, ne ſcilicet quempiam ſperneremus; rem ita verſat Beatus Chryſoſtomus in Pſalm. 43. *Ne aliqua eſſet arrogantia. Effecit Deus*, VT MAGNA SÆPE PARVIS EGERENT; *hoc ipſum ficit etiam in rebus maximis, Labanum enim columnam ſubiectus ſapè calculus firmam ſtabilémque praſtitit, & nauigium, in quo quamplurimi ſunt vectores, paruus clauus dirigit, & liberat à periculis.* Hic quoque ſub tam exignis fragmentis deliteſcens Chriſtus, quæ illum ſob ſe habent, à quo noſtra ſalus, vita noſtra, noſtra iucundiras, beatitudo noſtra dependet, tacitè inclamat arrogantiam omnem ponendam eſſe, nihílque ſpernenduin, licèt extimè exiguum videatut: verus ille, *Arena exigua maris tumorem frangit Deus*, ET EVCHARISTIÆ EXIGVITATE *mundanorum faſtum, ſuperbiam, tumorémque.* Quis adeò elatus, & ſuperbus, qui ſe non demittat, anguſtias illas cogitans, ad qoas ſe dimiſit, qui eſt immenſus.

Magna minimis indigere voluit Chriſtus vt ab arrogantia nos eximeret.
B. Chryſ.

Arrogantia, tumor, & faſtus Euchariſtia frangitur, vt arena maris fluctus.
Anon.

Hoſtiæ exiguitas, paruitas rectè monet ſuperbiam ab illius mente amouendam, qui ad hoc ſacramentum accedir. Pulchrè Gabriel Biel ſerm. 22. *Septuplex hoſtia conditio ſignat nos excludere debere ſeptem vitia capitalia, in* PARVITATE SVPERBIAM, *in nitore inuidiam*; & cætera, quæ ille proſequitut, & nos ſuis locis expendemus, & poterit ſuperbiâ offerri, & nihilitatem ſuam adeò extollere, vt cæteros contemnat, maiorem ſe cæteris exiſtimans, qui Deum ſuum tantam paruitatem frangendæ ſuperbiæ cauſa, ſe veſtiuiſſe cogitet.

Hoſtiæ paruitas contra ſuperbiam.
Gab. Biel.

1119. Humilitas, Chriſti exemplo, menſæ præmittenda eſt, vnde & ipſe hoc conuioium exhibiturum ſuorum diſcipulorum pedes lauit, lauit & Iudæ, qui ad aliena caſtra tranſierat, ſui Domini proditor; lauit, & ſolus lauir, non alterius vtirur miniſterio, vt tam humili officio demiſſiooem humilitatis exerceret gradum. Præclatè Setaphinus à Potrect. in cap. 13. Ioan. cond. 2. HVMILITATEM, inquit, *eius, (Chriſti,) profundiſſimam eſſe, Euangeliſta oſtendit ex illo text. cùm accepiſſet linteum, pracinxit ſe. Per hoc ſiquidem monſtratur ad litteram, quòd noluit aliquem ſubminiſtrum, ſeu coadiutorem, qui porrigeret ſibi linteum ad extergendum pedes lotos. Cum tamen videamus dominorum ſeruos multos, qui eorum pedes actualiter lauant, habere aliquem conſeruum pro coadiutore ad porrectionem lintei, vel alicuius alterius rei ad complementum talis lotionis perficiendum. Tertiò idipſum humilitatis Chriſti profundum indicat text. Miſit aquam in peluim. Per ſe met ipſum, non per alium. Cùm tamen videamus nos dominorum ſeruos etiam, vt ſuprà, mutatis nominibus lintei, & miſſionis aqua in peluim. Hic ſiſte pedem, ô prudens lector, & attentiùs vide, quòd, & quomodo, cum magna admiratione ſpectantes erant Apoſtoli ad ſui magiſtrì, & Domini manus, (qui à ſe ipſis volentibus, séque ad id offerentibus, noluit vllo modo adiuuari:) & animo ſuſpenſi finem horum omnium praſtolabantur, id eſt, quorſum iſta actiones noua tenderent, expectabant. Quartò illud met profundum humilitatis patet in illo text. cœpit lauare pedes diſcipulis, & extergere linteo, quo erat pracinctus. Quid eſt illud, cœpit? Hoc eſt, ſe applicauit, ad quid? ad lauandum, & extergendum pedes eorum. Ergo vuls dicere ibi Euangeliſta quod Dominus per ſe ipſum portauit peluim, approximando ipſum loco, vbi erant diſcipuli, & ad eorum pedes ipſe etiam approximans coram eis genua totaliter in terram flexit. (vti videmus dominorum noſtrorum ſeruos eorum pedes lauare volentes facere.) Non ergo mirum, ſi de tanta Domini humilitate miratus Petrus (vt in text. ſubiungitur) obſtupuit: imò ſtuporem internum iam praconceptum cum admiratione ſtupenda exteriùs manifeſtauit.*

Humilitas Chriſti exemplo euchariſtica menſa pramittenda.

Seraph. à Potrect. Ioan. 13.

Diſcipulorum pedes abluens Chriſtus alterius miniſterio minimè vſus.
Idem.

Vt vbique nitete humilitas debet, id tamen maximè, vbi euchariſticæ menſæ particeps homo fit, nam vbi maior amoris ignis, ibi conſpici humilitas maiot debet, nam ignis in cinerem ca redigit, quæ corripit, & chariras hanc mentem iniicit, vt cinerem ſe cogitet, qui ardet charitate. Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de charitate cap. 2. ita philoſophatut: *Propter ipſius excellentiam comparatar charitas igni: de quo Dominus; ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat? Meritòque igni comparatur, quia ſicut ignis imperiosè ferrum quaſi ignem efficit, ita charitas ignitam reddit animam quod poſſidet. Mens enim, quam ſemel effecerit charitas, ſui iuris eſſe non poteſt. Metuit quod neſcit; dolet quod non oportet: ſolicitatam pluſquam voluerit, compatiatar nolens, miſeretur in vita. Ignis quoque nunquam eſt otioſus: ſic nec charitas. Amor enim Dei nunquam otioſus eſt. Operatur magna ſi eſt; ſi autem operari renuit, amor non eſt, ſplendorem adducit ignis, quod facit charitas. Non enim clareſcet anima in fulgure aterna pulchritudinis, ſi non urſerit in officium charitatis, ignis in puluerem redigit: illud idem agit charitas. Loquar (ait Abraham) ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis. Ignis tendit ſurſum: ſimiliter & charitas. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, dicit Paulus, qui plenus erat charitate; non enim habet ſancta & impatiens charitas, vt quem deſiderat, ſemper vidtre, & inuenire ſe credat. Ignorat ſiquidem*

Charitatis ignis cum humilitatis cinere colitur maximè.

B. Laur. Iuſt.

Res ad Euchariſtiam flectitur.
Anon.

Digitized by Google

dem aliunde, quàm de dilecto cogitare? ideò in cœlum fertur, vbi ſuum cognoſcit eſſe amorem. Ignis conſumit, ſic & charitas. Tanto namque igne peccati rubigo conſumitur, quanto peccatoris cor charitatis igne non concrematur. Quia igitur Euchariſtia maxima charitatis flamma excipienda eſt huius flammæ, comes humilitatis cinis eſſe debet, nam, vt ille aiebat: *Hìc maximè ſe cinerem eſſe cognoſcere homo debet*, vbi tanta diuinæ charitatis flamma eluceſcit, & feruet.

Anon.

1120. Sub modicis paruiſque ſpeciebus Deus latet, ne alteri quàm Chriſti corpori effectus illi tribuerentur, qui ab huius ſacramẽti vſu emanant; etiam virtus illa, qua Sampſon tam mira præſtitia capillis erat, vt ita dicam, alligata, ne ſcilicet poſſet tribui, ſed Deo ipſi tribueretur. Idem hìc fit, ſub adeò exigua quantitate Chriſtus deliteſcit, ne miri illi fructus, quos hoc ſacramentum parturit, ſpeciebus panis & vini tribueremus, ſed Chriſto ſob illis latenti. Hìc voco illud B. Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Euchariſtia, vbi ait: *Porrò dum Euchariſtiam accipis, accidentia vides, panis ac vini ſaporem ſentis, vnde, oro ſi panis & vini ſubſtantia eſt, & non corpus Chriſti, ex hac cibi modicitate & potus tanta in anima & corpore prouenit fortitudo, interioris hominis innouatio, charitatis diuinæ feruor, ſpiritualis ſuauitatis iucunda libatio, intima pacis affluentia, æternorum amor, deſiderium proficiendi, virtutum concupiſcentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio.* Quid aliud producere hos effectus poſſet, niſi ille qui poteſt omnia, & tam magna à nudis accidentibus; támque exiguis oriri poſſent? non poſſunt, quicquid boni ab Euchariſtiæ ſumptione naſcitur, ab illo eſt, qui omnis boni fons & origo eſt.

Sub tantu accidentiũ modicitate, latet totus Chriſtus, vt ſacramenti fructus Chriſti vero corpori tribuantur.
B. Laur. Iuſt.

Ex minutiſſimis animantibus Deum, eorum conditorem, maximi à nobis faciendum, notat Tertullianus lib. 1. aduersùs Marcionem cap. 14. *At quum animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex induſtria, ingenijs & viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum virtutem infirmitate, ſecundùm Apoſtolum, imitare, ſi potes, apis ædificia, formicæ ſtabula, araneæ telia, bombycis ſtamina, ſuſtine, ſi potes, illas ipſas lectuli, & tegetis tuæ beſtias, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cùm tam modicis aut iuuaris, aut læderis, vt nec in modicis deſpicias Creatorem*; cur non maximi fiat in hoc ſacramento, in quo ſub modicis ſpeciebus ille latet, quem tota cœli magnitudo non valet capere.

Etiam in minutiſſimis Deus maximi faciendus.
Tertull.

Minima quæque nobis maximi facienda, Dei exemplo, cuius virtutem non minus in magnis admiramur, quàm in maximis, ita probat Beatus Hieronymus epiſt. 3. ad Heliodorum: *Vt enim Creatorem non in cœlo tantùm miramur, & terra, & ſole, & Oceano, Elephanti, camelis, equis, bubus, pardis, vrſis, leonibus, ſed & in minutis quoque animalibus formica, culice, muſcis, vermiculis, & iſtiuſmodi genere, quorum magis ſumus corpora, quàm nomina, eamdémque in cunctis veneramur ſolertiam, ita mens Chriſto dedita, æquè & in maioribus, & in minoribus intenta eſt, ſciens etiam pro otioſo verbo reddendam eſſe rationem*; tacitè hoc Chriſtus inclamat ſub tantillâ quantitate tantus deliteſcens in Euchariſtiæ ſacramento.

Mens Chriſto dedita etiam minima, multa debet æſtimare.
S. Hier.

1121. Tanquam magnum aliquid putandum quodlibet exiguum, quo Dei dilectio impeditur, & grande aliquid verè præſtat, qui exiguum tollit, quod maiori gratiæ obicẽ ponit, ſponſa hoc intimabat cùm dixit in amoris Cantico cap. 5. 6. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo*, exiguum eſſe videatur, & parui momenti peſſulum amouere, vt aperiatur dilecto, at verè non eſt. nam maximi à Deo fit maximi à nobis minimas quaſque noxas, & negligentias fieri quibus ſponſi præſtantia lædi poſſit. Richardi Victorini verba hic deſiderari non debeor, ſic enim ille ſcribit hanc ſponſæ ſententiam explicans in Cant. Cantic. *Replicat ſponſa quomodo, vt dilecto fruatur, minimas negligentias cauerit, quæ offenſam ipſius prouocare potuerunt; in locutione ſcilicet inutili & ſuperflua, vel cogitatione; in commodo corporali, vel libertate vaga, quæ per ſpeculum, id eſt, ſeram intelligi poſſunt; ſera enim cum parua ſit, & anguſta, latitudinem tamen oſtij concludit, vt niſi illa reſerata patere non poſſit. Ita hæc minima niſi reſcindantur, non dignatur dilectus ita venire ad animam, vt perfectè ad eam intret, & perfecta gratia eam repleat, parua negligentia obſcurant animam, & impedimentum facit vnæ amplioris gratiæ.* Iuit in exemplum Beatus Maccarius, de quo ita ſcribit Beatus Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 8. *Numquid eſt Beatus ille Maccarius dignè videbitur, qui dum ſe minimum quid admiſiſſe pœnituit, acutiſſimis culicum roſtris, quæ & apros transfigerent, per ſex menſes membra ſua nudus expoſuit.*

Mimina quæque magni facienda, quæ maioris gratia obicem tollunt.
Cant. 5. 6.
Rich. Vict.
In minimorũ vitatione B. Maccarij exemplum.
B. Petr. Dam.

Minima quæque maximi facienda, atiuoi exemplo explicat in hunc modum Beatus Ephræm Syrus tom. 3. ſerm. aſcet. *Ex volucrum aucupe diſce, quæ parua videntur non ideo contemnenda, contingit enim vt auis in laqueum inſidens minima capiatur vnguicula, & alarum vires franguntur, ac debilitantur ob vnguam vilem, & cùm totum corpus ſit extra laqueum, totum tamen retinetur.*

Exigua maximi facienda.
S. Ephræm.

In re parua magnum abundantiæ meritum eſt, quod ſic explicabat Bloſius in ſacello animæ §. 2. *Melius eſt ex ſimplici obedientia vrticas, & Zizania extirpare, quam ex propria voluntate ſublimi rerum cœleſtium contemplationi operam dare, ſacrificium enim Deo gratiſſimum eſt propriæ voluntatis abnegatio.*

In re parua magnum obedientia meritum.
Bloſ.

Grata Deo minima quæque obſequia noſtra ſunt, vt nihil ab illo quantumuis paruum, exiguum ab capite reſpuatur quod paruum, & exiguum; hinc illud ſancti Gregorij Nazianzeni orat. 18. in Maximum: *Quemadmodum enim ille ſalutis meæ cauſa omnia, quæcumque ſum ego, peccato excepto, factus eſt, ita vel minima meo officio in ſe recipit, ac ſibi expenſa fert: ſiue tecto pauperem donaueris, ſiue in vincula coniectum inuiſeris, ſiue ægrotantem adieris, ſiue denique, quod viliſſimum eſt, hominis ſiti oppreſſi linguam frigida poculo refrigeraueris, quod à paupere Lazaro diues ille precibus contendebat, qui in flamma torquebatur.* 1122.

Grata Deo minima quæque obſequia.
S. Greg. Naz.

In minimis quibuſque in Dei obſequio ſibi vim inferre, quanti apud Deum meriti ſit expoſuit piiſſimus auctor Ludouicus Bloſius inſtit. ſpirit. c. 2. §. 5. n. 1. *Quando quis propter Deum ſenſualitati, voluntatique propriæ etiam in rebus minimis reluctatur, ac ſe mortificat, rem ipſi Deo magis gratam facit, quam ſi multos mortuos ad vitam reuocaret.*

In minimis ſibi vim inferre maximi demeriti.
Bloſ.

Venia videtur indignus, qui peccata venialia facilè committit, hoc ipſo quòd venialia ſunt. Grauiter à minimis erratis nos quidem his verbis auocabat. *Abbas Moyſis pro vno peccato veniali traditus fuit, & occupatus à Dæmone; & quidem minus malum eſſet habere in corpore mille Dæmonum legiones, & vexari ab illis, quam habere in anima vnum peccatum leuiſſimum, & delectari illo. Dæmon quadraginta annis anxius fuit, vt quidam ſeruus Dei incideret in quandam culpam venialem. Anne ſtultus eſt Dæmon, qui pro re leuis momenti ita vigilaret, & tam diu expectaret; cur nos vt tantum malum vitemus, vno die non erimus diligentes? B. puriſſima veritas purifica ſpiritum meum impurum à tanto malo, & illumina me, parum credam id, quia parum curo, cùm Dæmones tantopere curent, ſed magnum credam, quod fit contra Deum tam magnum;*

Venia videtur indignus qui minima peccata facilè committit.
Io. Euſ.

magnum; nec puſillum, & leuem reputem; quod ego puſillus, leuis, & inconſtans committo paſſim, & conſtanter peccando: ſed ideo credam magnum, quòd ego puſillus, & vilis audeam id facere, contra Deũ maximũ, & optimũ.

In exigua quãtitate latens Chriſtus docet terrena omnia contemnenda. Anon.

Præterea, exiguitas iſta altè inclamat, rerum terrenarum copiam contemnẽdam, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt futurus, vt paucis ſit contentus, modicíſque; verè Hieronymus auctor, cuius non ſemel verba produximus: *Sub adeò exigua quantitate latens Chriſtus in Euchariſtia ſacramento, docet terrena omnia contemnenda, modicus exiguíſque, & facilè peribilibus contentum eſſe debere, qui euchariſticam hanc menſam adit*; abeunt ab hac menſa qui diuitias diuitiis aggerũt, opibus opes, agris agros, honores honoribus. O hæc altè illotum animis inſiderent, qui euchariſticam frequentant menſam.

EXCVRSVS LXXXVI.

Euchariſtia panis deſiderij, magni deſiderij ſinu excipienda.

Ab æterno *Deus ſummo* deſiderio *exarſit Euchariſtiam inſtituendo.*
Deſiderium *dicta ſacra Euchariſtia.*
Euchariſtia omne *Chriſti* deſiderium.
Vota *Chriſti Euchariſtia ſacrificium.*
Magno deſiderij æſtu *in Euchariſtiam ferebatur Chriſtus ob ingentes fructus ab eâ manaturos.*
Sui immemor Chriſtus memor *eſt noſtri, Euchariſtiam ſub paſſionis tempore inſtituẽs.*
Panis deſiderabilis *dictus euchariſticus.*
Auidè *Chriſti corpus excipiendum, vel terra inſenſibilis docere videtur.*
Vehemens deſiderium *deferat, qui ad Euchariſtiam accedit.*
Ingentis deſiderij *ſinu Chriſtus excipiendus.*
Singulare Chriſtum in Euchariſtia animæ amantis deſiderium.
Sub cibi, & potus ſpecie ſe exhibet Chriſtus vt auidè *ſumatur.*
Frequentior deſiderij *actus in Euchariſtia, quàm actualis receptionis.*
Deſideriorum vir *cur dictus Daniel.*
In Euchariſtia iuſtiùs quiſque vir deſideriorum *dici debet.*
Deſiderio *plura præſtanda, quàm actu præſtentur.*

1123. *Ab æterno Deus ſummo deſiderio exarſit Euchariſtiam inſtituendi.* Pſalm 109. Genebr.

DEſiderio Euchariſtiam conficiendi vel ab ipſa æterna generatione Verbum tenebatur, hinc Pſal. 109 5. ait Propheta Regius: *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te*; quæ de æterna Chriſti generatione aliqui accipiũt, & inter alios Genebrardus dum exponit: *Quemadmodum per, ex vtero, diuinam generationem, & identitatem ſubſtantiæ ſignificarunt, ſic per, ante Luciferum, æternitatem diuinæ illius generationis*; ſubdit ſtatim Dauid, *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*; quia nimirum ſub ſpecie panis, & vini incruentum ſacrificium ſe Patri Chriſtus offert; ſed quî hæc cum generatione æternâ cohærent; an cohærent, quia vel tunc ingenti deſiderio exarſit ſe ſub Euchariſtiæ velamine ſuis exhibere, ſícque æternus Sacerdos, & in æternum dici poteſt; egregie rem verſat ille auctor in hæc verba: *Tu es Sacerdos in æternum, ſemper fuit Sacerdos,* QVIA AB IPSA ÆTERNA GENERATIONE FLAGRAVIT DESIDERIO CONFICIENDI EVCHARISTIAM. *Hoc ſanè innuit Dauid Pſalm. 109. 3. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te. Quæ verba de æterna generatione Verbi expendenda ſunt; tunc ſubdit: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, id eſt, ab ipſa æterna generatione exarſit deſiderio conficiendi Euchariſtiam. quod quidem non dixit de Sacerdotio Aaronis, quia non tanto deſiderio ferebatur Deus circa eiuſmodi victimas, ac circa Euchariſtiã.* Anon.

Siue *deſiderium* dicta ſacra Euchariſtia, eò quòd auidiſſimè deſiderari debet, & ingenti cupiditate quæri. Dauidis verba ſunt Pſalm. 20. *Deſiderium animæ eius tribuiſti ei*; nimirum ſacram Euchariſtiam, certè huc bonus quidam auctor ſpectauit, cùm his verbis hæc alia addidit: DESIDERIVM VOCAVIT EVCHARISTIAM, *quòd eam maximè Chriſtus Dominus deſiderauit, vel quia hanc maximè deſiderare debemus homines*; hinc & illa Chriſti verba Luc. 22. 15. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* *Deſideriũ dicta ſacra Euchariſtia.* Pſalm 20. P. Io. de Pi. eth 451.

Huc aliqui flectunt etiam illa Dauidis verba Pſalm. 27. 10. *Domine ante te omne deſiderium meum;* per deſiderium, Euchariſtiam intelligentes; ſic pius ille auctor, EVCHARISTIA DICITVR OMNE CHRISTI DESIDERIVM, *vel quia* OMNE CHRISTI DESIDERIVM CONTINET, *vel quia præcipua res eſt inter omnia, quæ Chriſtus Dominus deſiderauit, vt omnia Chriſti vota & deſideria huc videantur tendere, ſcilicet vt Euchariſtiam in eſum hominum conderet, ſed etiam homines huc tendere deſiderio debẽt*; adeò vt nihil aliud deſiderare videantur. 1124. *Euchariſtia omne Chriſti deſiderium.* Pſalm. 27. 10. Anon.

Hinc *vota* Chriſti dicta Euchariſtia, vt huc flecti ea verba poſſint quæ habet Propheta Regius Pſalm. 21. v. 26. *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum.* Præclarè quidam auctor: *Quæ ſunt vota Chriſti?* VOTA, ID EST, DESIDERIA CHRISTI, EST EVCHARISTIA, *quia huc tetendit Chriſti deſiderium, vt Euchariſtiam conderet.* Et Beatus Auguſtinus hîc expoſit. 2. *Quæ ſunt vota? Sacrificium, quod obtulit Deo. Noſtis quale ſacrificium; norunt fideles vota, quæ reddit coram timentibus, nam ſequitur, edent pauperes, & ſaturabuntur.* *Vota Chriſti Euchariſtia ſacrificium.* P. Io. Pi. eth. 451. S. Auguſt.

Vota Chriſti fuere ſacrificia quæ obtulit, cùm ſuum ſanguinem, & corpus tradidit, idémque præſtat in omnium Sacerdotum tanquam miniſtrorum manibus. Subrigat noſter Agellius hîc dum ait: Quæ vota ſunt illa corporis, & ſanguinis ſui vera ſacrificia, laudis, & Euchariſtiæ, hoc eſt, gratiarum actionis nomine digniſſima. *Hæc ſacrificia & ipſe obtulit cùm ſuum corpus, & ſanguinem tradidit, & idem in Eccleſia per Sacerdotum ſuorum miniſteriũ tanquã ſummus Sacerdos, & ſecundùm ordinẽ Melchiſedech in æternũ à Deo conſtitutus perficit, & Patri dicat.* Agell.

Videns Chriſtus vtilitates, & commoda, quæ ab euchariſtico cibo Eccleſia erat conſecutura, quodam deſiderij æſtu ſe exhibendi morti iam proximus capiebatur, vt diceret, *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum*, Luc 22 Quæ verba ſic explicat, & illuſtrat Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 2. *In hoc diſcubitu prius quàm vllus caperet corporis alimentum, ſuos intuens diſcipulos voce humiliſſima ſic exorſus eſt: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Vulnerati cordis, & flagrantiſſimæ charitatis eſt vox hæc.* *Magno deſiderij æſtu in Euchariſtia ferebatur Chriſtus ob ingentes fructus ab eâ manaturos.* Luc. 22. B. Laur Iuſt.

Habet in ſe, vnde paſcat ruminantes ſe. Quid ſapientia paucis inſinuare voluerit, accipe. Ab inſtante quidem conceptionis ſuæ ipſe homo Verbo Dei vnitus Eccleſiæ ſuæ copulam ardentiſſimè concupiuit, ſe quoque illi congruentius, amabiliúſque tradere nequiuit, quàm per corporalis copulæ vnitatem; nam diuinitatis natura vbique præſens eſt, varióſque (pro vt vult) præſentiæ ſuæ operatur effectus, aliter in cœlo, aliter in inferno, aliter in Angelis, alitérque in cæteris agens creaturis. Miro autem modo diuerſimodo ſic diſponis ſingula, vt nequaquam deſit eſſe in omnibus. Præbet ſe vniuerſis, præbet & ſingulis; nec pluralitati quid adimit ſingularitas, neque ſingularitati pluralitas detrimentum facit, quoddam tamen præcipuum idem mediator ſuæ volens conferre Eccleſiæ, quod nunquam noſcitur fuiſſe collatum, corpus illud viſibile, paſſibile, palpabile, & mortale, quod ſuſceperat Verbum, communicauit in cibum; tale ſiquidem munus, taléque dilectionis pignus ſuæ iturus ad Patrem Eccleſiæ dereliquit. Hoc autem illi ſolatium præſtitit, hoc ardentiſſimæ charitatis indicium demonſtrauit, quatenus viſibilis humanæ eius abſentia illi fieret tolerabilis, voluit nihilominus, vt vſque ad ſæculi finem hoc modo eadem mater Eccleſia de ſui capitis ſacramentaliter præſentia lætaretur, aggregarentúrque ipſius merita, cùm de viſibilis formæ abſentia patientiam, atque de corporali occulta ſpecie fidei robuſtiſſimam exerceret conſtantiam; hos ergo alióſque plurimos in Verbo Christi anima videns per iſtiuſmodi inſtitutionem ſacramenti futuros eſſe Eccleſiæ ſuæ profectus, quum in eodem, in quo memoratum initiandum fuerat ſacramentum, ſe conſpicere reddere conuiuio, tota feruore ebria, feruida charitate, iucunda exultatione in latiſſimæ iubilationis vocem prorupit, & ait: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Hucuſque Beatus iſte auctor, quæ licèt plura fuerint; aliquid tamen hinc addere, aut abſecare religio nobis fuit, integrum locum exhibui, ne ſententiæ huius ſapor minueretur.

1125. *Sui immemor Christus memor eſt noſtri Eucharistiã ſub paſſionis tempore inſtituens.* Luc.22. Idem.

Addit Christus loco producto, cap. ſcilicet 22. Lucæ, *antequam patiar.* Nimirum ſui immemor, memor noſtrûm, noſtrique profectus exhibere ſe hominibus cogitabat, & cupiebat: *Deſiderio* (inquit,) *deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* quæ verba ſic expendebat idem Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Christi agone cap. 2. *Mirares, proximus erat paſſioni, nouerátque quantas ferre debebat contumelias, & tamen ex hilaritate cordis ſe noluit continere, quin* DESIDERIORVM SVORVM *æſtus exprimeret. Attendebat aliorum commodo, proprij immemor ludibrij, præter vſitatum, & communem naturæ ordinem eſt, vt homo morti vicinus exultet & obliuiſcatur ſui. Hinc magnanimitas, hinc charitas, hinc Redemptoris declaratur diuinitas, pœnarum quippè intrepidus, & diſcipulorum profectu ſolicitus, atque amoris flamma ſuccenſus, qualis latebat intus, per oris apertionem manifeſtauit foris. Vt igitur ignem igne, deſiderium deſiderio, & amorem excitaret amore, inquit, Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.*

Eucharistia panis deſiderabilis. Dan.10. Vgo.

Panis quoque deſiderabilis dictus eſt eucharisticus panis; huc flectit Vgo Carenſis quod habetur Dan. 10. *Panem deſiderabilem non comedi*; ſic enim ille ſcribit in cap. 6. Ioannis agens de eucharistico pane: *De hoc pane dicitur Daniel. 10. Ego lugebam trium hebdomadarum dies, &* PANEM DESIDERABILEM *non comedi. Tres hebdomadæ ab Adam vſque ad legem, & à lege vſque ad Christum, & à Christo vſque ad eius paſſionem, quando inſtituit ſacramentum hoc, atque adeò ardenti deſiderio ferri in hunc panem, in hoc ſacramentum debemus.*

Auidè Christi corpus excipiẽdum, vel terra inſenſibilis docere videtur.

Deſiderio reſpondeamus deſiderio, & votis voto ingentis deſiderij ſinu excipiamus Euchariſtiæ ſacramentum, in quod tanto deſiderio etiam noſtri cauſa Christus ferebatur; auidè Christi ſui carnem anima excipiat, curratʼ in dilecti amplexus totus homo, vel à mortuis corporibus. hoc quiſque diſcat; Domino moriente legimus terram tremore concuſſam, & mortuorum ſepulchra aperta, atque diducta fuiſſe, ſic enim habes Matth. 27. v. 51. *Terra mota eſt, & monumenta aperta ſunt*; cur ita? an corpora mortua tacitè ſignificabant, ſua intereſſe ſi Christi corpori in eiſdem ſepulchris iungerentur, vt ad immortalitatem diſponerentur? Auidè ſe dilatant ſepulchra, vt excipiant Christi corpus. Feſtiuè & opportunè B. Rupertus lib. 1. in Deuteron. cap. 6. in calce: *Cur moriente Domino, & terra tremente monumenta Sanctorum aperta ſunt, videlicet, aut nihil idoneum, aut hoc reſpondebitur ſolùm, quia corporibus mortuorum hoc expediebat vt coniungeretur cum eis in ſepulchris* CORPVS HVIVS MORTVI, *quod afferrebat reſurrectionem mortuorum, & idcirco ad ſuſcipiendam illud certatim, & auidè ſeſe dilatauerunt. Nam ſicut animam Domini Ieſu ad animas apud inferos deſcendere expediebat, vt inde illas adduceret, ſic & ad corpora corpus eius peruenire oportebat, vt illa reſuſcitaret.* Matth. 27. 51. B. Rupert.

1126. *Vehemens deſiderium deferat qui ad Euchariſtiã accedit.* Bloſ.

Vehemens deſiderium ſecum deferat, qui ad Euchariſtiæ ſacramentum accedit, nec ſuo contentus colligat, offerátque aliorum quoque, ab ipſo Christo monitum hoc fuit, Bloſius in conclaui animæ fidelis cap. 6. n. 6. *Christus ſanctæ Metilli ait: Quando ſacram communionem perceptura es,* DESIDERA AT OPTA, *ad laudem nominis mei, habere omne deſiderium, omnémque amorem quo vmquam cor aliquod erga me flagrauit, & ita ad me accede. Nam ego amorem illum in te attendam atque ſuſcipiam, non ſicut eſt in te, ſed ſicut velles eum in te eſſe.*

Ingentis deſiderij ſinu Christus excipiendus. Cant 2. 3.

Ingentis deſiderij ſinu excipiendum euchariſticum fructum vt dulciùs ſapiat, innuebat ſponſa cùm dixit in amoris Cantico: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, cap. 2. 3. Per fructum hîc aliqui euchariſticum cognoſcunt, ſic inter alios Pſellus, qui ſponſæ ob id ſapidior, & ſuauior, quò maius, ardentiúſque ſponſi deſiderium, ac propterea etiam iſtius fructus, qui abiunctus à ſponſo minimè eſt, eius eſui præmiſerat, ac veluti strauerat. Pſell.

Singulare Christum in Euchariſtia minimè amãtis deſiderium. Acta.

Veræ ſponſæ notam habuit Beata Ida Louanienſis, quæ, vt habetur in eius vita cap. 9. nimio communicandi deſiderio ſanguinem ex ore & naribus emittebat, qui non ceſſabat, donec ad perceptionem hoſtiæ accederet. Audiant quæ ſponſæ efferunt titulum, nec deſiderio vehementi æſtuant ad ſponſum acceſſuræ, ſub Euchariſtiæ velamine latitantem, quæ ſponſum amat, toto in eum feratur deſiderio, dulce hoc votum eſt, ſapidum hoc deſiderium, dulcioremque ſponſum animæ reddit, quò maius eſt.

1127. *Sub cibi, & potus ſpecie ſe exhibet Christus vt auidè ſumatur.* S. Thom.

Ingenti deſiderio ferri in Christum debent, qui cordis ſui ſinu illud ſumunt, vt multæ fuerint cauſæ, quibus ſe nobis exhibiturus Christus, id ſub ſpecie cibi & panis fecerit, hæc eſt præcipua, vt ſcilicet eum tanquam cibum eſuriremus, tanquam potum ſitiremus, ſicut enim fames & eſuries cibi manducationem præit, ita & deſiderium præire ſacram hanc communionem debet. Huc voco illud ſancti Thomæ opuſculo 58. cap. 19. *Debemus eſurire ſpiritualiter Christum,*

Chriſtum, CIBVM NOSTRVM INTIMO COROE DESIDERANOO; *addit ſecundò maſticare magna diſtrictione cogitationes. Tertiò in eum eo delectari dulcedinem eligendo.* Pergit: *Iſaia vigeſimo, Domine, nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ; & Pſalm. trigeſimo ſeptimo, Ante te omne deſiderium meum.*

Frequentior deſiderij actus in Euchariſtia, quàm actualis receptionis. Bloſ. Frequentior deſiderij actus, quo in Euchariſtiam feramur, quàm actualis receptionis ſit. Bloſij verba hæc ſunt in Regula Tyronis ſpiritualis §.4.num.3. *Paratus ſit, &* DASIDERET *crebrò ſacram Euchariſtiam ad laudem Dei percipere ſi tamen eam toties ſacramentaliter ſumere non poteſt, quoties ſumere deſiderat, non perturbetur, ſed manet in verà reſignatione tranquillus, & ſe ſe ad ſpiritualem ſuſceptionem præparet. Neque enim aliquis eum impedire poteſt, quin per ſanctum deſiderium quotidie etiam pluries ſpiritualiter communicet, ſi vult.*

1128. *Deſideriorum vir cur dicitur Daniel.* Panem hunc deſiderij ita deſiderare debemus, vt *deſideriorum viri* dici poſſimus, qui titulus exhibitus Danieli non ſemel eſt, quia nimirum ſecreta diuina iure auidiſſimè cupiebat. Sanctus Hieronymus in cap.11. Danielis, ait: *Congruenter* VIR DESIDERIORVM *vocatur qui inſtantia precum, & afflictione corporis, ieiuniorúmque duritia cupit ſcire ventura, & Dei ſecreta cognoſcere. Pro viro deſideriorum, Symmachus interpretatus eſt virum deſiderabilem, omnis enim ſanctus habens in ſe animæ pulchritudinem, amatur à Domino.*

Dan.11. In Euchariſtia quiſque vir deſideriorum dici debet.

Denique vt hoc adiiciam, per deſideriorum frequentiam, quibus in Euchariſtiam ferri debemus, nobis quoque hunc titulum pariamus, vt viri deſideriorum dicamur.

Deſiderio plura præſtanda, quàm actu præſtentur. B Laur. Iuſt. Deſiderio plura ſemper præſtanda nobis ſunt, quàm antè præſtentur; hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani de diſciplina monaſt. conuerſat. cap.6. *Parum operatur, quamuis multa agat, qui non amplius agit affectu, quàm actu. Non meruit ſecreta ſcire cœleſtia Propheta Daniel, quia ieiunauit, ſed quia concupiuit, dicente Angelo, Ego autem veni, vt indicarem tibi, quia* VIR DESIOARIORVM ES. *Et quis poteſt verbis propalare Sanctorum deſideria? Soli experti norunt amantium affectus, quàm ſæpe deſiderio patiuntur, dilaniantur, vruntur, occumbunt; quod ſi liceret, non ſegnius ſuſtinerent actu, quàm deſiderijs concupiſcant;* iuſti vix meretur nomen, qui plura non deſiderat, quàm actu præſtet, nec ditior verbis eſt, quàm ſit operibus.

EXCVRSVS LXXXVII.

Qui Euchariſtiam accipit, proficere in melius debet, in cœlum, in cœleſtia ferri.

Sacramentorum, & præcipuè Euchariſtiæ feruentes *in Dei obſequio reddere nos debet.*

A deterioribus ad perfectiora *aſcendit euchariſtico ſanguine madidus.*

Panis mutatio nos docet, vt in melius *vitam mutemus*

Alioquin claudus *euchariſtico cibo paſtus tanquam ſeruus in Dei obſequio debet currere.*

In Dei obſequio non claudicat *euchariſticæ menſæ particeps.*

Ad cœlum eleuat *euchariſticus panis, non premit.*

In Dei obſequio proficere *ſtudeat euchariſtico oſculo donatus.*

Locus ipſe, in quo inſtituta Euchariſtia, ad vlteriora *pergendum monet.*

In anteriora *extendere nos debemus poſteriorum obliti in euchariſtica menſa.*

Euchariſticæ viti adhærens purgari *plus debet, vt plus fructus afferat.*

Nullus tam ſanctus qui purgari *non indigeat, multo magis non ſanctus.*

VNiuersè, qui ad Chriſti ſacramenta admittuntur, feruentiores in Dei culto eſſe debent, vt cumulatiore gratia donari poſſint; Matth. 20. multi in vinea laborauerant, ſed qui nouiſſimi hora vndecima venerunt parem cũ illis mercedem conſequuti ſunt, ac illi, qui priùs aduenerant, diutiùs laborauerant, quia & primi ad mercedem percipiendam vocati ſunt, ait enim: *Incipiens à nouiſſimis*, incipit à nouiſſimis, id eſt, expoſitore ſancto Thoma hic, *ab his, qui ſacramentis imbuti ſunt, vnde maior gratia eis data eſt, quam primis*; atque adeò maiori feruore ſe in Dei cultu, & obſequio exercuerant; id maximè in eos quadrat, qui Euchariſtiæ ſacramento fruuntur, quod inter ſacramenta præcipuum eſt, illius eſu tanto ardore corripi debent, vt diligentia, & ſolicitudine in laborando, laboris diuturnitatem ſuppleant. 1129.

Sacramẽtorũ, & præcipuè Euchariſtia feruentes in Dei obſequio reddere nos debet. Matth.20. S.Thom.

A deterioribus ad perfectiora aſcendit euchariſtico ſanguine madidus. A deterioribus ad meliora aſcendit, qui euchariſticis delitiis paſcitur, euchariſtico vino inebriatur. In amoris Cantico amicos inuitans ſponſus aiebat: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*, Cant.5.1. bona hæc ebrietas, quà mens à terrenis, carníſque voluptatibus in ſublimia fertur; ſed cur cùm exhibita eſt actu Euchariſtia ipſa, in Euangelio ebrietatis nulla mentio fit? an re ipſa id fit in euchariſtica menſa? Pulchrè ad rem Beatus Gregorius Nyſſenus hom.10. in Cant. Cantic. ibi hæc verba expendens, & paulo aliter etiam efferens aiebat. *Hæc cùm oratio dixiſſet ſponſa, apponit propinquis myſteria Euangelij, dicens, Comedite propinqui mei, & inebriamini fratres mei. Apud eos enim, qui ſciunt myſticas voces Euangelij, nulla eſt differentia eorum, quæ hîc ſunt verborum, ab ea, quæ illic exhibetur diſcipulis myſtagogia, nempè myſteriorum, ſeu ſacramentorum inſtitutione. Nam ſimiliter & illic, & hîc dicit Scriptura, Comedite & bibite. Adhortatio autem ad ebrietatem, quam in fratribus fecit Scriptura, poterit videri multis habere aliquid amplius quàm Euangelium, ſed ſi hoc diligenter, & accuratè fuerit examinatum, inuenietur conſonare verbis Euangelicis. Quod enim hîc verbo iuſſit amicis, hoc illic reipſa fecit, quandoquidem omnis ebrietas ſolet efficere, vt mens exceſſum patiatur à vino ſuperata. Quod ergo hîc adhortatur, hoc tunc quoque factum eſt per diuinum illum cibum, & potum, & ſemper fit, ſimul conueniente cum cibo, & potu mutatione, & exceſſum à deterioribus ad ea, quæ ſunt meliora. Sic inebriantur, vt dicit Prophetia, qui bibunt ex vbertate domus, & potantur torrente delitiarum.*

S Greg. Nyſſen

1130. *Panis mutatio nos docet vt in melius vitam mutemus.* Mutatio iſta panis in corpus Chriſti nos docet, vt in melius vitam noſtram commutemus, tot Dei donis acciti, tot minis territi, tot permiſſionibus allecti, id quod notabat etiã S. Thomas opuſc. 58. *S Thom.*

cap. 11. in calce. *Cùm itaque irrationalis creatura, & inanimata, ſcilicet panis mutatur in melius, ſcilicet in corpus Chriſti Verbi Dei, mirum quòd peccator homo, nec multis verbis, nec beneficijs, nec comminatione, nec promiſſione conuerti poteſt* MALA VITA IN BONAM; aut non malus à bonâ in meliorem, perfectiorémque.

Alioquin claudus eucharistico cibo paſtus tanquam ceruus in Dei obſequio debet currere.
Iſa. 35. 4.
Guill. Pep.
Dei obſequio nō claudicat eucharistica menſa particeps.
Luc. 14. 21.
Anon.

Torpor omnis ei excutiendus eſt, qui ad eucharisticam menſam pergit, vt ceruum ſingulari quadam velocitate, qua in quæque bona opera feratur, referat, ad perfectiora, ſublimiotáque ſemper currat; Iſaiæ verba ſunt cap. 35. v. 4. *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos*, ſcilicet, vt air Guillelmus Pep. ſerm. 2. in feſto corporis Chriſti. *Veniet Dominus in ſacramento altaris*; quid additur? *Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus*; id eſt, eodem interprete, *ſaliet peccator de vitijs ad virtutes, de mundo ad cœlum*; velociſſimè in Dei obſequium feretur, moras omnes amolietur, deſidiam excutiet, ſemper ad perfectiora curret, præteritorum oblitus, & licèt antè claudicauerit in Dei obſequio, ſumpta Euchariſtiæ velocitate ceruus anteuertet. Hinc & Pater familias claudos iubet introduci, & ad ſacram menſam immolari.

Ad cœlū eleuat eucharisticus panis, non premit.
B. Laur. Iuſt.

Eleuat hic cibus quos paſcit, non premit, ad altiora vocat, ad cœlum, ad cœleſtia, hinc illud Beati Laurentij Iuſtiniani lib. de obedientia c. 14. *Ne peregrinationis huius attritus laboribus, & ærumnis, præ laſſitudine in via deficiat, ſacratiſſimo corporis tui alimento ſatiaſti: non enim, ô æterna ſapientia, corruptibili manna, non taurorum, aut vitulorum carnibus, ſicut eos qui ſub lege erant, populum tuum nutrire voluiſti: ſed te Agno innocentiſſimo animarum cibo, æternæ vitæ ſpirituali edulio. Non (inquam) ſemel tantùm, ô melliflua bonitas, ſed quotidie te immolari, téque ſumi complacuit tibi, quatenus ſicut ex culpa debito, ac quotidianis facinoribus ſine ceſſatione ad ima dilabitur, ita ſacramento tuo refectus, tua roboratus virtute, gratiaque tua dulcedine recreatus, corde, & affectione eleuatur ad ſumma.*

1131.
In Dei obſequio proficere ſtudeat eucharistico oſculo donatus.
Cant 1.

Tantum qui in Dei obſequio proficere vult poſt eucharisticum oſculum, non ſtatim à ſponſo abeat, ſed auctiùs ſponſo adhæreat; etiam ſponſa vbi oſculum petierat, & obtinuerat, non diſceſſit à ſponſo, ſed in cellam vinariam ſe introductam gaudet, & tandem ait, *Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, Cant. 1. In oſculo Euchariſtiæ delitias habemus; hoc oſculo donata non declinat à ſponſo, nec ſponſum ſinit à ſe ire, ſed proficiendi ſtudio ardentiori, vehementiorique deſiderio cum ipſo eſſe deſiderat, ac poſt illum non ire tantùm, ſed currere. Implantari hîc poſſunt, quæ aliò reſpiciens dixit Philippus Abbas Bonæ ſpei lib. 1. in Cant. Cantic. cap. 6. verba hæc verſans. *Quapropter & virgo poſt acceptum oſculum, ſtatim à ſponſo, tanquam valle faciens non declinat, ſed in eius pectore, proficiendi, & reficiendi gratiâ ſe reclinat, & adhibens eo capaciùs, quo auidiùs hauritorium puræ mentis, potatur, ſatiatur, vbertate gratiâ vberum, & fluentis, ibi ſcientiam, ibi ſapientiam profundo conſilio pluribus occultatam, alto deſiderio ſitit, & ſentit ſibi manifeſtius reuelatam: & iam ſicut Angelo, ſic Prophetis prioribus in occultis incumbens ſola ſibi trahit, iuxta Iob, & attrahit ſibi ſapientiam de occultis. Fallor ſi non & ille ſponſi diſcipulus quem dilexit, de ipſius pectore manat ſapientiam, & ſcientiam intellexit: cùm in cœna poſitus non tam vino, & epulis materialibus acquieuit, quàm ſupra pectus Ieſu inter ipſa vbera grato accubitu requieuit*; quæ omnia ad Euchariſtiam transferenda ſunt,

Philipp. Abb.

vt in illius pectore in profectum, & guſtum requieſcamus, cuius corpus comedimus, bibimus ſanguinem.

Locus ipſe, in quo instituta Eucharistia ad altiora pergendū monet.
S. Paſchaſ.

Locus ipſe, in quo inſtituta Euchariſtia fuit, tacitè inclamat ad ſublimia tendendum nobis eſſe, vt hac menſa ſimus participes, in cœnaculo nimirum hoc factum, vt vitæ ſanctitate eueharur ſemper ad maiora, qui eucharisticam frequentat menſam. Optimè ſanctus Paſchaſius epiſt. ad Frudegardum: *In cœnaculo hoc paſcha agitur, quia niſi* QVI ASCENDERINT *iſta non capiunt, vt comedant, & bibant, quod effuſum eſt in remiſſionem peccatorum, & tamen integrum manet.*

1132.
In anteriora extendere nos debemus poſteriorum obliti in eucharistica menſa.
S. Cypr.

Ad anteriora nos vrget eucharisticum vinum, eorum quæ retro ſalubrem obliuionem inducens; ebrij huius vini potu reddimur, omnium quæ egimus obliuiſcimur, vt anteriora extendamus, id quod notabat etiam ſanctus Cyprianus in cœna Domini: *Quàm præclarus eſt calix iſte? quàm religioſa huius potus ebrietas? per* QVAM EXCEDIMVS DEO, ET QVÆ RETRO SVNT OBLITI AD ANTERIORA EXTENDIMVR, *non habentes ſenſum huius mundi*; bona obliuio, quæ ad meliora transfert, quos corripit.

Eucharistica viti adhærēs purgari plus debet, vt plus fructus afferat.
Ioan. 15.
Anon.
Nullus tam ſanctus, qui purgari non indigeat, multò magis non ſanctus.
B. Laur. Iuſt.

Denique perfectus, perfectior debet euadere, & melior qui bonus; purgatur palmes in vite, vt fructus plus afferat, vt ait Saluator Ioan. 15. purgetur & qui eucharisticæ vitis vino irrigatur, vt vberiores ſanctitatis producat fructus, ſcitè ille: *Purgantur palmites adhærentes viti, non purgabuntur eucharistica viti adhærentes, vt* VBERIORES SANCTIMONIÆ FRVCTVS *producat?* Semper aliquid purgandum remanet, nec proficiendi occaſio deeſt, quòd ſi purgatur palmes, dum in vite manet, cur non purgetur ſi non maneat? rem grauiter vrget ſanctus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 2, cuius verba hîc in lectoris profectum implanto, & ſunt iſta. *Nullus quidem tam ſanctus, tam humilis, tam patiens reperitur, qui non longè valeat in bonitate eſſe præſtantior. Si autem palmes in vite manens, & fructum afferens, magis magiſque purgandus eſt, vt vberiores efferat fructus, quanto qui incultus eſt, ſolicitiùs excolendus eſt? ſi nauis in portu ſita gubernatore indiget, non indigebit, quæ in medijs adhuc agitatur fluctibus? Si demum perfecti vini ne deficiant, vel vt ampliùs proficiant, diuino egent præſidio, & gratiæ opitulatione, putabimus minus perfectos non egere?* Egent, & hoc plus egent, quòd putant non egere.

EXCVRSVS LXXXVIII.

Gratiſſimum Euchariſtia pietatis, ſanctitatis exhalat odorem.

Suauiſſimum odorem *exhalat Chriſtus, & cibus ſimul eſt.*
Suaue vnguentum *Chriſtus eſt.*
Plures animæ poſt Chriſti odorem *currunt.*
Suauiſſimus odor *eucharistici ſacrificij.*
Eucharistici ſacramenti fragrantia *etiam venatici rerum terrenarum canes à terrenarum amore auocantur.*
Plerique vino vtebantur vt vnguento.
Eucharistici vini vnguentum.
Verè diuinus odor *ex Euchariſtia.*

Vnguentum

Vnguentum *euchariſticum vinum.*

Fœtor *à benè olenti euchariſtica menſa eliminetur.*

Veſtes quibus indutus Iacob boni odoris, *quia Euchariſtiam reſpiciebant.*

Eccleſia Dei ſponſa benè olet, *ſuper omnia aromata ob Euchariſtiæ ſacramentum.*

Laudum fons, *&* origo *euchariſtica menſa.*

Bona fama bonus odor *Deo placet, diſplicet malus mala.*

Mala famæ *hominibus Euchariſtia iuſtè negatur.*

Suauitatis odorem *in antiquis ſacrificijs Deus ſentiebat, quia Euchariſtiæ vmbra erant.*

Bonus odor, *bona mens, bona voluntas.*

Malus offerentium malitia bonum rei oblatæ odorem *retundit, inficítque.*

Offerentis *ratio potius habetur quàm rei* oblatæ.

Spiritualis cultus *quàm Deo gratus, gratíque odoris.*

Euchariſtici vini odorem *non ſentit qui terrenarum voluptatum aquas bibit*

Creaturæ odor *nos decipit, ne poſt Chriſti odorem eamus.*

1133. *Suauiſſimum odorem exhalat Chriſtus, & cibus ſimul eſt.* Cant. 2. S. Greg. Nyſſ.

VNguentum ſuauiter olens Chriſtus eſt, ſed non nudum odorem exhalat vt flores, ſed cibus eſt, vt pomum, nouit hoc ſponſa, cui cùm dictum eſſet: *Sicut lilia inter ſpinas, ſic amica inter filias*; ſponſo reponens vicem, dixit: *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filias*; Cant. 2. 3. Præfert cibo ſponſum ſuum, non futura ſponſa vici præferret lilio à ſponſo comparata, quod odorem tantum exhalat cibo ineptum eſt, malum ſponſum comparat quæ pomum profert, quod & odorem emittit, & cibum exhibet; audiendus hîc Beatus Gregorius Nyſſenus, qui hom. 4. in Cant. ita de hac re diſſerit: *Lilium quidem ſpecie, & odore tenus delectationem parit: pomi autem gratia tribus ſenſibus aptè, & conuenienter diſtribuitur, vt quæ & oculos delectet ſpecie aſpectabili, & bono odore odoratus ſenſum recreet, & effecta nutrimentum dulcedine afficis ſenſum guſtus. Rectè ergo vidit ſponſa quæ ſit ſui à Domino differentia: quoniam ille quidem & nobis & lætitia oculorum, vt qui in eis ſit lux, & vnguentum odoratui, & vita comedentibus. Nam qui eum comederit viuet, ſicut alicubi dicit Euangelium. Humana autem natura perfecta per virtutes, fit flos, non ſolùm agricolam nutriens, ſed ſe ipſam exornans, illa enim non eſt bonorum noſtrorum egens, ſed nos illius bonis egemus, ſicut dicit Propheta, Quoniã bonorum meorum non eges. Propterea ſponſum aſpicit purgata anima, in lignis ſyluæ facta malum, vt cùm ſibi inſeruerit, omnes agreſtes ramos ſyluæ efficiat, vt ſimiles fructus producant.*

Suaue vnguentũ Chriſtus eſt. Elias Cret.

Suaue vnguentum eſt Chriſtus, ſuauiſſimum emittens odorem, & lætitia ſumma omnes afficiens; pulchrè Elias Cretenſis commentario in orat. 4. ſancti Gregorij Nazianzeni: *Quódnam autem illud* VNGVENTVM *eſt, quo Reges tantùm ac Sacerdotes inunguntur? nimirum vnguenti compoſitio fragrantium materiarum collectio quædam eſt, ſuaues qualitates copioſè in ſe habens? quarum qui participes fiunt, pro ratione atque quantitate fragrantiæ illius, quæ ad eos manet, ſuaui odore perfunduntur. Mihi verò illud perſuaſum eſt, Chriſtum quoque vnguentum eſſe, præcellentem quemdam in modum fragrans per ſpirituales infuſiones mentem noſtram a propenſione in vitium repurgans, ac diuina lætitia cumulans: vnguentum, inquam, non ex ſenſilibus aromatibus, nec arte humana, verùm ex deitate ac puriſſimis & virgineis ſanguinibus magni vnguentarij arte ac ſolertia conflatum. Ac ſermonis huiuſce teſtis eſt Gabriel, ad Virginem dicens, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Quo ſolo ij vnguntur, qui tribulantis animi permotionibus dominantur, & imperant, & qui ſe ipſos quotidie mactant, inſtar magni Apoſtoli docentis, Quotidie morimur; de quo etiam ſponſa in Canticis ait, Vnguentum exinanitum nomen tuum, ſi quidem ad exiguum tempus à ſua gloria exinanitum eſt (velut magnus hic vir alio loco dixit) vt nos plenitudinis ipſius participes eſſemus. Hoc igitur vnguento perfundi Pater hic optat, eóque affici, atque imbui manuteneríque, ex eo ſuauem odorem Deo afflare, vt ipſe quoque nos odoretur, iuxta id quod in Geneſis libro dictum eſt, & odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, hoc eſt, libenter ſuſcepit.*

Plures animas poſt Chriſtum currere odore eius ſuauiſſimo tractans notabat ſanctus Ambroſius lib. de his, qui myſteriis initiantur cap. 6. vti ſacri epithalamij verba reſpiciens, ait: *Quantæ hodie renouatæ animæ dilexerunt te Domine Ieſu, dicentes: Attrahe nos poſt te,* IN ODOREM *veſtimentorum tuorum curremus, vt odorem reſurrectionis haurirent.* 1134.

Plures animæ poſt Chriſti odorem currunt. S. Ambr.

Suauiſſimum odorem præcipuè exhalat Chriſtus in ſacra Euchariſtia, quo animas poſt ſe allicit & trahit; fragrantiſſimo pietatis odore altaris ſacramentum & ſacrificium fideles allicit & trahit. Scitè ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 4. *Eccleſiaſtici quadrageſimo nono: Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij memoria Ioſiæ eſt memoriale Saluatoris, vel ſacrificium altaris. Hoc factum eſt opere pigmentarij, ſcilicet ex pretioſis operibus diuinitatis, & humanitatis ſuæ, vt ſuauiſſimo honeſtatis & pietatis odore ad te trahat fideles Eccleſiæ, Canticorum 1. Oleum effuſum nomen tuum. Hinc omnes qui verè credunt, ob ſpem gratiæ, & deuotionis ad hoc ſacrificium videndum, & adorandum ad Eccleſiam frequenter, & feruenter occurrunt.*

Suauiſſimus odor euchariſtici ſacrificij. Eccli 49. S. Thom.

Tanta eſt euchariſtici ſacramenti fragrantia, vt illâ allecti mundi certatores mundanorum bonorum prædam inſequi deſiſtant. Florum ac herbarum odor adeò plerumque venationi afficit, vt illi perhibent qui huic ſe mancipant exercitio, vt pratorum odore affecti venatici canes deſinant lepores inſequi, aut inſequentes veſtigia eorum ſubodorari nequeant camporum odore odorem feræ obtundente; quid ſi idem fiat in Euchariſtiæ ſacramento? Mortales eanum venaticorum more terrenarum rerum lepores auidiſſimè ſectantur, ſed ſi accidit Euchariſtiæ ſuauitate, ac fragrantia ſemel eos corripi, adeò terrena contemnunt, vt trahi illorum odore ampliùs ſe non ſinant. Feſtiuè bonus ille auctor: *Inde maximè Euchariſtiæ ſuauitas relucet, & commendatur, quòd eius* SVAVITATE OCCVPATI VENATICI CANES, *ſæcularium, inquam, bonorum; ac voluptatum amatores, lepores veſtigare nequeant, atque intermittant, omnis ſapor delectamentum carnalium ſit eis quaſi rancidum, radénſque palatum acutè mordacitatis acetum.*

Euchariſtici ſacramenti fragrantia etiam venatici rerum terrenarum canes à terrenarum amore auocantur. S. Ant. Vel. tom. 1 annot. 10.

1135. Pleriqoe vino vtebantur, non vt bibant tantùm, ſed etiam vt eo ſe abluant, ſe vngant, Ælianus lib. 3. hiſt. var. *Tapyri populi viuunt in vino, & non ſolùm eo vtuntur, vt bibant, verùm & vt ſe lauent, & vngant*; aptius vnctioni euchariſticum vinum eſt, quo mens delibuta fortiùs contra hoſtes dimicat, ſuauiſſimùmque odorem animæ impertit, cui, vt ita dicam, affricatur.

Pleriquevino vtebantur vt vnguento. Ælian.

Adeò deſipuere alioqui vini amatores, vt florum odorem ex eo manare dicerent, & diuinum. Hermyppus apud Athen. lib. 1. cap. 27. *Eſt quoddam vinum quod ſapa dicitur, cuius ex ore cùm amphora eſt operta ſpirant violæ, & roſa, & hyacinthi diuinus odor*; ſolum euchariſticum vt diuinum odorem exhalat diuinum.

Euchariſtici vini vnguentum. Verè diuinus odor ex Euchariſtia.

Olim vnguenta vinis admiſcebant; Theophraſtus, *Alij* VNGVENTA *vino infundentes.* Alij quoque huius moris meminere; in euchariſtico vino vnguentum non tantùm habemus, ſed ipſum & vinum, & vnguentum eſt.

Vnguentum euchariſticū vinum.

Qui euchariſtico ſe vnguento linit, & vngit, delitiarum terrenarum fœtorem minimè impleatur; huc facit illud ſancti Chryſoſtomi homil. 61. ad populum Antiochenum. *Menſa ſpiritnali frueris, menſa regia, & rurſum luto corpus contaminas,* VNGIS VNGVENTO, *& fœtore rurſum imples.*

Fœtor à benè olenti euchariſtica menſa eliminetur. S. Chryſ.

Etiam Iſaaco veſtes quas Iacob induerat gratiſſimum exhalare odorem viſæ ſunt, vt diceret: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agni pleni, cui benedixit Dominus*; Gen. 27. v. 27. Dum odoris agri meminit videtur euchariſticum triticum à longè ſubodoratus fuiſſe, & certè ex aliquorum mente veſtes illæ erant ſacerdotales, & aliquo pacto euchariſticum ſacrificium, omnia legis veteris inſtituta reſpiciebat.

Veſtes, quibus indutus Iacob boni odoris, quia Euchariſtiam reſpiciebant. Gen. 27. 27.

1136. Eccleſia quoque Dei ſponſa non hominibus tantùm, ſed Deo ipſi, ipſi ſponſo ſuo Chriſto ſuauiſſimum odorem emittit, præcipuè ob euchariſticum epulum, quo ditata à Deo eſt, certè quòd *odor veſtimentorum ſuorum* ſuper omnia aromata dicantur, ſicut ea quod ſponſi ſui cor vulneret in vno oculorum ſuorum, & in vno crine colli ſui, quòd vino pulchriora ſint eius vbera quibus laudibus cumulatur à ſponſo. Cant. 4. hoc præcipuè ab euchariſtica menſa, qua ex inſigniis agnoſcere debet per hanc has laudes à ſponſo habet; nefas hîc deſiderari Beati Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Euchariſtia, vbi Eccleſiam Chriſti ſponſam alloquens, eiúſque felicitatem, ex quo Chriſti corpori per Euchariſtiam adhæſerit explicans, ait: *Equidem ex quo tanto adhæſiſti ſponſo, corpúſque tuum corpori eius aſſociatum eſt, effecta es ſpecioſa, & ſuauis in delitijs, vt Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet, & dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſpōſa, pulchriora ſũt vbera tua vino, &* ODOR VESTIMENTORVM TVORVM *ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris, hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus; emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus*; ita ſponſus ſponſam laudat, ſed laudum fons, & origo auguſtiſſima Euchariſtia eſt. quæ ſponſæ ſuæ adhærens adeò commendabilem eam reddit, vt ſolus ipſe ſit aptus recēſere eius laudes, qui ſui exhibitione adeò laudabilem fecit, nulla tam magna eſt laus, qua efferri Chriſti ſponſa non poſſit, euchariſtico theſauro nobilitata, & quidem quòd ſola & vna Dei ſui ſponſa ſit, & aliis tectis adeò præferatur, euchariſticæ menſæ præcipuè tribuendum.

Eccleſia Dei ſponſa benè olet, ſuper omnia aromata ob Euchariſtiæ ſacramentum.

Cant. 4.

B. Laur. Iuſt.

Laudū fons, & origo euchariſtica menſa.

1137. Tantum qui tam ſuaui odore recreatur, odore bono odori bono reſpondeat, vitæ bonæ, & famæ bonæ odorem aſſiduè exhalet. Nam, vt ait Oleaſter in cap. 2. Leuit. idcirco mel in ſacrificio ſibi offerri Deus noluit, *quia mali odoris eſt ſi crematur: nihil magis Deo diſplicet, quàm ſi* MALI ODORIS, ET FAMÆ SIS; *expende non tibi ſat eſſe, ſi bonus ſis, ſi mel dulciſſimum retineat, niſi cum hoc benè audias; dulce, ſed malè olet ſi comburatur, ideò reſpicit illum Deus*; vt vbique hunc bonum bonæ famæ odorem à nobis Deus exigat, requirit tunc maximè, cùm ad ſacrum altare accedendum eſt, adeò vt licèt alioquin etiam occultis peccatoribus non ſit negandum Euchariſtiæ ſacramentum, publicè tamen malæ famæ odorem exhalantibus iuſtè negatur; ſed rurſus ad odorem bonum redeamus.

Bonæ famæ bonus odor Deo placet, diſplicet malus malæ. Oleaſt. *Malæ famæ hominibus Euchariſtia iuſtè negatur.*

Vix ex arca exierat Noë, cùm altare extruxit, victimas obtulit, adoratúſque eſt Dominus *odorem ſuauitatis*, Gen. 8. offerentis animum inſpexit, potius quàm victimas, aut etiam ſacrificium illud euchariſticum, quod altare iſtuc adumbrabat. Pulchrè ille: *Altare iſtud Noe, ac ſacrificium ſuauiſſimè ſpirarunt, ſcilicet* ODOREM *ac ſignificationem altarium & templorum Eccleſiæ Chriſtianæ, atque adeò ſacramenti Euchariſtiæ, quæ in illis conficitur, ſumitur, odoratur, & ſeruatur*; licet hîc quoque aliud innuatur, bonæ ſcilicet voluntatis odore Deum allici, & cupi deliniri.

Suauitatis odorem in antiquis ſacrificijs Deus ſentiebat, quia Euchariſtiæ vmbra erat. Gen. 8. B. Tert.

1138. Bonus odor, quo carere nunquam debemus, bona voluntas, intentio bona eſt, quæ alioquin non benè olentibus odorem ſuauiſſimum affricat, quo Deus ipſe delectetur; hunc odorem Deus ſentit, cùm Noë arca egreſſus Gen. 8. *Ædificauit altare, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare, odoratúſque eſt Dominus* ODOREM *ſuauitatis*; bona offerentis nimirùm mens, fragrantiam victimis, bono odore deſtitutis affricauit; id quod notabat ſanctus Ioannes Chryſoſtomus hom. 27. in Geneſim, vbi expendens hæc verba ait: *Vide quomodo animus offerentis fumum, & nidorem & omnem quæ inde naſcitur ſuauitatem, multa fragrantia implenit*; & nonnullis interiectis addit: *Odoratus eſt Dominus Deus* ODOREM FRAGRANTIÆ; *at non ita eſt de ingratis Iudæis, ſed quomodo; audi Prophetam dicentem, Thymiama in abominationem mihi eſt; quaſi oſtendat voluntatis offerentium malitiam; quemadmodum enim hic iuſti virtus fumum & nidorem fecit odorem fragrantiæ, ſic apud illos offerentium nequitia benè olens thymiama in abominationem conuertit; igitur vbique ſtudeamus quaſo mentem afferre incorruptam; iſta enim cauſa eſt omnium bonorum; bonus enim Dominus non conſueuit attendere ad ea, quæ à nobis fiunt, ſed internam mentem, à qua, vt hæc facimus, impellimur, & ad hanc ſpectans vel approbat ea, quæ à nobis fiunt, vel auerſatur*; ita offerentis potius, quàm rei oblatæ habetur ratio, & quis, qualiſque, ſit ille qui dona offert, Deus ſpectat potius, quàm quid offerat, niſi ſit euchariſtica oblatio, quæ grata, & boni odoris eſt, etiam ſi non ſit ille, qui offert.

Bonus odor bona mēs bona voluntas. Gen. 8. S. Chryſ. *Malus offerētium malitia bonum rei oblatæ odorem vetundis infecit que.* Ioan. 1. 13. *Offerentis ratio potius habetur quàm rei oblatæ.* Idem.

Ex his verò quæ diximus, quàm gratus, quámque ſuauis odoris ſit ille cultus, quo Deus in Euchariſtiæ ſacrificio, aut ſpiritualibus operibus litamus, ſi ſanctæ fragrantiæ ille fuit, quem circa animantia exercuit bonus Noë; id quod vrgebat idem Beatus Chryſoſtomus loco producto: *Itaque*

Spiritualis cultus, quàm Deo gratus gratique odoris. Idem.

cum

cùm hæc ſciamus, vndequaque mentem noſtram benè muniamus, vt per eam ſiam accepta, quæ facimus, nam ſi FVMVM, *&* NIDOREM *facit fieri, odorem ſuaueolentia, quid è ſpiritualibus noſtris faceret cultibus, & quantam non gratiam cœlitus nobis procurares?* Tantum bona voluntas poteſt, tanquam ſuauem in Dei cultu odorem efflat.

1139. Euchariſtici vini odorem non fert, qui ex terrenarum voluptatum ſontibus bibit. Perhibent apud Clitorios fontem reperiri, cuius aquam qui biberit, vini deindeodorem ferre nequit, Sotionis hæc ſunt verba: *Apud Clitorios fons eſt, cuius aquam qui biberit, vini odorem non ferat*; ita fit, vt qui delitiarum periturarum fluentia ſectatur, viuificum euchariſtici vini odorem, ſaporémque vix ſentiat, aut ſentire poſſit; vt vetus fuerit qui dixit: *Euchariſtiæ delitia cum terrenarum voluptatum illecebris non cohærent.*

Euchariſtici vini odorem non ſentit, qui terrenarum voluptatum aquas bibit. Anon.

Nemo adeò deſipiat vt creatorarum odore decipi ſe ſinat, & impediri, quò minus poſt odorem Chriſti ſui decurrat; hioc illud Beati Laorentij Iuſtiniani lib. de incendio diuini amoris, qui nouiſſimè lucem vidit cap. 6. *Decipit, Deus meus, odor creaturæ olfactum meum, & neſciui, quòd odor tuus, ô Domine Ieſu, ſit ſuper omnia aromata. O pie Ieſu, fons odoris, & odor ſuauitatis, cuius fœcunda amœnitas facit indeſinenter currere poſt te, infatigabiliter laborare. Parce mihi, quòd tam ſerò agnoui te, & tam tardè in* ODOREM *vnguentorum tuorum cucurri.* Da amor, vt alium odorem non ſentiamus, niſi illum, qui à te exit; da vt cetum terrenarum fragrantia, quæ ingratiſſimus fœtor eſt, nos minimè decipiat. Ite delitiæ, ite voluptates, nullus bonus odor, niſi qui exhalat à Chriſto, quíque in cœlum rapit eos, quos afficit.

Creaturæ odor nos decipit, ne poſt Chriſti odorem curramus. B. Laur. Iuſt.

EXCVRSVS LXXXIX.

Sacra Euchariſtia cur memoriale dicatur, cur memoria.

זכר *de* memoria, *&* odore.
Memoria de cibo, *& obliuio de* appetitus priuatione.
Memoria *de Euchariſtia ſacramento.*
Memoria *Chriſti Euchariſtiæ ſacramentum.*
Memoriale *ſacra Euchariſtia, quia memoria noſtra ſuggerit quæ nobis præſtanda.*
Euchariſtica menſæ particeps memoriæ *ſcripta circumferat Dei beneuolentia.*
Etiam minima Dei beneficia memoriæ *inſculpenda, ne pereant.*
Obliuio *ab euchariſtico pane abeſſe debet.*
Qui in memoriam *mirabilium ſuorum Euchariſtiam Deus exhibuerit.*
Chriſti paſſionis memoria *in euchariſtico conuiuio.*
Euchariſtia Chriſti paſſione veluti condienda.
Chriſtus paſſus *pro omnibus.*
Tantum quiſque Chriſto debet, *quantum ſi pro ipſo ſolo eſſet paſſus.*
Paſſio Chriſti memoriæ *adhærere adeò debet, tanquam ſi mens ipſi nupſiſſet.*
Diues & nobilis ſponſa *Chriſti* paſſio.
Paſſio Chriſti in matrimonium *ducenda, vt bonorum operum fœtus emittamus.*
Obliuio *laudata quæ quis ſui obliuiſcitur.*
Amore diuioo *ebrius omnium obliuiſcitur.*
Rerum corporearum obliuione *iuſtorum morte, quia & Angelorum, mori quis optauerit.*

DE euchariſtici ſacramenti fragrantia, ſuperóque odore, animas in ſublimia alliciente ſuperiùs egimus, nunc probandum nobis eſt, *memoriam*, de Euchariſtia dici *memoriale*, Euchariſtiam vocari, non coactè hæ duæ res ſibi inuicem cohærent, odor, & memoria, nam etiam apud Hebræos eadem vox vtrumque ſignificat, זכר *zecher* quippè & memoriam ſignificat, & odorem, odoriferámque oblationem, ab odore igitur ad memoriam tranſitum facio, a fragrantiâ ad memoriale. 1140.

זכר *de memoria & odore.*

Memoria cum cibo adeò cohæret, vt olim appetitus priuationem, cibi obliuionem, quod notabat Euthymius in Pſalm. 101. ad illud, *Oblitus ſum comedere panem meum; ait enim: Antiqui appetitum cibi memoriam appellabant, & appetitus priuationem cibi obliuionem.*

Memoria de cibo, obliuio de appetitus priuatione. Pſalm. 101. Euthym.

Sacramentum Euchariſtiæ memoriæ nomine aliquando circumſcriptum legimus; hunc aliqui flectunt, quod habetur Exod. 20. 24. *In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.* Sanctus Thomas opuſc. 58. cap. 13. ad hæc verba: MAMORIA *nominis Domini ſacrificium eſt altaris, ſcilicet corpus Chriſti, quod fieri iuſſit in commemorationem eius.*

Memoria de Euchariſtia ſacramento. Exod. 20 24. S. Thom.

Memoria Chriſti Euchariſtiæ ſacramentum eſt, huc vocat idem Beatus Thomas opuſc. 58. cap. 22. quod de Ioſia habetur Eccli. 49. 1. *Memoria Ioſia in compoſitione odoris*; ſed audiamus ſanctum Doctorem Eccli. 49. *Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij in omni ore quaſi mel inculcabitur.* Ioſias qui interpretatur fortitudo Domini, ſignificat Chriſtum; dicit gloſ. Memoria *Chriſti*, id eſt, ſacramentum corporis eius, quod in memoriam ſui iuſſit conſecrari, opus eſt *odoriferum* veri pigmentarij, id eſt, Spiritus ſancti, qui illud compoſuit de pretioſiſſimis ſpeciebus, ſcilicet de carne virginali, & ſapientia Dei.

Memoria Chriſti Euchariſtiæ ſacramentum. Eccli. 49. 1. S. Thom.

Memoriale quoque ſacra Euchariſtia dicitur, quia in eo quodammodo legere poſſumus, quid nobis in Dei obſequium præſtandum, quid cauendum ſit; quod ſic bonus ille auctor explicabat: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum; & quemadmodum fidelis ſeruus, qui diebus ſingulis memoriale Domini ſui recolit, aperit, & intuetur, vt quid ſibi faciendum ſit, memoretur, in fratres curandum vobis eſt diebus ſingulis rei ſacræ intereſſe, & quoties Sacerdos in altari ſanctiſſimam oſtiam eleuat, conſiderate memoriale vobis oſtendi, in quo ſcriptum eſt, quid Deo debetis, & quid pro ſuo ſeruitio facere debeatis; nam quamuis in ipſa oſtia verus Dei filius glorioſus, & immortalis ſit, etiam ibi repræſentatur mors, quam in cruce paſſus eſt. Conſideratis ergo fratres, vos ibi proprijs veſtris oculis Chriſtum Dominum, & ſponſum veſtrum cernere crucifixum, coronatum ſpineis, duris tranſfixum clauis, & ſic vobiſcum loquentem: Ecce ô homines quid pro vobis feci, & quantum mihi debeatis. O memoriale cœleſte! aſpicite illud rectè fratres, quia in ipſo vobis dicitur quanta obligatione ſitis obſtricti peccata fugere, à quibus vt nos filius Dei eriperet tam crudelem mortem paſſus eſt: ibi etiam dicitur* 1141.

Memoriale ſacra Euchariſtia, quia memoria noſtra ſuggerit, quæ nobis præſtanda. Ph. Di. cōc. 2.

vobis quantum debeatis pro illius obſequio vitam veſtram impendere, qui vnam pro veſtro amore vitam perdidit, quæ omni vita pretioſior erat. O quàm ſtrictum nos manet iudicium, niſi in nundinis his negotiabimur; ſecundum quod in hoc memoriale nobis præſcriptum eſt? nihil eſt, quod hoc memoriale non ſuggerat; ſi benè attentéque legatur.

1142. *Euchariſticæ menſæ particeps memoria ſcripta circumferat Dei beneficia.* Bloſ.

Euchariſticæ menſæ particeps futurus memoriâ altè inſcripta Dei beneficia pia mente verſare debet, id quod monebat etiam Bloſius in animæ conclaui cap.12. §.1. num.1. *Quando admittendus es ad cœleſte illud conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, piâ mente recole beneficia Dei; maximéque paſſionem Dominicam, in qua inenarrabilis charitas Chriſti erga nos præcipuè relucet; ipſe enim de hac menſâ loquens ait: Hoc facite in meam commemorationem. Ergo ſi tibi vacat, recogita, vel meditare quid pro te fecerit ac pertulerit Dominus Ieſus: ſimulque eum roga, vt habitationem ſibi gratam, & amœnam in te præparet. Pete vt deletis omnibus peccatis tuis, inopem animam tuam meritis, ac virtutibus ſuis exornet.*

Etiam minima Dei beneficia memoria inſculpenda, ne pereant.

S.Bern. Obliuio ab euchariſtico pane abeſſe debet.

Cùm ſingulari miraculo panum multiplicatione ingentem multitudinem Dominus in deſerto ſatiaſſet, voluit ſupereſſe fragmenta, quæ colligerentur; ne ſcilicet tanti beneficij facilè diſcipuli obliuiſcerentur; tacitéque docere voluit in magnis Dei beneficiis, etiam quæ minima, altè cordi eſſe ſculpenda; huc facit illud Beati Bernardi ſerm. 51. in Canticum Canticorum: *Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, id eſt, nec* MINIMA BENEFICIA OBLIVISCI. *Nunquid non perit quod donatur ingrato? ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio*; & verò hoc quoque ſibi volebat Dominus, ne in euchariſtico pane aliquis adeò ingratus eſſet, vt tanti beneficij obliuione corripi ſe lineret, cùm nec exigua fragmenta in communis panis exhibitione obliuione ſepeliri voluerit; fragmenta corruptibilis panis perire noluit; & ferret perire integri panis euchariſtici memoriam?

1143. *Qui in memoriam mirabilium ſuorum Euchariſtiã Deus exhibuerit.* Pſalm.110. S.Thom.

In memoriam Dei mirabilium exhibitum nobis eſt euchariſticum ſacramentum, quod ſic explicat ſanctus Thomas opuſc.58.cap.2. Pſalm.110. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum*, quaſi diceret. Dominus dedit nobis eſcam, ſcilicet ſe ipſum ad memoriam ſuorum mirabilium: præteritorum, quòd nos redimit, præſentium, quòd omnia noſtra reſpicit, futurorum, quod diſtrictè tandem iudicabit.

Chriſti paſſionis memoria in euchariſtico conuiuio. S.Bernardin.

3 Reg.19.

Vt omnium beneficiorum memoria in ſacra Euchariſtia recolenda ſit maximè, tanta tamen illius celebranda, quod omnium maximum eſt, Dominicæ ſcilicet paſſionis. Sanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 54. in cœna Domini art. 1. cap. 4. rem ſic colligebat ex eo, quod Eliæ accidiſſe legimus 3.Reg.19. ſed præſtat audire piiſſimum hunc auctorem: *Reſpexit Elias, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ comedit; ergo, & bibit, & ſequitur quòd ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Oreb. Quid per iuniperum, cuius cinis per annum conſeruat ignem, niſi in hoc ſacramento memoria, & meditatio Chriſti paſſi, cuius humilis ſenſus ſuper omnia in corde conſeruat ignem diuinæ dilectionis.*

Euchariſtia Chriſti paſſione veluti condienda. Ruth 2. Vgo Car.

Huc vocabat Vgo Carenſis illud Ruth 2. *Intinge buccellam tuam in aceto*; in aceto nos quoque buccellam intingimus, in euchariſticum panem paſſionis Chriſti memoria condiamus; ſic ille rem verſat in cap.17. Prouerb. *De hac buccella (Euchariſtia) de Ruth 2. quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto, id eſt, in commemoratione paſſionis Chriſti, quod debet fieri cum cordis compaſſione; vnde Gen.3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; nimirum ſuauitati ſuauitas additur, cùm euchariſticus panis paſſionis Chriſti memoria quodammodo imbibitur, & conditur.

Chriſtus paſſus pro omnibus. Pſalm.73.14. B.Beda.

Paſſus pro omnibus Chriſtus eſt, omnibus paſſionis ſuæ, cuiuſque fructum quantum in ſe obtulit, vt ob id in medio terræ hominum ſit ſaluum operatus, hinc illud Danielis Pſalm.73.14. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*; nempè in monte Caluario; ſed cur in medio terræ? *vt paſſionem ſuam omnibus offerret æqualiter*; ait Beatus Beda; atque adeò omnium eſt hoc beneficium memoriæ inſculpere, ſed eorum præcipuè, qui euchariſticam frequentant menſam.

Tantum quiſque Chriſto debet, quantũ ſi pro ipſo ſolo eſſet paſſus. Salu.

Quòd pro vniuerſis hominibus Deus ſit paſſus, non minuit hoc debitum, ſed auget, quod in hunc modum euincit Saluianus lib.2. ad Eccleſiam Catholicam: *Hoc*, inquit, *licèt generale ſit debitum, & ſpeciale tamen eſſe non dubium eſt; licèt ſit commune omnium, eſt tamen ſpecialiter ſingulorum: ita ad omnes æqualiter peruenit, vt tamen de ſumma vnicuique nil recedit. Chriſtus enim ſicut pro omnibus paſſus eſt, ſic pro ſingulis, & cunctis ſe impendit pariter & ſingulis: & totum ſe dedit vniuerſis, & ſolùm ſingulis, ac pro hoc quicquid paſſione ſua Saluator præſtitit, ſicut totum ei debent vniuerſi, ſic totum ſinguli; niſi quòd pro hoc plus ſinguli, quod vniuerſi, quòd tantum acceperunt ſinguli, quantum vniuerſi.*

1144. *Paſſio Chriſti memoriæ adhærere adeò debet, tanquã ſi mens ipſi nupſiſſet.* B.Laur.Iuſt.

Altè memoriæ ſuæ Chriſti ſui paſſio inhæſerat qui eam tanquam ſponſam ambiebat in matrimonium ducere, cupiebat ei dari, noctúque adhæſurus; ſcitè Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de incendio diuini amoris cap.4. *Hanc Domine acerbiſſimam, & ignominioſiſſimam paſſionem, da mihi in ſponſam vinculo indiſſolubilis charitatis: ſuper omnes conſolationes, & delitias adamaui eam; & tamen alia ſuperinducta repudiaui eam. Nunc venio, & requiro eam: nec mecum Domine agas iuxta iuſtitiæ rigorem, ſed tuæ clementiæ diſpenſationem. Hanc ergo da mihi Domine, quia ego hanc amaui, hanc dilexi, hanc totis viſceribus concupiui; ipſa ſola mihi ſufficiet, & ſola medullitus reficit; ipſa in hac vita eſt vita mea, conſolatio mea, delitia mea; ipſa eſt lex, & ſapientia mea, ipſa me reducit, & conducit, ſine ipſa deuio, ſine ipſa à portu ſalutis declino*; quàm pulchra, quàm diues, quàm ingentium bonorum mater hæc ſponſa eſt? quàm meliores, felicioréſque mortales eſſent, ſi repudiatis rerum terrenarum affectibus hanc ambirent ſponſam; hanc quærerent, huic ſe inenodabili nexu iungerent, aſſiduè mente voluerent, quæ pro illorum ſalute paſſus Deus ſit.

Diues & nobilibus ſponſa Chriſti paſſio.

Paſſio Chriſti in matrimoniũ ducenda, vt bonorum operum fœtus emittamus. B.Laur Iuſt.

Vxor iſta rebus omnibus præferenda eſt, fluxæ pulchritudini diuitiis ſolâ paupertate grandis voluptatibus omnibus, omnibus dignitatibus, & honoribus, pergit eodem amoris æſtu, idem Beatus auctor eodem loco: *Hanc volo Domine, hanc volo, hanc tribue mihi vxorem; non peto pulchritudinem cœli, ſed ignominiam tui, non mundi diuitias, ſed tuas anguſtias. Cito mihi Domine tribue eam; iam ampliùs nolo, nec poſſum differre. Conſentias in me, quia conſentio in eam, & erit charitas conſummata, intrent cor meum vulnera tua, & ipſa intret in intima mea, & erit matrimonium conſummatum. Sed quis ego ſim Domine, vt à te ſponſam audeam petere, quam ſolum tuis intimis amicis coniungis? Sed quamuis nihil, & vanitas, & deteſtabilis ſanies ſim, præſumo tamen*

ſemper

Digitized by Google

ſemper de tua clementia immenſa ; & licèt non habeam puritatem & ſanctitatem matris tuæ ſanctiſſimæ & mundiſſimæ, vt tecum dignè compatiar. Latronis tamen prauitatem habeo, vt tecum ad latus crucifigi debeam. Magis Domine in hac vita deſidero cum latrone tecum in crucem aſcendere, magis ad præſens mihi places videre te oculo mentis laniatum, conſputum, quàm transfiguratum. O hæc eadem mens omnes corriperet, hoc eadem amoris æſtu in Ieſu Chriſti tormenta, paſſionéſque omnes ferremur, quàm fœcundum bonorum operum hoc matrimonium, quàm ſpiritualium fœtum ferax hoc coniugium.

1145. *Obliuio laudata qua quis ſui obliuiſcitur.*

Quòd ſi in Euchariſtiæ ſacramento, quod *memoria* dicitur, corripere nos aliqua obliuio poteſt, corripiat illa, qua extra nos facti rerum terrenarum, & noſtri obliuiſcamur, vtilis obliuio iſta eſt, quam afferre ebrietas illa ſolet, quæ ab amoris diuinæ vino eſt, & etiam euchariſtico; benè ebrius erat Paulus, qui in cœlum raptus neſciebat, an in corpore fuiſſet, an extra corpus, 2.Cor.12. Miratur hanc obliuionem, & laudat Richardus Victorinus lib. 1. de præparatione animi ad contemplationem cap.37. dum ait: *Audi hominem hac ebrietate madentem, & quid circa ſe agatur omnino ignorantem, ſiue in corpore, inquit, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Quomodo putas inebriatus erat: quomodo mundus ei in obliuionem venerat, qui ſe ipſum neſciebat?* Verè ſe ipſum ſcit, qui ſe hac ratione neſcit; & ſanctus Bernardus opuſc. de charit. cap.3. hanc obliuionem paulo aliter expendebat, dicens: *Vnde & Paulus non in tertium cœlum ſe aſcendiſſe, ſed raptum fuiſſe perhibet, vbi ſic afficitur eo quaſi igne de altare dum animus diuino ebriatus amore obliuiſcitur omnium, & totus pergit in Deum, guſtans illud quod nemo nouit, niſi qui accipit.*

2.Cor.12.2.
Rich. Vict.
Amore diuino ebrius omnium obliuiſcitur.
S.Bern.

Huius obliuionis amore correptus, præſentium rerum memoriam in ſe ita oblitterare cupiebat, vt rebus omnibus mortuus in cœleſtia rantùm rapi vellet. idem ſanctus Doctor, ſic enim loquitur ſerm. 52. in Canticum Canticorum: *Moriatur anima mea morte etiam (ſi dici poteſt) Angelorum, vt præſentium* MEMORIAM EXCEDENS, *rerum ſe inferiorum, corporearúmque non modò cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitque ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo?* Quibus verbis alludit ad illa, quæ dixit Balaam Num.23.10. *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*; ad vitam mors iſta eſt; non iuſtorum tantùm mortem optabat ſanctus Abbas, ſed & Angelorum, ob pleniorem rerum corporearum obliuionem, longiorémque à terrenis cupiditatibus diſceſſum; quæ omnia tunc maximè optanda, cùm euchariſticum ſacramentum ſumptura anima eſt, euchariſticúmque calicem ſiccatura, qui ebrietatem talem inferat, quæ terrenarum omnium obliuionem afferat.

Rerum corporearum obliuione iuſtorũ morte, quia & Angelorũ, mori quis optauerit.
S.Bern.
Num.23.10.

EXCVRSVS XC.

Firmamentum de Euchariſtia, deperditas vires reſtaurat hoc ſacramentum, & nouas addit.

Firmamentum *cur de Euchariſtia.*
Chriſti caro deperditas reſtituit vires.
Salutis noſtræ neruus *euchariſtica menſa.*
Minima quaque Euchariſtiæ virtute, vim maximam *acquirunt.*
Vel vno crine *ſponſum vulnerat ſponſa, quia euchariſtica menſa diues.*
In Chriſtum vt mutetur *qui Euchariſtiam accipit.*
Panis euchariſticus panis fortium, *quia fortes eos reddit à quibus editur.*
Deperditas vires *pugnantibus reſtituit Chriſti caro.*
Vires reſtaurat *euchariſtica menſa.*
Inpaſſibilitatem quandam *affert Euchariſtia.*
Euchariſtia in corpore noſtro relinquit quoddam ſemen glorioſæ reſurrectionis.

Firmamẽtum, hoc ſacramentũ dicitur, quia vires, robur, ac firmitudinẽ dignè communicantibus tribuit. Pſalm.71. *Erit firmamentum in terra*; B.Hieronymus, *Erit memoriale triticum in terra*; alij, *erit placentula tritici in terra in capitibus Sacerdotum*; cohærent hæc omnia, nam, vt ille ait; HOC DIVINVM SACRAMENTVM EST FIRMAMENTVM IN TERRA *ad conſeruandam gratiam in anima, quia eſt nutrimentum præſtans vires animæ*; infirma cætera omnia videantur, ſi euchariſtico firmamento comparentur, cuius virtute imbecilla quæque fortia fiunt, & vires acquirunt, viribus deſtituta. 1146.

Firmamentũ cur de Euchariſtia.
Chald.
Pſalm.71.
Ph.di. cõc 3. in feſt. corp. Chriſti.

Chriſti carnem hac virtute præditam, vt deperditas vires reſtituat ex pane ſubcinericio, quo recreatus eſt Elias 3. Reg. 19. ita putabat B. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 4. in calce: *Si enim ſubcinericius panis, & aqua potus Prophetæ tantas adhibuit vires, vt in ipſius cibi virtute, gradiens diebus quadraginta, & noctibus totidem permaneret ieiunus, quid* CARO CHRISTI, *qui eſt panis vitæ rectè ſumentibus ſpiritualiter* FORTITVDINIS *conferre valebit.*

Chriſti caro deperditas reſtituit vires.
B.Laur.Iuſt.

Salus præcipuè ab cibo pendet, vt iure ſalutis noſtræ neruus Euchariſtia dicta ſit. Sanctus Hieronymus hom. 24. in epiſt. 1. ad Corinth. ita loquitur: *Hæc menſa eſt neruus noſtræ ſalutis, mentis vinculum, fiducia* FVNDAMENTVM, *ſpes, ſalus, lux, vita.*

Salutis noſtræ neruus euchariſtica menſa.
S.Chryſ.

Tantas vires ab euchariſtica menſa indipiſcetur anima quælibet, vt hinc minima quaque actione, exilique quoque opere Domino feriat, vulneréque, vt clamet: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*; Cant. 4. Itáne etiam à ſponſæ viliſſimo exilique crine ſponſus vulneratur? Hoc ille fatetur, & fateri credere par eſt, ſed vnde crini tanta vis? ab Euchariſtiæ ſacramento, cuius eſu, vsúque, exiguum quodlibet ingentem virtutem, miſſum robor acquirit; quadrant hîc optimè Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui terra, de Euchariſtia, Eccleſiam euchariſtico dono inſequutam alloquens ait: *Ex quo tamo adhæſiſti ſponſo, corpúſque tuum corpori eius aſſociatum eſt, effecta es ſpecioſa, & ſic dilecta, vt Dei filius affectus de te, Canticorum illud clamet, & dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*; crinis omni ferro validior Euchariſtiæ ſacramento fit, virtutem imbecillibus quibuſque rebus affricat ſacracramenti huius virtus. 1147.

Minima quaque Euchariſtiæ virtute vim maximã acquirunt.
Cant 4.
Vel vno crine ſponſum vulnerat ſponſa, quia euchariſtica menſa diues.
B.Laur.Iuſt.

Tanta vis eſt huius euchariſtici ſacramenti, vt qui illud accipit, in Chriſtum mutetur; rem ſic

In Chriſtum vt mutetur qui Euchariſtiam accipit.

explicat

S.Thom.

explicat S.Thomas opuſc.58. c.20. *Si gutta aqua in magnum vas vini fundatur, virtute multitudinis vini aqua ex toto in illud mutatur; ſed virtus Dominici corporis ineffabilis eſt magnitudinis, & nos multum exigui reſpectu illius. Pſalm. 146. Magnus Dominus, &c. idem ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te, Iſa.40. Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitula; magnitudo itaque virtutis & dulcedinis Chriſti infuſa exiguo, & humili corde noſtro vincet illud, & a ſe deficere faciens in illam conuertit, vt iam non mundanis hominibus, non nobis ipſis, ſed Chriſto in voluntate, ſermone, bona conuerſatione ſimiles ſimus. Pſalm 118. Defecit in ſalutare tuum anima mea*; vt alius ac erat priùs qui euchariſticum epulum ſumis, alios mores induat, aliam circumferas mentem, vt referre Chriſti vitam vitâ videatur, & moribus mores.

1148.

Panis eucharisticus panis fortium. quia fortes eos reddit à quibus editur

Pſalm 77 25.

Fortes reddit hic panis quos paſcit Pſalm. 77. 25. *Panem Angelorum manducauit homo*, ex Hebræo verti poteſt, panis fortium; quia ſcilicet, vt ille ait, *cæleſtis huius panis proprium eſt fortes reddere, & vires manducantibus addere*; nullibi ferè maiores acquirit vires homo, quàm cùm euchariſticum accedit panem.

Deperditas vires pugnantibus reſtituit Chriſti caro.

B. Laur. Iuſt.

Deperditas vires pugnantibus reſtituit Chriſti humanitas; ſcitè ſanctus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap 8. *In ſtadio nos conſtituit, pugnandi neceſſitatem indixit, certaminis noſtri ſe iudicem fecit, vincenti coronam propoſuit, pugnanti plurima adminicula præſtitit. Nihil reliquum eſt, niſi vt in conflictu hoc ſtrenuè prælientur. Muniſſima namque præparauit nobis præſidia, ad quæ quoties in bello fatigamur, ad ipſa accedamus, quatenus reſumptis viribus robuſtiores, ardentioréſque in certamina redeamus. Tutus etenim locus, & inexpugnabilis eſt Verbi veneranda humanitas, in qua protectus quiſque ab inimicorum incurſibus liber efficitur; ad hunc inuitabat ipſe Saluator vt accederemus locum, cùm dicebat, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Magnam quippè deperditarum virium ſentit reſtaurationem, qui in præſidio hoc habitare nouit, omnes penè concupiſcentiarum ſopiuntur motus, omnis inimicorum ſæua rabies ſupprimitur, cum in præſidio hoc ſpiritus requieſcit.* Hactenus ille.

Vires reſtaurat euchariſtica menſa.

Idem.

Reſtaurat autem vires deperditas Chriſti humanitas, præcipuè dum ſub euchariſtico velamine deliteſcens noſtrum pectus ſubit, à nobis editur; rem ita explicat idem Beatus auctor de diſciplina monaſticæ conuerſat. cap. 19. *Si quis inedia tabeſcit, vel fatigatus in prælio* REPARARE VIRES *concupiſcit ſacroſancta corporis Chriſti fideliter ſumat myſteria, & ſtatim conualeſcet, in melius priſtina reſtaurata virtute; eſt namque ſacramentum hoc tanquam cellarium quoddam omnium aromatum in ſe continens pretioſitatem & virtutem; in ipſum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec præſentis vitæ terminus finiatur. Eſt etiam myſterium hoc quaſi ingens arbor virentibus referta folijs, ſub qua quicumque fugiunt laborantes & peregrinantes, proteguntur in ipſius vmbraculo ab diei æſtu, à turbine quoque, & pluuia.* Quis tot bonorum ſpe ab hiſce epulis ſe ſubducat? quis non euchariſticis delitiis fractam iam, elumbémque, vt ita dicam, mentem non foueat, non vigeat, non recreet.

1149.

Impaſſibilitatem quandam affert Euchariſtia

S Thom.

P. Io P. in cap. 15. Eccl.

Vt alia conferat dona Euchariſtia, hoc tamen præcipuum, vt impaſſibilitatem quandam affricet dignè comedenti, id quod ex ſancti Thomæ doctrina bonus quidam auctor ſic colligebat. *Quærit ſanctus Thomas 3. part. quæſt 81. art. 3. an Chriſtus in Euchariſtia dederit corpus ſuum paſſibile, an impaſſibile? Dubio reſpondet. Chriſtum quidem in vltima cœna quando hoc ſacramentum inſtituit, dediſſe quidem paſſibile; ſed tamen modo impaſſibili, quia vt erat in ſacramento, pati non poterat; vnde aliquo modo dici potuit dediſſe corpus impaſſibile, nempè quoad modum; ſubycio verba Diui Thomæ: Reſpondeo dicendum, quod Hugo de ſancto Victore poſuit, quòd Chriſtus ante paſſionem diuerſis temporibus quatuor dotes corporis glorificati aſſumpſerit, ſcilicet ſubtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauſo vtero Virginis; agilitatem, quando ambulauit ſiccis pedibus ſuper mare; claritatem in transfiguratione,* IMPASSIBILITATEM IN COENA, *quando corpus ſuum tradidit diſcipulis manducandum. Ergo, licèt alias dotes gloriæ Chriſtus Dominus oſtenderit: nihilominus impaſſibilitatem ad Euchariſtiam reſeruauit; quia nimirum, licèt alia ſacramenta, vt beneficia à Deo collata, alios habeant effectus in his, quibus conferuntur. Cæterùm Euchariſtia hoc in primis bonum habet, vt homines quodammodo armet, & impaſſibiles reddat ad omnes aduerſary ictus. Itaque hoc in primis habet Euchariſtia, quod nos munit, & non penetrabiles facit, vt vix aliquid mali pati poſſimus.*

Euchariſtia in corpore noſtro relinquit quoddã ſemen glorioſæ reſurrectionis.

1. Cor. 15. 44.

Balth. cord. annot. in Areo.

Denique Paulus de corporum reſurrectione agens, ait corpora noſtra caſura, vt tanquam ſemen terræ commiſſum ſurrectura ſint, *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale*, 1. Cor. 15. 44. Dum ſeminis mentio fit, ad euchariſticum frumentum flectenda eſt mens, cuius virtute corpus ad reſurrectionem ita diſponitur, vt in eo relinquat quoddam reſurrectionis ſemen; hinc illud illius auctoris: *Corpus Chriſti glorioſum quod in ſacra Euchariſtia ſumitur noſtro corpori iunctum* RELINQVIT IN EO QVASI QVODDAM SEMEN GLORIOSÆ RESVRRECTIONIS; ſpem igitur ille concipiat, qui corpus Chriſti corpori ſuo iungit, futurum aliquando vt lumine refertum, gloriæque veſte indutum reſurgat, ab hoc euchariſtico ſemine corporis terræ demandatum expectari hoc germen poteſt, ſperare iſte fructus.

EXCVRSVS XCI.

Carnalium parentum obliuiſcatur qui euchariſticam carnem edit, & conſanguineorum, qui Chriſti ſanguinem bibit, quin etiam ſui.

Euchariſtica menſa contra noxium parentum amorem.

B. Virgo *quàm ſollicita vt* paſchalis menſa *pararetur.*

In euchariſtica menſæ inſtitutione cur nulla Mariæ *mentio facta.*

Propinquorum affectus *ab illis exulent, qui euchariſticam menſam frequentant.*

Noxium amorem erga parentes *tollit Euchariſtia.*

A parentum amore *liberi, qui euchariſticam frequentant menſam.*

Corpus ſpiritum ſopiat, *quod euchariſtici epuli ſit domicilium.*

Totus anima *ſit, qui panem euchariſticum offert.*

A cognatorum *&* conſanguineorum *noxio amore carnis propria damna nos auocant.*

Carnis

1150.

Euchariſtica menſa contra noxium parẽtum amorem. Pſalm. 22. Anon.

CArnis obliuiſcatur, & carnalium parentum, qui Chriſti carnem edit in euchariſtico ſacramento, hinc dicitur, calix inebrians. quia ſicut ebrius parentes, amicóſque non cognoſcit, ſic nec euchariſticæ menſæ particeps, vt quod illic præſtat furor, hic efficiat in Deum amor; ſcitè ille: *Calix inebrians Euchariſtia eſt, quia ſpiritualem quandam amentiam, & diuinum immittat furorem, quo homines velut extra ſe acti, etiam* PROPINQVOS ET SIBI SANGVINE IVNCTOS NON AGNOSCVNT; *ſed toto animi ardore ad Deum feruntur. Præmiſerat Dauid; paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me. Qui quaſo ſunt iſti, qui tribulant nos, aduerſus quos euchariſtica menſa paratur? Chriſtus Dominus in Euangelio expoſuit, & inimici hominis domeſtici eius. Parentes, filij, cognati, ſanguine & amicitia nobis iuncti, hi quidem ſunt inimici & aduerſarij, qui nos tribulant, contra hunc noxium amorem menſa euchariſtica paratur. Ideò Chriſtus Dominus carnem, & ſanguinem ſub ſpeciebus nobis reliquit, vt obliuiſcamur carnem & ſanguinem; & eos oderimus, qui nobis carne & ſanguine iuncti ſunt. Iam enim per Euchariſtiam concorporei & conſanguinei facti Chriſti Domini omnem carnalem generationem exuimus. Caterùm qua ratione id fiat, exponit dum ſubdit, & calix meus inebrians, quàm praclarus eſt: vt enim illi, qui vino ſe ingurgitarunt, extra ſe acti, etiam ſibi propinquos, & amicos non agnoſcunt: non aliter nos ſalutari poculo recreati omnium noxium amicorum, & parentum exuimus amorem.*

1151.

B. Virgo quàm ſollicita vt paſchalis mẽſa pararetur. Marc. Vig.

Cùm ſacram inſtituit Euchariſtiam Chriſtus, adfuiſſe & Virginem non eſt dubium, quæ Apoſtolos ipſos antè monuit, vt Chriſtum interrogarent, vbi parandum illi eſſet Paſcha; hinc illud Marci Vigerij chorda 7. cap. 11. *Solicita hæc iuſtiſſima mater de legalis agni apparatu, fortè* DISCIPVLOS MONVIT *interrogare, vbi eius filius, eorúmque magiſter, & Dominus libentiùs Paſcha peractgeret*; maximo enim deſiderio tenebatur euchariſtici ſacramenti, vt eius delitiis ipſa frueretur, fruerentur & alij; ſed illud mirum, non tamen myſterio viduum, quòd nulla Virginis mentio in Euangelio fit, cùm de iis eſt ſermo qui menſæ interfuerunt; cùm diſcipulis ſuis ſe facere Paſcha dixit Chriſtus, abluiſſe diſcipulorum ſuorum pedes, refertur corpus ſuum diſcipulis exhibuiſſe, Mariæ nomen nullibi auditur. non caſu hoc factum; Eccleſiaſticæ œconomiæ ratio haberet, illi recenſentur, qui Sacerdotes inſtituti, & euchariſticum epulum parare aliis deinceps debebant, prætermiſſa mater, quæ licèt mater, huc tamen non euecta, vt poſſet Dominicum corpus conſecrare, ſed nec illud alienum; nulla facta Mariæ memoria in euchariſticâ cœnâ, vt hoc ſilentio doceremur, cognatorum, & parentum noxium affectum ab illorum mentibus abradendum, qui euchariſticæ menſæ ſe ſiſtunt. optimè ille: *In euchariſtica menſa adfuiſſe diſcipulos narrat Euangelium, de Dei matre Maria nulla facta eſt mentio, licèt verò adfuerit, vt* PARENTVM, ET PROPINQVORVM AFFECTVS, ET MEMORIA ABESSET *ab illis, qui huic menſa intereſſent.*

In euchariſtica menſa inſtitutione cur nulla Mariæ mentio facta.

Propinquorũ affectus ab illis exulẽt, qui euchariſticã menſam frequentant. P. Hier. No.

1152.

Noxiũ amorem erga parentes tollit Euchariſtia. Heb. 7. P. Io. Pi. in c. 15 Eccl. ex. 578.

Hic maximè parentum, & cognatorum obliuiſci debemus, adeò vt eos videamur non habere; hinc & Melchiſedech Sacerdos Dei ſummi, qui panem, & vinum obtulit, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia fuiſſe dicitur Hebr. 7. vt rectè moneremur agnatorum amorem, ac etiam memoriam ab eius mente abradendam, qui euchariſticæ aſſidet menſæ, ſcitè ille: *Melchiſedech hoc loco, plebem Chriſtianam notat. Abraham autem populum Hebræorum. Ergo Melchiſedech benedicit Abrahæ, tanquam inferiori: quia populus Chriſtianus præferendus eſt populo Hebræorum. Dicitur autem Rex pacis; quia multam pacem Euchariſtia in animũ infert; tum etiam Rex iuſtitiæ, quia hanc præferre debet, qui ad Euchariſtiam venit. Addit, ſine genealogia. Hoc in primis bonum Euchariſtia nobis affert quod noxium amorem erga parentes, & affines compeſcit: nam per Euchariſtiam reddimur concorporei, &* CONSANGVINEI CHRISTI, *vnde in aliud genus tranſlati, prioris generis obliuiſcamur.*

A parentum amore liberi qui euchariſticã frequẽtant menſam.

Hinc & in vltima cœna, cùm Euchariſtiam inſtituit diſcipulis ſuis, Euchariſtiam exhibuit, eóſque Sacerdotes effecit, dixitque ſe cum diſcipulis ſuis facere Paſcha, quia nimirum vt Chriſtum ſequerentur, patrem ſuum, & matrem ſuam reliquerant, à Chriſto vocati, vt qui venturi erant, ab hoc diſcerent, parentum & cognatorum affectum, noxiúmque amorem ab illis maximè exuendum, qui Euchariſtiam accepturi ſunt, cæteríſque miniſtraturi.

Nihil igitur quod carnem, quod ſanguinem capiat, adhærere illi debet, qui euchariſticam carnem edit, euchariſticum bibit ſanguinem, vt caro ipſa in ſpiritum videatur immigraſſe.

Corpus ſpiritum ſopiat, quod euchariſtici epuli fit domicilium. Leuit. 2. 1.

Corpus ipſum ſpiritum ſopiat, ſpiritus quodammodo euadat, ac ſpirituale dum euchariſtici epuli domicilium fit; Leuit. 2. 1. qui ſimilam offert, anima dicitur: *Anima quæ obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio*; qui aliud genus ſacrificij offerebat, homo dicebatur, hic anima vocatur, nimirum quia ſimilam offert, quæ euchariſtici panis figura erat; hoc diſcrimen notauit prior Theodoretus quæſt. 1. in Leuit. dum ait: *Eum qui offert animal, hominem vocat Scriptura; illum verò qui ſimilam adfert, vocat* ANIMAM; ſi rem ad Euchariſtiam flectamus, colligemus carnem Chriſti carnem comedentem terrena ampliùs ſapere non debere, nec carnalia quærere, adeò vt in ſpiritum ferè immigret, fiat ſpiritualis; ſcitè in hanc ſententiam bonus ille auctor: *Qui aliud genus ſacrificij offerunt, homines dicuntur: qui verò ſimilam, anima. Homo corpore & anima conſtat, corpus quidem pars eſt hominis terreſtris, & lutea, & teſtacea, per quam ſimiles ſimul bruti animantibus, quæ ſemper ad malum vergit, & nos in pernicies trahit. Anima verò pars hominis eſt ſpiritualis, Deo & Angelis vicina, quæ nos ſemper ad alta ſuſtollit, & euehit; ergo ille, qui aliud genus ſacrificij offert, ſatis eſt, ſi ſit homo, id eſt, ſi aliqua ratione ad ſuperna conſcendat; quanquam aliqua etiam ex parte ad infima detrudatur qui Euchariſtiam affert, quam ſimila adumbrat,* TOTVS SIT ANIMA, ID EST, TOTVS AD SVPERNA RAPIATVR, *neque aliqua ex parte terræ adhæreat, ſed quantus quantus eſt, cœleſtia meditetur, & doceat etiam ipſum corpus cœleſtia, & ſapientia meditari, & quodammodo diuina ſapere. Reliqua quidem ſacramenta puritatem animæ requirunt, vnumquodque iuxta ſuam naturam & gradum. Euchariſtia etiam corporis petit puritatem, & quodammodo ad ordinem animæ aſcendit.*

Theod.

Totus anima fit, qui panem euchariſticũ affert. S. Pi.

1153.

A cognatorũ, & conſanguineorum noxio amore carnis propria damna nos auocant. Io Euſ. lib. 5. cap. 14.

A cognatorum & conſanguineorum amore ſic nos quidam auctor carnis propriæ damnis auocabat: *Si caro, etiamſi nata nobiſcum, & ſanguis qui viuificat nos, tam infenſus eſt nobis, vt impediat vitam ſpiritus;* CARO COGNATA SOLVM, ET CONSANGVINITAS *anne prodeſſe poterit? Erubeſcat ſpiritus cognationis nomine: quanto magis debet pudere totius carnis, & conſanguinitatis, & proſapiæ? Carnem propriam, quam animat, abnegare debet anima,*

ma, cur nimis amabit alienam, & creanimem quæ alijs deſeruit, & fortaſſe iam non niſi vermibus pro ſtabulo, & cibo ſeruit.

Carnis obliuiſcatur, qui Euchariſtiã accipit. Gab. Biel.

Qui euchariſticis delitiis paſcitor, in Chriſtum immigtare quodammodo debet, vt carnis oblitos, ac ferè carne exutus ſpiritu Deo viuat, viuat in Chriſto. Pulchrè Biel ſerm. 5. in cœna Domini: *Vt ergo vndique perfectè Chriſto vniremur, voluit etiam ſe nobis tradere in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, quatenus ſic in eum vnitiuè conuerteremur, in ipſoque propriam* CARNALITATIS NATVRAM OBLITI *viueremus, diceremúſque, Viuo ego, non ego, ſed viuit in me Chriſtus*; ad Galatas 2. Proh quàm dulcis, quàm ſuauis hic cibus eſſet, ſi carnis, & eius quod carnem ſapit, affectu eios ſapot, eius dulcedo, noo obtunderetur? carnis obliuiſcete, illorómque qoi ie carne genueruot, & ſeoties quanta ſuauitate mentem afficiat hic cibus, à noxio boc affectu liberam, & immunem.

EXCVRSVS XCII.

Varia, & promiſcua de ſacrâ Euchariſtiâ hîc ligantur, & ligata offeruntur.

Sigillo crucis non vilia, *ſed* pretioſa *obſignanda.*
Idem de euchariſtico ſigillo *dicendum.*
Euchariſtico ſigillo *nos ſibi ſimiles Chriſtus efficit.*
Euchariſtico ſacramento ſignamur.
Chriſti corpus quî dicatur augeri, *cùm editur.*
Virtutum ſemina *ſibi plantanda cogitet, qui euchariſticum triticum accipit.*
Gaudia *vera vera* delitiæ *in Euchariſtia.*
Alios non attendat, *qui Euchariſtiam accipit.*
Diligentet ſe excutiat, *qui euchariſtica menſa particeps eſt futurus.*
Labor *Euchariſtiæ præmittatur.*
Hoſtia rotunditas *acediam excutiendam doceat.*
A delitiis, *à* voluptatibus terrenis *abeat, qui euchariſticam menſam adit.*
Peiores, *& magis in malo* pertinaces *euadunt, qui indignè ad euchariſticam menſam accedunt.*
Corpus Chriſti manducatur, *& non* deficit, *eſt veluti Sol.*
Cùm Chriſti corpus non manducatur, quodammodo minui *videtur.*

1154. MVlta hîc vno veluti faſce complectar, quæ licèt varia, ingrata tamen, vt opinor, non erunt lectori, cui varietas ſolet placere.

Sigilla Crucis non vilia, ſed pretioſa obſignanda.

Nobile ſigillum Euchariſtia eſt, quo obſignari cor debet, non paleis, rerúmqoe inutilium vilitate refertum, & multo minus noxiarum, ſed pretioſarum virtutum theſauris plenum cor ſit, vt tam nobili ſignaculo obſignari mereatur; quis loeum obſignet paleis plenum, & aureum annulum, regiúmque adprimat, vaſi cinere, carbonibúſqoe, aut etiam rebus vilioribus refetto? quod de crucis ſigillo dixit ſanctus Auguſtinus, nos de euchariſtico eadem ratione poſſumus aſſerere; ſic ille philoſophatur ſerm. 215. de tempore: *Magna res eſt ſignum Chriſti, & crux Chriſti, &* IDEO DE ISTO TAM PRETIOSO SIGNACVLO RES MAGNA, ET PRETIOSA SIGNARI DEBET. *Quid enim prodeſt ſi de annulo aureo ſigillum facias, & putridas* PALEAS *intus recondas? Quid prodeſt, ſi ſignum Chriſti in fronte, & in ore geſtamus, & intus in anima crimina, & peccata recondimus?* Idem cenſe de euchariſtico ſigillo; dedecet cordi illud admouere, rerum terrenarum vilitate, leuitatéque grauido, &, quod magis indecens, ſceleribus, & peccatis.

S. Aug.

Idem de euchariſtico ſigillo dicendum.

Euchariſtico ſigillo nos ſibi ſimiles Chriſtus efficit. P. Vel. an. 9. tom. 1.

In euchariſtico ſacramento ſignamur.

Patris ſigillum, & character eſt Chriſtus, qui in Euchariſtia dum nobis ſe exhibet, & ſupera quadam virtute ſe nobis aptat, & adprimit, nos ſibi ſimiles efficit, vt velut alter Chriſtus fiat; qui euchariſticum hoc ſigillum pectori ſuo admouet; ſcitè ille auctor: *Quicquid ſplendidum, atque diuinum à Patre Chriſtus accepit, ſuis in hoc Euchariſtia ſacramento communicat, vt qui illud acceperit, in Chriſto maneat, & Chriſtus in illo, vt à Chriſto, qui* PATRIS SIGILLVM, *& character eſt, omnino ſignetur, ac veluti alter Chriſtus fiat*; iſtoc firmat quod habet Beatus Algerus lib. 1. de corpore, & ſanguine Domini cap. 3. *Corpus Chriſti ſumus, & Chriſtus ſumus, ita etiam vt in altari eodem ſacramento ſignemur*; ſed quia de hoc argumento luculenter egi tom. 1. ſacrorum electorum lib. 2. ideo manum ad alia porrigo, his contentus, quæ tetigi.

B. Alg.

Chriſti corpus qui dicatur augeri cùm editur. S. Thom.

Corpus Chriſti quodammodo augmentari cùm editur, aſſerit ſanctus Thomas opuſc. 58. cap. 14. & probat in hunc modum. *Tertium mirabile ſignum in perceptione Dominici corporis eſt, quod dum manducatur fidelibus, tunc augmentatur. Hoc probatur dupliciter, ratione, & ſimilitudine. Primò probatur ea ratione, quòd dum manducatur corpus Chriſti, non ipſum vt alius cibus in manducantem conuertitur, ſed econuerſo verè manducans in illud ſpiritualiter conuertitur, & mutatur. Nam manducantem ſe Dominus ſui corporis myſtici membrum facit, & ſibi eum incorporans cum ſuo corpore; quod de Virgine ſumpſit, quodammodo vnum efficit. Prima ad Corinth. duodecimo, Vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus.* Idem 1. Cor. 12. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Auguſtinus. *Commendauit Chriſtus in hoc ſacramento corpus, & ſanguinem ſuum, quod & fecit nos ipſos, nam & nos ipſi ſumus facti corpus eius. Caro etiam noſtra carni eius vnita, & incorporata vnum cum illo efficitur,* Oſeæ vltimo. *Conuertentur ſedentes in vmbra eius, viuent tritico, quaſi diceret, fideles viuent tritico, id eſt, Dominici corporis ſacramento. Quod ſacramentum dicitur vmbra Chriſti, quia dat ſe ipſi non in ſua luce, ſed in velamine, quòd ſic comedentes conuerterentur, quia in corpus Chriſti mutabuntur. Et ſic patet, dum multi fidelium comedunt corpus Chriſti, & in illud ipſi mutantur, & membra eius efficiuntur, quòd corpus Chriſti dum manducatur, augmentatur.*

Euchariſticum panem qui edit, ad virtutum ſemina mentem flectat, vt enim panis ex tritico confectus, quod terræ commiſſum in germen erupit, ita qui Euchariſtiæ particeps eſt, ſciat ſibi quoque laborum, & bonorum operum ſemina hîc ſpargenda, vt poſt hanc vitam gloriæ mentem colligat. Seminandi hîc tempus eſt, virtutum ſemina ſemper ſunt ſpargenda dum viuimus, meſſuri poſt huius vitæ occaſum. Pulchrè Beatus 1155.

Virtutum ſemina ſibi plantanda cogitet, qui euchariſticũ triticum accepit.

B.Laur.Iuſt.

Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap.14. *Qui hîc parcè ſeminat, illic parcè & metet: & qui in benedictionibus ſeminat, de benedictionibus metet vitam æternam. In arbitrio quippè ſeminantium in terra, meſſis gloriæ cœlorum conſtituta eſt. Proinde quicumque illius ſempiternæ vitæ delitijs, diuitijs, honoribuſque abundare deſiderat, donec in carne viuit, quamdiu operari licet, virtutum ſemina ſpargere non deſiſtat, vt meritorum manipulos in horreis cœleſtibus valeat aggregare. Semper proficere ſtudeat, qualiter in via Dei creſcere poſſit, aſſiduò meditetur.* Hoc vt ſemper à nobis vtiliter fieri poteſt, præcipuè tamen præſtaodum eſt, cùm euchariſticum panem edimus, qui ex pane conficitur ex tritico confecto. Appoſitè Anonymus auctor:

Anon.

Euchariſtia, quæ ex pane triticeo conficitur, nos monet, vt ſicut triticum terræ committitur vt multiplicatum ſurgat, ſi nos bonorum operum SEMINA *hîc ſepeliamus, ne hominum oculis pateant gloriæ ſegetem poſt hanc vitam collecturi*; ſeminandum igitur eſt, & operienda humilitatis terra quæ agimus, vt diuiti ſeminatione multiplicentur.

Gaudia vera, vera delitiæ in Euchariſtia.
S.Thom.

Gaudia hic vera, veræ delitiæ deliteſcunt, vt iure ex Salomonis mente nihil melius homini ſit, quàm comedere panem, & vioum bibere, Eccleſ.2. ſic enim eius verba exponit ſanctus Thomas opuſcul. 58. cap. 10. Eccl. 2. *Laudaui igitur lætitiam, quòd non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quòd comederet, & biberet, atque gauderet. quaſi dicat. Expertus ſum plurima genera gaudiorum, & delectationum carnis, & mundi, & hæc omnia vanitas, & finis eorum mœror, & luctus, vnde, laudaui præ omnibus lætitiam, ſcilicet, veram, id eſt, teſtimonium bonæ conſcientiæ, & quod non eſſet homini ſub ſole, id eſt, melius in hoc mundo, niſi quòd comederet panem; ſcilicet qui de cœlo deſcendit, & biberet vinum, quod lætificat cor hominis, ſcilicet ſanguinem Domini.*

1156.
Alios non attendat, qui Euchariſtiã accipit.
1.Cor.11.
Alb.Pat.

Communicaturus ſe, & ſua vegetet, non alios, oon aliena. Apoſtoli verba ſunt 1. ad Cor.11. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat*; pulchre *ſe ipſum* dixit, ne oculos ſtatim ad alios flecteret, aliena curioſè rimaretur, aut aliorum iudicio ſtet. Albertus Patauin. ſerm. 247. *cùm dicit, Probet autem, id eſt, examinet, & purget, ſe ipſum homo, non attendat alios ad Euchariſtiam accedens, nec audiat ſibi dicentes, Dignus es corpus Chriſti ſumere, ſed ſe ipſum perquirat.*

Diligenter ſe excutiat, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt futurus.
Marc 4.18.
Fab. Paul. cap.14. in Euang.

Euchariſtiæ ſacramentum excepturus diligenter ſe debet excutere, & inueſtigare an in conſcientiæ ſino aliquid habeat, quo uffendi aduentuti hoſpitis maieſtas poſſit? hinc Chriſtus antequam hoc ſacramentum inſtitueret, dixit diſcipulis ſuis Marc. 4. 18. *Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me*; cur iſtuc non ſubſtituit, aut nomen adiecit, ne vnius criminе omnium conſcientiæ purgarentur? An vt ſe quiſque diſcuteret, & exploraret, an quid mali in conſcientia lateret, huiuſque tam magni ſceleris metu vnuſquiſque licèt ab iſto immunis, aliquam aliam culpam io ſe deprehenderet, ad quam priùs non cogitauerat? ita eſt. Bonus ille auctor huc ſpectauit cùm dixit: *Amen dico vobis, quia vnus ex vobis duodecim tradet me Iudæis ad occidendum. Porrecturus Dominus diſcipulis corpus & ſanguinem ſuum, priùs eos mundare, & expurgare voluit, vt intra ſe concuterentur, & expiſcarentur, an quid mali reſideret, quo à tanto ſacramento arcerentur, ideo antè proponit, vnus ex vobis tradet me.*

Labor Euchariſtiæ præmittatur.
B.Laur.Iuſt.

Labor Euchariſtiæ præmittatur; Eſau primogeniti iura amiſit, quia otio torpuit, oec quæſiuit labore cibum, ſed accipere ſine labore voluit, vt hîc optimè cadant Beati Laurentij Iuſtiniani verba tract. de ſobrietate cap.3. *Eſau amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum acquirere, quàm quærere, otioſi enim mens nihil aliud cogitare valet, quàm de eſcis, ac de ventre.* Magis oeceſſarius labor euchariſtico cibo, vt qui otio, & deſiderio torpet, indignus hac menſa.

1157.
Hoſtiæ rotũditas acediã excutiendam doceat.
Biel.

Ipſius hoſtiæ volubilis rotunditas torporem excutiendum eſſe acceſſura rectè monet. Benè Biel ſerm.4. in cœna Domini: *Hoſtia in* ROTVNDITATE *volubili ſignat nos excludere debere* ACEDIAM, vt in omne opus bonum facilè voluamur.

A delitijs, à voluptatibus terrenis abeãt qui euchariſticam menſam adeunt.
Hebr.13.
S.Thom.

A delitiis, à voluptatibus abeat, qui euchariſticam frequentat meoſam. Heb. 13. *Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato, horum corpora cremantur extra caſtra*; ſed cur extra caſtra? *Quia fideles*, inquit S.Thomas opuſc.58.cap.3. *extra* DELICIAS, *&* VOLVPTATES *ſæculi pœnitentiam agere debent*; ſed cùm vetera ſacrificia euchariſtici vmbra fuerint, monemur terrenas voluptates nobis repudiandas, vt euchariſticas delitias deguſtemus.

Peiores & magis in malo pertinaces euadunt, qui indignè ad euchariſticã menſam accedunt.
B.Laur.Iuſt.

Peiores, & in malo magis pertinaces ſolent eſſe, qui ad euchariſticam menſã accedunt indiguè, id quod obſeruabat etiam B.Laurentius Iuſtinianus, & exemplo Iudæ confirmabat, ſerm. de Euchariſtia, his verbis: *Iudicium ſibi, non Domino, manducat iniquus, & malus, dum ex incuria, ſeu mentis cæcitate à cæteris cibis non diſcernit corpus Chriſti, dum præſentem Domini Maieſtatem in ſacramento hoc minimè veneratur, dum incredulus, & pollutus præſumit contingere ſancta, atque immaculata myſteria.*

Corpus Chriſti manducatur, & non deficit, eſt veluti Sol.
S.Thom.
Cum Chriſti corpus non manducatur quodammodo minui videtur.
Idem.

Corpus Chriſti manducatur, ſed non deficit, nimirum vt ſol ſe habet, qui ſine ſui diminutione orbem illuminat, benè ſanctus Thomas opuſc.58. cap.14. *Sol non deficit lumen ſuum tot mundo communicando, ſic nec Chriſtus Eccleſiam totã paſcendo*; illud magis mirum, quod ſubiicit idẽ ſanctus auctor, ſi non manducetur Chriſti corpus, quodammodo minui, myſticum ſcilicet, quod purè ille explicat eodem loco in hunc modum: *Secundùm mirabile ſignum in perceptione corporis Domini eſt, quod ſi non manducatur, quodammodo minuitur. Ad intelligentiam tam miræ rei ſciendum, quòd duo ſunt corpora myſtica in hoc mundo, ſcilicet corpus myſticum Chriſti, & corpus myſticum Diaboli, ſiue Antichriſti; ad quorum alterum pertinent omnes homines mundi. Corpus myſticum Chriſti ſancta eſt Eccleſia tanquam ipſius munda & fidelis ſponſa, cuius ipſe caput eſt, & ſingula perſonæ fidelium ſine culpa criminali ſunt ipſius membra; & omnes qui corpus eius dignè ſumunt, ipſius membra fiunt. Prima ad Cor.10. Vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus. Corpus Diaboli vniuerſitas eſt iniquorum tanquam illius meretrix adultera, cuius ipſe caput eſt, & ſingulæ perſonæ malorum eius membra. Iob 41. Corpus eius ſcuta fuſilia compactum ſquamis ſe prementibus. Greg. Corpus Diaboli ſunt omnes iniqui, qui quia per obſtinationem duri ſunt, & per vitam fragiles, ſcutis fuſilibus comparantur. Sciendum, quòd ſicut Chriſtus per ſe, & per ſuos ſemper ſtudet membra Diaboli præſcindere, & ſuis membris incorporare. Secundùm illud Act.10. Surge Petre, occide, & manduca; ſic Diabolus per ſe & per ſuos conatur membra Chriſti tollere, & membris ſuis meretricis vilibus vnire. Prima Petr.5. Sobrij eſtote, & vigilate, &c. Deut.31. Populus iſte fornicabitur poſt Deos alienos, dereliquit me. Prima ad Cor.6. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? tollens ergo membra Chriſti faciã membra meretricis? quaſi diceret. Abſit, vt fugiam tantum nefas.*

Quod tamen, heu! multi faciunt. Aug. non poſſunt ſimul eſſe membra Chriſti, & membra meretricis. Nec dicendi ſunt manducare corpus Chriſti, ſcilicet ſpiritualiter, etſi manducant ſacramentaliter; ſed non manducando ſpiritualiter corpus Chriſti, & malè viuendo, tollunt Chriſti membra, & faciunt ea membra Diaboli, & ſic diminuunt, quantum in ſe eſt, corpus Chriſti, quod enim Diabolo in animabus accreſcit, Chriſto decreſcit; & ſic corpus Chriſti myſticum diminuitur; nemo igitur quantum in ſe eſt, ferat vt diminuatur, ab hac menſa abſtinens, quæ tot delitias continet, tot bona.

EXCVRSVS XCIII.

Euchariſtia diuini amoris vexillum, militiæque Chriſtianæ.

In virtutum acie vexillum *Crucis eſt.*
Regiam vexillum *Crux.*
Labarum *cum Cruce vt cohæreat.*
Crucis vexillum *victorioſiſſimũ cur dictum.*
Illud auferre Dæmon *vt ſtuduerit.*
In fronte Crucis vexillum *portandum.*
Crucis vexillum *extollit Chriſtus in crucem elatus.*
Crucis vexillum *vt adorandum.*
Crucis vexillum *ab Angelis efferetur in Chriſti aduentu.*
Ventoſa Draconum pallia *quænam dicãtur.*
Diuinorum præceptorum vexillum.
Euchariſtiæ vexillum *in nationes Deus extulit.*
Militibus vexilla *donabantur.*
Dignitas noſtra ab euchariſtico vexillo.
Dei nomen in vexillis.
Euchariſtico vexillo, *amoriſque in mundum deuicit Chriſtus.*
Amoris vexillum *Euchariſtia.*
Imperatoris noſtri labarum *Euchariſtia.*
Vires *militibus* inhalat *euchariſticum vexillum.*

1158. CHriſtianæ vexillum, ſub quo fideles contra hoſtes depugnant, Dominica Crux, Petrus Abbas Cellenſis de ſpiritualium virtutum acie agens aiebat lib. de panibus c. 13. *Ordinantur acies virtutum & præparantur in clypeis, & lanceis aduerſus caſtra vitiorum. De caſtris virtutum eijcitur virtus, quæ præter ordinem euagatur, perdit enim virtutis nomen, quæ egreditur ordinem. Virtus igitur non eſt, ſi ordinata non eſt. Quamobrem ad ſonitum tubæ Euangelicæ mouentur caſtra, & Crucis ſequuntur* VEXILLA.

In virtutum acie vexillũ crucis eſt.
Petr. Abb. Cell.

Sanctus Chryſoſtomus hom. 3. in epiſt. 1. ad Tim. ad hanc mentem. *Quemadmodum qui in bello regium illud* VEXILLVM *ferunt, quod labarum ſolet appellari, multò labore indigent, maximáque peritia, vti ne id hoſtibus prodant: ita & qui Chriſti nomen portant, non in bello ſolùm, verùm etiam in pace ſummis viribus indigent, ne id maledicis linguis exponant, ſed id ſtrenuè ferant vexillo crucis armati.*

Regium vexillum crux.
S. Chryſ.

Labarum cum cruce ita conferebat Paulus Aquilegienſis Diaconus lib. 11. hiſtor. *Vt ad paganitatem milites inſueſcerent, ſtatuit (Imperator) ad priſcum ſchema reformare ſignum illud* LABARVM *ſublimius Romanorum, quod Conſtantinus, ſicut prædictum eſt, in crucis formam mutauerat, verùm in publicis imaginibus depingebat Iouem quaſi de cœlo ſibi coronam, & purpuram deferentem; Mercurium & Martem in ſe reſpicientes, velut pro teſtimonio ſapientis & fortis, & hoc agebat imaginibus, vt ſub occaſionem Imperij latenter adorarent Dij, & hoc modo ſubiecti clanculò fallerentur.*

Labarum cũ cruce vt cohæreat.
Paul. Aquil.

Victorioſiſſimum hoc vexillum vocatum obſeruo 1159.
ob illuſtres multáſque victorias quas peperit, quas pariet, vt ob id auferre illud Chriſti oblatione Dæmon ſtuduerit per Herodem, per Iudæos, dum adhuc infans eſſet, id quod notabat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 150. in hæc verba: *Perfectæ ætatis Chriſtus quid poſſet facere Diabolus iam videbat, & ideo monebat Iudæos, inſtigabat Herodem, vt Chriſti ſuſpectam ſibi præueniret infantiam, vt futura virtutis eius anticiparet inſignia: vt peremptorium ſibi nobis* VICTORIOSISSIMVM VEXILLVM *Crucis machinator auferret.*

Crucis vexillum victorioſiſſimum cur dictum.
S. Pet. Chryſ.
Illud auferre Dæmon vt ſtuduerit.

In frontibus crucis vexillum portandum ſuadet B. Alcuinus epiſt. 99. *Portate in frontibus* VEXILLVM CRVCIS, *& in cordibus caritatis munimenta, & Catholicæ fidei firmamentum*; ſic enim fortes contra hoſtes ſtabimus, hoſtium victores futuri muniti, hiſce armis.

In fronte crucis vexillum portandum.
B. Alcuin.

Vexillum Deus extulit cùm in crucem elatus Ieſus fuit omnes ad pugnam iuhortans, ad bellum vocans; egregiè de hoc vexillo B. Laurentius Iuſtinianus lib. de triumphali Chriſti agone cap. 17. *Quod in pugna viſibili exercituum duces faciunt, hoc ipſum in ſpirituali, atque conflictu inuiſibili hominum mediator Chriſtus agere dignatus eſt; mortalitatis quippè noſtræ naturam aſſumens in mundi campum cum Diabolo pugnaturus intrauit. Quamobrem imminente hora, qua cum tartareis legionibus dimicare ſtatuerat, pro roborandis commilitonum ſuorum animis* SIGNVM SVVM *erigere voluit;* VEXILLVM *etenim hoc nedum in ipſius hora certaminis voluit eſſe conſpicuum, verùm toto vitæ præſentis decurſu, quatenus quandiu perſeuerat pugna, victoriæ quoque illius appareant ſigna. Signum vtique mediatoris triumphale ſancta crucis dixerim eſſe trophæum; in qua idem mundi conditor pendere dignatus eſt.* Qui militem Chriſti Chriſto probare ſe vult, ad hoc vexillũ *fugiat*; militet ſub hoc vexillo.

Crucis vexillum extulit Chriſtus in crucem elatus.
B. Laur. Iuſt.

De huius vexilli cultu, & adoratione ita canebat Beatus Alcuinus Poëm. 18. 1160.

Crucis vexillum vt adorandum.
B. Alcuin.

VEXILLVM *ſublime crucis venerare fideles,*
Qua qui ſe munit triſtia non metuit;
Crux benedicta nitet Dominus qua carne pependit;
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic auctor vitæ mortem moriendo peremit;
Vulneribus ſanans vulnera noſtra ſuis.

Hoc vexillum efferetur ab Angelis, cùm Imperator noſter regali pompa è cœlo adueniet, notabat hoc S. Chryſoſt. hom. de cruce, & latrone: *Sicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo* VEXILLA *humeris portare conſueuerunt, & his eius declarabitur aduentus, Sic Domino de cœlo veniente Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo illud ſignum portant humeris excelſis, & regalem nobis aduentum nuntiant.*

Crucis vexillum ab Angelis efferetur in Chriſti aduentu.
S. Chryſ.

Hîc quia de vexillis agimus, illuſtrabo illa verba, quibus Prudentius S. Hemiterium, & Chalcedonium Imperatoris milites priùs, deinde ſub crucis vexillo Chriſto militantes refert in hunc modum periſteph. hymn. 1.

Ventoſa Draconum pallia quænam dicantur.
Prud.

Cæſaris VEXILLA *linquunt, eligunt* VEXILLVM *crucis.*
Proque VENTOSIS DRACONVM, *quæ gerebant, pallijs,*
Præferunt inſigne LIGNVM, *quod* DRACONEM *ſubdidit.*

Ventoſa Draconum pallia quæ dicantur, aliquis

quis hic quæret; arbitror fuiſſe vexilla in ſerpentium ſpeciem, & veluti Draconum caudas deſineotia, qi æ ventoſa pallia dicuntur, quia ventis, Claud. & vannis agerentur; Claudianus,

Manſueſcunt vary VENTO *ceſſare* DRACONES.

1161. *Diuinorum præceptorum vexillum.* Chald. Bonum vexillum, benè & ſtrenuè cuſtodiendum Dei præcepta ſunt, quæ dum obſeruantur, & cuſtodiontur, cuſtodes ſuos cuſtodiunt, & ſeruant. Chaldæus Paraphraſtes cap. 2. Canticorum v. 4. VEXILLVM PRÆCEPTORVM *eius ſuſcepi ſuper me in dilectione*; nobile vexillum quod in cœlum affert illum, à quo portatur, ſed iam euchariſtici panis vexillum, cuius cauſa hæc quæ diximus dicta veniamus.

Euchariſtia vexillum in natione Deus extulit. Iac. Pint. lib. 3. tit. 4. loc. 12. Iſa. 5. 26. Vexillum Euchariſtia eſt, illúdque candidum, & rubicundum hoc in nationibus, vt ait Iſaias, eleuauit, vt ad pugnam, ad arma milites ſuos conuocaret. Pulchrè ille, & opportunè, *Euchariſtia militiæ Chriſtianæ, & Eccleſiæ militantis* SIGNVM *& Imperatoris noſtri* LABARVM, *quo erecto, ſeu, vt Iſaias ait, eleuato in nationibus ſigno, fideles Eccleſiæ milites vocant, ad arma feſtinent, procedant feliciter, in hoſtes irruant, pugnent, vincant. Propterea enim Imperator Chriſtus ad paſſionis & mortis ſuæ pugnam proditurus hoc ſacramentum inſtituit, ſed vexillum amoris erexit, & ſuper militantem Eccleſiam, tanquam caſtrorum aciem ordinatam, erectum reliquit, vt Eccleſia tanto vexillo inſignita, atque munita, hoſtis terribilis appareret, ipſo amore vexillata dilecto ſuo ſupra eum pro vexillo manente, totámque militiam ordinante; vexillo, inquam, candido, & rubicundo, in duplici ſpecie panis, & vini pulchrè ſignato, à quo tota pendet caſtrorum Eccleſiæ inſtructio, & ordinatio.*

1162. *Militibus vexilla donabantur.* Salluſt. Suet. *Dignitas noſtra ab euchariſtico vexillo.* Pſalm. 19. 6. Chald. Caiet. Olim militibus ſtrenuis vexilla donabantur, Salluſt. in Orat. Marij: *Haſtas,* VEXILLVM, *phaleras, aliáque militaria dona oſtentare poſſum*; Suetonius in Auguſto D. M *Agrippam in Siciliam poſt naualem victoriam cæruleo vexillo donauit.* Nobilius nobis vexillum in donum dedit Chriſtus, dum Euchariſtiam nobis exhibet; hæc noſtra magnitudo eſt, hic noſter honor, & dignitas; hinc illud Pſalm. 19. 6. *In nomine Dei noſtri magnificabimur*; Chaldæus vertit, *explicabimus vexillum*; Caiet. VEXILLA *erigemus*; vt vexillo donari, quod erigatur, & magnificari in idem recidat, idem ſit; addit Arias. Arias Montanus illud, *In nomine Dei noſtri*, denotare in vexillis inſcribendum nomen Dei, vt iounerent ſe pugnam agg edi, victotiámque ſperare non viribus, & militum multitudine Creros, ſed Dei nomine, Deíque potentia, & auxilio. Nos in noſtro crucis vexillo Dei nomen habemus inſcriptum; *Ieſu* quippè nomen crux effert, & habet in fronte, & in euchariſtico totum Ieſum ipſum.

Dei nomen in vexillis. Euchariſtico vexillo amoriſque in mūdum deuicte Chriſtus. M Eg. cap 2. Cant. Elatum in aliquam vrbem ab impugnatoribus vexillum ſpectantibus oſtendit vrbem illam eſſe expugnatam, atque deuictam, iſtuc idem hîc accidat; vexillum amoris Amor ipſe ſuper animam extulit, vt ſe amore ipſo deuictam fateatur; mentior ſi huc non faciunt probi illius auctoris verba: *Cum lautiſſimum mihi ex corpore, ſanguinéque ſuo conuiuium Chriſtus appoſuit; & quidem tunc* VEXILLVM IPSIVS, *quod amor eſt, ſuper me eleuatum eſt; vt ex hoc potiſſimo amoris ſigno omnes intelligere queant, me ab illo per amorem eſſe deuictam; tunc quantum potuit ſuper me eleuauit amorem, vt vexillum; tunc amorem ſuum in ſignum victoriæ atque lætitiæ ſuper me euol-*
1163. *uit totum, æquè ac euolui ſolet vexillum Principis in die ſolemnitatis, & lætitiæ.*

Amoris vexillum Euchariſtia. Verè vexillum amoris amor ipſe extulit, extulit Chriſtus cùm ſacram Euchariſtiam amori excitando inſtituit; pulchrè ille: *Quando anima parauit conuiuium lautiſſimum corporis, & ſanguinis ſui, in tanti ſacramenti inſtitutione* VEXILLVM SVPER ILLAM ELEVAVIT AMORIS; qua verò ratione vexillum Chriſtus ſuper animam afferat in hoc ſacramento, ab eodem calamo in hunc modum habes: *Notandum congruentiſſimè in collatione ſacramenti Euchariſtiæ Chriſtum Dominum dici eleuaſſe ſuper animam vexillum ſuum charitatem; quoniam in ſacramenti huius exhibitione, totum ſuum eidem animæ patefecit amorem, multo efficacius quàm vlla alia in re.* Anon.

Labarum, & vexillum habuerit Imperator terrenus noſter pro vexillo, & labaro ſacram Euchariſtiam effert, ſub qua omnes fideles debent militare, prædati ille alius: *Eſt præterea* VEXILLVM MILITIÆ CHRISTIANÆ, *ſeu militantis Eccleſiæ ſignum, Imperatoriſque noſtri labarum Euchariſtia, in Eccleſiæ caſtris eleuari ſolita, & præclaro victoriæ in cruce partæ ſtemmate conſignata, quam quoties in ducis noſtri crucifixi memoriam agimus, & eleuemus, toties ſanè* VEXILLAMVS; præſtat hoc vexillum cæteris, quòd alia nuda militiæ ſigna ſunt, nec vires pugnatoris tribuuntur, non inhalant militibus animum, inhalat Euchariſtia, tribuit Euchariſtia ſuis militibus. *Imperatoris noſtri labarū Euchariſtia.* Anon. *Vires militibus inhalat euchariſticū vexillum.*

EXCVRSVS XCIV.

Euchariſtiæ gladius, quàm nobis ſalutaris.

Panis nexus, *&* gladij.
Euchariſtia & panis, *&* gladius.
Euchariſtia gladius *concupiſcentijs recreandis.*
Dei verbum gladius *dicitur, quia terrenarum rerum curas amputat, & concupiſcentias carnales.*
Gladius *vtraque parte acutus Dei verbum.*
Huius gladij *vſu triumphum de hoſtibus reuehimus.*
Gladium *in manibus tenere quid ſit.*
Bonus gladius *charitas.*
Crucis gladius.
Scramaſaxi *quínam glady dicerentur.*
Crux ſcutum *ſimul, &* gladius.
Euchariſtia ſcutum *ſuis, &* gladius.
In vna Euchariſtia & cibum *ad vitam habemus, &* gladium *ad munimen.*
Euchariſtia vires *tribuit, quibus in hoſtes pugnare poſſimus.*
Pro gladio *quis* baculum *arundineū habeat.*
Regis inſignia *cur in* gladij capulo.
Gladium bibunt, *& manducant qui indignè ad Euchariſtiam accedunt.*
Quàm magnum à ſacris libris munimen.

Euchariſticum panem gladio comparo, nec aliena iſta comparatio eſt, etiam ille, qui per 1164. *Panis nexus & gladij.*
ſomnium panem ex hordeo vidit volui in Madianitarum caſtra, is cui ſomnium narrabat, gladium Gedeonis interpretatus eſt Iud. 7. 13. *Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madianitarum deſcendere, cúmque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Reſpondit is cui loquebatur*, Deo nimirum reuelante, vt notabat Abulenſis hîc, & alij: *Non eſt hoc aliud niſi gladius* Iud. 7. 13. Abul.

Gedeonis, rectè, quia licèt Gentilis, tamen tanquam alter Caipha prophetauit. Pleriqœ ex noſtris in hac re adumbratum euchariſticum noſtrum panem notauere; qui adeò panis eſt vt ſit etiam gladius; panem extima ſpecie refert, ſed cùm de hoſtibus deiiciendis, ſternendiſque agitur, acuriſſimus gladius eſt; ſcitè ooſter Anonymus: *Euchariſtia & panis &* GLADIVS *eſt, per ſomnium panis eſt, quia ſpecie tantùm panis habet in ſenſuum externorum ludibrium, ſed verè eſt gladius, hoſtes feriens, noxiáſque reſecans concupiſcentias.* O bellè! Pendo verba poſtrema: *reſecant concupiſcentias*; nullus alius gladius adeò huic rei opportunus, quàm iſte, cæteris facilè acies retunditur, non iſti. Quod de Deo Verbo dicitur, iuſtius de Euchariſtia ipſa dicatur.

Euchariſtia, & panis & gladius. Anon. *Euchariſtia gladius concupiſcentijs reſecandis.*

Verbum oris diuini verbi cur gladius dicatur, ſic explicat Procopius in Iſaiam cap. 9. Eſt verò gladius verbum oris eius, quo rerum terrenarum curæ ac ſollicitudines eorum, qui fidem ipſius amplexi ſunt, amputant; & auctor ſub nomine Chryſoſt. hom. 8. in Matth. *Gladius*, inquit, *dicitur ſermo diuinus, quia ſicut* GLADIVS *carnes præcidit, ſic & ſermo concupiſcentias carnales.* Idem præſtat euchariſtici panis gladius, vt productus auctor aſſerebat, probat & experieotia.

Dei verbum gladius dicitur, quia terrenarum rerū curas amputat, & concupiſcētias carnales. Procop. S. Chryſoſt.

Gladius vtraque parte acutus eſt verbum Dei, quo noſtri hoſtes ſternuntur; hinc illud ſancti Cyrilli Alexandrini in Leuit. lib. 16. ad illa Apoſtoli verba Epheſ. 6. *Et galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei*, ait, *Euidentiſſimè etiam per hæc pronuntians, quia per verbum Dei, qui eſt* GLADIVS *vtraque parte acutus, cadent inimici noſtri in conſpectu noſtro*; cadent & euchariſtici gladij vſu, vt iure Propheta Regius dixerit: *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me*, Pſalm. 22. quod de Euchariſtia plerique intelligunt.

Gladius vtraque parte acutus Dei verbum. S. Cyr. Alex.

1165. Glorioſum in tentationis certamine triumphum teuehere nos poſſe gladij huius auxilio, docebat ſanctus Bernardus ſerm. de multiplici vtilitate verbi Dei, in hæc verba: *Vbi ſi conſiſtunt aduerſùm te caſtra, & prælium tentationis inſurgit, arripe* GLADIVM *ſpiritus, quod eſt verbum Dei, & in eo facilè triumphabis*; triumphum nobis parit & euchariſticus panis, eiúſque ope de hoſtibus noſtris triumphamus. Sed quia hîc ſumus, alia de diuini verbi gladio adducamus, alia de aliis, vt iterum redeamus ad euchariſticum.

Huius gladij vſu triumphum de hoſtibus reuehimus. S. Bern.

Cur fortes illi viri qui Salomonis lectulum ambiebant Cant. 4. *tenere* dicantur gladium, non *habere*, dumtaxat ad mores ſuo more elegantiſſimè transfert ſanctus Gregorius Magnus lib. 19. moral. cap. 16. *Salomon non ait, Omnes habentes gladios, ſed tenentes*, quia videlicet verbum Dei non eſt mirabile ſolummodo ſcire, ſed facere. Habet quippè, ſed non tenet gladium qui diuinum quidem eloquium nouit, ſed ſecundùm illud *viuere negligit*.

Gladium in manibus tenere quid ſit. Cant 4. S. Greg.

Bonus gladius etiam charitas Chriſti eſt, de cuius vſu ita ſcribit Beatus Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris cap. 11. *Sanè vbi intrat charitas, voluptas fugit, veluti à Solis æterni reuerberata fulgoribus, & tanquam à facie ſpiritualis gladij lethaliter transfixa. Eſt quidem charitas Chriſti* GLADIVS *cæleſtis, qui carnis animæque confœderationem noxiam diuidit & emollit, rixas commouet, & pacificos perturbat hoſtes.*

Bonus gladius charitas. B. Laur. Iuſt.

De crucis gladio ita philoſophatur ſanctus Andreas Epiſcopus Cretenſis orat. 2. in Exalt. ſanctæ Crucis. *Eleuaui aliquando celeberrima illa Iudith acinacem in Holofernis dormientis caput,* CRVCIS *præfigurans exaltationem, ſalutémque Iſraeli peperit.*

Crucis gladius.

Quid ſint *Scramaſaxi* cultri, aut gladij, facilè innoteſcit ex iſtis Greg. Turonenſis lib. 4. cap. 51. *Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgo ſcramaſaxos vocant, infecti veneno, maleficati à Tredegunde Regina, cùm aliam cauſam gerere ſimularent, veraque ei latera feriunt*; ſed iam ad euchariſticum gladium, cuius cauſa hæc dicta calamus flectamus.

Scramaſaxi quinam gladij dicerentur. Greg. Tur.

Vt ſcutum referat Euchariſtia, gladij quoque loco nobis eſt; vt quod de cruce dixit S. Orientius in Euchariſtia locum quoque habeat, clypeus ſimul & gladius crux nobis eſt; hinc illud ſancti Orieotij in ſuis verſibus: 1166.

Crux ſcutum ſimul, & gladius. S. Orient.

Si purum maculare animum parat impius hoſtis,
Semper ouans caſtam ſollicitare fidem.
Accipe tela quibus cordis pia mœnia ſerues,
CRVX *tibi ſit* CLYPEVS, *crux tibi ſit* GLADIVS.

Et Ennodius in parænesi didaſcalica de caſtitate:

At mihi crux CVSPIS, *crux* SCVTVM, *crux* THORACA,
Hac tegar, hac feriam, hac pacis fœdera firmes.

Idem de Euchariſtia aſſeruit productus non ſemel à nobis Anonymus auctor, & ineditus, dum ait: *Euchariſtia, &* SCVTVM *ſuis eſt, &* GLADIVS: *ſcutum, vt dum ab hoſtium ictibus tuetur ſuos, gladius, dum hoſtes ferit, & ſternit.*

Euchariſtia ſcutum ſuis, & gladius. Anon.

Euchariſtiæ ſacramentum & cibus animæ eſt, & arma etiam porrigit, quibus indura comedentis mens vires acquirit, & hoſtes omnes ſternit. Hinc 1. Reg. 21. Dauid ab Achimelech & panes accepit, & gladium Goliath Philiſtæi: at rectè innueretur, in vna Euchariſtia & cibum ad vitam nobis exhiberi, & arma ad pugnam, ad victoriam. Pulchrè ille: *Non modò panem ab Achimelech accepit Dauid; ſed & gladium: nam panis hic Euchariſtiam portendit; non ergo ſolam accipit Euchariſtiam, ſed & arma, & gladiū, quia hoc ſacramentū non modò* CIBVM ANIMÆ, *& alimentum miniſtrat; ſed etiam* ARMA ADDIT, *quibus noſtrorum inimicorum phalangem poſſimus fugare. Tum etiam hic gladius non qualiſcumque, ſed ille eſt, quo gigas percutitur; nam Euchariſtia tantam vim habet, vt etiam potentiſſimos inimicos illo inſtructi ſuperare poſſimus. Item adde, gladium non Dauidis fuiſſe, ſed Philiſtæi; nam Dauid lapide Philiſtæum deiecit; deiectum verò eius gladio decollauit, ſcilicet qui Euchariſtiam ſumit, tam potens euadit, vt non modò ſuis armis hoſtes ſpirituales proſternat, ſed etiam Diabolum eius armis vincat.*

In vna Euchariſtia, & cibum ad vitam, & gladium ad munimen. 1. Reg 21. P. Io. Pi. eth. 447.

Sed quî Dauid vti Goliath armis potuit, qui ferre illa non valuit, quæ Saul exhibuerat? rem ad Euchariſtiam idem auctor referens aiebat, *Dauid quidem cùm ad ſingulare certamen deſcenderet cùm Philiſtæo armis inſtructus Saulis Regis, incedere non valebat, vnde illis armis reiectis ad paſtoritiam pœnam, & fundum recurris, nunc autem immanis gigantis capit arma; imò verò ait. Non eſt huic alter ſimilis. Quid quæſo eſt? quod tātas vires addidit, vt iā non modò Saulis, verùm & Goliath arma ferre, & in hoſtes detorquere valeat; ſcilicet panes propoſitionis manducauerat, qui Euchariſtiam ſignificabant, ex hoc autem victus genere tantum robur hauſit, vt qui priùs regia arma, illáque leuia ferre non potuit, nunc gigantea planè arma paret, & in hoſtes facilè contorqueat.*

Euchariſtia vires tribuit, quibus in hoſtes pugnare poſſimus. Idem.

Gladins eſt Euchariſtia, arundineus baculum pro hoc gladiu habet, qui victoriæ certæ inſtrumentum ſe priuat, inertiæ, & concordiæ ſe mancipat, vt quod de cognitione, & ſtudio aiebat ſanctus Marcus Eremita c. 88. de lege ſpirituali, aptè hîc cadat. Hæc illius ſunt verba. *Qui relicto operandi* 1167.

Pro gladio quis baculum arundineum habeat. S. Marc. Erem.

Digitized by Google

operandi ſtudio, ſolam cognitionem amplectitur, pro gladio bis acuto baculum arundineum tenet; qui tempore belli, vt ait Scriptura, perforabit, atque ingredietur manum eius, atque in conſpectu beſtium naturalem venenum immittet. Rem transfero ad euchariſticum gladium, & eadem verba vſurpauit ille, qui dixit, *Carolus Magnus gladij capulo cui* ANSIGNIA *ſua inerant, & dicta ſignabat. Eiuſdem enim eſſe dicebat, & confirmare, & defendere leges.* quod refert Ægidius Conozetus de dictis memorabilibus; in euchariſtico quoque gladio noſtri Regis inſignia ſunt, quibus edicta obſigoer, nam Euangelij *ſignaculum* eſt Euchatiſtia, vt alibi dicebam, & hoc ſacramento ſua promiſſa quodammodo obſignat, & firmat Chriſtus Dominus, vt gladio ſit paratus defendere, & violatores punire, ſi quis violator legis indignè accipit boc ſacramentum, iudicium ſibi manducat, gladium bibit, quo ad mortem feriatur.

Regis inſignia cur in glady capulo.

Gladium bibunt, & mãducant qui indignè ad Euchariſtiam accedunt.

Ex regalibus armis, quæ ad munimen erant, etiam ſi non prouiderentur, & geſtatentur, colligit ſanctus Chryſoſtomus, quàm ad noſtri cuſtodiam contra ſatanæ vim opportuni ſint nobis ſpirituales libri, Dei verba continentes; rem ſic ille explicat conc. 3. de Lazaro: *Quemadmodum* ARMA *regalia repoſita, etiamſi nemo fuerit, qui poſſideat, tamen ijs, qui habitant in ædibus, vbi repoſita ſunt, multam prebent cuſtodiam, ac tutamen, dum neque latrones audent eam aggredi domum; ſic vbicumque fuerint* LIBRI SPIRITVALES, *illinc omnis expellitur vis Diabolica.* Quod de libtis ſacris dictum, idem de Eucbariſtia dicatur, quæ illum continet, qui omnia poteſt, cuius virtuti reſiſtere non valet.

Libri ſpirituales quàm vtiles.
S.Chryſ.
Quàm vtilis Euchariſtia.

EXCVRSVS XCV.

Impenetrabile animarum ſcutum Euchariſtia, aureúſque clypeus, coronæ quoque vice fungens.

Clypei *contra vitia virtutes.*
Animarum clypeus *humilitas.*
Scutum *quî manibus tenendum.*
Crucis ſcutum *perpetuum.*
Scutum *nobis eſt Pſalmus.*
Bonus clypeus *prudentia.*
Chriſtus ſuis galea.
Scutum *noſtrum Deus.*
Reges ſuorum ſcutum, *& defenſio.*
Clypeus *Chriſti caro in Euchariſtia.*
Igniti clypei *quínam dicerentur.*
Euchariſtia militia noſtra clypeus *ignitus.*
Ex auro clypei *formati.*
Contra diuinæ iræ tela euchariſtico clypeo *vtitur Eccleſia.*
Mitiùs in nos Deus agit ob euchariſticum clypeum.
In ſcutis *Gentilium Dij.*
In euchariſtico clypeo *Chriſtum verum Deum habemus.*
In euchariſtico ſcuto *patria cæleſtis imago.*
Ignes ab hoſte vibratos ſcutis *extinguebant olim.*
Fidei ſcuto *ignea tela extinguuntur.*
Idem præſtat euchariſticum ſcutum.
Qui ſcutum *amiſiſſet, Sacris intereſſe non poterat.*
Res flectitur ad Euchariſtiam.
Scuta latentia *quænam dicerentur.*
Quando ſcuta *proſperitatis indicia, quando iræ.*
Scutum ſacrum *quóduam eſſet.*
Scuta *coronæ vice adhibita.*
Coronare *pro cingere.*
Potentia ſua vt nos muniat *Deus.*
Deus ſuis & ſcutum, *&* corona *eſt.*
Euchariſtia *ſuis &* ſcutum, *&* corona *eſt.*

CLypei munus exercent virtutes, quæ nos coorta vitiorum ſpicula defendunt. Richardus Victorius cap. 12. in Canticum Canticorum: CLYPEI, inquit, VIRTVTES SVNT, *quibus contra vitia, ſeu tentamenta defendimur.* 1168.

Clypei contra vitia virtutes.
Rich.Vict.

Animarum clypeus humilitas eſt, de qua ita cenſet ſanctus Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 12. *Nec tamen ob id eſt animarum vtilitas deſerenda, ſed vt re vera ſtrenui bellatores, dum noſmetipſos* HVMILITATIS CLYPEO *ab iniecto elationis telo protegimus, proximos noſtros ad fortiter agendum ſanctæ exhortationis vocibus excitemus.*

Animarum clypeus humilitas.
S.Petr.Dam.

In ſpiritali certamine quid ſcutum manu tenere, egregiè, & vtiliter explicat Vgo Victor. lib. 4. de clauſtro animæ cap. 13. dum ait, SCVTVM MANV TANET, *qui quod ore loquitur, operibus implet.*

Scutum qui manibus tenendum.
Vgo Vict.

Crucis ſcutum ita ſalutabat Sophronius orat. 2. in adorat. Sanctæ Crucis: *Salue Crux magni illius Regis* SCVTVM, *cuius prætextu paratur victoria omnis.* & ſanctus Chryſoſtumus, *Crux claudorum baculus; Crux Regum magnificentia; Crux ſcutum perpetuum; Crux ægrotorum medicus.*

Crucis ſcutũ perpetuum.
Sophron.
S.Chryſ.

Scutum nobis Pſalmus ex Beati Baſilij mente, qui hom. 1. in Pſalm. 1. aiebat: *Pſalmus* SCVTVM *in timoribus nocturnis, requies laborum diurnorum, infantibus ſecuritas, vigentibus ornamentum, ſenibus ſolatium, mulieribus mundus conuenientiſſimus;* & Eutbym. præfat. in Pſalm. *Pſalmus*, inquit, *clypeus inſuperabilis.*

Scutum nobis eſt Pſalmus.
S.Baſil.
Euthym.

Bonus clypeus prudentia eſt, de qua ita ſcribit B Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 12. circa medium: *Si proximus prudentiæ noſtræ* CLYPEVS *protegat.* 1169.

Bonus clypeus prudentia.
S.Petr.Dam.

Galea ſuis eſt Chriſtus, quæ quàm vtilis ad munimen, & ad cuſtodiam ſit, his verbis delineabat B. Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 7. *Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam in mente tua habeto, & in te ipſo tanquam in propria ſede reſideat. Nam, teſte eloquio diuino, anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ; tibi ipſe dominetur, te doceat, tecum loquatur, capútque tuum veluti ſpiritualis* GALEA *ſalutis ab inimicorum protegat iaculis.*

Chriſtus ſuis galea.
B Laur.Iuſt.

Scutum noſtrum Chriſtus eſt, qui ſuo corpore nos protexit, hoſtium tela à nobis auertens. Pſal. 88. *Quia Domini eſt aſſumptio noſtra*, ex Hebræo Hebræi; *Domini eſt ſcutum noſtrum*; quam lectionem ſic verſat hîc noſter Agellius. *Quia Domini eſt aſſumptio noſtra. Hebræi, Domini eſt ſcutum noſtrum, quòd nos ille vnigenitus corpore ſuo tanquam ſcuto protexerit, & tela hoſtium à nobis in ſe auerterit, ſalutémque nobis ſua morte pepererit. Quod nomen cùm Regibus tribuatur, cogitare illi debent eorum munus eſſe, vt populum ſibi creditum, vel vitæ ſuæ periculo tueatur, & ab eo ſcuti inſtar tela depellant.*

Scutum noſtrum Deus.
Pſalm. 88.
Agell.
Reges ſuorum ſcutum, & defenſio.

Verè ita eſt, clypeus Chriſti caro eſt, eos protegit, à quibus editur. Præclarè ille Sar. Pint. lib. 3. tit. 4. loc. 12. *Caro Chriſti in Euchariſtia pro ſigno,*

Clypeus Chriſti caro in Euchariſtia.

& CLYPEO MILITIÆ NOSTRÆ propoſita eſt; hoc clypeo regimur, hoc ab hoſtium telis ſubducimur.

1170. *Igniti clypei quinam dicerentur.* Nahum 2. 3.

Clypeus euchariſticus cibus eſt, nec quilibet clypeus, ſed ignitus. Nahum 2. 3 hæc legimus. *Clypeus fortium eius ignitus*; quæ ſic aliqui vertunt. *Clypeus fortium eius rubefactus eſt*; addúntque ad explicatum; *vel quòd eum colorem olim ſcuta referrent ad metum incutiendum hoſtibus, vel quòd antiqui ſanguine rubefactos clypeos geſtarent.* Alij ignitum explicant, quia ibi erant laminæ aureæ ad Solis radios refulgentes, ſicut ignis ad terrorem Aſſyriorum, ita ferè Lyranus; alij quia aurei, aut deaurati clypei erant. Ribera hîc: *Significat clypeos ducum Chaldæorum aureos fuiſſe; vel deauratos, aurum enim cùm ſole aduerſo percutitur, ruborem igneum immittatur*; huc facit & illud 1. Mach. 6. *Et vt refulſit Sol in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.*

Lyran. Ribet. 1. Mach. 6.

Euchariſtia militia noſtra clypeus ignitus. Anon.

Nos rem aptare Euchariſtiæ poſſumus, quæ clypeus ignitus eſt, quia eos accendit, quos protegit; ſcitè auctor ille. *Euchariſtia militia noſtra CLYPEVS eſt, quo & milites viſo accendi ac veluti igniri poſſunt, vt hoc quod ait: Clypeus eius ignitus, & ſub illo protegi, ac contutari conſueuerunt tanquam ſub clypeo.*

Ex auro clypei formati. Plin.

Ex auro formatos clypeos indicat, ni fallor, & Plinius lib. 35. ſuæ hiſt. cap. 3. dum ait. *Origo plena virtutis faciem reddi, in ſcuto cuiuſque qui fuerit vſus illo. Pœni ex auro factitauere & CLYPEOS, & imagines, ſecúmque in caſtris tulere*; ſed ad Euchariſtiam eamus.

1171. *Cōtra diuinæ iræ tela euchariſtico clypeo vtitur Eccleſia.* Iac. Pint. lib. 1. tit. 4. l. 4.

De euchariſtico clypeo vtitur Eccleſia, ſed contra diuinæ iræ tela, de quo clypeo ita ille ſentiebat: *Relictum ſibi ſacroſanctæ carnis Dominicæ CLYPEVM Eccleſia frequentiùs in Euchariſtia eleuat, vt diuinæ indignationis tela propulſet, & tanto ſcutata, ac protecta clypeo ſecuriùs agat*; quàm ſæpiùs, quàm grauiùs iræ diuinæ tela in nos iuſtè iacta, quippè quæ tot ſceleribus ea prouocauimus, ſentiremus, niſi nos ab iis ſubduceret euchariſticum clypeum? non diluuia, non integras ciuitates ignes comburentes habemus, mitiùs nobiſcum agit Deus, quia iræ eius euchariſticum ſcutum opponimus.

In ſcutis Gētilium Dij. Seru. *In euchariſtico clypeo Chriſtum verum Deum habemus.* Prud.

Pleríque Gentilium in ſcutis ſuorum Deorum numina circumferebant, hinc Seruius ait, in ſcutis Græcorum Neptunum depictum, in Troianorum Mineruam fuiſſe, atque inde Poëtam dixiſſe, non noſtro numine. Nobis in clypeo aliud quàm Chriſtus inſcriptus eſſe non debet, aut quod Chriſtum reſpicit, vt verum ſit illud Prudentij lib. 2. in Symmach.

——CLYPEORVM INSIGNIA CHRISTVS.

In euchariſtico ſcuto patriæ cœleſtis imago.

Apud Cedrenum quidam Saracenorum Dux iuſſit, *ſingulos* IN SCVTIS AMORIVM INSCRIBERE, id ſcilicet oppidum bello petebatur, nos in euchariſtico ſcuto patriæ cœleſtis imaginem debemus inſcribere.

Ignes ab hoſte vibratos ſcuti extinguebant olim. Veget. *Fidei ſcuto ignea tela extinguuntur.* Ephes. 6.

Tradunt Vegetius, & Polybius de militia Romana olim ſcuti genus fuiſſe corio bouis crudo & madido tectum, qui ignes ab hoſte vibratos facilè excutiebant. huc diceres ſpectauiſſe Paulum Epheſ. 6. dum ait. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia nequiſſimi tela ignea extinguere*; id præſtat perfectiſſimè euchariſticum ſcutum, non ſolùm quia hoc ſacramentum fide nutrit, quo id præſtamus, ſed etiam quia ignea ſatanici hoſtis tela huius ſcuti obiecta extinguimus, extinguimúſque concupiſcentiæ flammas, quas in nobis ſatanicus hoſtis accendit.

Apud Germanos, quod Tacitus non tacuit, qui ſcutum amiſiſſent in acie, Sacris intereſſe non poterant; vix dignus ſacris, diuiníſque myſteriis intereſſe, qui in ſpirituali pugna eò lapſus eſt, vt indignum ſe in euchariſtico ſcuto reddiderit, vt amiſiſſe videatur; quod eſcipere aut præ torpore noluit, aut ob culpam, quam incurrit, non potuit, à culpa non abiens; ſed quia hîc ſumus, nonnulla de ſcutis afferamus, quæ ſi quis volet flectere ſuo guſtu ad Euchariſtiam, poterit.

Idem præſtat euchariſticū ſcutum. Qui ſcutum amiſiſſet Sacris intereſſe non poterat. Tac. *Res flectitur ad Euchariſtiam.*

Quænam ſint ſcuta latentia diſce ex his Beati Auguſtin. verbis lib. 1. loquutionū in Geneſim, vbi hæc habet: *Creuerunt autem iuuenes, eſt talis locutio, & apud auctores ſæculares, ſicuti eſt, & SCVTA LATENTIA condunt, id eſt, condendo latentia faciunt; ſic & hac, Creuerunt iuuenes, cùm infantes eſſent, intelligitur, creſcendo facti ſunt iuuenes.*

Scuta latētia quænam dicerentur. S. Auguſt.

Quando ex ſcutis proſperitatis indicia, quando iræ, & doloris colligi ſoleret olim, docet Ammianus lib. 15. his verbis: SCVTA *genibus illidentes, quod eſt proſperitatis indicium plenum; nam contra cùm haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt, & doloris.*

Quando ſcuta proſperitatis indicia, quādo iræ. Ammian.

Quidnam eſſet ſcutum ſacrum, explicat Cœlius Rhodiginus lib. 21. lect. antiq. cap. 14. *Eſt apud Arrianum* SCVTI SACRI *mentio, quod de Palladis templo cùm detraxiſſet Alexander, eo ſemper prælato, prælia inibat.*

Scutum ſacrū quidnam eſſet. Cœl. Rhod.

1172. *Scuta coronæ vice adhibita.* S. Thom. in Pſalm. 5.

Scuta olim coronæ vice adhibita refert his verbis ſanctus Thomas in Pſalm 5. ad illud: *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*; ait enim: *Hic, inquit, eſt* SCVTVM *protegens, in patria verò, vt ſcutum coronans; conſuetudo namque fuit Romanis antiquitus vti ſcutis rotundis, & in illis habebant ſpem victoriæ, & quando triumphabant, illomet ſcuto vtebantur vt corona, & inde Sancti pinguntur cum ſcuto rotūdo in capite, quia de hoſtibus adepti triumphum, ſcutum rotundum ad inſtar Romanorum gerunt in capite pro corona.* Vatablus, *coronare*, pro *cingere* ſumpſit, *beneuolentia tua clypeo inſigni, vndique cinges, & munies eum ne lædi poſſit.* Euthymius hæc verba ſic exponit: *Muniſti nos Domine potentia tua quaſi ſcuto quodam probato, ac forti, corona enim circularis forma eſt; & munitiones etiam per circuitum, & in circuitu fieri ſolent. circuire iuſſit Iericho, & perijt, circuit nos, & ſaluamur.* Sanctus Hieronymus aliter tem verſat: *Apud ſæculum aliud eſt ſcutum, aliud corona; apud Deum verò ipſe eſt ſcutum, ipſe eſt corona: quaſi ſcutum protegit, quaſi Deus coronat; ipſe eſt ſcutum noſtrum, ipſe eſt & corona noſtra, & ob hoc dicit: Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* Etiam euchariſticum ſcutum ſuorum protectio, & corona eſt, nequeo hîc nobilis illius auctoris verba ſupprimere, qui ad hanc mentem aiebat. *Dat euchariſtica menſa arma, quibus nos ab hoſtium telis muniamus; dat & victoribus coronam*; quia victorum corona eſt.

Coronare pro cingere. Vatabl. *Potentia ſua vt nos muniat Deus.* Euthym. *Deus ſcit & ſcutum, & corona eſt.* S. Hieron. *Euchariſtia ſuis & ſcutū, & corona eſt.* P. Hier Nou.

EXCVRSVS XCVI.

Euchariſtia exercitum copioſum refert, quo hoſtes omnes ſternamus, illuſtríſque victoriæ corona donemur.

Conuiuij *nexus, atque* aciei.
Tubarum *vſus in pugna, & in epulis.*
In epulis *tantùm, quæ in Dei memoriam tubis clangebatur apud Hebræos.*

Euchariſtia plenam aciem *refert.*

Exercitu *beneficiorum in vnâ Euchariſtia nos ſternere quærit.*

Ab hoc exercitu *non vinci, imbecillitatis, non fortitudinis eſt.*

Exercitibus *fortior Deus ſub Euchariſtia.*

Euchariſtica ſpecies tabernaculum *referunt, vbi Deus pro nobis pugnaturus habitat.*

Sub Euchariſtia latens Chriſtus, vt ligni vermiculus *hoſtes noſtros vicit.*

Armorum, *&* vini *nexus.*

Per Euchariſtiam ad luctam armamur, *eóque vt oleo vngimur.*

Olei, *&* euchariſtici *frumenti nexus.*

Pocula olim coronata.

Corona gloriæ *donatur, qui euchariſticum calicem ſiccat.*

Coronæ *vt ad ſacram menſam penderent.*

Milites Euchariſtia *muniti, vt victores fierent.*

Frumentum ob victoriam *militibus datum.*

Euchariſticum frumentum *ad victoriam, & victoriæ præmium.*

Hoſtes vt frumenti *aliqui abegerint.*

Vincuntur *noſtri hoſtes, dum noſtrum Imperatorem ſub Euchariſtia latentem nobiſcum portamus.*

Per Chriſtum non vincimus *tantùm, ſed* ſuperuincimus.

Deo ope pluſquam ſuperare *cur dicamur.*

Euchariſticum manna extra caſtra, *quia caſtrorum loco, caſtrorum munimen.*

1173. *Conuiuij nexus, & aciei.*

EPuli, & belli magnus nexus eſt, magna conuiuij, & pugnæ ferculorum acies aciem refert depugnantium; deuorat hoſtis gladius hoſtium carnes, & conuiuio aſſidens pugnare videtur, dum dentes in cibos acuit; ſed hic facilius ſternitur, qui plures, maioréſque ſternit milites, contra quos pugnat. Quid? quod Numeri 10. vbi de tubarum vſu agitur, non minus tubæ adhibebantur, cùm populus ad bellum conuocabatur, quàm cùm ad epulum, nam verſ. 2. ait Deus, *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem, quando mouenda ſunt caſtra;* & verſ. 9. *Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dimicant aduersùs vos, clangetis vlulantibus tubis;* & verſ. 10. *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis;* iure & in bello, & in epulis tubæ adhibebantur, quia pugna quandam imaginem epulæ, & conuiuia præſeferunt.

Tubarũ vſus in pugna, & in epulis.

Num. 10.

Et verò non in quibuſlibet epulis hæ tubæ adhibebantur, ſed in ſolemnibus, quæque in Dei memoriam fiebat, id quod notabat etiam Abulenſis quæſt. 18. hic dum ait: *In epulis ſolemnibus, quas celebrare vellet populus, vel Principes, fiebat aliqua memoria Dei: & ideo poterat ibi clangi conuenienter in illis tubis, quæ ad Deum pertinebant; ſi igitur non eſſent illa epula pertinentes ad Deum, non clangerent miniſtri Dei in illis; ideo dicendum, quòd ſi fierent aliqua epula, vel conuiuia magnifica, in quibus nulla memoria haberetur de Deo, neque exhiberetur ei aliquis fructus, non erat clangendum in his tubis, ſed quando fiebant conuiuia ſimul cum ſacrificijs, clangebatur in his tubis, quia ſacrificia illa pertinebant ad Deum.* Rem ex ſacræ Scripturæ verbis firmat dum ſtatim ſubdit: *Illud patet in litera; ſcilicet ſi quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & ſic id ſuper quod canebant, erant holocauſta, & non principaliter epulæ.*

In epulis tantùm, quæ in Dei memoriã tubis clangebatur apud Hebræos.

Abul.

Hic ritus nos ad Euchariſtiam ſub quadam vmbra, ac velamine ducit, tubarum enim vſus ſolemnis erat in belli apparatu, & in epularum, quæ in Dei memoriam erant, paratura, vt colligeremus, euchariſticum tandem epulum inſtitutum iri, quod inſtar aciei eſſet futurum refertiſſimi, fortiſſimique exercitus contra omnes hoſtes.

Euchariſtia plenam aciem refert.

1174. Et in primis in vno Euchariſtiæ ſacramento multa latent beneficia, quibus veluti pleno agmine, copioſóque exercitu humanam ingratitudinem ſternere Deus voluit; feſtiuè ille: *Chriſtus Dominus dum Euchariſtiam condidit,* EXERCITUM BENEFICIORUM, *& bonorum coegit, quibus veluti vim animæ inferret, vt ad omne bonum eam traderet. Reliqua quidem beneficia Dei, inſtar ſunt vnius alicuius militis, quæ animæ noſtræ vim inferunt, & ad pietatem trahunt: at Euchariſtia inſtar exercitus eſt: nam, vt habet Dauid, memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe: id eſt, in vnum coegit omnia beneficia, vt facta manu hominum dura corda aggrederetur, & expugnaret, atque ad pietatem alliceret;* quàm durus, quàm pertuicax, qui vinci hoc agmine non vult; quòd à tanto beneficiorum exercitu non vincamur, non eſt hoc fortitudinis ſignum, aut ſtrenuitatis, eſt nimiæ imbecillitatis cum nimia ingratitudine coniunctæ.

Exercitu beneficiorum in vna Euchariſtia nos ſternere quærit Chriſtus.

P. Io. Pin. in cap 15. Eccleſ. eth. 439.

Ab hoc exercitu nõ vinci imbecillitatis, non fortitudinis eſt.

Præterea copioſum exercitum, quo paſſiones, animæque hoſtes ſternantur, refert euchariſtica menſa. Hinc Iſaiæ 6. *Deus exercituum.* Deus dicitur, cùm à Seraphim obuelatur, quia nimirum exercitibus fortior Deus eſt, cùm ſub Euchariſtico velamine deliteſcit. Pulchrè ille rem verſat. *Deus obtectus, & alis Seraphinorum obductus; Deus eſt in Euchariſtia. Iure autem* DEUS EXERCITUUM *hic dicitur, quo nomine oſtendit, quantam vim Euchariſtia habeat ad edomandum hominum animos; eſt enim inſtar exercitus, qui omnia deuincit.*

Exercitibus fortior Deus ſub Euchariſtia.

Iſa. 6.

Anon.

1175. Euchariſticæ ſpecies tabernaculum referunt, ſub quo Deus pro nobis pugnaturus habitat; quis ergo ab hac Dei noſtri potentia animas non ſumat, vt ſtrenuè contra hoſtes & ipſe pugnet? Pulchrè ille: *Species ſacramentales propriè dicuntur* TABERNACULA, *vbi Deus pugnaturus contra inimicos noſtros habitat.*

Euchariſtica ſpecies tabernaculum referunt, vbi Deus pro nobis pugnaturus habitat.

Did. Lop. v. Euch.

Hoſtes omnes deuicit Chriſtus Dominus ſub Euchariſtia latens. Dauid 2. Reg. 23. dictus eſt, *tenerrimus ligni vermiculus,* in Chriſti figuram ſub euchariſticis ſpeciebus latentis. Optimè ille: *Dauid quaſi tenerrimus ligni vermiculus, ita eſt Chriſtus in* EUCHARISTIA HUMILIS, *& deſpectus externa ſpecie, at ſua teneritudine, & humilitate fortiſſimos hoſtes peccatum, mortem, Diabolum, mundum euertit.* Abrodit hoſtium robur, Chriſtus in Euchariſtia deliteſcens, quóque viliorem extimam ſpeciem præſefert, hoc illuſtriorem victoriam ſuam facit.

Sub Euchariſtia latens Chriſtus, vt ligno vermiculus hoſtes noſtros vicit.

2. Reg. 23.

Anon.

Armorum magnus nexus, & vini; hinc, *Lacedæmonij,* vt ait Plato, *cùm merum biberint* ARMANTUR; nos armamur, quia bibimus in Euchariſtiæ ſacramento.

Armorum, & vini nexus.

Plat.

Oleo Athletæ vngebantur; nos in ſpirituali lucta pro oleo Euchariſtiam habemus, bellè ille: *Per Euchariſtiam ad luctam* ARMAMUR *contra*

Per Euchariſtiam ad luctã armamur, eóque vt oleo vngimur.

P. Io. Pi. in c. 15. Exod.

Olei, & eucharistici frumenti nexus. Pſalm.4.8. Oſeæ 2.8.

Dæmonum illus, & petitiones, ſicut quondam Athletæ vngebantur oleo; non eſt igitur mirum ſic non ſemel io ſacris litteris, vbi de eucbatiſtico fruméto métio ſit, ſit olei. Pſalm.4.8. *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* & Oſeæ 2.8. *Et frumentum, vinum, & oleum*; factum iſtud non ſolùm ob nexum Euchariſtiæ cum Spiritus ſancti vnctione, ſed eriam, quia contra hoſtes noſtros Euchariſtia, velut oleo inungimur, vt oleum referre videatur, oleum ſecum habeat, oleum ſuis hoc ſenſu ſit, ſed ad coronam, quæ victoribus datur, iam veniamus.

1176. *Pocula olim coronata.*

Olim pocula coronabant; hinc illud,

——— *Magnum cratera* CORONA
Induit.

& illud,

——— CORONATVS *ſtabit, & ipſe calix.*

Corona gloriæ donatur, qui eucharisticũ calicem dignè ſiccat. Auon.

Noſter calix euchariſticus non tam coronam haber, quàm coronam habentibus offert, in victoriæ ſignum; verum illud illius: *Dignè ex euchariſtico calice bibentes coronam merentur in victoria ſignum, & in altera vita gloria corona donabuntur, cuius pignus euchariſticus eſt calix.*

Corona vt ad ſacram menſam penderent. Nicet. *Milites Euchariſtia muniti vt victores ſierent.* Bonf.

Coronas circa ſacram menſam pendere ſolitas ex Niceta alibi ootabam; vt victoriam portendere. nam qui ſe eochariſtico pane munit, hoſtes ſuos in fugam dabir, & victor ſiet. Hinc laude ſua dignus Henrici primi Imperatoris mos, qui ante prælium Euchariſtia milites munite cóſueuerat, expiatione aotea facta delictorum, quod tradit Bonf. de reb. Hungar. decad. 2. lib. 1. Fortunatiora bella eſſent, ſi Principes hoc idem ſeruatent, & ſpiritualibus prius armis milites munirent, quàm ferreis, chalybeiſque; ſed hoc ferè oegligitur, vnde non mitum ſi plerumque infelix belli exitus, & victoriæ loco militum interitus eſt.

1177. *Frumentum ob victoriam militibus datum. Euchariſticũ frumentũ ad victoriam, & victoriæ præmium.*

Parta victoria militibus frumentum in præmium olim dabatut. certè *adoreæ* pro laude dici eſt cœpta; poſtquam præmium militibus frumentum erat, vbi victotiam eſſent conſequuti; nos euchariſtico frumento victoriam conſequimur, & in pugnæ victoriæque præmium idem frumentum accepimus, arque adeò qui hoſtes ſuos deuicit, poſt victotiam adite ſacrum altare deberet, hoc præmio donandus, ac veluti corona redimendus.

Hoſtes vt frumẽto aliqui abegerint. Front.

Hoſtes ſuos aliqui tritico abegerunt, rem ſuis ferè verbis narrat Frontinus lib. 3. cap. 15. Thraces in medio monte obſeſſi, in quem hoſtibus acceſſus non erat, collato viritim exiguo tritico, aut caſeo pauerunt pecora, & in hoſtium præſidia dimiſerunt. Quibus exceptis, occiſiſque cùm frumenti veſtigia in viſceribus eorum apparuiſſent, opinatus hoſtis magnam vim tritici ſupereſſe eis, qui inde etiam pecora paſcerent, receſſit ab obſidione. Nos feliciores nobilioréſque euchariſtico tritico victoriam conſequimur, nam dum ſæuit in corpus hoſtis, ſpiritui pauere cógitur, & frequens ab obſidione diſcedit, quia in corporis viſceribus euchariſticum triticum aſpicit; vincuntur, quia in nobis Deus noſter eſt ſub euchariſtico velamine; nobiſcum portamus noſtrum Imperatorem; cadunt hic optimè ſancti Auguſtini verba in Pſalm. 123. qui aliò ſpectans aiebat: *Victi ſunt cùm blandirentur, vincantur, & cùm minantur, ſed vincuntur, quomodo, niſi quia* DOMINVS ERAT IN NOBIS? *Manifeſtum eſt, quia non viciſti tu; ſed vicit ille, qui eſt in te. Imperatorem talem portas, & vinceris? Nónne ille eſt, quem portas, qui dixit, Ego vici ſæculum.*

Vincũtur noſtri hoſtes dũ noſtrũ Imperatorem ſub Euchariſtia latentem nobiſcum portamus. S. Auguſt.

1178. Circumſteot oos hoſtes innumeri, & velut agmine facto in nos aduerſa irruant, nos obſepiant, & arictent tribulationes variæ, ſuperiores erimus, ſi nobiſcum ſit ille, qui pro nobis vicit, & ſi dici liceat, pluſquam vincimus omnia; plurimis circumdatus anguſtiis Paulus, ait, *Sed in omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos*; Rom. 8. In fonte pro *ſuperamus* eſt, ὑπερνικῶμεν, quod propriè ſonat *ſuperuincimus*, quod magis eſt quàm vincere, huc ſpectabat & Origenes lib. 1. contra Celſum, dum ait: *Meritò gloriari liceat nobis, quòd non* SVPERAMVR *preſſuris, aliiſque quæ ibi enumerantur: ſed non item Paulo, Apoſtoliſque, & eorum ſimilibus, cùm ſe profiteantur his rebus longè ſuperiores, dicentes: In his omnibus* SVPARVINCIMVS *per eum, qui dilexit nos; nam id verbum amplius quiddam ſonat, quàm vincere.* Et ſanctus Chryſoſtomus hom. 15. in epiſt. ad Romanos eiuſdem verbi vim explicans aiebat. *Nec ſimpliciter ſuperamus, ſed* PLVSQVAM SVPERAMVS; *hoc eſt, omni cum facilitate citra ſudores, ac labores, non enim moleſtias tolerantes, ſed animum modò præparantes, ſibi vbique trophæa contra hoſtes ſtatuimus, & id iuſta de cauſa, Deus eſt enim qui nobiſcum decertat*; & vnus integri exercitus vires ſupplet, quod vt vbique verum ſit, eſt tamen maximè verum cùm in Euchariſtia illum accipimus, in cuius rei figura eſt, quod olim extra caſtra manna cadere, & in circuitu caſtrorum, Exod. 16. 13. quia oimirum caſtrorum loco Euchariſtia futura erat, cuius manna figura erat, imò & *caſtrorum munimen*, & *caſtra*, vt alibi aliò ſpectans notabam.

Per Chriſtum nõ euincimus tantùm, ſed ſuperuincimus. Rom. 8. 37. Orig. *Dei ope pluſquam ſuperare cur dicamur.* S. Chryſ. *Euchariſtia manna extra caſtra, quia caſtrorum loco, caſtrorum munimen.*

EXCVRSVS XCVII.

Animæ, & cordis triclinium, euchariſticæ menſæ vt parandum.

In corde triclinia, *fores, & alia, quæ in domibus.*
Cordis templum *quâ parandum, quæ ab ipſo eliminanda.*
Cœnaculum, *in quo Euchariſtia inſtituta, mentem in ſublime ſerendam docet.*
Cœnaculum *virtutum apparatu in ſe quiſque paret.*
Quâ triclinium *iuſti animæ referat.*
Mentis triclinium *etiam alienis virtutibus quâ exornetur.*
Virtutes *euchariſticæ menſæ* ſterni *debent.*
Animæ apparatus *in euchariſtica menſa vnde collectus.*
Oratio *Euchariſtiæ præmittenda.*
Cibus, *&* potus *oratione* condiri *debet.*
Orationis vis *contra ſatanicum hoſtem.*
Amor *poſſidere animam debet, quæ amoris ſacramentum ſuſcipit, ſeruilis timor excutiendus.*
Cur velatum *ſe nobis in Euchariſtia Chriſtus exhibuerit.*
Amor timori *præfertur in Euchariſtia.*
Timor *apud Deum fortitudinem addit, contrà ac accidat in mundi caſtris.*
Quî fecerit Chriſtus, vt alacres *ad euchariſticam menſam accurreremus.*
Cor bonis cogitationibus vacuum Diaboli nidus.

In

In illo corde non quieſcit Chriſtus, *in quo* iactantia *locat ſuum domicilium.*

Noxiæ cupiditates *ab euchariſtica menſa exulent.*

Inuidia *ab eius mente abſit*, *qui Euchariſtiam frequentat.*

A liuore *alienus qui euchariſtici ſacramenti particeps eſt futurus.*

Nemo alteri debet inuidere, *maximè poſt ſacram Euchariſtiam.*

Cor ſentina Diaboli, *quod ſpurcitijs plenum*, *à quo abit Chriſtus.*

Diuitiarum nomine *Chriſti corpus ſignificatum.*

1179. QVia de euchariſtica cœna agimus, integrum nobis minimè eſt, cœnaculum præterire, præterire triclinium, in quo cœna iſta fit, de corde & cordis apparatu aliqua hîc præter alibi aut dicta, aut indicata adiicio, nam hoc epuli huius triclinium, & cœnaculum, vt ita loquar, eſt.

In corde triclinia, fores, & alia quæ in domibus. S. Macar.

In corde triclinia, cubicula, fores, & alia, quæ in aliis domibus reperiuntur, vidit, & notauit Beatus Macarius, cuius hæc ſunt verba hom. 15. *Cum ergo cor ſit infinitæ profunditatis, ibi ſunt* TRICLINIA, *cubicula, fores, veſtibula, miniſteria multa, & exitus multi. Ibi eſt officina tum iuſtitiæ, tum iniquitatis; ibi eſt bona negotiatio, & contraria, ibi eſt mors, & vita, magna domus, & perplexa.* Hæc ille aptè, & eleganter.

Cordis templum qui parandum, quæ ab ipſo eliminanda. Dauid Aug.

Quâ cordis templum vniuersè parandum ſit, & quæ ab ipſo eliminanda, opportunè docet Dauid de Auguſta de ſeptem proceſſibus Religioſi c. 11. *Nec ſolùm carnales, & turpes cogitationes debemus ſtatim abigere, ſed etiam vanas, & amaras, & periculoſas, & ſimilium vitiorum ſimulachra in* CORDIS NOSTRI TEMPLO *imaginando non pingamus theatrum, & tabernæ ſolent ſæcularibus, & vanis fabulis depingi, templa autem ſacris hiſtorijs, & myſticis picturis decorari. Ex qualitate picturæ conſideratur qualitas domus, & familiæ in ea morantis.*

Cœnaculum, in quo Euchariſtia inſtituta mentē in ſublime ferendam docet. S. Greg. Naz.

Cœnaculum ipſum, in quo celebrata Euchariſtiæ myſteria fuere, nos admonet, nec terræ hæreamus, ſed in ſublime feramur. huc aduoco verba Beati Gregorij Nazianzeni orat. 44. quæ ſic ſe habent: *Atque ipſe Ieſus, cùm ſublimioribus rebus diſcipulos initiaret, myſterium ipſis in cœnaculo impertit, vt illud indicetur, partim Deum ad nos deſcendere oportere, quemadmodum olim in Moſe contigiſſe ſcimus, partim nos ad* EVM SVBVEHI, *ſicque inter Deum, & homines conſortium iniri, vtriuſque videlicet dignitate inter ſe ſe commixta. Quamdiu autem & ille in ſua ſpecula, & homo in humilitate ſua manſerit, nec bonitatem ipſius vllo modo miſceri, nec benignitatem communicari poſſe.*

1180. *Cœnaculum virtutum apparatu in ſe quiſque paret.* B. Laur. Iuſt.

Cœnaculum quiſque virtutum apparatu in ſe paret, & ſordes omnes eliminet; egregiè Beatus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 1. *Sectare virtutes, concupiſce cæleſtia vaſa orationi, laudis exolue ſacrificium, vt* SPIRITVALE COENACVLVM FIAS, *de ipſo omnem elimina ſordem, cunctáſque maculas abſterge, vt ſtratum ſit. Vtrumque conueniunt, ambo ſibi inuicem famulantur puritas, & charitas. Vbi enim mentis eſt puritas, ibi frequens exultatio eſt, deuotionis guſtus, fraternitatis dilectio, animi tranquillitas, ſanctarum cogitationum aggregatio, & perpetua charitatis dulcis inhæſio. Vbi verò dominatur incendium charitatis, ibi vitiorum rubigo conſumpta eſt, ibi caſtitatis pollet dilectio, innocentiæ rutilat candor, ſupernorum cantica celebrantur, lætitia riuus, & puritatis fons emanare non deſinit. Iſta nempe ſunt ornamenta mentis, hæc eſt ſpiritualis cœnaculi acceptabilis præparatio.*

Quî triclinij iuſti anima referat.

Triclinium iuſti anima eſt, in qua tres illæ potentiæ, intellectus, memoria, voluntas, tres lectos referunt, in quibus diſcumbatur. Pulchrè ſcitus ille auctor: ANIMAM DIGNE COMMVNICANTIS TRICLINIVM APPELLARE LICET, *id eſt, tribus lectis ad diſcumbendum inſtructum cœnaculum propter tres animi potentias, memoriam ſcilicet, intellectum, & voluntatem, in quibus tres potiſſimum conuiuæ velut accumbentes iucundiſſimè exſatiantur; in intellectu fides, in voluntate charitas, in memoria gratitudo, ſeu gratiarum actio, hæc enim memoriæ animi effectus eſt.*

Mentis triclinium etiam alienis virtutibus qui exornetur. Bloſ.

Qui mentis ſuæ triclinium dignè ſe minimè exornaſſe comperit, ad alienos ornatus, ad aliena merita confugiat, & præcipuè ad illius, cuius corpus recepturus eſt, debent hîc implantari quæ narrat Bloſius in conclaui animæ cap. 6. num. 7. in hæc verba: *Corpus Chriſti aliquando ſumptura beata Gertrudis, cùm ſe nimis imparatam doleret, rogauit Beatam Virginem Mariam, & omnes Sanctos, vt Domino pro ſe offerrent omnem dignitatem, quâ quilibet ipſorum vnquam paratus fuerat ad gratiam Dei recipiendam. Vnde Dominus ait ad eam: Iam verè omnibus cæli ciuibus appares in eo ornatu, quem tibi petiſti. Vtile igitur eſt, vt quilibet percepturus ſacram communionem, etiam deſideret, & petat animam ſuam exornari meritis, & virtutibus Ieſu Chriſti, Sanctorúmque eius.* 1181.

Virtutes euchariſticæ menſæ ſterni debent. Pſalm 22. Euthym.

Sterni euchariſticæ menſæ virtutes omnes debent, vt iſtis inſignitus ad Euchariſtiam accurrant. Dicturus Dauid Pſalm. 22. *Paraſti in conſpectu meo menſam*, quod de euchariſtica nobiles interpretes expoſuere *altaris menſam*, ait Euthymius; præmiſit: *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*; vbi idem Euthymius per *iuſtitiæ ſemitas*, virtutes omnes intelligit, quæ nimirum ornare illius mentem debent, qui euchariſticæ menſæ futurus eſt particeps.

Animæ apparatus in euchariſtica menſa vnde collectus. S. Chryſ.

Apparatum animæ, qui euchariſticæ menſæ præmitti debet, ita ex Regis Babylonis more colligebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 16. in epiſt. ad Hebræos: *Si rex Babylonis iuuenes eligens ex captiuitate elegit pulchros ſpecie, & vultu decoros, multo magis eos, qui aſtant menſæ regiæ, pulchros eſſe oportet ſpecie animæ, mundum habentes aureum, mundum veſtimentum, regales calceos, formoſum animæ vultum, cingulum veritatis. Qui talis eſt, accedat, & pocula tangat regia.*

Oratio Euchariſtiæ præmittenda. S. Thom.

Præmitti oratio euchariſticæ menſæ debet, id quod in hunc modum colligebat Beatus Thomas opuſc. 58. cap. 15. *Tertium præparatiuum eſt* ORATIONIS DEVOTIO. *Pſalm.* 104. *Petierunt, & venit coturnix, & pane cæli ſaturauit eos, Iob.* 3. *Antequam comedam ſuſpiro; hinc Maria Magdalena, & aliæ deuotæ portabant aromata, dum quærebant corpus Domini, Luc.* 23. *ſic nobis acceſſuris ad corpus Domini prælibanda eſt orationis deuotio, vt quòd fortè minus parati ſumus per ieiunium, & confeſſionem ſuppleat ſpiritualium aromatum, id eſt, orationum oblatio.* 1182.

Cibus, & potus oratione condiri debent. Bloſ.

Cibus, & potus oratione condiri debent; iuit in exemplum Beata Gertrudis, de qua ita ſcribit Bloſius in conclaui animæ cap. 8. num. 3. *Virgo Gertrudis intellexit diuinitus, quod & Domino gratiſſimum;*

ſimum, & homini vtiliſſimum ſit, ſi ipſe homo ante cibum, potum, ſomnum, & alia corporis ſolatia, dicas corde, vel ore hæc, aut ſimilia verba: Domine, da vt cibum, ſiue aliud quodcumque corporis ſolatium, purè ſuſcipiam ad gloriam nominis tui, in vnione illius amoris, quo tu factus homo, tale ſolatium in terris ſuſcepiſti ad laudem Dei Patris, & ſalutem totius generis humani. Rurſum eadem ſponſa Chriſti Gertrudis, cùm manducando piè ruminaſſet hæc verba, Virtus diuini amoris tui, amantiſſime Ieſu, incorporet me totam tibi, & bibendo iſta, effectum diuinæ charitatis tuæ, dulciſſime Ieſu, qui in intimis tuis vehementer præualuit, transfunde, & conſerua in me, ita vt ille penetret totam ſubſtantiam meam, & iugiter diſtillet per omnes meatus, vires, ac ſenſus corporis, & animæ meæ, ad laudem tuam æternam: cùm, inquam, hac deuotione ſub refectione vſa fuiſſet, audiuit Dominum dicentem ſibi: Quoties quis inter manducandum, & bibendum talia ruminauerit, toties ego fateor me cum illo comediſſe, & bibiſſe, refectionémque valdè gratam ab eo accepiſſe.

Orationis vis contra ſatanicum hoſtẽ. B. Laur. Iuſt.

De orationis, vt hoc quoque hic adiiciam, vi contra ſatanicum hoſtem hæc habet Beatus Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 5. *Nihil profectè ſic terret Leuiathan, ſicut orationis crebra inſtantia, atque deprecantium deuota ſuſpiria. Æquè orationis quemadmodum gehenna crematur incendio, fugit ab orationis facie, atque liqueſcit, ſciens coram illo non poſſe ſubſiſtere; Dei quippe in illo præſentiam videns, pugnanti illico terga conuertit. Non enim abeſt Dominus ab oratione bellantium, eorum laboribus compatiens, atque periculis*; ad alia pergo, quæ in ſpirituali Euchariſtiæ cœnaculo requiruntur.

1183. *Amor poſſidere animam debet, quæ amoris ſacramẽtum ſuſcipit, ſeruilis timor excutiendus.* B. Laur. Iuſt.

Amor poſſidet animam, quæ amoris ſacramentum ſuſceptura eſt, mirum eſt quàm ſtuduerit Deus à fidelibus omnem ſeruilem timorem eximere, vt amore ad hoc ſacramentum ferri ſe ſinerent. huc præcipuè ſpectauit, cùm ſub ſpecie non velamine occultaret, ne ſcilicet ſeruili timore amoto ſumeretur, manducaretur, quod non ita facilè factum, niſi ſe velauiſſet. Egregiè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 24. *Quis, niſi ſuaderet Dominus, diuina auſus eſſet ſumere ſacramenta? Moſes ſanctus, cum oues paſceret in deſerto, vocem Dei vocantis illum de rubo audire non potuit, niſi calceamenta, quæ in pedibus habebat, extraheret. Populus quoque Hebræorum monti, in quo Deus loquebatur, propter fulgura, & tonitrua, quæ ſentiebat, appropinquare auſus nõ eſt. Sed & Helias Propheta cùm Deum in ſibilo auræ tenuis audiſſet, exterritus pallio ſuo vultum operuit. Vnde ergo nunc tanta eſt in Eccleſia Dei fiducia, vt diuina maieſtas eſſentialiter præſens ſit, & intrepido ad illam accedas animo, non ſolùm iuſtus, verùm etiam peccator, & iniuſtus? Nam etſi ſub viſibili lateat ſpecie Verbum, & impaſſibilis ſit illius caro, certiſſimum tamen eſt, quòd declinat in manus hominum, & ab hominibus mãducatur. Nam Verbi ſunt verba illa, dicentis: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc itaque fiducia non de meritis prouenit manducantium, ſed ex ineffabili bonitate Verbi ſit volentis. Taliter namque in ſacramento hoc ſe voluit exhibere hominibus, vt forma opertus viſibili non videretur, vt à fidelibus præſens eſſe non dubitaretur, vt ſepoſito ſeruili timore, ardentiùs ſumeretur; ſi enim, qualis eſt humanis, intueri voluiſſet aſpectibus, nullus nullus eſſet, qui Dominicum auderet manducare corpus.*

Cur velatum ſe nobis in Euchariſtia Chriſtus exhibuerit. Idem.

Addit ſtatim, & claudit: *Prudentiſſimo igitur Dei Verbum vſum fuiſſe conſilio, perſpicuè claret, vt ſe corporaliter daret hominibus (& tamen accidentibus velatum) quatenus ex præſentia noſceretur charitas, & per operimentum viſibilis formæ humanæ ad ipſum accedere valeret infirmitas. Dignum quippè fuit, vt inſtitutio hæc ſacramentalis potius* AD CHARITATIS *promotionem, quam* TIMORIS *ordinaretur fidelium.*

Timor reuerentiam ſapiens bonus eſt, ſed melior amor, attamen ne ille, qui amore actus Euchariſtiam frequentat, damnare facilè eum debet, qui ex timore, & reuerentia aliquando abſtinet, nec ille, qui ex timore abſtinet, alium qui ex amore ad vitalem hunc cibum conuolat; id Centurionis, & Zachæi exemplo firmat ſanctus Auguſtinus apud ſanctum Thomam 3. part. q. 8. art. 10. vbi ait: *Vnde Auguſtinus dicit, ſi dixerit quiſpiam non quotidie accipiendam Euchariſtiam, alius contrà faciat. Vnuſquiſque quod ſecundùm fidem ſuam piè credit eſſe faciendum, faciat. Neque enim litigauerunt inter ſe Zachæus, & ille Centurio, cùm alter eorum gaudens ſuſcepit Dominum, alter dixit, Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo: Amor tamen, & ſpes, ad quem ſemper Scriptura nos prouocat, præferuntur timori: vnde cùm & Petrus dixiſſet, Exi à me, Domine; quia homo peccator ſum, reſpondit Ieſus, Noli timere*; vt illius timor, qui charitate ſit grauidus, amore, ac reuerentia non ſit deſtitutus; nam talis timor vires, & robur animæ addit. 1184.

Amor timori præfertur in Euchariſtia. S. Aug. S. Thom.

Nemo timore deſtitutus in Dei viâ incedat, nemo audacia armatus in aciem exiliat, ne victus ſuccumbat, audacia in mundi caſtris fortitudinem parit, timor minuit; in Dei caſtris aliter accidit, hîc quippè timor fortitudinem auget, audacia fortitudinem tollit, debilitatem affert; ita de hac re philoſophatur Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de ligno vitæ cap. 2. *Hominem timor fortem facit. Nam in via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. Sicut namque in via ſæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & timor fortitudinem gignit, vincula cupiditatis dirumpit, ſimiliter timor Dei vitium corrigit*; bonus hic timor; ille verò, qui ſeruilis eſt, exulare à nobis debet, præſertim cùm euchariſticam menſam frequentamus.

Timor apud Deum fortitudinem addit, contrà ac accidit in mundi caſtris. B. Laur. Iuſt.

Ad publicanos, & peccatores ibat Chriſtus, eorum menſas non fugiebat, non caſu id factum, ſed diuino conſilio, vt ſcilicet promptiores, alacrioréſque ad euchariſticam menſam accurrerent timore poſito, qui priùs peccatores fuerant. Opportunè bonus ille auctor: *Malè audiuit non ſemel Chriſtus apud Principes populi, eo quòd diuerteret ad publicanos, & peccatores, & cũ illis ad menſam diſcumberet, neque tamen hominum calumnias fugiens conſuetudinem ſuam inuertit; quod ideo factum, vt homines ad ſuam menſam alliceret; factum enim erat, vt ſacram, & euchariſticam menſam ornaret, ad quam fortè non pauci terrore deuicti ſe ſubducerent, præſertim præteritorum criminum conſcij; ergo vt ab eis pudorem omnem, omnem timorem abſtergeret, ipſe prior eorum ſe menſis infert, & accubitum ſæpiùs repetit, quo faciliùs eos poſtea abiecto pudore, ſeruilíque timore ad ſacras epulas trahat*; prompréque ad euchariſticam menſam decurrer ſicut promptus ſe communi menſæ inuitatus Chriſtus ſe intulit, dum hîc apud nos degeret; ſed hîc aliqua vniuersè de cordis apparatu afferamus, quæ licèt Euchariſtiam non tangant, transferri ad illam facilè poſſunt, ita tamen vt ſtatim redeamus ad inſtitutum. 1185.

Qui fecerit Chriſtus, vt alacres ad euchariſticã menſam accurreremus.

De corde ab vtilibus cogitationibus vacuo, benè ille ſenſit, qui nidum Diaboli illud appellauit. Thomas à Kempis part. 1. ſerm. 7. ita ſcribit: *Cor*

Cor bonis cogitationibus vacuũ Diaboli nidus. Thom. à Kemp.

Cor inſtabile, & à bonis cogitationibus vacuum, nidus eſt Diaboli; in quo nempè quieſcit, atque adeò oua malatum cogitationum fouet, vt erumpant in pullus; ſed

In illo corde non quieſcit Chriſtus, in quo iactantia locat ſuũ domicilium. S. Aug.

In illo corde non quieſcit Chriſtus, in quo iactantia locat domicilium ſuum, quod ita colligit ſanctus Auguſtinos lib. quæſt. in Matth q. 5. *Quod Dominus dixit ſcribæ, qui eum ſequi voluit, Vulpes foueas habent, & volucres cœli tabernacula, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Intelligitur miraculo Domini commotus propter inanem iactantiam eum ſequi voluiſſe, quam ſignificant aues, finxiſſe autem Diſcipuli obſequium. Quæ fictio vulpium nomine ſignificata eſt. Reclinatione verò capitis humilitatem ſuam ſignificauit, quæ in illo ſimulatore, ac ſuperbo non habeat locum*; ſed Euchariſtia calamum ad ſe rapit, rapit mentem.

Noxiæ cupiditates ab euchariſtica menſa exulent. S Chryſ.

Noxiæ cupiditates à nobis debent exulare cùm ad euchariſticam menſam accedimus, quod mẽſæ ſenſibilis exemplo ita confirmabat S. Chryſoſtomus hom. 28. in epiſt. 1. ad Cor. *Si menſæ ſenſibilis non fuerimus participes, febrientes, & malis pleni humoribus, ne pereamus: multo magis nefas eſt hanc tangere cum malis cupiditatibus, quæ ſunt grauiores febribus.*

Inuidia ab eius mẽte abſit, qui Euchariſtiam frequentant. Biel.

Hoſtiæ ipſius nitor, & puritas rectè clamat, omnem inuidiæ nigrorem ab eius mente eradendum, qui ad ſacram Euchariſtiam accedit, id quod tetigit Biel ſerm. 22 *Forma hoſtiæ parua, nitens in paruitate ſignat ſuperbiam excludendam, in nitore* INVIDIAM.

A liuore alienus qui euchariſtici ſacramenti particeps eſt futurus. Gen. 14. Philo.

1186. Honeus auguſtiſſimus Euchariſtiæ cultor adeò ab omni inuidia, ac liuore alienus eſſe debet, vt de alienis bonis ita gaudeat, ac ſi ſua eſſent, ita lætitia in alterius commodis exiliat, ac ſi propria ipſius eſſent; quod maximè in Sacerdotibus requiſitum; in cuius rei figura habemus in lib Geneſis cap. 14. Melchiſedech panem, & vinum offerentem ob victoriam quam de ſuis hoſtibus Abraham reportauerat, *non minus lætus*, ait Philo lib. de Abraham, *quàm ſi eius propria fuiſſet victoria*; tantum nuda vmbra potuit, tantum à ſuo cultore iodepta eſt; quid conſequi à ſuis non debet veritas ipſa, ipſa Euchariſtia? quàm expuere liuorem omnem debet, omnem inuidiam, qui euchariſticum panem, euchariſticum vinum Deo ſuo in gratiarum actionem litat?

Nemo alteri debet inuidere proximo poſt ſacram communionem. B. Laur. Iuſt.

In humano corpore vnum membrum alteri, alteriúſque perfectioni non inuidet, non inuidet manus oculo, nec oculus manui, non pes capiti; vis probare te Chriſti membrum eſſe effectum, proximo tanquam membrom minimè inuideas, in nullum liuore feraris. Audi ad hanc mentem Beatum Laurentium Iuſtinianum tract. de charit. cap. 17. *Vnum membrum non inuidet alij membro, licèt non habeat idem officium; non omnia namque eundem actum habent membra; nec tamen ſibi inuicem inuident: ſic nec debet aliquis inuidere proximo ſuo habenti gratiam, quam ipſe non habet. Inuidia diabolicum vitium eſt, & habet matrem ſuam, ſcilicet ſuperbiam. Suffoca matrem, & non erit filia*; cùm igitur *in Euchariſtia* Chriſti membra fiant fideles, nemo alteri debet inuidere.

Cor ſentina Diaboli, quod ſpurcitijs plenum, à quo abit Chriſtus. Vgo. *Diuitiarum nomine Chriſti corpus ſignificatum.*

In cordis triclinio manet Chriſtus, non in Diaboli ſentina, nam tale cor noſtrum fit, ſi ſceleribus ſcateat, & ſpurcitiis; Vgo Carenſis in cap 6 Ioannis, *Iob* 20. DIVITIAS, *id eſt, corpus Chriſti, quas deuorauit, euomet, quia non vult Dominus manere in ſentina Diaboli*; vbi interim habes, diuitiarum nomine Chriſti corpus apud hunc partem circumſcriptum; vt mera paupertas ſit, quicquid hoc corpus non ſpectat. Iure Euchariſtia diuitiarum nomine ſignificetur, quia ſuperæ, veræque diuitiæ per illam fidelibus communicantur.

EXCVRSVS XCVIII.

Euchariſtia Eccleſiæ murus, arx turris.

Eccleſia murus *veritatis dogmata.*
Eccleſia turres *Sacerdotes.*
Murus, & turris *ſacra Scriptura.*
Philoſophia inexpugnabilis murus *dicta.*
Arcis, & Euchariſtiæ *cohærentia.*
In arce *Sion inſtituta Euchariſtia, quia fidelium arx futura.*
Mœnium, & euchariſtici vini *nexus.*
In murum *mutetur qui ad Euchariſtiam accedit, licèt antea non eſſet.*
In Euchariſtia maximè ſe noſtri defenſorem *exhibet Chriſtus.*
Murus, & turris *humilitas.*
Sacra Scriptura turris.
Turris *nomine crux donata.*
Turrim *ob greges olim ædificabant.*
Turris Dauid *cur dicta Ieruſalem.*
Clypei *diſcipuli ſunt.*
Turres *condendis frugibus in vineis.*
Principes, & Reges ſuis turres *ſunt.*
Turris *firmiſſima Chriſtus.*
Turris, & *templi nexus.*
Turris *euchariſtica in fidelium munimen erecta.*
Terrea turri *farina ſubiecta non nemo ſibi ſuos hoſtes ſubiecit.*
Res flectitur ad Euchariſtiam.
In vino fila *poſita & ſcala fabricata.*
In euchariſtica menſa funicula *reperimus, quibus à terrenis ad cœlum trahamur.*

Firmus Eccleſiæ murus veritatis dogmata ſunt, 1187.
quibus aduersùs veritatis hoſtes munitur. Procopius in Iſaiam cap. 62. *Dicas deinde & Eccleſiæ* MVROS *eſſe ipſam veritatis dogmatum conſtantiam, & firmitudinem, aduersùs quæ ne poſtea quidem inferorum quicquam poterunt.* Sanctus Ambroſius 6. Hexaëm. cap. 8. aiebat Eccleſiam ipſam murum eſſe: *Murus eſt Eccleſia, turres eius ſunt Sacerdotes.*

Eccleſia murus veritatis dogmata. Procop. *Eccleſia turres Sacerdotes.* S. Ambr.

Murus ſimul & turres ſacræ Scripturæ ſtudium eſt, quam ſic efferebat ſanctus Chryſoſtomos hom. 7. de pœnitentia: *Ad Scripturarum lectionem impellamus animos, etenim* MVRVS *eſt firmiſſimus, turris minimè nutans, gloria non diripienda, non vitianda, firma felicitas, minimè languens, continua voluptas, & quotquot quis dixerit bona ſacra ſemper & in Scriptura.*

Murus, & turris ſacra Scriptura. S. Chryſ.

In externa ſchola inexpugnabilis murus philoſophia eſt contra fortunæ tela, machináſque. ita ſentiebat Seneca, cuius hæc ſunt verba ep. 82. *Multa extrà ſunt, quæ circumeunt nos, quæ aut fallant, aut vrgeant. Multa intus, quæ etiam in media ſolitudine exæſtuant. Philoſophia circundanda eſt,* INEXPVGNABILIS MVRVS, *quem fortuna*

Philoſophia inexpugnabilis murus dicta. Senec.

multis

multis machinis laceſſitum non trahit; ſed ad Eucharistiam iam accedamus, quæ nunc omni fortior arce.

Arcis, & Euchariſtiæ cohærentia.
Prou 9.

Magna arcis, ac menſæ, Dominicique corporis cohærentia eſt; ſapientia quoque quæ menſam præparauerat, *miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Prou. 9. ac ſi arx, & mœnia cognationem cum epulis haberent. habent, & præſertim cum euchariſtico cibo, cum euchariſtica menſa; hinc Vgo Carenſis in Pſal. 22. *Vt vocarent* AD ARCEM, ID EST, AD SACRAMENTVM CORPORIS CHRISTI, *quod eſt contra inimicos munimen*; quid? quod in Sion inſtituta eſt ſacra Euchariſtia, quæ erat veluti arx vrbis Ieruſalem? quia nimirum, vt ille ait, *Euchariſtia ipſa fidelium muniti ſſima* ARX *erat futura*, & firmum contra omnes hoſtes propugnaculum.

Vgo Car.
In arce Sion inſtituta Euchariſtia, quia fidelium arx futura.

Mœnium, & euchariſtici vini nexus.

Leonidas pugnas in mœnibus poſuit, ne ſcilicet in obſidione, ea deſererent; nos euchariſticum vinum iuxta mœnia habemus, ne facilè à pugna abeamus; hinc Sapientia euchariſticam menſam euchariſtico vino diuitem exhibitura ad arcem inuitauit, & ad mœnia ciuitatis, Prou. 9. *Sapientia miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.*

Prou 9.

1188. Porrò qui ad euchariſticum murum accedit, debet fortitudinis acquiſitione in murũ mutari, etiã ſponſa, quæ initio petierat oſculum, nimirum per Euchariſtiæ communionem, vt aliqui interpretãtur, & nos alibi cum illis, murus poſtea euaſerat, vt diceret de ea ſpõſus; *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*, Cant. 8. v. 9. quem profectũ notabat his verbis etiam S. Ambroſius lib. 2. de Virginibus: *Si murus*, inquit, *eſt*, *ædificemus ſuper eum turres argenteas. Quæ ludebat oſculis, iam* TVRRES ERIGIT, *vt pretioſis Sanctorum turrita faſtigijs, non ſolùm hoſtiles fruſtretur incurſus, verùm etiam bonorum propugnacula ſtruat tuta meritorum.* murum intra ſe ſtruit, murus quidam euadit, qui ad euchariſticam menſam accedit, licèt alioquio imbecillis eſſet.

In murum mutetur qui ad Euchariſtiam accedit, licet antea non eſſet.
Cant. 8 9.
S. Ambr.

Vt vbique ſe noſtri defenſorem, liberatorémque prodiderit Deus, id tamen præcipuè fecit in Euchariſtiæ inſtitutione; in Pſalm. 67. & montis Sina, in quo legem dedit, & montis Sion, in quo Euchariſtiam inſtituit, mentio fit, ſed cum hoc diſcrimine, vt in Sina habitare ſit dictus vt iudex, nam adhibetur nomen אלהים *elohim*, in Sion verò vt defenſor, ac liberator, nam nomini אלהים *elohim* iungitur nomen ineffabile יהוה hoc diſcrimen expendebat etiam noſter Agellius in hunc Pſalmum v. 17. vbi ait: *Illud diſcrimen eſt, quòd quamuis vtrobique habitant, in Sina tamen vt Deus, ac iudex metu tonitruorum, ac fulgurum coërcens legis ſuæ violatores; in Sion verò habitat vt Dominus, & populi ſui defenſor, ac Saluator, ibi enim eſt nomen Elohim, hic nomen tetragrammaton, quod cùm nomini Elohim apponitur, ſalutis ſignificationem habet*; quæ obſeruatio maximè myſterio congruit, quod in montem Sion eſt celebratum, vt initio dicebamus; ſed à muro ad turrim venio.

In Euchariſtia maximè ſe noſtri defenſorem exhibet Chriſtus.
Pſalm. 67.

Agell.

1189. Murus ſimul & turris humilitas eſt, de hac ita loquitur ſanctus Chryſoſtomus hom. 25. in Geneſim: *Hæc maxima eſt munitio, hæc* MVRVS INEXPVGNABILIS, *hæc* TVRRIS INCONCVSSA; de illius firmitate hæc habet idem ſanctus Pater hom. 21. in epiſt. ad Rom. *Nihil humilitate* POTENTIVS, *petra eſt fortior, & adamante ſolidior.*

Murus & turris humilitas.
S. Chryſ.

Sacram Scripturam turri comparabat etiam Rupertus lib. 3. de victoria Verbi c. 3 *Sancta Scriptura* TVRRIS *vera, & verè pertingens vſque ad altitudinem cœli, conſtruenda erat, ſacramenta continens iam dicta promiſſionis*; turris nomine donata crux quoque eſt; ſanctus Andreas Cretenſis orat. 1. in exaltat. ſanctæ Crucis, inter alia hæc de cruce in crucis laudem habet. *Crux cuſtos in nocte, in die turris, in tenebris manuductrix, lætitiæ frænum, triſtitiæ oblectamentum, reconciliatrix, ſupplicatrix, amicitiarum conciliatrix.*

Sacra Scriptura turris.
Rupert.
Turris nomine crux donata.
S. Ambr.

Turrim ob greges olim ædificabant; id indicat Apul. lib. 4. met. poſt initium: *Inſurgit ſpelunca turris arduo caule firma, ſolidis cratibus ouili ſtabulatione commoda.*

Turrim ob greges olim ædificabant.
Apul.

Turris Dauid dicta eſt Ieruſalem cum propugnaculis ædificata Cant. 4. ob doctrinæ ſcholam, clypeique ex ea pendebant, ob diſcipulorum copiam; ſic enim explicat illa verba: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea*; in amoris Cantico cap. 4. v. 4. Iſidorus Clarius ibi, dum ait: *Robur tuum, ipſa videlicet Ieruſalem tanquam fortitudo Iſraelis. Et quid ait, Quæ ædificata eſt cum propugnaculis, vt alius vertit, lapidibus prominentibus, poteſt etiam verti, quæ ædificata eſt ob diſcendum, ſed quòd eo artificio facta eſſet, vt alij inde diſcerent fabricare, vel quod ibi erat ſchola doctrinæ. Per mille clypeos numeroſitas diſcipulorum deſignatur omnis armatura fortium, nam ibi erat doctiſſimorum hominum ſchola, qui erudiebant populum.*

Turris Dauid cur dicta Ieruſalem.
Cant 4.

Iſid. Clar.
Clypei diſcipuli ſunt.

Turres condendis frugibus, in vineis etiam extruebant, hinc in Euangelica parabola Paterfamilias, *Plantauit vineam, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim*, Matth. 21. 33. quæ verba illuſtrant illa, quæ habet ſanctus Hieronymus in c. 5. Iſaiæ: *Ædificaui firmiſſimam* TVRRIM, *in qua fruges reconderem, & de qua inſidiantes frugibus beſtias contemplarer.* 1190.

Turres condendis frugibus in vineis.
Matth. 21. 33.
S. Hier.

Principes, ac Reges turres eſſe debent, ad quas ſecuritatis cauſa ſubditi confugiant; hinc illud Iſaiæ 30. 25. *Et cùm ceciderint turres*, Chaldæus vertit, *Cùm ceciderint Principes*; quia nimirum turres referre debent in ſuorum munimen.

Principes, & Reges ſua turres ſunt.
Iſa. 30 25.
Chald.

Turris eaque firmiſſima omnibus Chriſtus eſt, ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 60. explicans illa verba: *Turris fortitudinis à facie inimici*, hæc addit ad explicatum: *Ipſe Chriſtus eſt turris, caue ne feriaris à Diabolo, fuge ad* TVRRIM; *nunquam te ad illam turrim diabolica iacula ſecuturu ſunt, ibi ſtabis munitus, & fixus.*

Turris firmiſſima Chriſtus.
S. Auguſt.

Turris quoque cum templo cohæret; certè illa verba Micheæ 4. 8. *Et tu turris gregis*, de templo aliqui ad litteram interpretantur, aut vniuersè de Ieruſalem, ob templum tamen, quod in ea erat, ad quod velut ad turrim greges, id eſt, populi accurrebant; vtrumque probat, & firmat doctiſſimus Ribera hîc: Chaldæus videtur de Meſſia intellexiſſe, dum vertit: *Tu autem Chriſte Iſraelis*; turris nobis vbique Chriſtus, ſed maximè in Euchariſtiæ ſacramento.

Turris, & templi nexus.
Mich 4 8.

Rib.
Chald.

Turris euchariſtica Chriſti caro eſt, quam Chriſtus erexit in ſuorum munimen, ac defenſionem; vt iure turri illi parietur, de qua ſermo in amoris Cantico eſt, cap. 4. v. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum*; ſcitè ille: *Cùm ad cœlos Chriſtus aſcendit, nobis in arce Sion* TVRRIM CARNIS SVÆ, *tibum animarum noſtrarum, corporis, & ſanguinis ſui, & crucis arma defenſionis noſtri poſuit*; Mille ab hac turri pendent clypei, quia contra omnium hoſtium iacula firmiſſima habemus 1191.

Turris euchariſtica in fidelium munimen erecta.
M. Gh ex Aponio.

munimina,

munimina, nulla hîc deſunt arma, quibus nos ab hoſtibus tueamur, & hoſtes ipſos ſternamus.

Terreâ turri farina ſubiecta non nemo ſibi ſuos hoſtes ſubiecit. Bonf.

Res flectitur ad Euchariſtiam.

Terreâ turri erectâ nudâ farinâ opertâ aliquos hoſtes ſibi ſuos ſubieciſſe, teſtatur illud, quod his ferè verbis narrat Bonfinius lib. 4. decad. 2. *Ladiſlaus Vngariæ Rex, quum Cracouiam Polonorum regiam tertium iam menſem obſideret, magnáque egeſtas vtrinque ingrueret: intempeſta nocte, Regis edicto, quiſque miles ocream, galeámve effoſſa terra completam ante vrbis mœnia conferre iubetur. Quod vbi factum eſt, congeſta terra mox tumulus haud mediocris exurrexit, quem farina quamprimum Rex aſpergi iuſſit. Illuceſcente die, oppidani editiſſimum farinæ montem ante muros arcis aſpiciunt, hoſtium commeatibus inuidem, ac pariter admirantur. Quare ſequenti die ſe ſe cum arce dediderunt.* Nos contra hoſtes inuiſibiles pugnamus, qui ſi viderint non terræ cumulum farina opertum, ſed Deum ipſum triticeo velamine tectum, aut in fugam vertuntur, aut victi dant manus.

1192. In vino fila, & funes non nemo reperit, quibus tanquam ſcalis vteretur, è turrique ſe demitteret, in qua clauſus tenebatur; Nicetas Choniates lib. 4. in Manuele Comneno ita ſcribit: *Et in amphoras, quibus potus ad prandium ferretur, lineas funes, glomos, & fila tenuia conijceret*, vt ſcilicet Andronicus, qui in turri clauſus erat, ſe ſe per illa demitteret, & euaderet, euaſit; *funibus, ſcalis vſus*; nos quoque in euchariſtico vino funes habemus, quibus tanquam ſcalis ex rerum terrenarum affectu veluti quodam carcere nos ſurripiamus; in cœlum, in cœleſtia aſcendamus; huc flexerim illud Oſeæ 11. 4. *In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis*; funes habes, ſed præcipuè in euchariſtico pane, in euchariſtico vino, ſubdit enim ſtatim: *Deſcendi ad eos, vt veſceretur*, quod aliqui ad Euchariſtiam accommodarunt, in qua Deus funicula quædam abſcondit, quibus nos ad ſe trahat.

In vino fila poſita, & ſcala fabricata. Nicet.

In euchariſtica menſa funicula reperimus, quibus à terrenis ad cœlum trahamur.

Oſeæ 11. 4.

EXCVRSVS XCIX.

Quanta dignitas homini collata euchariſtici panis exhibitione.

Hominis dignitas, *& perfectio vt collecta.*

Adam in paradiſo vt Sol *in cœlo.*

Duo luminaria *Adam, & Eua.*

Ad hominis dignitatem *facit, quòd omnium poſtremus conditus.*

Homo toti mundo præferendus.

Honorem, *&* dignitatem *ſuam ab homine intelligi Deus curauit, in eius amorem ferretur.*

Homo qua ratione ad Dei ſimilitudinem, *& imaginem conditus dicatur.*

Pluris Deus hominem *fecit, cum ſuo corpore illum cibauit, quàm cùm illum condidit.*

Cura Deo fuit, vt in Chriſto humana natura *nobilitaretur.*

Quàm eximium donum fuerit, Deum ſe homini *in cibum exhibere.*

Grandius videtur eſſe, quòd nobis carnem ſuam *det Deus, quàm quòd noſtram ſumpſerit.*

Chriſti ſanguis nos Chriſto agglutinat, *vt membra capiti.*

Chriſti conſanguinei *quodammodo reddimur euchariſtici ſanguinis potu.*

Diabolus cruciatur, *quòd homo in euchariſtica menſa humanitate Chriſti, & diuinitate veſcatur.*

Coli *homo debet tanquam* gloriæ thronus.

Deitatis templum *ob Euchariſtiam homo.*

Honores *fugiat euchariſtica mēſa dignatus.*

Qui magis familiares, magis ferè ad honores *vrgent*

Summa reuerentia *tractari, regi corpus debet, ac membra, quia illis Deus præſidet.*

Corpus hominis *non deſpiciendum.*

Quanta reuerentia *membra tractanda.*

Reuerentia *homini exhibita in Deum reſilit.*

IN homine efferendo ſanctorum Patrum, aliorúmque Scriptorum calami laborarunt, ex multis hîc aliquos dabimus; ſanctus Cyrillus Ieroſolymitanus catech. 13. quanto honore ſit homo dignus, ita colligebat: *Sol mandato tantum, homo vero manibus diuinis formatus eſt. Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem. Imago lignea terreni Regis honoratur, quanto magis rationalis imago Dei?* Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 1. glaphyrorum in Geneſim, hominem efferebat in hunc modum: *Cum autem homo animal ſit re vera pulchrum, Deóque ſimillimum, ne videretur ſuperna gloria ſimulacrum, eodem formationis modo, quo alia creatura, quæ tales non ſunt, conſtare deliberatione, manualique, vt ita dicam, operatione eius ſtructuram eſt dignatus.* 1193.

Hominis dignitas & perfectio vt collecta.

Gen. 1.

S. Cyr. Ieroſ.

S. Cyr. Alex.

Adamum in paradiſo locatum tanquam ſolem in cœlo, aſſerit ſanctus Ambroſius de paradiſo cap. 1. *Poſuit*, inquit, *eum in paradiſo ſicut* SOLEM IN COELO. Poſita fuit & Eua tanquam luminare minus, vt duo primi parentes duo cœli luminaria repræſentauerint; voluit hoc ſanctus Anaſtaſius Synaita lib. 4. Hexaëmeron, dum ait: *Poſuit eum (hominem) in Paradiſo, principem eum conſtituens, & Euam omnium animantium, ſicut etiam* DVO LVMINARIA, *vt imperarent diei, & nocti, & vt dominatum haberent in omnia animantia.*

Adam in Paradiſo vt Sol in cœlo.

S. Ambroſ.

Duo luminaria Adam, & Eua.

S. Anaſt. Syn.

Quòd omnium poſtremus homo à Deo ſit conditus, etiam hoc ad eius dignitatem facit; ſanctus Ambroſius enarrat. 1. in Geneſ. ad Horontianum: *Proceſſit poſtremus creaturarum omnium homo ſpecie gratus, mente ſublimis, vt omni eſſet creaturæ* MIRACVLO, quin & tanquam ſumma & velut anacephalæoſis omnium creaturarum; addit: *Rectè ergo nouiſſimus quaſi* TOTIVS SVMMA OPERIS, *quaſi cauſa mundi, propter quem facta ſunt omnia: quaſi omnium habitator elementorum inter feras viuit, cum piſcibus natat, ſuper acies volat, conuerſatur cum Angelis, terram inhabitat, & cœlo militat, in cœlo hæres*; & exemplis rem firmans ait: *Currus elephantorum, quibus homo victor aſſiſtens, cùm ſit poſtremus, priores regit. Sic quoque gubernator nauis in puppi ſedet, & totam nauem gubernat*; & ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus oratione 2. *Extremus ille quidem fabricatione, verùm dignitate primus emicuit.* 1294.

Ad hominis dignitatem facit, quòd omnium poſtremus conditus.

S. Ambr.

S. Baſil Sel.

Homo toti mundo præferendus.
Pſalm 118. S.Ambr.

Ex eo quòd Dei manibus formatus homo in diuinis litteris dicatur, cœlum verò vna dumtaxat manu hominem vniuerſo præferendum, colligebat ſanctus Ambroſius in Pſalm. 118. art. 10. ad illud: *Manus tuæ fecerunt me*; vbi hæc habet: *Manus dicit pluraliter, non manu: at verò alibi (Iſa. 45.) ait, Ego manu mea ſolidaui cœlum, & manus mea fecit hæc. In* HOMINIS CONSTITVTIONE *videtur non abundare, quod toti mundo vt fieret abundauit. Cœlum vna firmauit manus, & vtraque Dei manus hominem figurauit.*

1195. *Honorem, & dignitatem ſuam ab homine intelligi Deus curauit in eius amorem ferretur.* Rupert.

Studuit Deus, vt honorem ſuum homo intelligeret, ne ſibi ipſi vileſceret, cùm omnia animantia ſiſti ante eum voluit; ſic enim cognoſcens dignitatem ſuam in conditoris ſui amorem accendere ſe debebat; opportunè id notabat Rupertus Abbas Tuitienſis lib. 2. in Geneſim cap. 33. dum ait: *Ada verò* (inquit Scriptura,) *non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Quid ergo in hoc tanto ſtudio. Dominus intendit, niſi oſtendere homini, vt intelligeret* HONOREM SVÆ CONDITIONIS, *quòd nihil ſibi compar eſſet, in iumentis, ſiue cæteris animantibus cuiuſlibet generis. Hoc enim ad amorem Creatoris rationali homini proficere debuit, quòd congregatis omnibus coram ſe, ipſe abſque dubio polleret honore ſingulari*; quantum à conditoris hoc homo abit, qui aliarum creaturarum adſpectu adeò in Dei amorem non rapitur, vt ab illo abripi ſe ſinat.

Homo qua ratione ad Dei ſimilitudinem, & imaginem cōditus dicatur.
S.Anſelm.

Quì homo ad Dei ſimilitudinem, & imaginem dicatur factus, quodcumque diſcrimen inter ſimilitudinem ſit, & inter imaginem, egregiè explicat ſanctus Anſelmus lib. decem meditat. medit. 1. *Attende diligenter, ad imaginem, & ſimilitudinem Dei te eſſe creatum. Habes dulce pignus piæ meditationis, vbi cogitationes tuas exerceas. Agnoſce ergo aliud eſſe ſimilitudinem, aliud imaginem, verbi gratiâ, poteſt habere ſimilitudinem quandam cum homine equus, bos, & cætera ſimiles creaturæ, imaginem verò hominis non habet niſi alter homo. Manducat homo, manducat & equus. Ecce quædam ſimilitudo, ac communitas inter naturas diuerſas: imaginem verò hominis non imitatur niſi alter homo, eiuſdem naturæ cuius imago eſt. Dignior igitur eſt imago, quàm ſimilitudo; ſimilitudinem itaque ad Deum hoc modo habere poterimus, ſi eum bonum eſſe conſiderantes, nos boni eſſe ſtuduerimus: ſi eum iuſtum eſſe cognoſcentes, nos iuſti eſſe contendamus: ſi miſericordem contemplantes, nos miſericordiæ operam demus. Quomodo autem ad imaginem ſuam? Attende, Deus ſemper meminit ſui, intelligit ſe, amat ſe, & tu ergo, ſi pro modulo tuo, infatigabiliter memor fueris Dei, intellexeris Deum, amaueris Deum, eris ad imaginem eius, quia hoc facere niteris, quod ſemper facit Deus, ad memorandum, & intelligendum, atque amandum ſummum bonum, totum debet homo referre quod viuit. Ad hoc omnis cogitatio, omnis volutatio cordis retorqueatur, acuatur, conformetur, vt infatigabili affectu memor ſis Dei, intelligas Deum, ames Deum, & tuæ creationis dignitatem, qua ad imaginem Dei creata es, ſalubriter exprimas. Quid dico ad imaginem Dei te eſſe creatam, cùm, teſte Apoſtolo, ipſa Dei imago ſis? Vir*, inquit, *Apoſtolus, non debet velare caput ſuum, cùm ſit imago, & gloria Dei.*

1196. *Pluris Deus hominem fecit, cùm ſuo corpore illum cibauit, quā cùm illum condidit.*

Sed pluris hominem feciſſe viſus eſt Deus, cùm ſuo corpore illum cibauit, quàm cùm in principio adeò nobilem illum condidit, cùm pro illo eſt mortuus, quàm cùm illum viuere fecit, & eſſe. Audiendus hîc ſanctus Auguſtinus, qui in Pſalm. 143. hæc habet: *Et quanti te extimauit, qui filio proprio non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit eum? Quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? Qui hanc annonam dedit pugnanti, quid ſeruat vincenti? Ego ſum*, inquit, *panis viuus, qui de cœlo deſcendi, hæc eſt annona præliantium, de horreis immiſſa dominicis, vnde paſcuntur Angeli.*

S.Auguſt.

Cura Deo fuit vt in Chriſto humana natura nobilitaretur.
Gen. 1.26.

Mirum quàm curæ Deo fuerit, vt humana natura in Chriſto nobilitaretur, quàm ſtudioſè cauerit, ne contemneretur; hinc illud Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; ſignatè non dixit Pater ad filium: *Fac hominem ad tuam imaginem; ſed faciamus ad noſtram*, ne ſcilicet aliqua iniuriæ vmbrâ natura humana, quam induere filius debebat, hac ſermonis formulâ obfuſcaretur. Acutè ſanctus Zeno ſermone 3. de Geneſi, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, non inquit, fac ad tuam, ſed ait, faciamus ad noſtram, ne quam filius hominem induturus* PATI VIDERETVR INIVRIAM; *quæ in humanam etiam naturam reſiliret.*

S.Zeno.

Quàm eximium donum fuerit Deum ſe homini in cibum exhibere.
Gab.Biel.

Magnum fuit eò ſe diuinam maieſtatem demiſiſſe, vt carnem noſtram aſſumeret, eámque ſibi vniret, vt verè homo dici Deus poſſet, ſed maius aliquo videtur, cùm eadem diuina maieſtas ſe homini dedit in cibum, quod ſic expendebat etiam Gabriel Biel ſermone 1. in cœna Domini, in hæc verba: *Magnum per per omnia charitatis indicium, cùm ſumma illa maieſtas humanam noſtram infirmitatem in perſonalem ſibi vnionem aſſumpſit. Verùm non meam, non tuam, ſed puriſſimam quandam ab omni peccati labe immunem ſibi ſumptam de virgine copulauit. Maius aliquid eſſe videtur cùm in hoc ſalutari cibo, & mihi, & tibi, à cuilibet de ſynodanti licèt immundo, licèt peccatori dignatur cum gratiarum plenitudine intimari; & noſtrùm quemlibet quàm cibum in te transformare. Corporaliter olim ſolam virginem inhabitauit, de qua corporum ſubſtantiam aſſumpſit. Sed & nunc in huius ſacramenti ſumptionem, & corporaliter ſe infundit ſumenti plenitudo maieſtatis, quid mirum ſi tanti beneficij ingrati, ac immemores, pro bono malum indignè ſumendo reddentes, dum maximis abutuntur donis, maximis peccatis ſe contaminant, ita vt etiam ab Apoſtolo Chriſti crucifixoribus coæquentur.*

1197. *Grandius videtur eſſe quòd nobis carnem ſuam det Deus, quam quòd noſtram ſumpſerit.*
Alb Pat.

Magnum fuit noſtram à nobis carnem ſumpſiſſe Dei filium, maius quòd accepit pro nobis morti obieciſſe, grandius videtur ſuam nobis carnem dediſſe manducandam; hac mente ita loquebatur Albertus Patauinus ſerm. 245. *Magna gratia fuit noſtram carnem aſſumere, maior ipſam carnem pro nobis morti tradere, maxima eandem* CARNEM NOBIS MANDVCANDAM REDDERE; & poſt tam grande beneficium tam facilè obliuione ſepeliri.

Chriſti ſanguis nos Chriſto agglutinat, vt membra capiti.
OEcum.
Chriſti conſanguinei quodāmodo reddimur euchariſtici ſanguinis potu.

Chriſti ſanguis nos Chriſto vnit, & velut glutinum conglutinat, ita loquitur OEcumenius in cap. 10. epiſt. 1. ad Corinth. *Agglutinat nos Chriſto ſanguis ipſius propter ipſam participationem, non ſecus ac membra capit.* vnit nos Chriſto Chriſti ſanguis, vt quadam ratione Chriſti conſanguinei reddamur, tam eximia ea nobilitas, tam ſingularis, quam euchariſtici ſanguinis potu conſequimur.

Diabolus cruciatur quòd homo in euchariſtica menſa humanitate Chriſti, & diuinitate veſcitur. B Fer. cap. 16. in Gen. ſect. 4.

Honorem dici Euchariſtiæ ſacramentum ſuperiùs diximus, iure. nam hoc ita honoratur homo, vt in admirationem rapiat Angelos, in rabiem verò Dæmones; implantabo hìc probi auctoris verba, licèt non adeò antiqui: *Nihil æquè diſcruciat Diabolum, quàm cùm videat hominem è luto confectum, ſic tamen diligi,* HONORARIQVE A DEO, *vt cum Deo ipſo pariter accumbens, diuinitatem, & humanitatem diuini Verbi manducet, & ipſius pretioſiſſimum ſanguinem bibat. Videt infelix hominem Deo veſci, atque ſeipſum natura Angelum à Deo extorrem ſempiternis incendijs concremari.*

1198. *Coli homo debet tanquam gloriæ thronus.* Petr. Gerb.

Quanto honore coli homo quilibet debeat, egregiè docet Gerbertus in ſuo ignito ſoliloquio cap. 24. *Omnes*, inquit, *homines ex corde veneror tanquam* THRONVM GLORIÆ *ſanctæ Trinitatis, & vnumquemque habeo ſicut qui erit in infinitum ſublimior me in futura beatitudine.* O hanc eandem mentem in omnes circumferret! ſic enim fieret, vt ab alterius vel minima iniuria leuíque contemptu caueremus; à qua præcipuè cauendum euchariſtici epuli cauſa.

Deitatis templum ob Euchariſtiam homo. Sedul.

Deitatis templum ob hoc præcipuè dicimur, quòd eius carne veſcimur, eius ſanguine potamur; hinc canebat Sedulius lib. 4. paſchal.

Fonte renaſcentes membris, & ſanguine Chriſti
Veſcimur, atque ideo TEMPLVM DEITATIS *habemur.*

Honores fugiat euchariſtica menſa dignatus. Ioan. 6.

Igitur cùm tanto ſublimetur honore in euchariſtica menſa, quid eſt, quòd volatici amore homo deinceps teneatur? Maior eſt faſtus, quàm vt tam vilibus occupetur; terreno honoris affectu abire debet qui euchariſtico pane nutritur; Ioan. 6. Poſtquam panes turbis Chriſtus exhibuerat, fugit in montem ipſe ſolus, cùm vellent eum in Regem conſtituere, vt tectè innueret exemplo ſuo ſæcularis honoris pompam illi vitandam, qui non terreno pane veſcitur, ſed cœleſti, & euchariſtico.

Qui magis familiares, magis ferò ad honores vrgent. Vgo Car.

Poſt exhibitum panem turbis fugit in montem, ſed, quod expendi debet, fugit ipſe ſolus, relictis quoque diſcipulis, nimirum cùm agitur de honorum fuga, etiam familiares vitandi ſunt, hi quippè ſuadere ſolent, vt oblatas dignitates accipiamus, imò vt oblatis nos obtrudamus. Pulchrè Vgo Carenſis in cap. 15. Ioan. *Fugit ſolus diſcipulis neſcientibus, vt oſtendat, quia qui magis ſunt familiares,* MAGIS PERSVADENT HONORES, *ideo non conſultis diſcipulis fugit gloriam regni, Matth. 26. inimici hominis domeſtici eius.* nam dum ad culmina inhortantur, vrgent ad diſcrimina, verè inimicos ſe produnt, produnt hoſtes, non familiares, non domeſtici.

1199. *Summa reuerentia tractari, regi corpus debet, ac membra, quia illis Deus præſidet.* S. Anſelm.

Summa reuerentia tractari, ac regi corpus noſtrum à nobis debet, debent noſtra membra, debent ſenſus ipſi; quia nimirum ſenſibus Deus præſidet, præſidet membris, totíque corpori; ſancti Anſelmi verba huc opportunè aduehuntur, qui lib. medit. decem, medit. 1. cap. 5. ait: *Ipſe de ſuis dicit, Inhabitabo in illis, & ambulabo; ſi enim tu* (anima) *vbique tota es, quanto magis Deus vbique totus eſt, qui te ipſam, & corpus creauit? Summa igitur diligentia conſiderandum eſt, cum quanta ratione, &* REVERENTIA SENSVS NOSTROS, ET MEMBRA *corporis noſtri monere debemus, quibus diuinitas ipſa præſidet.*

Corpus hominis non deſpiciendum.

Priùs hominis corpus formatum à Deo eſt, deinde ex nihilo anima creata; cur nobilior hominis pars non priùs creata, vt poſteriori dignitate eſſet etiam tempore, & prior? fors ne carnem ſuam homo deſpiceret, néve ſe nimium de animæ perfectione efferret; ſcitè Diodorus in Gen. *Hominis corpori primò inſtrumentum conformatur, deinde opifex animam inſpiret, & quod in eo potius eſt, ſecundum locum obtinuit, ne carnem ſuam deſpiciat ille, neque plus nimio ſe extollat de egregia ſua, præſtantique natura.* Diodor.

1200. *Quanta reuerentia mẽbra tractanda.* 1. Cor 12. 27. S. Anſelm.

Membra, & ſenſus tanta reuerentia tractanda ſunt, tanquam ſi membra Chriſti eſſent, non ampliùs noſtra; cùm dicat Apoſtolus 1. Cor. 12. 27. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membris;* quæ verba ſic expendebat ſanctus Anſelmus lib. meditat. decem, qui noviſſimè lucem vidit, medit. 1. cap. 5. *Corpus Chriſti te Apoſtolus eſſe confirmat. Vos eſtis, ait, corpus Chriſti, & membra de membris. Serua igitur corpus, & membra, ea dignitate qua decet, ne ſi ea quolibet leuitatis ſtudio iniurioſè tractaueris, quanto potiori præmio coronareris ſi ea dignè tractaſſes, tanto maiori ſupplicio ſubijciaris, ſi eis indignè abuſus fueris. Oculi tui, oculi Chriſti ſunt. Non igitur licet tibi, oculos Chriſti ad aliquas vanitates conſpiciendas dirigere, quia Chriſtus eſt veritas, cui omnis vanitas contraria eſt, os tuum os Chriſti eſt. Non debes. nam dico, non dico ad detractiones, non dico ad mendacia, ſed nec ad otioſos ſermones os aperire, quod ad ſolas laudes Dei, & ad ædificationem proximi, debes patulum habere.*

Reuerentia homini exhibita in Deum reſilit. Procop.

Denique honorandus homo ab homine eſt tanquam Dei imago; honor imagini exhibitus in eum reſilit, quem imago illa repræſentat; ſic cùm homo Dei ſit imago, honor, & reuerentia homini exhibita, Deum ipſum ſpectare videtur; ſcitè Procopius in Geneſim: *Quemadmodum in vrbibus abſentis Regis, vel Imperatoris venerantur imaginem, ſic Deus cùm nequeat cerni ab vniuerſa creatura, imaginis loco poſuit hominem, vt omnes creaturæ dum inſeruirent homini, ſic colant ſupremum numen huius vniuerſi opificem;* è conuerſo in Deum flectitur quodammodo iniuria, quæ homini fit, qui communi, Dei tam ſcita imago eſt.

EXCVRSVS C.

Agni euchariſtici nexus, & crucis Paſſionis Chriſti, vulnerum cohærentia cum Euchariſtiæ communione.

Agnum *ſub cruce olim locabant.*

In Euchariſtia, vt in cruce *ſuſpenſus Chriſtus.*

Aſperſio ex agni ſanguine olim in modum crucis *facta.*

Crucis *fructus Euchariſtia.*

Crucis *memoria ad ſacrum Altare accedendum.*

Quanti referat Chriſtum cruci affixum *ob oculos habere.*

Amanti anima quàm dulcis Chriſtus in cruce.

In cruce *Chriſtus cur caput inclinarit tanquam nos oſculaturus.*

Ante oculos tanquam ſpeculum *ſtatuendus Chriſtus crucifixus.*

In Crucem *erectus eſt Chriſtus, vt cæli nobis viam aperiret.*

Crux *Angelos hominibus conſecrauit.*

Crucifixus *in Maria viſceribus Chriſtus.*

Quòd Barabbas dimiſſus in crucis *virtutem referri debet.*

In cruce *manus extendit Chriſtus, vt quibuſdam pietatis brachijs orbem amplecteretur.*

Crux *Sole & Luna lucidior in die iudicij futura.*

Crux *rotundis malis in extremis partibus.*

Totus pro nobis Chriſtus eſt crucifixus, *vt toti peccato moreremur.*

Crucifixus *eſt Chriſtus, vt noſtra peccata crucifigeret.*

H & crucis nexus *in Ieſu nomine.*

In Euchariſtia pro nobis ſe immolauit *Chriſtus antequam ſe Patri immolaret in cruce.*

Paſſio *Chriſti morborum noſtrorum medicina.*

Chriſtum cruci affixum *cogitans, veterem hominem exuat.*

Paſſionis *Chriſti beneficium quàm grande.*

Euchariſticum ſanguinem *qui bibit, Chriſti vulnera cogitet.*

Ferro *qui Chriſti fodit latus, inuidebat Beatus quidam.*

Quinque Chriſti plagæ, *quinque ſenſus corporis reſpiciunt, quorum ſunt medicina.*

Quanta ſuauitatis Chriſti vulnera *ſubire.*

In Chriſti vulneribus *abſcondi quiſque poſtulet.*

Vulnerum *Chriſti dulcedo.*

Quàm tutum, quàm iucundum in Chriſti vulneribus *habitare.*

Lateris plagu ſigilli *munus vt obeat.*

In Euchariſtia mente in Chriſti latus *eundum.*

1201. HOc argumentum tetigi etiam ſuperiùs, ſed vberius eſt, quàm vt exhatriri paucis poſſit, dulcius quàm vt debeat; aliqua hic iterũ offeram, & ob crucis, & vulnerum Chriſti cognationem etiam de pia vulnerum Chriſti meditatione, quæ opportuniſſima in euchariſtica menſa eſt, nonnulla ſubiiciam, quæ ad pietatem fouendam in mentia ventrem traiicit pius lector; à crucia nexu cum agno exordior.

Agnum ſub cruce olim locabant. S.Paulin.

Agnum olim ſub cruce locabant; ſanctus Paulinus epiſt. 12. ad Seuerum,

Sub CRVCE *ſanguinea niueus ſtat Chriſtus in* AGNO;

Quo innuebatur Chriſtum tanquam victimam immolatum; addit enim:

In Euchariſtia vt in cruce ſuſpenſus Chriſtus. 1.Petr.4.5.

Sanctam fatentur CRVX, *&* AGNVS *victimam.*

Tanto nexu crux cum Euchariſtia cohæret, vt tanquam cruce ſuſpenſum ſub Euchariſtia Chriſtum deliteſcere aliqui cenſuerint; docti auctoris hæc ſunt verba: *Fortè Chriſtus Dominus eſt in cruce ſuſpenſus, ſub Euchariſtia deliteſcit.*

Aſperſio ex agni ſanguine olim in modũ crucis facta. Adr.Hoſ.

Adſperſionem, quæ ex agni ſanguine fiebat, in modum crucis factam aliqui exiſtimant apud Adrianum Hoſtadium in euchariſticis: *Accipiebant*, inquit, *faſciculum hyſſopi, & intingebant in ſanguinem adhuc calentem, & aſpergebant ſuperliminare oſtij, & duos poſtes, qui fere ex ligno ſiunt. Contemplantur autem nonnulli aſperſionem illam factam in modum crucis: nam ſuperni in ſuperluminari ponebant ſanguinem, qui inde defluens in terram faciebat velut longitudinem exactam trabem crucis: deinde ponebatur ſuper vtrumque poſtem, non in longitudine, ſed in latitudine, & ſic imponebant brachia crucis lignum tranſuerſum. Quod pium eſt, & credi poteſt contigiſſe.*

Tam magnus eſt crucis, & Euchariſtiæ nexus, 1202.
vt crucis fructus Euchariſtia dicatur, hoc eam titulo indigitat Guitmondus Archiepiſcopus Auerſanos lib. 1. de verit. Euchariſt. dum de hoc ſacramento loquens, ait: *Quia fructus mortiferæ arboris antiquis hominibus ſpiritales, veracéſque oculos clauſerat, carnales, fallacéſque aperuerat, iuſtum eſt vt* FRVCTVS VIVIFICÆ CRVCIS *nouis hominibus ipſos carnis oculos claudat, & veraces mentis oculos, quibus veritas videtur, aperiat.*

Crucis fructus Euchariſtia. Guitm.

Crucis memoria ad ſacrum altare accedendum. Iſa.6.6.

Calculus ille, quem forcipe ex altari tulit Seraphim Iſa. 6. v. 6. Eochariſtiæ figura erat, rectè autem forcipe vtitur Angelus, quæ forma crucis formam refert, vt rectè moneremur cruce, & crucis memoria ad ſacrum altare accedendum; pulchrè ille: *Vt ardens calculus ſine forcipe non apprehenditur, ita nec corpus Dominicum ex altari ſine crucis inſtrumento, & ſacramento, cuius forceps ſymbolum eſt, capere licet, aut ſine paſſionis memoria nobis aſſumere.*

Quanti referat Chriſtum crucifixum ob oculos habere.

Explicari non poteſt quanti referat Chriſtum cruci affixom habere ob oculos, & quanta parturiat damna contemnentis ſpecie poſt dorſum illum habere, Hebræorum more, qoi borrum in vecte portantes præcedebant, arqoe adeò videre nolebant crucifixum; huc vocari poſſunt verba, quæ habet S. Auguſt. ſerm. 100. de tempore: *Operæ pretium eſt*, inquit, *arcana ſacramentorum aperiri affectibus rerum. Hanc vuam duo referunt inſerto vecte pendentem. Poſſunt iſti duo etiam Chriſtianum, & Iudaicum populum figurare. Iſti ergo ſunt duo Synagogæ, & Eccleſiæ populi, & quia prior fuit Iudæorum populus, præcedit Iudæus, ſequitur Chriſtianus: ſalutem ſuam hic ante conſpectum ſuum gerit; ille poſt dorſum: hic obſequium præfert, ille contemptum: ideo & de Iudæis Propheta teſtatur: obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Incedunt duo ſub ſacro faſce, ordine ſuo: hic ſemper videt, ille ſemper relinquit. Iudæus proximum ſe æſtimat, ſed abſentat: Chriſtianus ergo præſenti munere fouetur; Iudæus ſolo onere prægrauatur, quia Chriſtus ſicut credenti ſalus, ita onus eſt non credenti: ille prior graditur, ſed deterit, & recedit: portat quidem Chriſtum in lege Iudæus, ſed à gratia, quam in myſterijs portat, auerſus eſt, quia quem prædicatione ſuſcepit electus, corde perdit incredulus: & quem vnus aſpernatur in lege, alter miratur in corpore: vnde amborum Dominus, & Redemptor noſter ab hoc adorante geſtatur, ab illo ſe auerſante ſuſpenditur; ac ſic impletum eſt in Iudæis: poſuerunt ad me dorſa, & non facies ſuas*; ſemper quidem ante oculos habendus Chriſtus crucifixus eſt, ſed tunc maximè, cùm beatus eſt, ex quo eochariſticum vinum exprimitur;

S.Auguſt.

mitur, ſed quia hîc ſumus, liceat nobis in crucis, & crucifixi memoriam tantiſper ab Euchariſtia abire, & liberiùs hoc argumentum verſare abſque nexu cum euchariſtica menſa, ita tamen vt re ipſa quiſque nectat, cùm illa exercebit, quæ hic ſubiiciuntur, adeò vt nexus, qui non appareat in paginis, in cordibus videatur, quod de vulnerum quoque cogitatione, de quibus poſtea aliqua ſumus dicturi, etiam extra euchariſticam menſam dictum volumus.

Amanti animæ quàm dulcis Chriſtus in cruce.
S. Anſelm.

1203. Quàm dulcis in cruce amanti animæ ſit Chriſtus, explicari non poteſt; ſcitè de hac dulcedine ſanctus Anſelmus meditat. de paſſione Chriſti, quæ nouiſſimè ex bibliotheca Vaticana prodiit: *Dulcis Ieſus in extenſione brachiorum, extendens enim brachia, nobis inſinuat, quod amplexus noſtros ipſe deſiderat, & quaſi dicere videtur: O vos qui laboratis, & onerati eſtis, venite, & reficiamini inter brachia mea, inter amplexus meos. Videte quia paratus ſum inter brachia mea congregare vos, venite ergo omnes: nullus timeat repelli, quia nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Delitiæ enim meæ ſunt cum filijs hominum. Dulcis in apertione lateris; apertio ſiquidem illa reuelauit nobis diuitias bonitatis ſuæ, charitatem ſcilicet cordis ſui erga nos. Dulcis in confixione pedum clauo vno, quia per hoc nobis quaſi ita loquitur. Ecce ſi putatis, quia fugere debeam, & ideo ad me accedere tardatis, ſcientes quia ſum nimis velox, & ſicut hinnulus: videte quia pedes mei clauo vno confixi ſunt, ita vt omnino non poſſim fugere vos, quia miſericordia me omnino ligatum tenet, nec fugiam vos; vt meruerunt peccata veſtra, quia manus meæ clauis confixæ ſunt. Benigne Ieſu, humilis Domine, pie Domine, dulcis in ore, dulcis in corde, dulcis in aure, inſcrutabiliter, & inenarrabiliter amœnus, pius, & miſericors, potens, ſapiens, benignus, largus, ſed non prodigus, valde dulcis, & ſuauis.*

Cur in cruce Chriſtus caput inclinarit tanquã nos oſculaturus.
S. Anſelm.

Inclinauit in cruce caput ſuum Chriſtus, tanquam os ſuum ad oſculum porrigeret; quod piè meditabatur idem ſanctus Anſelmus medit. de Chriſti paſſione, quæ nouiſſimè edita eſt; ait enim: *Dulcis Ieſus in inclinatione capitis, & morte, dulcis in extenſione brachiorum, dulcis in apertione lateris, dulcis in confixione pedum clauo vno. Dulcis in inclinatione capitis; inclinans enim caput in cruce, quaſi dilectæ ſuæ dicere videtur: O dilecta mea, quotiens deſideraſti frui oſculo oris mei, nuncians mihi per ſodales meos, Oſculetur me oſculo oris ſui? Ego paratus ſum, caput inclino, os porrigo, oſculare quantum libet, nec dicas in corde tuo; Illud oſculum non quæro, quod eſt ſine ſpecie, & decore, ſed illud glorioſum, quo ſemper frui deſiderant Angelici ciues. Noli ſic orare, quia niſi primò oſculatum fueris illud os, ad illud omnino peruenire non poteris. Igitur oſculare iſtuc os, quod tibi nunc offero, quoniam etſi ſine ſpecie, & decore eſt, tamen non ſine gratia.*

Ante oculos tanquam ſpeculum ſtatuẽdus Chriſtus cruci affixus.
B. Laur. Iuſt.

1204. Præ oculis ſemper cruci affixus ſponſus habendus, non in humero reiiciendus, nec oneri ſit, & premat, non erigat; ſpeculum eſt, quod ante oculos ſtatuitur, non retrò. Pulchrè Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de patientia cap. 5. in calce: *Vtrumque es mihi, ô Domine Ieſu, & ſpeculum patiendi, & meritum patienti, vtrumque fortiter prouocat, & vehementer accendit. Propterea ſemper habebo te Domine non retrò in humeris, ſed antè præ oculis, ne portans te, ô dilecte mi, myrrhæ faſciculum, & non odorans onus premat, & odor non erigat. Videns enim tuas anguſtias, Domine, meas leuius portabo.*

In cruce erectus eſt Chriſtus, vt cœli nobis viam aperiret.
S. Athan.

In altum extolli cruci affixus voluit Chriſtus, vt cœli viam, quæ a dæmonibus obſidebatur, expeditam redderet, eámque aperiret; ſcite ſanctus Athanaſius orat. de paſſione Domini: *Ideo in aerem cruce ſublatus eſt Saluator, vt via paradiſi, quæ olim clauſa erat ob peccatum, nunc volentibus pateret. Quemadmodum Paulus teſtatur, qui eo loci raptus eſt, & in cœlos aſcendit.*

Crux Angelos hominibus conſecrauit.
Idem.

Crux hoc quoque boni affert vt homines Angelis conciliet, & nectat, idem ſanctus Athanaſius orat. de Paſſione, & cruce Domini, ita ſentit: *Crux Domini Angelos hominibus conſociauit, & interpres, conciliatrixque eorum amicitiæ fuit*; hinc Iacob in ſcala illa quam vidit in ſomnis, quæ crucis ex Patrum ſenſu erat figura, Angelos vidit deſcendentes, & aſcendentes, ob vinculum, quod deinceps per crucem inter Angelos & homines futurum erat.

Crucifixus in Mariæ viſceribus Chriſtus.
B. Laur. Iuſt.

Crucifixus in Mariæ viſceribus fuit Chriſtus; Beatus Laurentius Iuſtinianus de incendio diuini amoris cap. 4. *O mira res*, inquit, *totus Chriſtus* CRVCIFIXVS *eſt in intimis viſceribus cordis tui*; ſic ille Virginem alloquens, O vtinam & in nobis crucifigeretur, & per compaſſionem crucifixus in corde noſtro Chriſtus appareret.

Quòd Barabbas dimiſſus in crucis virtutem referri debet.
S. Athan.

Salutem parturit crux, ſtatim virtutem ſuam exercuit Chriſti paſſio; quòd Barabbas morti adiudicandus carceri mancipatus dimiſſus fuerit, 1205.
non Iudæorum ſæuitiei in Chriſtum debacchantium tribuendum eſt, ſed cruci; ſanctus Athanaſius orat. in Paraſceuen ita rem expendebat: *O res mira, præter omnem opinionem. Subit mortis ſententiam Chriſtus; & ſtatim Barabbas abſoluitur. In ipſo protinus initio condemnationis crux liberationem largitur. Non enim mihi in Iudæorum crudelitatem reſpice, nec quòd benefactorem ſuum condemnarunt, maiorem homicidæ rationem habentes: ſed id potiùs intuere, quòd condemnationis ingreſſus, liberationis condemnatorum quidam ingreſſus fuit.*

In cruce manus extendit Chriſtus, vt quibuſdã pietatis brachijs orbem complecteretur.
S. Auguſt.

In cruce manus Chriſtus extendit, vt veluti quibuſdam *pietatis* brachiis orbem amplecteretur; ita loquitur ſanctus Auguſtinus ſerm. 93. de tempore, vbi obſeruat Moſem eleuaſſe quidem manus, non tamen extendiſſe, quod Chriſtus fecit, hæc ſancti Patris verba: *Et factum eſt cùm eleuaret manus Moyſes, vincebat Iſrael. Aduertite fratres; Moyſes manus quidem leuat, non tamen extendit. Cui ergo ſeruabatur, vt manus extenderet, niſi Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui extenſus in cruce vniuerſum orbem complexurus brachia pietatis expandit.*

Crux Sole, & Luna lucidior in die iudicij futuri.
B. Laur. Iuſt.

De cruce hæc habemus Matth. 24. *Tunc parebit ſignum filij hominis*; extremo illo iudicij die Sol obſcurabitur, & luna non ſplendeſcet, iure igitur crux parebit, quippè quæ Solis, & Lunæ vices ſubitura ſit. Ita Beatus Laurentius Iuſtinianus de ligno vitæ cap. 4. *Conſidera quanta ſit virtus crucis, in die namque iudicij ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, vt diſcas quantum crux luna lucidior, & ſole ſplendidior ſit, apparebit tunc crux.*

Crux rotũdis malis in extremis partibus.
Georg. Cod.

Crux malis rotundis in extremis partibus olim 1206.
publicè viſebatur; Georgius Codinus de rebus Conſtantinopol. ita ſcribit: In ſeptentrionali parte Fori collocata erat Crux, quam ipſe magnus Conſtantinus in cœlo auro obductam vidit, & in extremis partibus rotundis malis. Hinc & filij eius aurati vſque in hodiernum diem conſpiciuntur.

Crux cœli, & terræ fulcrũ.
S. Iſid. Peluſ.

Crucem cœli, & terræ fulcrum indigitat ſanctus Iſidorus Peluſiota lib 4. epiſt. 32. in hæc

Digitized by Google

verba: *Celeberrimam Chriſti crucem meritò liceat appellare* NON SOLVM TERRÆ, SED ET COELI FVLCRVM, *& fulgorem. Nam creaturam omnem ſuſtentauit, ſupra mundanis quidem gaudium, terreſtribus autem libertatem concilians, & diſſidentia inuicem ſibi connectens.* Virtutis virgam vocat ſanctus Chryſoſtomus in catena Græcorum ſuper pſalterium in Pſalm. 109. vbi ait: *A vero non aberrauerit, qui crucem virgam virtutis appellauerit. Hac enim virga terram, & mare conuertit, & multa virtute impleuit: cum hac virga in omnes orbis partes egreſſi Apoſtoli, omnia illa admiranda patrarunt. Hanc geſtantes omnia perficiebant, incipientes ab Hieroſolymis.*

Totus pro nobis Chriſtus eſt crucifixus, vt toti peccato moreremur. Rom. 6. Primaſ.

Totus pro nobis crucifixus eſt Chriſtus, vt nos toti peccato moreremur, viueremus Deo, non ex parte, &, vt ita dicam, dimidij; hoc quoque innuit Paulus, peccati corpus deſtruendum dixit ad Rom. 6. *Vt deſtruatur*, inquit, *corpus peccati*, quæ verba hac explicatione donat ibi Primaſius: *Vnum vitium membrum eſt peccati, corpus verò vniuerſitas delictorum: Chriſtus autem non ex parte, ſed integer eſt crucifixus, vt nos ex toto moriamur peccato, & viuamus Deo.*

Crucifixus eſt Chriſtus vt noſtra peccata crucifigeret, S. Anſelm.

Crucifixus eſt Chriſtus vt hominum, vt ita dicam, peccata crucifigeret; pulchrè Beatus Ambroſius in Pſalm. 21. *Beatum lignum Domini, quod omnium peccata crucifixit; vt à peccato liberi homines eſſent, quorum cauſa cruci affigi voluit.*

1207. *H eſt crucis nexus in Ieſu nomine.*

Solet iam nomen ita coërceri IHS circa quod ita Anonymus auctor philoſophatur; I, eſt principium omnium numerorum, & Patrem ſignificat, qui eſt principium omnium; S, Spiritum ſanctum notat; ſed H, non eſt littera, & quoniam quaſi nihilum reputatur, ideo Chriſtum ſignat, qui ſemetipſum exinaniuit, & ideo in ſuperiori parte huius litteræ H, crux depingitur, ad denotandum quòd Chriſtus crucifixus fuit, & quaſi nihil reputatus, *Iſa. 4. nihil reputauimus eum.*

In Euchariſtia pro nobis ſe immolauit Chriſtus, antequã ſe Patri immolaret in cruce. Rup.

Immolatus pro nobis eſt Chriſtus non ſolùm quando cruci affixus ſe obtulit Patri, ſed etiam cùm Euchariſtiam inſtituens ſe ſuis in cibum exhibuit, & in potum. Accinit Rupertus lib. 6. diuinorum officiorum cap. 22. dum ait: *Dominus noſter non tunc ſolum, vel tunc primùm immolatus eſt, quando à Iudæis in cruce ſuſpenſus eſt, ſed & pridie quàm pateretur, quando accipiens panem, & calicem benedixit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens, Hoc eſt corpus meum, hic eſt calix ſanguinis mei, ſuis manibus immolatus eſt, ſuis ipſe manibus, nobis vt iugiter immoletur, agnus commendatus eſt.*

Paſſio Chriſti morborum noſtrorum medicina. B. Laur. Iuſt.

Præſens morborum noſtrorum medicina Chriſti noſtri paſſio eſt, quod ſic explicat Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de incendio diuini amoris, qui nunc luci commiſſus eſt, cap. 4. ait enim: *Contra ſuperbiam, & alia vitia fœtidiſſima eſt medicina paſſio tua Domine Ieſu; nam contra ſuperbiam, etiam eius humilitas, contra vanam gloriam eius vilitas, contra auaritiam eius nimia largitas: ipſa eſt, qui aures ſepit, ne audiant vana, vel praua. Oculos claudit, ne aſpiciant nociua, vel mortifera. Os obſtruit, ne in guſtu, vel lingua offendat. Nares obturat, ne cor odoriferis delectetur. Manus ligno affigit, ne extendantur ad tactus, vel opera vitioſa. Pedes conclauat cruci, ne inutiliter diſcurrant; ipſa fouet mutuam dilectionem, eleuat ad ſupernam contemplationem.*

1208. *Chriſtũ cruci affixum cogitans veterem hominem exuat.* Pſalm 21. S. Auguſt.

Paſſionem Chriſti qui cogitat, qui Chriſtum cruci affixum mentis oculis conſiderat, veteres exuere mores debet, & prorſus innouari, ne illos referat, qui in Chriſtum ſæuientes adſtabant cruci vita non mutata, de illis ita ſcriptum eſt Pſalm. 21. *Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me*; ſanctus Auguſtinus hic expendebat illud, *ipſi*, ad hanc mentem: *Ipſi vero, id eſt,* NON MVTATI *conſiderauerunt, & conſpexerunt me*; ſimus vt ipſi fuerunt, conſideremus Chriſtum cruci affixum vt mutemur, melioremque vitam inſtituamus, ſed ſanctiorem.

Paſſionis Chriſti beneficium quam grande. Salu.

Summum Dei beneficium eſt, quòd pro homine Deus ſit paſſus, par ſoluere pro iſto dono nemo hominum poteſt; id quod expendebat Saluianus lib. 2. ad Eccleſiam Catholicam in hæc verba: *Quicquid libet homo pro Deo præferat, ſolui omnino non poteſt, quod Deus pro homine perpeſſus eſt. Quia etiamſi paſſio ipſa non differat genere pœnarum, multum tamen diſtat neceſſe eſt diuerſitas patientium.* Sed iam vulnera Chriſti calamum ad ſe vocant.

Euchariſticũ ſanguinẽ qui bibit Chriſti vulnera cogitet. S. Cypr.

Euchariſticum ſanguinem qui fugit, cogitet ſe in Chriſti vulnera linguam mittere; piè ſanctus Cyprianus de cœna Domini: *Ipſum Domini ſanguinem ſugimus, & intra ipſa Redemptoris noſtri* VVLNERA *figimus linguam*; figamus & mentem, dum linguam figimus.

Ferro qui Chriſti fodit latus, inuidebat Beatus quidam. B. Laur. Iuſt.

Ferro, quod Chriſti corpus foderat, & vulnerauerat, inuidens Beatus Laurentius Iuſtinianus aiebat amore æſtuans tract. de incendio diuini amoris cap. 2. qui nouiſſimè lucem vidit: *O Domine, ferrum creaturam inſenſibilem, voluiſti tuum corpus ſanctiſſimum vulnerando intrare, & me creaturam tuam rationalem per vulnera iam facta non ſinis intrare? Quid eſt hoc? nunquid cor meum durius, & vilius eſt omni ferro? Audi Domine clamorem meum: quamuis enim intrem per vulnera tua, & comedam carnem tuam præ amore, ſemper impaſſibilis permanebis, & meus ſatiabitur appetitus.*

Quinque Chriſti plagæ quinque ſenſus corporis reſpiciũt quorum ſunt medicina. S. Petr. Dam.

Quinque Chriſti plagæ quinque ſenſus corporis reſpiciunt, quorum ſunt medicina, hinc 1209.
illud ſancti Petri Damiani tom. 4. orat. 27. *Tu Domine per quinque plagas ſacratiſſimi corporis tui ſanaſti omnia vulnera, quæ nobis inflicta ſunt, per quinque ſenſus corporis Chriſti.*

Quanta ſuauitatis Chriſti vulnera ſubire. Cant. 5. B. Laur. Iuſt.

Quantæ ſuauitatis ſint Chriſti vulnera ſubire, & Chriſti carne paſci, explicet qui poteſt; ſi anima illa liquefacta eſt cùm loquentem audiuit ſponſum, nam illius ſunt illa verba Cant. 5. *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt*; quid erit cùm inter ſponſi vulnera admittitur, & vnitur ſponſo, & ſponſi corpus edit? Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de incendio diuini amoris cap. 2. *O ardor amoris, qui intima mentis in Deum effundis, nam adamantina erat anima mea, & intima eius nimis ſolidata, nunc amore liqueſcit, nunc extra ſe exijt, & in Deum totaliter diffundit; proprium locum relinquit, & in Deum recurrit, abſorbetur à Deo, & obliuiſcitur ſui. O amor! quid retribuam tibi, quòd me feciſti diuinum? Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Inenarrabilis eſt, ô amor, virtus tua. O amor qui lutum transfiguras in Deum; quid ergo te potentius? quid dulcius? quidve iucundius? quid nobilius? Obſecro ô amor, qui terrena ponis in cœlis, deficio tui memor. O amor qui nos facis languidos, & ſponſi noſtri amplexibus ſuſtentari. O deſiderabilis amor, qui ſummis delitijs reples egenos. O anima mea ſi liquefacta es ad flatum eius, quomodo non es abſorpta cùm intras per vulnera eius, & peruenis ad cor ipſius? ſi liquefacta es ad Verbum eius, quomodo ſuſtines amplexum eius? Aut certè, ſi liquefacta es ad loquelam eius,*

uius, quomodo præ amore viuis, & non deficis cùm veſceris carne, & ſanguine illius.

In Chriſti vulneribus abſcōdi quiſque poſtulet. Bloſ.

1210. In hiſce vulneribus abſcondi poſtulabat pius auctor Bloſius, cuius hæc ſunt verba in exercit. quotid. 1. num. 2. *Ieſu Chriſte, gratias tibi ago pro ipſis colendis vulneribus tuis. Eia enim erige me in illa, abſconde me in eis: inſcribe, & imprime illa cordi meo intimè, & tui amore totus ardeam, ac medullitus tibi compatiar. Concede, vt omnes creaturæ fragiles mihi vileſcant, & tu ſolus placeas, atque dulceſcas. Conforma me ſacræ humanitati tuæ.*

Vulnerum Chriſti dulcedo. B. Laur. Iuſt.

De horum vulnerum dulcedine, deliriis, hæc promebat eorum captus amore Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de incendio diuini amoris, qui nouiſſimè editus in lucem eſt, cap. 2. in calce: O beata vulnera! ô locus delitiarum! De ipſo enim lateris medio fons omnis dulcoris, & ſuauitatis emanat. Ibi inebriatur homo dulcedine indecibili, & mira amœnitate alienatur à ſe, & ſuper excellenti deuotione ſoporatur in Chriſto, & ibi inter amplexus requieſcit dilecti.

Quàm tutū, quàm iucundum in Chriſti vulneribus habitare. B. Laur. Iuſt.

Quàm ſuaue, quàm tutum ſit in hiſce Chriſti vulneribus habitare, explicat in hunc modum Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 8. *O pugnatores, oſtia hæc intuemini diligentiſſimè, lateris, manuúmque pedúmque fixuras videte Redemptoris, aperta ſunt, introire ne timeatis, intus eſt latitudo immenſa, delitiæ inexſtimabiles, odoramenta, per quæ omnes interiores animæ ſenſus reparantur, & pacatiſſima quies. Experimini, videte, guſtate quàm ſuaue eſt, quam iucundum, quámve tutum commorari in latere Saluatoris. Quum infeſti ſunt aduerſarij, quum illis impares veſtras ſenſeritis vires, quum titubare, formidare, & ipſorum ſuggeſtionibus inclinare cœperitis, ſine mora ad præſidia currite Verbi, ad petræ foramina, ad vulnera Redemptoris.*

Lateris plaga ſigilli munus vt obeat. B. Laur. Iuſt.

1211. Quâ lateris plaga ſigilli munus obierit, explicat Beatus Laurentius Iuſtinianus de incendio diuini amoris cap. 9. in hæc verba: *Cùm ille Angelus transfuga, te in deteſtabilem peteret ancillatum, Chriſtus litem contra te propoſitam fecit ſuam; & poſt productiones diuerſas legis, teſtium, oraculorum, Prophetarum, & ſignorum, tandem ſanguinem allegauit, & obtinuit allegatio illa tuæ ſententiam libertatis. Super calculo ſmaragdino ſcripta ſunt litteræ in membrana corporis crucifixi & firmata oſculo miſericordiæ, & veritatis, iuſtitiæ, & pacis occurrentium ſibi. Denique impreſſum eſt ſigillum, plaga ſcilicet lateris, quam in pretium Redemptionis noſtræ, & placationem congruam iugiter exhibet ante oculos Patris.*

In Euchariſtia mente in Chriſti latus eundum. Ioan. 19. 34.

Attenta igitur mente voluamus hæc vulnera, vt noſtra vulnera ſanentur his vulneribus, idque præcipuè fiat, cùm ad euchariſticam menſam accedimus, ſanguis, & aqua, quæ ex Chriſti latere fluxerunt, ſacramentum Eccleſiæ, & præcipuè illius, quod præcipuum, Euchariſtiæ figura fuerunt, vt aliqui interpretes notauere; iure ergo à latere ſacramenta fluunt, vt qui illorum ſuauitate gaudet, illorum virtutem ſentit, in Chriſti vulnera, in Chriſti latus mente raperetur, & corde, cum Chriſto corde viueret, amoris ſui pectori amore nectetur.

CAPVT CXXI.

Lipſana quædam de ſacra Euchariſtia.

Sanctuarium *dicta Euchariſtia.*

Euchariſtia ſacrum *in terris* propitiatorium.

Euchariſtia tanquam propitiatorium *ſuper omnia ſacramenta, & beneficia.*

Euchariſtia omne beneficium *ſua magnitudine* operit.

Seraphim referant *qui ad Euchariſtiam accedunt.*

Arca quanta exhibita reuerentia, *quanta exhibita Euchariſtia.*

Reuerentia, & timor, *quo tangendum, excipiendúmque Euchariſtiæ ſacramentum.*

Euchariſtia gratiæ thronus.

Euchariſtia Eccleſiæ militantis clenodium.

Vberiori gratia *donantur Chriſtiani ob ſacramenta.*

Sacramentorum auxilio *exiguo ſpatio plus mereri poſſumus, quàm alij diuturniori ſine ſacramentis.*

Singulare Regis exemplum in vino, & tritico *ad Euchariſtiam colligendi.*

Res mira de ſpica *ſanguine adſperſa.*

Meſſem *colligentes Solis æſtu aliqui interempti.*

Circulo *concluſi quidam cibum capiunt.*

Res flectitur ad Euchariſtiam.

Abſcondit *ſe ſub euchariſtico velumine Chriſtus, vt hominis vilitas ad eum accedere auderet.*

Sine face *poſt conuiuia ſe domum recipiebant.*

Res ad Euchariſtiam *transfertur.*

Litteræ in hoſtiis *ſculpi ſolitæ gulæ hebetudinem excludendam docent.*

Sanguine plena *vita illorum ſit, qui Euchariſtiam frequentant.*

Animæ ſanitatem *conſeruat euchariſticus cibus.*

Inter vbera *commorari euchariſtica myrrha debet.*

Nouo ſemper deſiderio *in ſacram Euchariſtiam feramur.*

Quàm grande beneficium *poſſe buccellis paſci, in quibus totus Chriſtus latet.*

Angelis, & Deo ſimilis *ſit, qui euchariſtici cibi particeps ſit.*

Euchariſtia tanquam ſalubre medicamentum *morbos omnes tollit.*

Regis præſentia *Regis liberalitas conditur.*

In euchariſtico dono *præſens Rex noſter eſt, & donum noſtrum ſit.*

Vel vnicum euchariſticum ſacrificium *omnibus omnium operibus præponderat.*

Ratio

Ratio cur vnum ſacrificium *euchariſticum omnibus alys operibus præferatur.*

Notati Sacerdotes *qui Euchariſtiæ ſacrificium offerre negligunt cùm poſſint.*

Euchariſtia frequens vſus *probandus, nec ne probandus.*

Qualis eſſe debeat qui quotidie *ad Euchariſtiam accedit.*

Columba *ſuper calicem in altari euchariſtico expreſſa.*

Duo calices *variè expreſſi in* tabernaculi *facie.*

1212. VARTA in hoc caput eonſlciam, quæ aut à ſuperioribus capitibus exciderunt, veluti quædam fragmenta, vel nullo cum illis nexu cohæreotia offerri hîc debent, ne pereant; cohærent cum libro, & argumento.

Sanctuarium dicta Euchariſtia. Di.Me.

Sanctuarium dicta eſt Euchariſtia, in quo diuitias ſuas Deus locauit. Pulchrè ille: *Venite ad Euchariſtiam, quæ eſt* SANCTVARIVM, *in quo locauit Deus delitias ſuas.*

Euchariſtia ſacrum in terris propitiatorium. P.Ri.

Fuit qui *Euchariſtiam ſacrum in terris* PROPITIATORIVM *dixit*; hic Cherubini propter ſcientiæ lumen, quæ Euchariſtiæ myſterio obſequi debet, & ſe ſubmittere, non contra illius veritatem pugnare.

Euchariſtia tanquam propitiatorium ſuper omnia ſacramenta & beneficia. Le. Pin. lib. 2. tit 4.

Vt propitiatorium ſuper arcam erat, ſic Euchariſtia, cuius figura erat propitiatorium, illud arcæ ſacramentorum aliorum complementum eſt ſublimius veteri manna, quod erat in arca incluſum, *& quibuſuis vnquam collatis beneficys, Deique donis excellentius*, vt ille aiebat.

Euchariſtia omne beneficium ſua magnitudine operit. Clem. Rom.

Tam eximium beneficium eſt, quod in Euchariſtia nobis exhibitum, vt hoc ſolum ſua magnitudine omnia operiat beneficia; ita loquitur Clemens Romanus in inſtit. cap 37. *Idem Dominus Ieſus Chriſtus Euchariſtiam pro vniuerſis offerri hortatur, quia ſua magnitudine* OMNE BENEFICIVM OPERVIT.

Seraphim referant qui ad Euchariſtiã accedunt. Anon.

Thronus ille, quem ambiebant ad Iſaiam Seraphim Euchariſtia figura eſt, vt ob id ab aliquibus dicta ſit *Thronus ſeraphicus*, vt meminerint illi, qui ſacris Altaribus adſtant, tanto amoris æſtu, & flammis accenſos eſſe debere, vt Seraphim referant, terreſtres quidam Seraphim ſint. Pulchrè ille: *Qui ad Euchariſtiam accedunt*, SERAPHIM IMITENTVR, *qui ſex alis præditi duabus velabant pedes, duabus velabant caput, & duabus volabant, vt quicquid ſunt, quicquid habent, in Dei obſequium exerceant, & amore æſtuantes excitent ſe ad amorem, & ſemper volent non aliò, quàm in Deum, quem velatum conſpiciunt*; non aliò volare, non volatus eſt, ſed præcipitium.

1213. *Arca quanta exhibita reuerētia, quāta exhibita Euchariſtia.* Abul.

De nuda arca, in qua manna Euchariſtiæ figura, & virga erat, hæc legimus Ioſue 3. *Sitque inter vos & arcam ſpatium cubitorum trium millium*; cur tam longè ab arca diſtare populus debebat? ob reuerentiam, vt ſe indignum putaret, qui propiùs accederet; quod notauit etiam Abulenſis hîc quæſt. 9. dum ait: *Ad* REVERENTIAM MAIOREM *arcæ, vt ad eam non accederent populus, & æſtimarent ſe indignos accedere*; tantum in vmbra factum Euchariſtiæ, quid par eſſet fieri in ipſa veritate, quanta reuerentia accedere ad ſacram Euchariſtiam deberemus?

Reuerentia, & timor. quo tangendum excipiẽdum quæ Euchariſtia ſacramentum. Anon.

Quanta reuerentia, timore, puritate ad euchariſticum Chriſti corpus excipiendum accedere quiſque debeat, egregiè expendebat Anonymus noſter auctor, Sacerdotes alloquens, ſed res ad alios etiam qui Sacerdotes non ſunt porrigi poteſt; ſic ille tract. 1. de præparat. Miſſæ: *Meditare dilecte Sacerdos, quòd Ioannes Baptiſta ſanctificatus in vtero, quo inter natos mulierum, non ſurrexit maior, non audebat tangere ſanctum Chriſti verticem, ſed dicebat, Ego à te debeo baptizari. Petrus quoque Apoſtolorum princeps Chriſtum appropinquare pertimuit. & ſe ab eo elongare pro formidine voluit, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Si igitur ſanctiſſimi iſti tantum venerabantur extrinſecum tactum Dominici corporis, nondum ad cælos tranſlati, quanta reuerentia, quanto timore, & tremore, quanta corporis caſtitate, & animi puritate cohors Sacerdotum corpus Chriſti iam glorificatum, conficere, atque ſuſcipere ſtudeat? Æqualiter etenim ſplendet in altari, vt in ſublimitate cæli, nec minus eſt glorioſus in manu Sacerdotis, quàm in ſinu Dei patris.*

Euchariſtia gratiæ thronus. Hebr. 4. 16.

Ad gratiæ thronum nos vocabat Apoſtolus ad Hebr. 4. 16. dum ait: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno*; quæ verba etiam ad Euchariſtiam porrigo, porrexit & alius probæ vitæ auctor, dum infit: *Thronum gratiæ, & bona gratia, vt ſonat* εὐχαριστία, *adeamus cum fiducia, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus.*

Euchariſtia Eccleſiæ militantis clenodium. B. Dionyſ. Carthuſ.

Beatus Dionyſius Carthuſianus lib. de vita curatorum art. 15. *Eſt*, inquit, *ſacramentum hoc incomparabile, & pretioſiſſimum Eccleſiæ militantis* CLENODIVM.

1214. *Vberiori gratia donantur Chriſtiani ob ſacramenta.* Matth. 20. S. Thom. *Sacramentorũ auxilio exiguo ſpatio plus mereri poſſumus, quã aly diuturniori ſine ſacramentis.*

Maiori gratia donantur Chriſtiani, qui ſacramento nobilitati; Matth. 20. de illo qui operariis mercedem ſuam ſoluebat, dicitur: *Incipiens à nouiſſimis*; cur non à primis, qui diutiùs laborauerant? Incipit à nouiſſimis, *id eſt, ab his, qui* SACRAMENTIS *imbuti ſunt, vnde* MAIOR GRATIA *eis data eſt, quàm primis*, ait ſanctus Thomas hîc, & conſequenter maiori feruore ſe in Dei cultu exercuerant, vt tam citus ad ſoluendum eis mercedem Deus ſit, nimirum obſequij ſolicitudo Deum ad præmij ſolutionem vrget; hi nouiſſimi vnâ hora fuerunt, quod primi vix potuere multis, aut nec potuere quidem, quia ſacramentorum auxilio, & præſertim Euchariſtiæ plura, perfectioráque opera perficere poſſumus, quàm illi perfecerunt, qui hiſce ſacramentis caruerunt.

Singulare regis exemplum in vino, & tritico ad Euchariſtiã colligendi. Acta.

Singulare exemplum vini, & tritici colligendi, quæ Euchariſtiæ ſacramento debet deſeruire, exhibuit ſanctus VVencelaus Boëmorum Rex, qui, vt in eius vita habetur, non contentus ſacrificio quotidie intereſſe, ſed etiam meſſis tempore oblitus dignitatis ſuæ, metebat, & vindemiabat, quæ pro ſacrificio Sacerdotum manibus afferret.

Res mira de ſpica ſanguine adſperſa. Sylu. à Petr. ſanct.

De ſpica ſanguine adſperſa mirum eſt, quod refert Syluester à Petra ſancta metaph. 12. dabo hîc eius verba: *Ad hæc*, inquit, *ſanguis Patris Henrici Garnety Sacerdotis Angli, in ſpica tritici, quam fortè irrorauit, multum illius figurauit, quaſi conaretur etiam ſanguis ille os aperire, & paſcere à Deo hæreſis exterminium; ex cuius furore Londini vir religioſiſſimus, elicitis faucibus, & in partes ſectis, ſanguinem miſit. Luſit verò feliciter claro quidem ingenio, in nomen pariter, & in hunc ſanè mirabilem exitum eius, dum ex hoc themate,*

Pater Henricus Garnetius,

Hemiſti

Hemiſtichium,ſimul & Anagramma compoſuit,
——— *Pingêre cruentus ariſta.*

Meſſem colligentes Solis æſtu vtrqui interempti. Annal.

Legimus in annalibus Francicis: *Nonnulli in pago VVormacenſi meſſem colligentes propter Solis calorem ſolito grauiorem extincti referuntur.* Quam feliciores illi, qui euchariſticam colligunt meſſem, Solíſque radiis,adeò non extinguuntur,vt meliorem vitam,perfectioremque accipiant.

Circulo conclusi quidam cibum capiunt. Res flectitur ad Euchariſtiam.

Hendovvines, vt habetur in deſcriptione Indiæ, *cibum capiunt* CIRCVLO *concluſi, quo alijs ingredi nefaſtum putant*; qui euchariſticum cibum ſumunt,deberent ab omnibus ita ſeparari,vt quæcumque ſapiunt, quicumque ſanguinem redolent, firmiori, ſolidioríque diuini amoris circulo excluderentur.

Abſcondit ſe ſub euchariſtico velamine Chriſtus, vt hominis vilitas ad eũ accedere auderet. Anon.

1215. Abſcondit ſe ſub euchariſtico velamine diuina maieſtas, vt hominis vilitas ad eum accedere audeat id non factura, niſi ſe Deus ſic velauiſſet. Anonymus auctor tract. 2. de præparat. Miſſæ ſic tem verſat: *Tam diu, ô Domine Ieſu, tibi dilectum in hoc ſpiritalis charitatis permittis exercere præludio, quandiu in hoc oneroſo detinetur exilio diuinitatis tua, eidem tegis gloriam, & tuæ potentiam tremendæ maieſtatis abſcondis. Quomodo enim præſumeret vermiculo vilior te vniuerſorum dominum contrectare manibus, pollutiſque deoſculari labris, quando longæuus ille Patriarcha ſanctiſſimus Deum rogaturus aiebat, Loquar ad Dominum meum cùm ſim puluis, & cinis.*

Sine face poſt conuiuia ſe domum recipiebant. Plut. *Res ad Euchariſtiam transfertur.*

Quorundam hæc lex erat, vt poſt conuiuia ſine face domum ſe reciperent; Plutarchus in Lycurgo: *Vbi mediocriter biberunt, ſine face recipiunt ſe domum. Non permittitur, neque tunc, neque alias ad lumen incedere, quo diſcant in tenebris, & nocte commeare ſilenter, & intrepidè. Hinc ordo fuit conuiuiorum.* Nos poſt euchariſticum conuiuium adeò ſine facibus non ſumus,& lux,& quidam Sol Euchariſtia ipſa nobis fiat; quod luculenter ſuprà probauimus; ſine facibus incedemus,quia ipſe cibus fax comedentibus fit.

Litteræ in hoſtijs ſculpi ſolitæ gulæ hebetudinem excludendam docent. Biel.

Litteræ ipſæ,quæ in hoſtiis imprimebantur,ex Bielis mente gulæ hebetudinem eliminandam eſſe ſignificabant; ſic enim ille ſcribit ſerm.4. in cœna Domini: *Hoſtia in Scriptura ſignat,nos excludere debere hebetudinem gulæ.* De litteris, quæ in hoſtiis ſculpi ſolent, egimus ſuo loco.

Sanguine plena vita illorũ ſit, qui Euchariſtiam frequentant. S.Chryſoſt.

Sanguine plena ſit noſtra vita, dum in Euchariſtia Chriſti ſanguinem bibimus; vt, quod vniuersè monebat ſanctus Chryſoſtomus hom. 67.ad populum, hoc præcipuè fiat intuitu Dominici ſanguinis; hæc huius ſancti Patris verba ſunt: *Sanguine plenam eſſe decet Chriſtiani vitam,non alienum effundendo,ſed ſeparatum ſuum effundere præſtando. Tanta ergo promptitudine proprium effundamus cruorem, cùm pro Chriſto ſit hoc agendum, quantam quis aquam effunderet.*

Animæ ſanitatem conſeruat euchariſticus cibus. S.Thom. Cant.1. *Inter vbera commorari euchariſtica myrrha debet. Nouo ſemper deſiderio in ſacram Euchariſtiam feramur.*

1216. Sanat cibus euchariſticus, & conſeruat ſanitatem; vt ob id myrrhæ comparetur,ſicut enim myrrha incorrupra corpora cõſeruat,ita corpus Chriſti conſeruat corda; id quod notabat S.Thomas opuſc.58.cap 6. *Ad conſeruationem ſanitatis animæ, & incorruptionem bonæ vitæ valet cibus iſte. Cant.* 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi; ſicut enim myrrha incorrupta ſeruat corpora, ſic corpus Domini piè ſumptum corda*; tantùm inter vbera commoretur euchariſtica hæc myrrha, ſubdit enim ſponſa; *inter vbera mea commorabitur*, cordi proxima ſit, nullibi aptius ſeruatur hæc myrrha, quàm pectore; nimirum cor conſeruat ſi ſeruetur in corde; iure autem dictum, *commorabitur*, vt indicatet diu apud nos eſſe debere euchariſticum cibum, & ob frequentem ſumptionem,& iugi,continuáque tanti muneris memoria; *commorabitur*, non dixit *commoratur*, quia ſcilicet ita excipiendus corde euchariſticus cibus, vt nouo ſemper illius ſuſcipiendi deſiderio æſtuemus.

Quàm grãde beneficium poſſe bucellis paſci, in quibus eſcas Chriſtus lactes. B Laur Iuſt.

Magni beneficij loco, maximæque prærogatiuæ haberi debet, ſi quis poſſet ex buccellis illis comedere, quas tetigerat Chriſtus, Chriſtus manducauerat; hinc illæ voces, verba illa Beati Laurentij Iuſtiniani de paupertate cap.14. *Eleemoſynam ſeriatim per oſtia mendicabant; quis dabit buccellarũ illarum manducaturum participem fieri,& illius diuini edulij adipe ſaginari?* Tanti fit à Dei ſeruis ex buccellis manducare, quæ lipſana quædam erat Dominicæ manducationis, quanti fieri debet ad euchariſticam menſam vocari, euchariſticis epulis frui, quæ totum ipſum Chriſtum continent, totum Deum?

Angelis, & Deo ſimilis fiat, qui euchariſtici cibi particeps ſit. Gen.1.29.

1217. Cùm hominem Deus condidit, eandem brutis eſcam illi aſſignauit, Gen.1.29. nimirum rectè innuere volebat futurum vt per cibum par brutis, ac iumentis homo redderetur, nam cùm eſſet in honore, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, vt loquitur Propheta Regius; tandem vt homo priſtinæ dignitati reſtitueretur, aliam eſcam accipit, quæ adeo non eſſet illi communis cum beſtiis, vt nec cum Angelis eſſet, nimirum vt qui cibo par beſtiis euaſerat, Deo per cibum ſimilis fieret.

Euchariſtia tanquam ſalubre medicamentũ morbos omnes tollit. S.Thom.

Euchariſtiæ ſacramentum ea eſt præditum virtute, vt tanquam ſalubre medicamentum eos morbos tollat, quos vetito cibo inuexit ſalutis noſtræ hoſtis. Sanctus Thomas opuſc. 58. cap. 1. ita de hac re philoſophatur: *Corpus Chriſti* MEDICINA SPIRITVALIS EST, *quæ cum reuerentia deguſtata ſibi deuotos purificat. Ad cognoſcendum rationem neceſſitatis medicinæ corporis Chriſti, ſecundum quod ſerpens malignus infudit homini per venenum cibi vetiti triplicem corruptionem in anima, ſcilicet tenebras ignorantiæ, in corpore morbum prauæ concupiſcentiæ, & mortem vtrobique. Contra hoc inſtitutum eſt corporis Chriſti medicamentum tenebras ignorantiæ illuſtrans, morbum concupiſcentiæ ſanans, & mortem noſtram mortificans.*

Regis præſentia regis liberalitas conditur. Caſſiod. *In euchariſtico dono præſens Rex noſter eſt, & donum noſtrũ ſit.*

1218. Grata Regis liberalitas eſt, ſed gratior ſi Regis præſentia condiatur. Præclare Caſſiodorus lib.5. epiſt. 26. *Quamuis magnificentia noſtra ſit omnibus vbique gratiſſima, multo tamen acceptiora credimus, quæ noſtri* PRÆSENTIA *conferuntur. Quia maiora de conſpectu Principis populi ſumunt, quam de largitate beneficia conſequuntur*; nos in Euchariſtia & donum habemus, & adeò præſentem cœlo Principem, ac Regem, vt ipſemet in dono ſuo lateat, donum ipſe ſuorum ſit, maius donum exhibere non poteſt, quia ſe aliquid maius non habet.

Vel vnicum euchariſticũ ſacrificium omnibus omniũ operibus præponderat. P. Ant. Mol. tract.3.c.9.

Obſeruo adeò aliquos euchariſticum ſacrificium extuliſſe, vt omnia alia opera à mundi exordio omnibus aliis prædita vni euchariſtico ſacrificio comparari nequeant, nedum præferri; pij, doctique auctoris verba producam, quæ ſunt huiuſmodi: *Si charitas, qua omnes omnino Sancti iam inde ab orbis principio arſerunt, & ex hoc in finem vſque ardebunt; ſi merita cunctorum, & præconia Deo facta cumulentur, ſi tormenta Martyrum, qui heroica fortitudine vitam, & ſanguinem pro Chriſto fuderunt; ſi virtutes Confeſſorum, Patriarcharum, Prophetarum, Monachorum, Eremitarum, cæterorúmque omnium, qui alio genere martyrij magis prolixo,*

& certa quadam ratione magis difficili ſe ipſos cruciauerunt, & ieiunijs, vigilijs, rationibus rebelles fregerunt appetitus. Denique ſi iungantur omnia obſequia Deo praſtita, quamuis gratiſſima preterita, præſentia, futura, non tam perfectam laudem, & honorem complectentur, quam vel ea ſola Miſſa, quam Sacerdos humillimus, & pauperrimus celebrarit. Puterant plura, poterant maiora in eucharisticei ſactificij commeodationem adduci; & quis deinceps & illud celebrare non diligentiorem nauabit operam ſi ſit Sacerdos, aut illi ſtudebit freqoens aſſiſtere, ſi non ſit.

1219. *Ratio cur vnum ſacrificium eucharisticū omnibus alijs operibus præferatur.* Idem.

Rationis probæ pondere non deſtituitur cenſio iſta iſtius auctoris, vnde addit ſtatim: *Ratio huius eſt, quia in omni Miſſa Chriſtus eſt principalis Sacerdos, qui vt talis actu ipſum offert ſacrificium; munus verò Sacerdotis eſt colere Deum; vnde in Miſſa Chriſtus eſt, qui maximè colit, & honorat Patrem, vt defectum noſtrum ſuppleat; & certum eſt omnes ſimul creaturas non tantum poſſe deferre Deo, quantum filius Dei, adeò vt ſacrificium Miſſæ tum ex parte eius, qui offert, tum illius qui offertur, excedat maximè omnem religionem, & cultum, qui à qualibet creatura poſſit vel coniunctim exhiberi.* Digna verba, quæ Sacerdotum omnium mentibus inſideant, ſic enim fieret ne adeò facilè ab huius ſactificij oblatiooe auocari poſſent, alioquin magni torporis, & negligentiæ magnæ notam ſubituri tantis bonis ſe alioſque ſacrificij tanti neglectu, & omiſſione dum ptiuant; pergit, & finit idem auctor: *Quapropter videant Sacerdotes, quàm ingentes diuitias manibus ſuis complectantur. Pudor, & ignominia eſt, eſſe qui facillimè, & ob rem nihili tanta magnitudinis theſauro ſe, & alios ſpolient*; boni ſui hoſtes non boni, hoſtes & aliorum, qui ſibi, qui aliis, ſuæ, alienæque indigentiæ vult conſultum cùm poteſt eucharisticum hoc ſacrificium Deo aſſiduè offerat, vt Deo operans operum omnium vim, meritúmque hac vna libatione non exæquet dumtaxat, ſed & ſuperet.

Notati Sacerdotes qui Eucharistia ſacrificium offerre negligunt cùm poſſint. Idem.

1220. *Eucharistia frequens vſus probandus, necne probandus.*

De freqoenti ſacræ communionis vſu quærunt à me plerique vt exponam quid ſentiam, & librum de eucharistico Agno luci commiſſurus, rogor, vt mentem meam in medium proferam; cùm variæ, ac inter ſe diſſitæ Doctorum ſenteotiæ circumferantur, freqoentiorem vſum aliis approbantibus, atque adeò quotidianum, aliis rariorem; non ſedeo hîc inter tot Doctores iudex, illorum prudentiæ, qui animas regunt, rem libens committens, cùm ægrè aliquid certè ſtatui in hac re poſſit, quod omnibus conueniat, in omnes quadret; tantum hîc illud offeram, quod in eo Christus requiſiuit, qui quotidianam commuoionem frequentare cupiebat; vt enim in actis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis legitur, quod etiam ſuperiùs aliò ſpectans tetigi, Christus ipſe hanc ei regulam exhibuit, vt qui quotidie communicaturus ſit, adeò ab omni noxio affectu, ab omni propria voluntate ſit alienus, vt totus in Deum, Deique voluntatem migrans, nulla in re, quæcumque illa ſit, dignoſci poſſit in vnam partem potius pendere, quàm in aliam, in re qualibet indifferens totus diuino nutoi expoſitus; ad hanc normam ſi communicaturos expendamus, paruos reperiemus, qui ad quotidianam commuoiooem admitti poſſint; quis enim adeò à ſe abiit, & ſua voluntate adeò exutus eſt, vt in nulla re prodat, ſe potius in vnam partem inclinare, quàm in aliam? quot à quotidiano euchatisticæ meoſæ acceſſu aoocabimus, ſi hanc io rebus omnibus indifferentiam, ab omnique rei adfectus ſpoliatione exigemus? Videant quàm à Christi mente abeant, qui aſſiduè ad eucharisticam menſam accedunt, & adeò ſuæ voluntati hærent, vt auelli ab affectibus ſuis, ſuíſque noxiis propeoſionibus nequeant, nolint, plura alia in hac re conſultò ſupprimo, ſatis iſtuc ſi ſeriò expeodatur, paucis clauſit omnia Christus, qui in eucharisticâ menſâ ſumitur.

Qualis eſſe debeat qui quotidie ad Eucharistiā accedit. Acta.

De columba memini me ſuperiùs dixiſſe, adeò cum eucharistico cibo cohærere putatam olim, vt eius ſpecies, & forma in ſacris Altaribus adhiberetur; video parem ferè mentem, & in noſtra tempora deriuatam; certè mihi non ſemel viſa columba variis modis expreſſa in altari, qood eucharisticum continet ſacramentum; poſſem hîc multas rei huius imagines lecturis oculis ſubiicere, ſed ſatis noſtræ menti firmandæ erit ſi hæc vna poſteris quoque videnda hîc ſubiiciatur, quam ex illa delineandam curauimus, quæ in eucharistico ſacello ſciſcirur in Lauretana domo; tabernaculum quippè, in quo Eucharistia adſeruatur, talem faciem offert, qualem hîc in pagioa etiam iis offerimus, qui adire hoc templum nequeuot, aut adeuntes, hoc quod hîc obſeruamus haud eſſent obſeruaturi; ſacri tabernaculi vultus hic eſt: 1221.

Columba ſuper calicem in altari eucharistico expreſſa.

Vides



Digitized by Google

Duo calices variè expreſſi in tabernaculi facie.

Vides hic columbam, Spiritus ſancti figuram, & calicem columbæ ſubiectum, quin & calices duus, vnum quidem hoſtiam in culmine habentem, alium ſine illa; Angelos item adſtantes, & Deum ſuom adorantes, Deúmque Patrem ſuper columbam, ſuper calices, quæ omnia digna obſeruatione putaui, eccleſiaſticæ eruditionis perito ingrata non futura.

CAPVT CXXII.

De carne nonnulla animaduerſione digna offeruntur.

Flamen Dialis carnem tangere *non poterat, nec nominare, nec capram.*

Gruibus, & oloribus ſaginandis *oculi claudi ſoliti.*

Delitiarum mancipia fercularum *adfectu obcæcantur.*

Incidere animalium carnes *non licet, niſi pittacia animalium coxis affigerentur.*

Hoc pittacium amouere *non licebat.*

Carnes inflare *inhibitum.*

Lanius futurus aliqua iuramento *ſe præſtaturum firmare tenebatur.*

Loci fores, *in quo animalia excoriabuntur, patere cuique debent.*

Tempus vendendis carnibus *aſſignatum.*

In carnis eſu *immoderatus vſus, non vſus damnatus.*

Caro *dum blanditur prodit.*

Caro *blanditijs magis efferatur.*

Corpus *animæ vagina.*

Carnis *noſtra terra tribulos, & ſpinas nobis germinat, quæ euellenda.*

Cadere luxuriam, non carnem *debemus.*

Caro *animæ ſubiecta eſſe debet.*

Ex luto formata caro *eſt, vt promptior ſpiritui obſequeretur.*

Corpus voluptatibus vitiorum ſcena *fit.*

Carnem noſtram *ſumpſit Dei filius, vt carnem noſtram crudam decoqueret.*

In olla Dominici corporis *concoquamur.*

Carne *vti debemus tanquam calceamento.*

Carnis *proprium ſpiritui ſeruire tanquam ancilla dominæ ſuæ.*

Petro par qui ad carnis, *vt ancilla vocem Chriſtum negat.*

In corde, *non in* corporis ſterquilinio *conuerſatio noſtra ſit.*

1222. DE carne, crudæ carnis occaſione, quam explicandus, illuſtrandúſque locus offerebat, nonnulla paſſim obtulimus, aliqua adhuc ſuperſunt, quæ antequam volumen obſignem, lectori offero, ne reſeruata, & à publica, vt ita dicam, menſa ſubducta putreſcant, & pereant.

Flamen Dialis carnem tangere non poterat, nec nominare, nec capram. Plut.

Flamen Dialis carnem nec attingere apud Romanos poterat, nec nominare, idem de capra inhibitio erat; quia eius laſciuiam deteſtarentur, aut quòd vt morboſam defugiant, vtrumque tetigit Plutarchus in quæſtionibus Centuriat. Roman. *Quamobrem ſanxerunt, vt idem Sacerdos* CARNEM, *&* CAPRAM VEL ATTINGERE, *vel nominare caueret? Vtrùm quia capra deteſtantur laſciuiam, & virus, an quòd eam vt morboſam metuant.*

Gruibus, & oloribus ſaginandis oculi claudi ſoliti. Plut.

Gruum olim, olorúmque oculos conſuebant, incluſóſque tenebris ſaginabant; meminit huius moris Plutarchus orat. 2. de eſu carnium: *Aliy gruum, & olorum conſuunt oculos, incluſóſque tenebris ſaginant, vt monſtroſis mixturis, & conditionibus certis carnem eorum apparent*; & verò qui delitiarum amore capitur, corpúſque ſuum pretioſis ferculis ſaginare ſtudet, non oculos ſaginandis animantibus conſuit, conſuit ſibi, & tenebris inuoluitur;

Delitiarum mancipia fercularum adfectu obcæcantur.

nam gulam tenebris guloſos inuoluere, rationíſque radios ab illis ſubducere alibi diximus, cùm nubi gulam comparauimus; ſed quia hîc ſumus, ritus aliquos huc afferamus, qui quorundam populorum ſtatutis continentur, circa carnium venditionem; & ipſiſſima ſtatutorum verba producam, licèt à ſcita latinitate abeuntia; veritatis potius cura nos ſolicitat, quàm mundi ſermonis.

Illi, qui carnes publicè vendunt, incidere eas non poſſunt apud Bellunenſes, niſi priùs ab illis, qui ad id aſſignantur, *breue*, vt vocant, animalium coxis affigatur; in ſtatutis Bellunenſibus lib. 3. res his verbis præcipitur: *Statuimus, quòd nullus beccharius audeat, vel præſumat incidere carnes aliquas alicuius beſtiæ, niſi primò oſtenſa fuerint. Iuratis iuſtitiæ, & quouſque quod interpoſitum breue ſuper coxa dictarum beſtiarum ſub pœna ſolidorum viginti paruorum pro qualibet beſtia.* 1223.

Incidere animalium carnes non licet niſi pittacia animalium coxis affigerētur. Stat. Bell.

Hoc porrò breue amouere ab animaliom coxis non licet, pœnam ſubiturus, qui hanc legem violauerit; ſic enim ſubditur eodem loco: *Item ſtatuimus, quòd nullus beccharius, vel alia perſona audeat, vel præſumat remouere breue poſitum per iuratum, vel ſupraſtantem becharia de coxa beſtiæ de loco vbi poſitum fuerit, ſub pœna ſol. ſexaginta pro condemnato. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, dummodo probet per vnum teſtem, & accuſans, & denuntians teneatur in credentia, & ſit plena probatio vnius teſtis in quolibet caſu prædictorum quantum eſt circa becchariam, & circa delinquentes contra formam prouiſionum, & ſtatutorum contra becchariot, vel eorum occaſione.*

Hoc pittacium amouere non licebat. Stat.

Eis, qui publicè carnes diuendont, carnes aliquo pacto inflare inhibitum apud pleroſque eſt; in ſtatutis Parmenſibus lib. 4. hæc habentur: *Nullus beccharius, nec aliqua alia perſona vendens, vel vendere volens carnes in ciuitate Parmæ, aut ibidem excorians eas, præſumat eas carnes inflare cum ſprochis, vel alio inſtrumento; & qui contrafecerit, ſoluat pro banno libras quinque Parmen. pro quolibet & qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & credatur ſoli accuſatori cum vno teſte.*

Carnes inflare inhibitum. Stat. Parm.

Carnes qui publicè vendere volebant, aliqua ſe ſeruaturos iuramento ſe obſtringunt apud Bellunenſes; in illorum ſtatutis lib. 3. hæc habentur: *Satuimus quòd quilibet beccharius volens facere beccharìam in ciuitate Belluni, & diſtrictu, debeat, & teneatur ſub quolibet Rectore iurare corporaliter ad ſancta Dei Euangelia, quòd ipſe non vendet carnes morboſas toto tempore ſui regiminis, nec vendi faciet. Item quòd ipſe vendet, & vendi faciet cum inſtaſtatera.* 1224.

Lanius futurus aliqua iuramento ſe præſtaturum firmare tenebatur. Stat. Bell.

Item quòd ipſe vendet iuſto pondere, & iuſta menſura, nulla miſta falſitate. Item quòd ipſe non vendet carnem vnam pro altera. Item quòd ipſe non petet, nec recipiet maius pretium ab aliquo homine, vel perſona emente carnes vltra id quòd poſita fuerint ad manum per commune bellum. & quòd ipſe beccharius attendet omnes prouiſiones, ſtatuta, & reformationes, quæ ſunt pro eis, vel contra eos, vel eorum occaſione, ſuo poſſe.

Loci fores in quo animalia excoriabãtur patere cuique debent. Stat. Crem.

Qui carnes publicè diuendit, animalia excorians loci fores vbi hoc præſtat aperti tenere iubebatur apud Cremonenſes, ſic enim habent illorum ſtatuta rubr. 571. *Statutum eſt quòd quilibet beccharius teneatur, & debeat tenere oſtium ſuæ beccharia apertum quando occidit carnes, & ipſas ſcorticat, ad hoc vt ipſe officialis poſſit intrare domum, ſeu beccharium, pœna, & banno cuilibet beccario, & qualibet vice ſoldorum decem Imper.*

Tempus vendendis carnibus aſſignatum. Stat. Crem.

De tempore, quo carnes diuendi poterant, & quo non poterant, vigebat olim hæc lex apud Cremonenſes, vt habent illorum ſtatuta rub. 585. *Statutum eſt, quòd nullus beccharius, nec aliqua alia perſona ciuis, nec forenſis audeat, nec præſumat incidere, nec vendere carnes ad ſuas beccharias, nec alibi alicuius maneriei ante ſonum campanæ diei, quæ pulſatur in manè, nec poſt ſonum campanæ pacis, quæ pulſatur de ſero pro Aue Maria ſuper turrim communis Cremonæ, pœna, & banno pro qualibet libra, quæ fuerit inuenta per officialem vitualium ſoldorum quinque Imp. ſiue pro eis familiam. Et quilibet poſſit accuſare contrafacientes, & habeat medietatem banni cum ſacramento, & teneatur celatus, & quòd nullus beccharius audeat, nec præſumat occidere, nec ſcorticare aliquam beſtiam groſſam, nec minutam, niſi ad beccharias ſuas, vbi ipſi vendunt carnes, pœna, & banno vt ſuprà.* Alia de hoc argumento huc poſſem conuehere, ſed hæc ſatis inſtituto noſtro ſunt; vtiliora iam afferenda, & moribus informandis aptiora.

In carnis eſu immoderatus vſus, nõ vſus damnatus. B. Laur. Iuſt.

1225. In carnis eſu, immoderatum potius vſum, quàm vſum damnatum ſic deducebat Beatus Laurentius Iuſtinianus tract. de ſobrietate cap. 5. *Cohibendus*, inquit, *eſt nimius ſibi appetitus. Nam longè meliùs eſt moderatè* CARNIBVS *ad tempus veſci, quàm ventuoſo legumine vſque ad ventris repletionem exſaturari. Præcipuè cùm Eſau non de carnibus, ſed de lente ſit reprehenſus, & de ligno Adam, non de carnibus ſit damnatus, atque Ionathas ex guſtu mellis, non carnium morti iudicatus fuerit. E contrario verò Helias innoxiè carnem comedit, Abraham Angelos carnibus gratiſſimè pauit, & de ipſis ſua fieri ſacrificia præcepit Deus*; ſed de carne agamus, quæ nos veſtit, quum de illa quam comedimus, fusè à nobis alibi actum ſit.

Caro dum blãditur prodit. Petr. Bleſ.

Blandiatur caro, ſed prodit dum blanditur, & decipit, dum arridet. Petrus Bleſenſis epiſt. 11. *Verumtamen inconſulta* CARNIS AFFECTIO *proditione blandiens, & amicabiliter fallens in deuium te retorquet, dum à puſillanimitate ſpiritus conturbatus primitias religionis, & introitum ſanctitatis abhorres*; an aberrauit qui eius illecebras Iudæ oſculo pariauit, qui tradidit hoſtibus, quem vt amicus eſt oſculatus.

Caro blanditijs magis efferatur. B. Laur. Iuſt.

Quo magis blanditiis mulcetur caro, eò magis efferatur; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba de diſcipl. monaſt. conuerſat. cap. 4. *Quid de proprio, & pernicioſo* CARNIS AMORE *dicendum eſt, cùm ipſa ex ſui natura ſpiritui inimica ſit? Semper enim contraria ſuæ ſaluti concupiſcit ſi nutritur, impinguata, & incraſſata recalcitrat; ſi inedia & laboribus atteritur, murmurat, ſi pretioſis induitur veſtibus, extollitur. Blanditijs feræ manſueſcunt ſylueſtres, hæc autem proteruior efficitur.*

Corpus animæ vagina. Tertull.

1226. Corpus animæ *vaginam* indigitat Tertullianus lib. de reſurrectione carnis, dum ait: *Diligis carnem noſtram adflatus ſui vaginam, molitionis ſuæ reginam.*

Carnis noſtræ terra tribulos, & ſpinas nobis germinat quæ euellenda. B. Laur. Iuſt.

Carnis noſtræ terram tribulos, ſentéſque nobis germinare, quæ euellantur, ſic explicabat Beatus Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 3. *Diuina ſententia iſtud nouiſſimum eſſe ſupplicium, vti ſacra teſtantur eloquia; ſic enim primo homini delinquenti eſt dictum: Terra germinabit tibi ſpinas, & tribulos. Non ſolum de hac elementari terra, verùm etiam de humano corpore perhibetur, cui poſt peccatum dicitur, Terra es, & in terram ibis. Hæc profectò terra quantumcunque virtutibus excolatur, quantumcunque animi cenſura purgetur, in ea quòd euellitur, exoritur. Hinc in ſudore vultus vtriuſque panis homo veſcitur alimento.*

Cædere luxuriantem carnem debemus. S. Ambroſ.

Cædere luxuriantem carnem debemus, vt aduerſarium noſtrum contra nos carne noſtra pugnantem cædamus; pulchrè ſanctus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 12. *Cædemus*, inquit, *aerias poteſtates, ſi nos ipſos caſtigare nouerimus. Caſtigabat* CARNEM SVAM PAVLVS, *vt aduerſarios verberaret; & ſeruituti redigebat corpus ſuum, vt dominaretur inimicis.*

Caro animæ ſubiecta eſſe debet. S. Chryſoſt.

Quî caro animæ debeat eſſe ſubiecta, explicabat ſcitis exemplis ſanctus Chryſoſtomus homil. 13. in epiſt. ad Roman. *Nos carnem quidem anima inferiorem, atque imbecilliorem eſſe fatemur, non tamen illi aduerſantem, aut cum ea depugnantem, malámve; ſed eandem ſic animæ eſſe ſubditam, vt citharista citharam, vt gubernatori nauem: quæ quidem aduerſaria non ſunt agentibus, vtentibúſque, ſed vel maximè conuenientia, haud tamen honore cum artifice adæquata.*

Ex luto formata caro eſt, vt promptior ſpiritui obſequeretur. B. Laur. Iuſt.

1227. Carnis vt ſpiritui obtemperare, ad mentis nutum moueri, hoc vt promptior exhiberet caro, ex luto, terræque limo compacta eſt, cùm primum hominem condidit; poterat Deus, nobiliorem origine carnem inſignire, ex cœli particula illam formare, ex ignis, ſed noluit, vt nimirum facilior ad parendum caro eſſet, quæ ex terræ limo eſſet formata, vt vilitas ad parendum eam vrgeret, nec nobilitas à ſubiectione ſpiritus auocaret. Acutè Beatus Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 1. *In conſtitutione humanæ naturæ, hanc Dei ſapientia indixit legem, pactúmque firmauit, vt* CARO SPIRITVI, *& ſpiritus famuletur Deo, quamuis propter inobedientiæ delictum, contrarium videatur. Non vt dominaretur, ſed vt obtemperaret,* CARO EX TERRÆ LIMO PLASMATA EST, *conditionis ſuæ caro obliuiſcitur, quæ non recordatur ſe ſubiectam.*

Corpus voluptatibus vitiorum ſcena fit. B. Pet. Chryſ.

Corpus ſpiritus murum, virtutum ſcholam, Deíque templum ſatanæ artibus vitiorum ſentinam, voluptatúmque theatrum fieri docebat ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 12. dum ait: *Ieiunantibus nobis Diabolus eſurit, qui noſtris ſemper ſaturatur ex culpis. Ille cibum noſtrum deducit in crapulam: potum noſtrum in ebrietatem diffundit, vt mentem faciat amentem, carnem luteam reddat, corpus animi domicilium, animæ vas, murum ſpiritus, virtutum ſcholam, Dei templum, in ſcenam criminum, in vitiorum pompam voluptatum redigat in theatrum*; ſed quia caro cruda huc quoque nos duxit, etiam de cruda noſtra carne coquenda aliquid adiiciamus.

Carnem

1228. Carnem ex nobis ſumpſit Dei filius, cuius tamen cruditatem decoxit, eámque ſanctificauit, vt ſanctam nobis carnem exhibens ſanctitatis nobis ſpiritum inhalaret; huc eleganter flexit ſanctus Paulinus illud Dauidis Pſalm. 59. *Moab olla ſpei meæ*; ait igitur ep. 3. ad Seuerum: *ideo dicit Moab olla ſpei meæ, quia non ſolùm ex Iuda, ſed ex Moab, hoc eſt, non ſolùm de Sanctorum, ſed etiam de peccatorum origine corpus aſſumpſit, qui decocta quaſi per ollam carnis noſtræ cruditate, ſanctificauit in æternum nobis cibum carnem ſuam. Caro enim eius* (vt ipſe ait) *verè cibus vitæ eſt.*

Carnem noſtram ſumpſit Dei filius, vt carnē noſtram crudam decoqueret.
S. Paulin.

In hac olla nos quoque concoqui debemus, ſic habet idem ſanctus Pater eadem epiſtola: *Ipſa eſt & illa ſecundùm Ieremiam olla vrens peccata, & illo igne conſument, de quo ait, Ignem veni mittere in terram: quem & in nobis optemus accendi, vt in olla Dominici corporis, id eſt, Eccleſia concoquamur.*

In olla Dominici corporis concoquamur.
Idem.

Carne vti debemus tanquam calceamento, vt tutò, & abſque vllo impedimento in Dei obſequio incedamus; ſanctus Ambroſius de inſtitut. Virginis cap. 14. reſpiciens ad illa verba in amoris cantico cap. 7. v. 2. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis*; ait; *ſpecioſè procedit anima quæ corpore velut* CALCAAMANTO VTITVR, *vt quo velit ſuum poſſit ſine impedimento vllo circumferre veſtigium. In hoc calceamento ſpecioſè porrexit Maria, quæ ſine vlla commixtione corporeæ conſuetudinis authorem ſalutis virgo generauit.*

Carne vti debemus tanquam calceamento.
S. Ambroſ.

1229. Caro ancilla eſt, cuius proprium ſpiritui ſeruire, & ancilla, ſed hæc ancilla ſæpè nos in Chriſti noſtri negationem trahit, vt quod factum in Petrum legimus, fieri in nobis frequenter doleamus, cadunt hîc optimè Beati Laurentij Iuſtiniani verba lib. de triumphali Chriſti agone cap. 9. *Quænam eſt hæc mulier, hæc tam potens, tam domeſtica, tam fallax, quæ virum de Apoſtolatus culmine deijcere valeat? Vtique carnis natura eſt. Ordinatione etenim diuina in ſuæ creationis exordio ancillæ miniſterium ſortita eſt, ſed peccati conſuetudine inolente viri ſibi vſurpauit imperium, adeò vt reperiatur difficilè qui carnem ſpiritui prout debet ſubigere valeat. Hæc ſub ſuggeſtionibus ſuis virilem eneruat animum, & à veritatis tramite deuiare facit, atque agnitam fidem fœdis operibus negare compellit. Toties quippè anima Chriſtum negat, quoties carnis ſubſternitur voluptati. Iſta profectò apoſtatantis à Chriſto eſt prima negatio, aduersùs verò hanc naturalis, & innata ratio clamat, atque vociferationibus ſuis, tanquam galli cantus conſcientia replens domū delinquenti diſſuadet ſeparari à Chriſto. Rationalis autem mens huiuſmodi compuncta clamoribus de Diaboli atrio, ac ſeruitute peccati exire conatur. Erubeſcit equidem plurimum, quòd ſe ancillæ ſuæ proſtituit. Verùm illi talia cogitanti, ac pœnitentiæ initia aggredi cupienti, in ipſo emendationis vitæ primordio veluti in atrij limine alia occurrit ancilla, puſillanimitas* (*ſcilicet*) *& patiendi formido, quæ importunitate ſua, & cogitationibus crebris ſe egredienti opponit.*

Carnis proprium ſpiritui ſeruire tanquam ancilla dominæ ſuæ.
B. Laur. Iuſt.

Petro par, qui ad carnis, vt ancillæ, vocē Chriſtum negat.

In corde, non in corporis ſterquilinio noſtram conuerſationem eſſe debere, monebat his verbis ſanctus Bernardus ſerm. de verbis Abacuc, vbi ait: *Nec in* STARQVILINIO *huius miſeri corporis, ſed in corde, vbi Chriſtus habitat, in iudicio, & conſilio rationis ſit conuerſatio noſtra*; hominis vix meretur nomen, qui in hoc habitat ſterquilinio, nec in corde domicilium habet, quod mundi, terúmque terrenarum domicilium fecit.

In corde, non in corporis ſterquilinio conuerſatio noſtra ſit.
S. Bern.

CAPVT CXXIII.

Quædam de agno litteris conſignantur, & opus obſignatur.

Quî agni ſanguine *liniendi domus noſtræ poſtes.*

Cur luna plena *agnus ederetur.*

Ocreæ itinerariæ *in eſu agni adhibitæ.*

Bellaria, *ſecundaque menſa ab ea menſa exulabant, in qua agnus comedebatur.*

Torta azyma *in partes diuiſa, & conuiuis diſtributa.*

Agni paſchalis ſanguis *virtutem à Chriſti ſanguine habuit.*

Ea opera præſtanda, quæ Dei Patris gloriam *ſpectent, agnus docet.*

Agnum comedens *agnus ſine macula ſit.*

Crucis virtute *mundi domum Chriſtus poſſedit.*

Agni paſchalis ſanguis *vim à Chriſti ſanguine mutuabat.*

Agni carnes *in partes haud ſecabantur, dum aſſandæ eſſent.*

Baculum *in agni eſu geſtare iubemur, ne in Dei cultu claudicemus.*

Agnus anniculo *minor mactari apud Athenienſes non poterat.*

Paſchalis ſolemnitas vindemia *ſpiritualis cur diceretur.*

Poſt euchariſtici agni eſum *in mundi Ægyptum nemo mentem flectat.*

Omnium encomiorum *legem ſuperat auguſtiſſima Euchariſtia.*

Auctoris mens, *auctoris* votum.

SECVTVS ſum agnum, quò ille me duxit, cò porrexi, agnus hic nō indiget regi, non indiget duci, ducit ille, & regit eò calamus, eò mens flexit, quò mentem, quò calamum agnus ſiue paſchalis, ſiue euchariſticus vocauit; iubentur vtraque ſiſti, cùm vtraque aliò alia inuitent, ac veluti rapiãt; hîc igitur volumen obſigno, non quia plura de hoc argumento adduci à nobis non poſſent, ſed quia alia de aliis adducenda nobis ſunt; ab agno exorſus in agno definio, & nonnulla hîc produco, quæ aut conferenda cum iis ſunt, quæ ſuperiùs cùm de agno paſchali egimus, attulimus, aut certè tanquam non aliena ab argumento, quod tractamus, huc aduocanda, ne prætermiſſa perirent. 1230.

Quî agni ſanguine liniendi ſint domus noſtræ poſtes, docet his verbis ſanctus Auguſtinus de Cataclyſmo tract. 4. *Demonſtra quomodo celebras Paſcha, habes agnum occiſum, demonſtra. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Lini ſanguine eius poſtes domus tuæ, demonſtra, & dic: Ecce crux ſanguinis Chriſti in frontibus, & pudoris noſtri. Dic cum Paulo, Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Quî agni ſāguine liniēdi domus noſtræ poſtes.
S. Auguſt.

Obſeruat ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. glaphyrorum in Geneſim tunc mactatum ab Hebræis

Cur luna plena agnus ederetur.
S. Cyr. Alex.

bræis agnum, *cùm lunaris circulus habet ſuam plenitudinem, incipionte vero iam paulatim decreſcere*, quia neceſſe eſt in hoc mundi, & Diaboli gloriam, ſæculique ſapientiam per lunam ſignificatam in illius mente abſumi, qui euchariſtici ſacramenti myſteria vult intelligere, percipere cupit; vt idem ſanctus Parer innuebat.

Ocrea itineraria in eſu agni adhibita. R. Iacob.

De calceis ſuperiùs egimus, quæ agni conuiuæ debebant induere, diximúſque itineri ipſa peculiari quadam forma fuiſſe. Etiam nonnulli Hebræorum, & ſignatè R. Iacob cenſet calceamenta, quæ Hebræi agnum comedentes iubentur in pedibus habere, fuiſſe iis ſimilia, quæ iter habituri induunt, & ocreæ itinerariæ dicuntur, altiora autem erant cæteris calceis.

Bellaria, ſecundaque menſa ab ea menſa exulabant in qua agnus comedebatur. Hebr. *Tota azyma in partes diuiſa, & conuiuis diſtributa.* Hebr.

1231. In eſu agni bellaria, ſecundáſque menſas minimè apud Hebræos poſita, ſed & tantùm quæ lex iubet apponi ex Hebræorum rituali libro liquet, apud quem hæc latina ciuitate donata leguntur: *In Paſchali conuiuio poſterior quæ eſſet menſa, non vt in alijs dierum feſtorum ſecundis cœnarum* MENSIS BELLARIA *apponebantur, ſed tantùm à lege ſtatutus cibus, nimirum primo loco embamma, ex intybis, & lactucis agreſtibus factum, aliiſque rebus conditum, inque eum primum paterfamilias intingebat offam azymam, mox cæteri, ſicque conſumebatur.* Additur ſtatim de tortæ azymæ diuiſione, poculíque traditione, & deguſtatione: *Deinde idem paterfamilias tortam azymam hactenus ſub mappa ſeruatam in fruſta frangebat, in tot particulas illam diuidens, quot eſſent in cœna diſcumbentes, ſicque diuiſam ſingulis porrigebat, quo facto ipſe poculum deguſtatum tradebat proximo, ille ſecundo, donec poculum per totum conuiuium circumferretur.*

Agni paſchalis ſanguis virtutem à Chriſti ſanguine habuit. S. Chryſoſt.

Agni ſanguis virtutem a Chriſti ſanguine habuit, quia illum reſpiciebat, illius figura eſt; ſcitè ſanctus Chryſoſtomus hom. ad Neophytos: *Occidite agnum anniculum, & ſanguine eius linite ianuas. Quid ais Moſes? ſanguis ouis rationabilem hominem liberare conſueuit? Valdè*, inquit, *non eo quòd ſanguis eſt, ſed quia Dominici ſanguinis per eum demonſtratur exemplum.*

Ea opera præſtanda, quæ Dei patris gloriam ſpectant, agnus docet. S. Cyr. Alex.

De agni capite, pedibus, ita philoſophatur ſanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 17. de adoratione: *Nónne dicebamus caput quidem habere mentis ſignuram, pedes item vbique operum, ac factorum iter ſignificare. Mens Chriſti quippe eſt, ea ſola ſapere, quæ ad Dei, Patriſque gloriam ſpectant, ídque velle perficere, quod Patri placuerit.*

Agni comedens agnus ſine macula ſit. B. Laur. Iuſt.

1232. Agnum comedens agnum exhibeat agno, exhibeat Chriſto, ipſe agnus ſit ſine macula. Feſtiuè Beatus Laurentius Iuſtinianos de triumphali Chriſti agone cap. 1. *Conſtrue quoque tibi mente ſpirituale cœnaculum, & Domini Ieſu in eo ſedens iugiter recole paſſionem, ſuper iniquitatibus tuis compungere, & cordis innocentiam, quantum vales, illibatum cuſtodi, quatenus aduenienti Chriſto poſſis opponere anniculum agnum ſine macula, aſſatum igni, nec non panes azymos cum lactucis agreſtibus. In his etenim occupatus ſta ſuper cuſtodiam tuam, & quum redemptorem tuum adeſſe cognoueris, reuerenter, humillimèque occurras illi, atque coram ipſo procidens horteris, vt ingrediatur ad te, dicens quod parata ſint omnia. Sic quippè fideliter, & in ſenſu cordis exercens te obedies Verbo, nec non & Apoſtolos imitaberis, de quibus legitur ſic, Et fecerunt Diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha.*

Crucis virtute mundi domum Chriſtus poſſedit.

Crucem agni ſanguine in domorum oſtiis depictam, atque formatam, fuerunt qui crederent, nec à vero aliena hæc cenſio eſt, vt vel tunc crucis virtus ſignificaretur, mundique domum per crucem Domino ceſſuram dominio; huc flecti illud poteſt quod habet ſanctus Petrús Abbas Cluniacenſis epiſt. 9. contra hæreticos, qui dicebant crucem Domini nec adorandam, nec venerandam, ait enim: *Indicauit eam (crucem) multo dignam honore, cùm oſtia domorum, & frontes hominum, quæ magis ſe intuentium conſpectibus offerunt, inſigniuit. Indicauit per cruces oſtiorum totam ſibi per crucem mundi domum ceſſuram. Indicauit planè multo eam dignam honore quando tanto ante crucem tempore, nec Hebræos ab Angelo interfectore, nec ſtelles iuſtos ab impiorum inuentu, abſque eius ſigno ſaluauit.*

S. Petr. Clun.

Agni paſchalis ſanguis vim à Chriſti ſanguine mutuabat. S. Chryſoſt.

Agni ſanguis tantam vim habuit, non quia nudè ſanguis fuerit, ſed quia Chriſti ſanguinem figurabat, à quo virtutem, viréſque mutuabat, ſtatuarum ſimilitudine, quæ Reges repræſentant; rem explicabat ſanctus Chryſoſtomus hom. ad Neophytos in hæc verba: *Sicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine cauſa ſunt, atque ſermone, nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus anima, atque rationibus decoratis ſubuenire conſuêrunt, non quia ſunt ære confecta, ſed quia retinent imaginem principalem: ita & ſanguis ille, qui rationalis fuit, animos habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia huius ſanguinis oſtendebat aduentum.*

Agni carnes in partes haud ſecabãtur, dũ aſſanda eſſent. Abul.

Agni carnes ita aſſabantur, vt in partes non diducerentur, nec ſcilicet aliqua eius oſſa frangerentur; notabat hoc etiam Abulenſis in c. 12. Exod. q. 11. *Cætera carnes nihil amplius diuiſæ ſimul aſſabantur, nec diuidebantur per medium, vel in quadrantes, vt nos conſueuimus agnos, aut hædulos torrere, quia tunc neceſſe erat aliqua oſſa frangi*; atque adeò, quòd de decuſſatis paxillis, inque modum crucis agnum permeantibus ex ſancto Iuſtino diximus, ita intelligendum eſt, vti oſſium nulla ſit fractura ſubſecuta. 1233.

Baculum in agni eſu geſtare iubemur, ne in Dei cultu claudicemus. Procop.

Baculo in agni eſu iubemur vti, ne in perfectionis via claudicemus, inque huius ſacramenti fide. Procopius Gazzus in Exod. *Baculi ſint in manibus veſtris. hoc loco iubetur baculus ille capi, quo in profectione ſuſtentemur, ne ſcilicet audientes ſanguinis, & paſſionis Dominicæ mentionem, claudicemus. Edamus autem corpus, & bibamus ſanguinem, nihil etiam dubitantes, quòd ſint vita, & viuificent.*

Agnus anniculo minor mactari apud Athenienſes non poterat.

De agni qui mactandus erat ætate, egi ſuo loco, anni limites excedere non poterat, anniculus eſſe debebat, ita tamen vt aptus eſui eſſet, etiam ſi integrum annum nondum compleuiſſet. Agnus anniculo minor mactari apud Athenienſes non poterat. In Atticis legibus hæc habentur: *Agnum anniculo minorem ne mactato.*

Paſchalis ſolemnitas vindemia ſpiritualis cur diceretur. S. Auguſt.

De Paſchate, paſchalíque tempore, quo paſchalis agnus edebatur, ſuperiùs nonnulla produxi in docti lectoris notitiam, vsúmque, hîc de noſtra paſchali ſolemnitate hoc adiiciam, nimirum ſpiritalem quandam vindemiam dictam, & putatam, hoc eam titulo donat ſanctus Auguſtinus ſerm. 100. de tempore: *Quia*, inquit, SPIRITALIS VINDEMIA EST, *id eſt, paſchalis ſolemnitas imminet, in qua feſtiuitate botrus ille, de quo ſuperiùs diximus, per iniuriam, & pondera crucis expreſſus eſt: de tanta, ac tali vua accepturi calicem ſalutaris, & vinum lætitiæ bibituri, exceptoria cordis, vel pectoris noſtri cum grandi nitore mundamus.*

Poſt euchari-

Denique vt ſalutari aliquo monito rem definiam, nec ab agnis longè abeam, oues in medium 1234.
producens,

ſtici Agni eſum in mundo Ægyptum nemo mentem flectat. Exod. 12. 38. producens, obſeruo non caſu accidiſſe, vt ab Ægypto Hebraicus populus poſt agni eſum diſceſſurus oues ſecum duceret, aliáque genera animalium, ſic enim habes Exod. 12. v. 38. *Vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues, & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis*; ſcilicet rectè docere Deus voluit, eos, qui mundum deſerunt, eò mente reuerti non debere, à quo ſemel abiere; quod vt ſemper præſtandum ſit, id tamen præcipue obſeruandum, cùm non agni paſchalis carnes edimus, ſed euchariſtici; nemo mundi Ægyptum cogitet euchariſticis delitiis paſtus. B. Laur. Iuſt. Inſerenda hîc verba Beati Laurentij Iuſtiniani, qui in nuda ouium, & armentorum deductione ex Ægypto ſiſtens, ita loquitur de diſcipl. monaſt. conuerſationis cap. 3. *Legimus Dominum per Moſem Hebræis mandaſſe, quod illos de Pharaonis ſeruitute, qua premebantur, eripere decreuiſſet: vt non ſolùm ipſi cum mulieribus, & liberis deſcenderent, ſed etiam ſecum deferrent oues, bouéſque, & quicquid diuino cultui, ac proprio vſui neceſſarium eſſet, ne Deo fierent odibiles, ſi vnde placari poſſet, libamina defeciſſent, aut fatigati alimoniæ defectione, in Ægyptum, quam reliquerant, reuerti cogerentur.* Cautio iſta magis neceſſaria in euchariſtici Agni eſu eſt, poſt euchariſticam menſam in mundi Ægyptum mens minimè flectenda eſt, ſed tota rapi in cœlum, in cœleſtia debet. Quid diuini paſti epulis terrenis rebus inhiemus, & Deo ipſo diuites, ſinamus in reculas ſola vanitate grauidas mentem demitti, terrenorúmque affectu infici, & maculari.

Omnium encomiorum legem ſuperat auguſtiſſima Euchariſtia. Siſto hîc, & librum claudo, non quia & multa alia de tam diuite argumento non ſe menti, non ſe calamo offerant: ſed quia finis imponendus libro eſt, maior materiæ huius vbertas eſt, quàm vt integri voluminis limitibus contineri omnia poſſint, quæ poſſunt de illa dici, libaui hæc pauca; & verò quæcumque offerantur ſemper pauca erant, ſi rei maieſtas, copia rerum, quæ afferri poſſent, ratio habeatur; quæ dixi viam ad alia aliis quoque ſternent, atque adeò plura dixi, quam vere dixerim, quia alios ad alia ſcriptione hac mea prouocaui.

Scio me argumenti dignitati haud reſpondiſſe, nimis ſuperbè de ſe ſentiret, qui reſpondere ſe poſſe conſideret, affectum meum prodidi, dum pauca hæc libaui, hominis nudi non eſt, quin nec Angeli euchariſtici Sacramenti dignitatem verbis exæquare; illius hoc munus eſt, qui illud inſtituit, qui tamen aut pauca, aut nulla in Euchariſtiæ commendationem, laudémque dixit, contentus rem præſtitiſſe, quæ omnium encomiorum legem ſuperat.

Tu, Amor, ſub Euchariſtiæ velamine latens, ſcribentis mentem ſpecta, quæ honorem tuum, gloriam tuam ſpectat, & imbecillitatis ſuæ oblita, rapi ſe ad argumenti tractationem permiſit, quòd eò excellentius, & maius, quò ſub viliori, minoríque integumento deliteſcit, atque ſcriptionem omnem non tam implet, quàm obtuit, & quodammodo inſepelit. Commendare ſacramentum volui, quod omni commendatione maius eſt, conatum lauda; laus tota in te reſiliet, ſi conatus dignus laude aliqua ſit; verùm ego laudem non quæro, laudem non poſtulo, veniam quæro, veniam poſtulo; ignoſce mihi, Amor meus, qui adeò impurus verſare argumentum volui, quod ab ipſiſſima puritate verſandum erat; non quia purus eſſem ſcriptioni meæ tradidi, ſed vt purior euaderem ideo ſcripſi, de Agno euchariſtico egi, vt hac tractatione huius Agni ſanguinem mentis meæ ſtolam abluerem, maculáſque omnes Agni immaculati virtute abſtergerem, vt melior, puriórque à ſcriptione abeam, quàm ad ſcriptionem venerim; paſcor hac ſpe, & librum hocce monito obſignatum lectori offero. *Auctoris votis, auctoris votum.*

EVM, QVI DEVM EDIT, CVRA RERVM, QVÆ INFRA DEVM, NON EXEDAT.

Finis Voluminis Tertij Sacrorum Electorum.

408.220

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM, quæ in hoc AGNI EVCHARISTICI volumine continentur.

PRODVCTVS NVMERVS EST MARGINALIS.

A

Ablactatio.

PANIS eſus poſt ablactarionem quid doceat. 241

Abluere, Ablutio.

Hoſtias contrectaturus abluere manus iubetur. 682
Diſcipulorũ pedes abluens Chriſtus alterius miniſterio minimè vſus. 1119
Apta ablutio corporis eſt, ſi cum animæ ablutione coniungatur. 579
De ouium ablutione priſcus ritus. 40
Patenæ ablutio. 825
Facies, & manus abluebant olim antequam calceos induerent. 344
Ablutus Chriſti ſanguinem bibat. 375
Eccleſiam ingreſſuri os abluebant. 579
Ante cibum os abluebant. ibid.
Ad ſacram menſam accedens mentem abluat. ibid.
Cur ieiunantibus facies abluenda. 580
In Quadrageſima infantium capita circa finem Quadrageſimæ cur abluerent, & vngerent. ibid.
Apud Romanos plerique poſt ſingulos miſſus manus abluebant. ibid.
Cur ſuorum diſcipulorum pedes abluerit Chriſtus. 581
Grata Deo obſequia, quæ hoſpitibus conferuntur. ibid.
In Quadrageſima pedes ſibi inuicem lauant. ibid.
Poſt pedum ablutionem poculum exhibitum, & oſculum. ibid.

Abnegatio.

Abnegatione ſui Euchariſtico conuiuio reſpondendum. 6[illegible]

Abortus.

In templo nullam mulierem abortum feciſſe tradunt Hebræi. 956

Abſcondere.

Abſcondit ſe ſub euchariſtico velamine Chriſtus, vt hominis vilitas ad eum accedere auderet. 1215

Abſens.

Abſentes præſules ægrè vocare ad vitam mortuos poſſunt. 1083

Abſtinentia.

Carnis, & vini abſtinentia puniti qui à Rege vocati ire contemnebant. 511
Abſtinentia carnem domat; in Euchariſtia perfectiùs domat, qui ab ea non abſtinet. 1035
Euchariſticum munus offerentis manum, vt abſtinentiam præſetulerint. 583
Singulare ſingularis abſtinentiæ exemplum ante Euchariſtiam. 582
A panis eſu quis abſtinuerit. 222
A carne cur populus abſtinuerit Iuſtiniani æuo. 31
A pane quinam abſtinuerint. 215
Vide *Ieiunium, Mortificatio.*

Abulenſis.

Iniuſta Abulenſis cenſura in Lyranum. 7

Abyſſini.

In Templo Abyſſini non ſedent. 932

Accidens.

Accidentium carcere vt Chriſtus teneatur. 1080.
Sub tanta accidentiũ modicitate latet totus Chriſtus, vt ſacramenti fructus Chriſti vero corpori tribuantur. 1120

Accinctus, Accingere.

Renes accinctos habet, qui delectationes noxias reſtringit, & fluxa deſideria. 298
In rebus magnis accingendi verbum adhiberi ſolitum. 297

Accipere, Accipi.

Duplicia accipere pro ingentia, & magnifica. 841
Accipi, & accipere verba conuiuialia 482

Accumbere.

Diſcalceati menſæ olim accumbebant. 312
Sedendi vſus in menſâ prior, quàm accumbendi. 313
Liberorum erat accumbere, ſeruorum ſedere. ibid.

Acies.

Euchariſtia plenam aciem refert. 1173
Conuiuij nexus, atque aciei. ibid.
Aciei nexus, & conuiuij. 484

Actio.

Euchariſtici panis vſu plumbeæ actiones aureæ fiunt. 1055

Adam.

Per cibum cecidit Adam, per cibum nos erigimur. 661

Ad

Ad Chriſtum vitæ arborem vt primus parens eſt vocatus. 1018
Adam in paradiſo vt Sol in cœlo. 1193
Duo luminaria Adam, & Eua. ibid.
Ad hominis dignitatem facit, quòd omnium poſtremus conditus. 1194

Adamare.

Concupiſcere, & adamare de ſacrificiis. 780

Adhærere.

Verbi adhærendi vis. 1024

Adſpectus.

Dominici corporis adſpectu, vt quædam recreatetur. 625
Euchariſtici cibi adſpectu à peccatis auocari quiſque debet. 631
Solius calicis adſpectu quædam recreata. 816

Aduena.

Quis aduena, quis mercenarius eſſet, qui hîc excluditur. 429

Aduerſitas.

Ab euchariſticis ſpeciebus quî diſcamus aduerſis non frangi. 1057
Iobi exemplo ad omnem fortunam æquo animo ferendam informamur. ibid.
Sed magis exemplo Chriſti. ibid.
Patiens, mitis, & omni aduerſitate ſit maior, qui euchariſticæ menſæ eſt particeps. 1058
Dum foris flagellat, intus Deus viuificat. ibid.
Ad flagellorum perpeſſionem nos triticum vocat, vocat nos vua. ibid.
Aduerſa omnia tanquam Dei dona & munera accipienda. 1059
Triturам non defugiat, qui euchariſticum triticum edit. ibid.
Tentationum tribulis purgamur. ibid.
Qui à Dæmone tribulatur, granum maneat, ne concidatur. ibid.
Tribulationis tribula non nocet frumenti ſoliditatem habenti. ibid.
Triticum, cuius vſus in Euchariſtia ad tribulationum patientiam nos vocat, & Chriſti flagella cogitanda. 1060
Aduerſitatis tempore maximè ad euchariſticum mel accurrendum. 1008
Moleſtiæ, & aduerſitates animum nutriunt. 517
Vide *Tribulatio*, *Afflictio*.

Adulator.

Ab adulatoribus nos vini ſimilitudo auocat. 760

Aduri.

Sola Euchariſtiæ memoriâ cuiuſdam membra adurebantur. 990

Ædificare.

In ſe quiſque quî Templum ædificare poſſit. 934
Turrim ob greges olim ædificabant. 1189

Ægrotus.

Ægrotis cruda apponuntur edulia apud Iapones. 10
Olera quàm pretioſa fiant ægrotis, & peregrinis diſtributa. 500
Vide *Infirmus*, *Infirmitas*.

Ægyptus, Ægyptij.

Ab Ægypti vino vt cauendum. 765
Vaccæ, & taurorum eſus rarus in Ægypto. 507
Ægyptij panis auidiſſimi. 215
Singularis quidam panis in Ægypto. ibid.
Panis hordaceus apud Ægyptios. 216
Calcei ſumendi vt res Ægypti fugiamus. 315
Ægyptij Sacerdotes à mundanis negotiis quàm alieni. 906
Ægyptij Sacerdotes præter Deorum obſequium, & cultum nullum aliud officium obire poterant. 909
Ægyptij agni balatu torquebantur. 105
Ægyptij Sacerdotes cur à pane abſtinerent. 244
In lactucis Ægyptiorum mores vt ſignificati. 256
Cibi Ægyptij quinam, & quales. 479
Quàm ſeuerè puniendi, qui Hebræorum more Ægyptias delitias quærit cœleſtibus neglectis. 65
Pietas in defunctos Ieſum in Ægyptum traxit. 668
In diis Ægypti quâ iudicia Deus fecerit. 424
Idola Ægypti, nocte quia agnum comederunt, deſtructa diuinitùs fuerunt. ibid.
Templa quoque ceciderunt. ibid.
Ægyptiaca fercula non cogitet euchariſticum manna editurus. 1103
Ægyptiorum Sacerdotes panem raro manducabant quòd grauaret ſtomachum. 1036

Æs.

Templum adeuntes æs pulſabant, quod ante fores pendebant. 927
Panes ærei quinam dicerentur. 222

Ætas.

Agni ætas myſterio non carebat. 97
In eſu carnis habita in edentibus ratio ætatis. 98
Miſſale à viris perfectæ ætatis conſcribebatur. 794

Æternitas.

Per Euchariſtiam ad æternitatis quemdam ſtatum redigimur. 534

Affectus.

Vitioſos affectus coërcet, & frænat Chriſtus in Euchariſtia. 1043

Afflictio.

Afflictiones non inficiunt feſtiuitates, ſed condiunt. 269
Verè pertulit, quæ pro nobis eſt paſſus Chriſtus; figmenta, afflictiones noſtræ ſunt. 145
Vide *Tribulatio*, *Aduerſitas*.

Africanus.

Euchariſtiæ ſacramentum vita vocabatur apud Africanos. 530

Agere.

Agere de oblationibus, & ſacrificiis. 783
Agere laudes dicebant, vt agere gratias. 1000

Agnus.

Agnus cur maſculus eſſet. 99
Agnus de iuſto. ibid.
Cur agnus Chriſti figura. 100
Agnus Chriſtum repræſentabat. ibid.
Chriſtus cur exprimeretur agno. ibid.
Chriſti manſuetudo ſub agni figurâ. ibid.
Agnus immortalitatis veſte nos donandos tacitè clamat. ibid.
Agni caro quando edi non poterat. 41
Oleo agnus paſchalis à Sacerdotibus vnctus. ibid.
Tiaræ figma in agni capite. ibid.
Semicrudas agni carnes edens verberabatur, non qui crudas. ibid.
Cur decima die agnus parari iubeatur. 101
Scripturæ verba vt verſent Hebræi, vt explicent. 181
Nihil non in agno comedebatur. ibid.
Agni inteſtina vt aſſarentur. ibid.
Genibus agni paſcitur, qui infirmis ſe dimittit. 282
Agni aures edit, qui diuinos ſermones auidè excipit. ibid.
Qui res creatas ſpiritualiter intelligit, oculos agni percipit. ibid.
Pedes agni comedit, qui Chriſtum imitatur. ibid.

Chriſti puritas, & impeccantia nobis imitanda. 283
Manuum agni particeps eſt, qui diuina mandata complet. ibid.
Cur panis frangatur paſchalis, quum agni paſchalis oſſa nec verè in Cruce fracta non ſint. ibid.
Agni oſſa conterunt qui diuinam Scripturam ad ſuum ſenſum detorquent. 284
Quando flagellis cæderetur oſſium agni fractor. ibid.
Neruos, & cartilagines agni non comediſſe Iudæos quinam docuerint. ibid.
In agni eſu hymnus magnus à Iudæis cantabatur. 590
Dum agnus mactaretur, Leuitæ certum Pſalmum canebant. 591
Canendi modus in agni mactatione. ibid.
Turbæ vſus dum agnus mactaretur. ibid.
Agnus annum excedere non debebat. 95
Agni ætas myſterio non carebat. ibid.
Chriſti pietas agni ætate ſignificata. 96
Statim poſt natiuitatem in Ægyptum ſe contulit Chriſtus Crucis, & agni immolati myſterio illò vocatus. ibid.
Cur feſtinanter agnum comedere iuſſi Hebræi ſint. 378
Qui agnum comedit, à legis diuinæ violandæ occaſione ſe ſubducat. ibid.
In peccati finibus nemo ſiſtat, qui euchariſticæ menſæ particeps. 379
De agni pellibus aliò non aſportandis aliquorum lex. 160
In agnorum emptione quorondam lex. ibid.
De agni venditione peculiaris titus. ibid.
Qui agnum edit, lupus eſſe non debet. 74
Iudæi tamquam lupi agnos occidebant. ibid.
Agnum qui comedit, lupinâ malignitate careat. ibid.
Agnus in minoribus hoſtiis. 715
Ab agni carnibus aliqui abſtinebant. 15
Ouium lacte Ægyptij haud veſcebantur. ibid.
Paſcha pro paſchali victimâ. ibid.
Paſchalis Agnus in loco tantùm mactationis occidebatur. 16
Poſt meridiem Agnus paſchalis occidebatur. ibid.
Quo modo, & ritu agnus mactaretur. ibid.
In agni mactatione Armenorum ſuperſtitio. ibid.
Pelui aureâ, argenteâque pro mactantium qualitate agni ſanguis excipiatur ex aliquorum mente. 17
Quo ordine aureis argenteiſque vaſis agni ſanguis exciperetur; & ao diuitum, & pauperum ratio habita. ibid.
Vaſa ſanguine excipiendo labris carebant. ibid.
Pellis quî agno detraheretur. 18
Circa agni immolationem, eſúmque aliquorum ſuperſtitio. ibid.
Agnus in crucis formam aſſabatur. 19
An ex agni neruis, & cartilaginibus comedere liceret Hebræis. ibid.
In agni immolatione quiſque Sacerdotis officio fungebatur. ibid.
Tempus hoſtiæ cædendæ quódnam. 20
Congregatio quot hominum numero conſtaret. ibid.
Qui congregaotur non omnes debent eſſe infirmi, nec omnes ſenes, debileſque. ibid.
Congregatio ex ſeruis, pueris fœminiſque componi non poterat. ibid.
Ex agno quiſque comedebat ſaltem eâ magnitudine, quæ oliuæ grano reſponderet. ibid.
Ex agno vſque ad ſaturitatem comedi probant Hebræi. ibid.
Domûs poſtes, in quibus non homines, ſed fœnum, aut alia agni ſanguine non adſpergebantur. 126
Qui ad vicini domum eſûs causâ ſe contulerant, ab Angelo cur non percuſſi, cùm earum domus ſanguine haud eſſent adſperſæ. ibid.
In poſtium capitibus ſanguis poſitus. 127
An poſtes prius, quàm ſuperluminare, ſanguine adſpergerentur. ibid.
Hac primà tantùm vice poſtes adſperſi ſanguine. ibid.
Hâc ſanguinis adſperſione domus Hebræorum ab Ægyptiorum domibus diſtinguebantur. 128
Diuina prouidentia in hac ſanguinis adſperſione. ibid.
Itam, & concupiſcentiam hac ritûs ratione comprimendas docet. ibid.
In agni mactatione ſi quis fermentatum panem habere deprehendator, flagellabatur. 180
Solo fornacis igniti calore agnum aſſare non licebat. 36
Igne grauidis vaſis agnum admouere, vt aſſaretur, non ſatis erat. ibid.
Cuſpis ferrea, æneáque adhibenda in agni aſſatione non erat. ibid.
Cautio ne duo agni ſimul aſſatentur, quin nec agnus cum hædo. 37
Cuſpis lignea quî agno aſſando aptaretur. ibid.
Non ſolùm in aquâ agnum coquere Hebræis non licebat, ſed nec in aliis liquoribus. ibid.
Adſpergi vino, oleóque poterat agnus, non aquâ. ibid.
Cuſpis, quæ in agni aſſatione adhibebatur, ferè ex malo granato ſumi ſolebat. 38
Agni concrematio ad mores flectitur. ibid.
Quis aduena, quis mercenarius eſſet qui hîc excluditur. 429
Cur alienigena, cur mercenarius excluſi ab eſu agni. ibid.
Ab eſu agni excluditur, qui in fide minimè ſtabilis. 430
Mercenarius poſt pacis oſculum nullus ſit. ibid.
Agni carnes igne aſſatæ ad paſſionem nos vocant. 134
Agnus, vel hædus immolabatur, non vterque ſimul. 113
Ab agni eſu ad bellum eundum. 420
[illegible] quid, & vnde. ibid.
Agni, agníque lactentis pelles extendere. 97.
In eſu carnis habita in edentibus ratio ætatis. 98
Agnus nomini Ieſu ſubiectus in euchariſticis formis. 688
Feſtinatio in eſu agni torporem excutiendum docet. 398
Miſericordia in pauperes in agni eſu vt commendetur. 445
Qui agnum comedit, hîc radices minimè figat. 380
Feſtinatio deſiderium vehemens deſignat. ibid.
Lactucæ amaræ in agni eſu ad pœnitentiam nos inhortantur. 117
Agni balatus vt tuba ad bellum excitabat. 418
Ab eſu agni excluditur, qui in fide minimè ſtabilis. 430
Agni tenelli eſus Athenis cur interdictus. 46
Agnum comedens, huius mundi peregrinum ſe putet. 348
Agni carnes cur aquâ coctæ edi non poterant. 271
Decimâ die tollendus agnus, rectè legis obſeruantiam commendabat. 108
Agnum ita comedamus, ac ſi à mundo ad Deum eundum. 391

Commu

Commutatio conuiuarum effici non poterat, niſi agnus adhuc viueret. 445
Segnis, & remiſſus in operando agnum comedens non ſit. 379
An ritus in aquâ non coquendi agni carnes, in poſteriora tempora ſit deuolutus. 172
Maculæ damnatæ, non quæ in vellere, ſed quæ in corpore agni. 90
Agni carnes igne aſſæ voluptatum pituitas ſiccant. 62
Macula in agno ad vitium, defectúmque referenda potius, quàm ad colorem. 90
Apud Athenienſes cur agnum comedere iohibitum. 161
In nocte agnus edebatur, non antè. 122
Tempus eſûs noſtras ab inuicem conſcientias nos non videre ſignificat. ibid.
Hædus, & agnus ad veſperam immolabantur. 121
Ante Solis occaſum immolari agnus debebat. 111
Tempus immolationis quid nos doceat. ibid.
Sub veſperam immolatus agnus, Chriſtum notabat, ſub veſperam Iudæis tradendum. ibid.
Paſchalis agnus cùm pararetur aderat Virgo. 458
Vltra mediam noctem agnus comedi non poterat. 122
Tempus eſûs nos ad vigilantiam vocat. 123
In Chriſtianiſmo agnus non debet diſcere mores lupi, ſed lupus mores agni imitari. 78
Agnum crudum Iudæus comedit, Gentiles aquâ coctum, Catholicus aſſatum igne. 69
Carnes agni non circumciſo exhibens ipſe eum edente verberabatur. 451
Pater filium non circumcidens, aut ſeruum, ex agno edere non poterat. ibid.
Agni reliquiæ cur igne comburendæ. 157
Combuſtio ad oſſa tantùm minimè coërcenda. ibid.
Egeni ad agni eſum acceſſendi. 158
In agni eſu ab vno ad alium hominum conuentum tranſire non licebat. ibid.
Poſt ſomnum edere ex agno paſchali ei non licebat, qui antea ex eo comediſſet. ibid.
Elixas agni carnes comedit, qui corporeis voluptatibus capitur. 64
Aſſæ agni carnes obſcœnas voluptates repudiant. ibid.
Cur in agni eſu calceamenta habere iuberentur. 314
Puritas ad Euchariſtiam afferenda. ibid.
Efficax in omne opus bonum apparatus in agni eſu. 297
Paratus ad omne opus bonum ſit, qui euchariſticæ menſæ particeps eſt. 198
Renes cur accingerent in agni eſu. 195
An extra Ægyptum renes in agni eſu accingerentur. 296
Sine reuerentiâ Agni carnes non ſunt ſumendæ. 79
Dei filius ſit qui Agni ſui euchariſtici carnes edit. 395
Agni carnes minimè aquâ coquendæ, Chriſtum paſſum cunctis videntibus ſignificabant. 68
Aſſatio agni benè Chriſti paſſionem reddere oſtendit. ibid.
Stetiſſe in agni eſu Iudæos aliqui cenſuerunt. 383
Hanc ſententiam cur alij repudiauerint. ibid.
Philo à notâ exemptus, ſtantes agnum comediſſe veroſimilius. 384
Cur Chriſtus ſtans agnum non comederit. ibid.
Standi ritus, & iter habendi habitus, mortem cogitandam ſuadebat. 385
Stantes in agni eſu ne quis cadat. ibid.
Crux in adſperſione, quæ agni ſanguine fiebat, vt formata. 161

Agni eſus quàm vtilis Iudæis fuerit. 154
In agni paſchalis ſacrificio muſica inſtrumenta adhibita. ibid.
חליל quid, déque eius vſu. ibid.
Chriſtus in Euchariſtia ſub agni figura viſus. 155
Agni aſſatio ob celeritatem. 156
Cur agni aliò delata edi non poterat. ibid.
Aſſæ igne agni carnes, nos amore inflammatos eſſe debere clamant. 51
Procraſtinationes amouendas Agnus indicat. 399
Agni exemplo tribulatione, & compunctione vtamur. 279
Agnus noſter in veru Crucis aſſatus. 39
Ritus, qui in agno etiam in hædo ſeruabantur. 119
Agnus iuſtis eſt Chriſtus, peccatoribus hædus. 115
ככן quid; Agni poſt natiuitatem cur veſtiti. 39
Ab agni eſu ad bellum eundum. 420
Qui agni ſanguine liniendi domus noſtræ poſtes. 1230
Cur luna plena agnus ederetur. ibid.
Ocreæ itinerariæ in eſu agni adhibitæ. ibid.
Bellaria, ſecundæque menſæ ab ea menſa exulabant, in qua agnus comedebatur. 1231
Tota azyma in partes diuiſa, & conuiuis diſtributa. ibid.
Agni paſchalis ſanguis virtutem à Chriſti ſanguine habuit. ibid.
Ea opera præſtanda, quæ Dei Patris gloriam ſpectent, agnus docet. ibid.
Agnum comedens agnus ſine macula ſit. ibid.
Crucis virtute mundi dominum Chriſtus poſſedit. 1232
Agni paſchalis ſanguis vim à Chriſti ſanguine mutuabat. ibid.
Agni carnes in partes haud ſecabantur, dum aſſandæ eſſent. 1233
Baculum in agni eſu geſtare iubemur, ne in Dei cultu claudicemus. ibid.
Agnus anniculo minor mactari apud Athenienſes non poterat. ibid.
Paſchalis ſolemnitas vindemia ſpiritualis cur diceretur. ibid.
Aſperſio ex agni ſanguine olim in modum crucis facta. 1201
Agnum ſub cruce olim locabant. ibid.
Qui agnum edit, patientiam ferre ſecum debet. 1061
Virga diſciplinæ in agni eſu. 350
An ritus in aquâ non coquendi agni carnes, in poſteriora tempora ſit deuolutus. 272

Ala.

Templum cum alæ nomine circumſcriptum. 929

Album.

Albis calceamentis olim vtebantur & mulieres, & viri. 338
Vide, *Candidus.*

Alienigena.

Cur alienigena, cur mercenarius excluſi ab eſu agni. 419

Alloqui.

Sacerdotalibus veſtibus indutus nullum alloqui debet. 936

Altare.

Qui addicti altari terrenorum curam expuant. 1029
In ſacro altari nihil terrenum cogitandum. 1030
Altaris miniſter nihil habet commune cum ſæculo. ibid.
Altare menſa olim dicebatur. 920
Altarium tabulæ aliquando etiam ex puro auro. ibid.

Argenteis altarium, & ararum tabulis aurum abducebatur. 971
Res ſingularis de altari animato. ibid.
Altaria apud nonnullos in die Paraſceues vino, & aqua benedicta abluebantur. 972
In altarium erectione vt idololatriæ Deus occurrerit. ibid.
Cur ex lapidibus impolitis altare ſtrui iuſſum à Deo ſit. 973
Ignis ſuper altare tamquam canis cubabat. ibid.
Qualia eſſent ligna, quæ in altari comburebantur. ibid.
Foramina in inferiori altaris parte cui rei deſeruirent apud Gentiles. 974
Vnicuique altari conſecrato Angelus aſſiſtit tamquam cuſtos. ibid.
Dei templum, & altare homo eſt. 975
Cordis altare in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis. ibid.
Quænam ſacrificia, & holocauſta ſuper cordis altari offerenda. ibid.
In cordis altari ſe quiſque Deo ſuo immolare debet. ibid.
De altari holocauſtorum Hebræorum traditio. 955
Altaris miniſtri Seraphim referre debent. 801
Pacata mente, & irâ poſitâ ad Altare accedendum. 76
Qui ad ſacrum Altare pergit deponat vitia. 427
In cœleſtia euolet, qui ad ſacrum Altare accedit. 361
Altaris miniſtri velis lineis Angelorum alas referunt. 600
Videndos ſe plerumque Angeli ad altare exhibuerunt. 594
Paſſiones in mentis altari mortificandæ. 776
In die Dominicæ cœnæ altaria templi, parietes, & pauimenta abluta. 807
Peculiares vineæ altari adſignatæ. 733
Altare in quo offertur Euchariſtia ſpiritualis mons. 1047

Altior.

Calceamentis altioribus vtebantur, vt proceriores viderentur. 336

Alueus.

Aluei crudirantes qui. 85

Amarities, Amaritudo.

Lactucarum nomine amatæ berbæ intelliguntur. 256
Herbarum amarities in mentem Hebræis reducebat duram ſeruitutem. ibid.
Amaritudo omnis in euchariſtico melle conditur, & dulcis fit. 1098

Ambulare, Ambulatio.

In templo ambulare, ridere, ſpuere piaculum apud Abaſſinos. 962
Spei, & ambulationis nexus. 1362

Amen.

Amen in theatro acclamare olim Religioſum ob Euchariſtiam ore exceptam. 150

Amicus, Amicitia.

Olera amici ab amicis poſtulabant. 499
Amicitiæ pocula quæ. 767
Menſa ad conciliandam amicitiam opportuna. 512
רעות quid; cibi, & amicitiæ nexus. 75
Amicitia, quæ vltra pocula non ſe porrigat, non admodum probanda. 441
Paupertas amicum verum à non vero diſcernit, quod diuitiæ non præſtant. 1028
Verum amicum Chriſtus in Euchariſtia ſe prodidit. ibid.

Amor.

Amor proximi ſtatera amoris diuini. 1012
Ab amore præſentis ſæculi diſiuncti prædicatores, diſiuncti euchariſticæ menſæ conuiuæ ſint. 184
Amare ardere eſt. 279
Amicus ab amico tanquam à magnete trahitur. 548
Dura quæque & grauia amanti leuia fiunt. 60
In Euchariſtia nos in finem dilexit, vt proximi amorem eius amore raperemur. 990
In finem dilecti in finem diligere quæramus. ibid.
Oſculum ab amore vt diſcriminetur. 618
Deus noſter non amorem tantùm habet, ſed amor eſt. 42
Agnus euchariſticus non igne aſſatus tantùm, ſed totus ignis. ibid.
Dei amor in Euchariſtiæ ſacramento vt eluceat. ibid.
Dei munificentia, & charitas in Euchariſtiæ apparatu. 43
Chriſti in nos amor, ſanguinem ſuum dum nobis exhibet. ibid.
Magni amoris magnum pignus euchariſticus cibus. ibid.
Chriſtus mundi cibus, & amictus. ibid.
Induimur Chriſto, Chriſtum edimus. 44
Veſtes ſuas alteri exhibere amoris ſingularis indicium, Chriſti in nos amor hinc colligitur. ibid.
Miſericordiæ viſcera in euchariſticâ menſâ. ibid.
In Euchariſtiâ faciem ſuam Chriſtus abſcondit in amoris ſignum. 45
In hoc Sacramento quò magis Chriſti præſentia contrahitur, eò magis eius charitatis termini porriguntur. ibid.
Quòd ſub euchariſtico Agno noſtro pectori Chriſtus inſeratur, quanti amoris ſignum ſit. ibid.
Inexplicabilis charitatis fuit Sacramenti huius inſtitutio. 46
Dei bonitas præparans Euchariſtiam expenditur. ibid.
Ob amorem, quo in nos Deus ardet, noſtras delitias ſuas putat. ibid.
Incendia inter epulas effuſâ ſubter menſam aquâ Gentiles abominabantur. ibid.
Amoris ignis in euchariſticâ menſâ. ibid.
Veri amantis totam amoris vim ſub vitæ finem oſtendere. ibid.
Id vt Chriſtus perfecerit omnium perfectiſſimè. ibid.
Aliqui ſeruos ſuos comederunt, Chriſtus ſe ſuis ſeruis comedendum exhibet. 47
Dei, & ſæculi amor inter ſe minimè cohærent. 58
Suaue amoris iugum. ibid.
Chriſtus amoris ſol, amoris radios in ſuos ſpargit. ibid.
Omnia dura ſuperat Dei amor. ibid.
Suaue, & ſalubre animæ vnguentum amor. 59
Veri amoris character. ibid.
Amoris diuini ſuauitas, & dulcedo. ibid.
Amor virtutum ſal. ibid.
Qui Deum amat, nihil timet, vel inter feras ſecurus degit. 60
Dura quæque & grauia amanti leuia fiunt. ibid.
Omnia facilia amori. 61
Grauia omnia amanti leuia ſunt. ibid.
